ANALECTA FRANCISCANA

SIVE

CHRONICA ALIAQUE VARIA DOCUMENTA

AD

HISTORIAM FRATRUM MINORUM

SPECTANTIA

EDITA

A PATRIBUS COLLEGII S. BONAVENTURAE

ADIUVANTIBUS

ALIIS ERUDITIS VIRIS

TOMUS IX.

ACTA FRANCISCANA

E TABULARIIS BONONIENSIBUS DEPROMPTA

I.

AD CLARAS AQUAS (QUARACCHI)
PROPE FLORENTIAM
EX TYPOGRAPHIA COLLEGII S. BONAVENTURAE

MCMXXVII.

PROPRIETAS LITTERARIA

LECTORIBUS

Duobus Tomis *Analectorum* excipientur haec *Acta Franciscana e Tabulariis Bononiensibus deprompta*, id est ex Archivo Nationali Bononiae asservato; hic prior praebet extracta ex Archivi Sectione quam « Demanialem » vocant (*Sezione Demaniale*), quae Tabulariis constat Religiosarum Congregationum ibi vi suppressionum adunatis; alter Tomus Sectionis Communis Bononiae (*Sezione Comunale*) excerpta referet.

Finis editionis fuit omnia documenta explicita aliorumque particulas Ordines Franciscales respicientia in lucem depromere usque ad annum 1300 inclusive tantum.

In Sectione Demaniali huiusmodi documenta maiorem partem in Tabulario olim conventus Bononiensis S. Francisci inveniri primo intuitu patet. Huius Tabularii acta in fasciculos vel libros coadunata inter hos signaturae numeros in ipsa Sectione distinguuntur: *1/4133* usque *361/5104* [1]. Primus numerus cuiusque signaturae indicat ordinem fasciculi vel libri Archivi singulorum conventuum; secundus ordinem totius sectionis. Tertius qui sequitur numerus cum siglo *n.* est ordinis documentorum in ipso fasciculo vel libro contentorum. His tribus numeris tantum satis est quodcumque indicare Sectionis documentum; ego autem acta ceterorum Archivorum excerpens etiam nomen Congregationis praemisi.

Editionis methodus haec fuit. Ordinem chronologicum documentorum institui, quo Archiva carent. Singulis documentis datum locumque praemisi, more moderno expressa, addidique titulum, naturam integri documenti exprimentem. Stylus Nativitatis tunc Bononiae finitimisque in urbibus vigebat. Omnimodam adhibui diligentiam in dato firmando; dubia ob contradictorias notas apparentia ad calcem significavi; errores, si qui irrepserint, in *Adiectis* correxi.

Documenti tantum partes exscripsi quae historiam Minoriticam respiciebant, verba servans et ordinem ipsius documenti, punctis vel siglo *etc.* indicans omissa. Verba ad sensum complendum si quando, sed raro, necessaria erant, inter parentheses addidi. Omisi declarationem testatoris de depositione Acti in Archivis, si ipse actus depositionis in documento sequebatur (cf. n. 208); item constitutionem pro-

[1] Antiquissimum Archivi S. Francisci documentum est emphyteusis anni 986, data « temporibus d. Iohannis, eius pontificatus anno primo, die nona martii, indictione quartadecima. Actum in castro Massumatico [comitatus Bononiensis]; Petrus notarius ». Iampridem haec charta in fasciculo *218/4350, n. 1,* latebat; inventa autem ab huius libri editore, nunc in suum locum reposita est: *1/4133, n. 1.*

curatoris ad deponendum testamentum, quando constitutio eodem die et coram eisdem testibus, nullo mutato vel addito nomine, facta est. Cf. n. 480, ubi has formulas integras invenies.

Verborum formas in documentis adhibitas fideliter servari; sed litteram *ç* semper in *z* converti, cum haec verbi naturam clarius, ut mihi videtur, indicet, atque a notariis ipsis promiscue pro *ç* usurpetur.

Indices amplissimos nominum personarum et locorum adiunxi, in varias series, tum pro Ordinis, tum pro generali historia, distinctos.

Glossarium vero, utique necessarium et perutile, ad finem secundi Tomi remisi, ne eadem repetenda sint atque ut pluribus documentis singula comprobentur. Tunc erit quoque de huius editionis utilitate eiusque corollariis longiore praefatione disserere, cum omnia in unum collecta conspici poterunt.

In hoc opere instruendo multos habui benevolos et adiutores, quibus omnibus hic denuo refero ex corde gratias plurimas, maximas vero b. m. Aemilio Orioli doctori, Archivo Bononiensi iam addicto, nostris studiis, eheu, citius sublato, qui benignitate sua et doctrina amplissima me incipientem animavit, me in opere progredientem semper adiuvit.

Bononiae, e conventu S. Pauli in Monte
25 martii 1927.

P. BONAVENTURA GIORDANI, O. F. M.

ACTA FRANCISCANA

E TABULARIIS BONONIENSIBUS DEPROMPTA

COLLEGIT

P. BONAVENTURA GIORDANI O. F. M.

ARCHIVUM CONVENTUS S. FRANCISCI BONON.

(In sectione « *Demaniale* » Tabularii publici Bononiensis.)

---

1. Romae, 14 decembris 1227.

Committitur Ministro Fratrum Min. cura Pauperum Monialium inclusarum.

Gregorius episc. Ministro Fratrum Minorum. « Quotiens cordis oculus ». Datum Laterani xviiii kal. ianuarii pontif. anno primo.

351/5094, n. 1. — Originale. Adest chorda serica sine plumbo. = BF I, p. 36, ex hoc Archivo.

2. Romae, 8 aprilis 1233.

Concessiones Fratribus Ord. Min. proficiscentibus in terras Infidelium.

Gregorius episc. Fratribus Ord. Fr. Min. in terras Iurgianorum, Sarracenorum et aliorum infidelium proficiscentibus. « Cum messis multa ». Datum Laterani vi id. aprilis pontif. anno septimo.

351/5094, n. 2. — Orig. Adest chorda serica sine plumbo; in plica « m ». = BF I, 100.

3. Bononiae, 18 septembris 1233.

Testamentum.

Ego Bonifatius legum doctor tale facio testamentum. In primis habito pensato conscilio utriusque Ordinis Fratrum Pred. et Minorum quod ex questu quem feci ex scolis (quia multis et variis modis peccatur in scolaribus habendis) ad summam provisionem et securitatem, aliquam summam debeant dare pauperibus, cum a multis et variis et quasi ab incertis personis perceptum sit; quam iuxit et voluit esse summam centum lib. bon. pauperibus erogandam. Ex lucro autem quod fecit ex avvocationibus, ubi scienter inique accepit ab illis personis vel universitatibus, illud eisdem restituat vel sit in concordia cum eis ... consuluerunt uti ad maiorem provisionem det et fatiat dari aliquam summam, suo arbitrio determinandam, locis religiosis vel aliis pauperibus Iesu Christi; quam summam voluit prefatus d. Bonifatius esse centum lib. bon. ... Insuper voluit et iuxit expendi ... Et hec debeant fieri et adimpleri per eum qui p. t. fuerit prior S. Nicolai [1] et per eum qui p. t. preherit Ordini Fratrum Minorum et per d. Zulianum fratrem eiusdem Bonifatii; quorum fidei committit predicta ... Actum Bononie ... Petrizolus Iohannis Tuscani not.

335/5078, n. 76. — Orig. = Integre ed. Sarti, II, 41-2.

---

[1] Locus Fratrum Praed. Bononiae.

4. Perusii, 17 octobris 1234.

Iniungitur Ministro Fratrum Min. in Lombardia ut praedicari faciat verbum Crucis pro Terra Sancta.

Gregorius episc. Ministro Provinciali Fratrum Min. in Lombardia. « Pium et sanctum propositum ». Datum Perusii xvi kal. novembris pontif. anno octavo.

351/5094, n. 3. — Orig. Desunt plumbum chorda; in pl. « Iacobus ». = BF I, 139, ex hoc quoque Archivo.

Argentae, 20 februarii 1236.

Cooperantibus ad aedificationem loci Fratrum Minorum Bonon. indulgentiae conceduntur.

Tedericus divina miseratione S. Ravent. Ecclesie archiep. venerabilibus in Christo fratribus episcopis et dilectis in Christo filiis abbatibus, prioribus, prepositis, archipresbiteris ceterisque Dei ecclesiarum rectoribus, ac universis Christi fidelibus per Ravennt. Metropol. constitutis, ad quos littere iste pervenerint, salutem in Domino Iesu Christo.

Quoniam, ut ait apostolus ... vitam eternam [1].

Cum igitur domus S. Marie de Puliola Fratrum Minorum Bononie a civitate ita remotus *(sic)* esset quod clerici et scolares ad scolas et sermones, et generaliter omnes civitatis eiusdem tam ad confessiones faciendas quam ad verbum Domini audiendum et cetera que ad salutem pertinent animarum, temporibus oportunis, quomode ad predictum locum accedere non valebant; placuit summo Pontifici, ad quem spectat omnium ecclesiarum provisio, d. episcopo. Bononien. dare suis litteris [2] in mandatis, ut predictam domum in loco honesto et apto ad omnia supradicta salubriter permutare[t]. Et [cum] dictis Fratribus ad predicta omnia proprie non suppetant facultates, cum omnibus renunciaverint propter Deum ut ipsum libere sequi possint, caritatem vestram monemus et hortamur in Domino atque in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatinus de bonis a Deo collatis grata subsidia porrigatis, ut per hec et alia bona que Domino inspirante feceritis, ad eterna gaudia pervenire valeatis. Nos vero de omnipotentis Dei Patris misericordia et B. Marie semper virginis, nec non et BB. Martirum Apolenaris, Vitalis et Ursicini et BB. Confessorum Francisci et Antonii meritis confidentes, omnibus vere penitentibus qui ad hedificationem predicti pii loci per diem duxerint personaliter laborandum vel propriis expensis feceri[n]t laborari, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia in Domino relaxamus; qui vero minus laboraverint, vel de suis bonis duxeri[n]t conferendum, secundum quantitatem laboris vel oblati muneris duximus etiam relaxandum, servata forma 40 dierum superius pretaxata. Datum Argente x kal. marcii, ind. viii.

352/5094, n. 90. — Orig. = Ed. Azzoguidi, I, n. 32, p. clvi seq.

6. Interamnae, 28 maii 1236.

Bononiensibus referuntur gratiae pro loco concesso Fratribus Min.

Gregorius episc. Potestati et Consilio et populo Bononien. « Spes grandior, que potest inesse patribus ». Datum Interamne v kal. iunii pontif. anno decimo.

351/5094, n. 4. — Orig. Desunt plumbum et chorda. = BF I, 195, ex hoc Archivo.

[1] Ut in BF I, p. 62. [2] Quae litterae desiderantur: cf. BF I, 196 n. *b*.

7. Interamnae, 2 iunii 1236.

Ut de male acquisitis erogetur in prosecutionem ecclesiae et domus Fratrum Min. Bonon.

Gregorius episc. Archipresbitero maioris ecclesie Bononien. « Illius qui ». Datum Interamne IV non. iunii pontif. anno decimo.

351/5094, n. 5. — Orig. Desunt plumbum et chorda; in plica « s. R. ». = BF I, 196, ex hoc Archivo.

8. Viterbii, 6 aprilis 1237.

Commendantur Fratres Min. ut ad officia praedicationis et confessionum excipiendarum admittantur.

Gregorius episc. Archiepis. et episc., abbatibus, prioribus, decanis, archidiac., plebanis, archipresb. et aliis prelatis ecclesiarum. « Quoniam habundavit iniquitas »... suscepti ministerii cursum felicius consumando, optatum reporteant sui laboris fructum et finem, salutem videlicet animarum. Quia vero ... Datum Viterbii VIII id. aprilis pontif. anno undecimo.

346/5089, n. 42. — « Exemplar cuiusdam apostolici rescripti sub predicta forma continentis, exemplati sub anno D. 1237... in castro Casi, Bon. dioc. ... Fredericus de Capognano not. ». = BF I, 214.

9. Bononiae, 19 augusti 1237.

Testamentum.

Ego Tavernaria f. q. d. Fortiguerre de domo q. Iandonati de Florentia et uxor q. d. Guilielmi de Malavolta de Bononia *etc.* ab intestato decedere nolens, testamentum per nuncupationem faciens sine scriptis, sicut inferius meam ultimam voluntatem expono. In primis relinquo pro anima mea CCCL lib. bon., ex quibus relinquo et lego Fratribus Min. Bononie C lib. bon. et de residuis relinquo et dari iubeo L lib. bon. pro expendendo circa funus et sepulturam, quam eligo apud ecclesiam sive locum Fratrum Min. Bon. arbitrio Ministri et Custodis Fratrum Min. Bon. qui pro tempore fuerint et fr. *Tomasi* mei filii de eodem Ordine si tunc intererit, vel alterius eorum in totum. De reliquis CC lib. volo et dari iubeo ... monasterio *S. Marie de Monticellis de Florentia* X lib. bon., et sor. *Auree* eiusdem monasterii, que quondam vocabatur Gallapatricia, X lib. bon. pro suis indumentis; *Sororibus S. Marie de Pulliolis* VI lib. bon. ... Ceteros sive residuos iubeo dari et expendi pro anima mea inter pauperes arbitrio presbiteri Iohannis ecclesie S. Cataldi iuxta curiam d. Guidonis Lanbertini et Petrizoli Robavillani et fr. *Iohanini* de Penitentia calzolari de androna S. Tomasi burgi Strate maioris, quos et quemlibet eorum in solidum meos commissarios ad omnia predicta expendenda constituo, cum conscilio Fratrum Min. Bon. et eorum fidei comitto; quibus commissariis et cuilibet eorum lego et dari et perveniri volo de predictis residuis VII lib. bon. Et si ante mortem meam aliquis ipsorum deficeret vel non esset, nihilominus reliqui vel reliquus in solidum exequentur predicta cum conscilio Fratrum Min. Bon., ut dictum est, et ille VII lib. relicte commissario qui tunc non viveret dentur pro anima mea inter pauperes arbitrio commissariorum superviventium cum conscilio Fratrum Min. Bon., ut dictum est. Item insuper Fratribus Min. Bon. relinquo totum usumfructum unius petie terre ortive et laboratorie quam dividit navigium, posit. in contrata ubi dicitur « Maldelavezo » iuxta d. Bertam

de Gabrioso et iuxta filios meos et iuxta d. Guidoctinum Prendipartis, et hoc secundum quod est ipsa terra ab utraque parte navigii; et hos ususfructus dictos Fratres Min. volo habere annuatim secundum quod pervenerit usque ad 27 annos post obitum meum, et hoc pro anima mea et pro anima q. Guilielmi mei viri et Guilielmini mei filii ... In omnibus aliis meis possessionibus, ubicunque sunt vel reperiri poterunt in plan. et in montan. et alibi ubicunque, et in servis et in ancillis et peculiis servorum et ancillarum mearum et in omnibus aliis meis bonis, fr. *Tomasum* meum filium de Ord. Fratrum Min. et Zandonatum et Albertum filios meos vel eorum filios, eis non extantibus, mihi equaliter heredes instituo, in capite silicet non in stirpe; et si dicti mei filii et heredes noluerint solvere et non solverint dictam quantitatem pecunie relictam pro anima mea, volo quod tercia pars mee hereditatis que contigerit illi vel illis qui non solverint pro anima mea, ut dictum est, deveniat universitati S. Catarine de Quarto Superiori, et alia tercia pars *Sororibus S. Francissci Bon.*, et alia tercia pars ecclesie et universitati S. Michaelis del Bosco ... Et si predicti mei commissarii vel aliquis ipsorum tempore mee mortis non fuerint, ex tunc volo et relinquo pro meis comissariis priorem S. Catarine et priorem S. Michaelis del Bosco qui pro tempore fuerint, et ipsos priores et quemlibet eorum in solidum et in totum meos commissarios ad omnia predicta expendenda constituo; quibus commissariis et cuilibet eorum in solidum et in totum do et concedo liberam potestatem et licentiam eodem modo et tenore in omnibus et per singula et in quolibet capitulo ut supra continetur, et cuilibet eorum relinquo VII lib. bon. secundum quod cuilibet predictorum commiss., si ipsi priores mei commissarii non extiterint, ut superius est expressum. Et hec omnia predicta et singula debeant dicti commissarii observare cum conscilio Fratrum Min. Bon. ... Actum Bononie in ecclesia S. Mariae Maioris. Testes huic testamento et huic ultime voluntati interfuere vocati et rogati, videlicet *Petrus* Barberius de Burgo Gallerie Frater Penitentie ... Leonardus Firmanus q. d. Ottonis not.

335/5078, n. 7. — Exemplum. « Bonvicinus fil. q. Leonardi Firmani not. ut vidi et reperi inter rogationes sive breviaturas q. dicti Leonardi not. ita bonafide, in hanc publicam formam transcripssi.

10. Ianuae, 20 iulii 1244.

Facultas conceditur Fratribus Min. divina officia in suis ecclesiis celebrandi tempore generalis interdicti.

Innocentius episc. Generali Ministro et Fratribus Ord. Fratrum Min. « Devotionis vestre precibus ». Datum Ianue XIII kal. augusti pontif. anno secundo.

351/5094, n. 6. — Orig. Adest chorda serica, deest plumbum; in plica « I. p. ». = BF I, 346, ex hoc Archivo.

11. Ianuae, 5 augusti 1244.

Facultas conceditur incarcerandi et aliis penis coercendi apostatas Ordinis.

Innocentius episc. Generali Ministro et aliis Fratribus Ord. Fratrum Min. « Devotionis vestre precibus ». Datum Ianue nonis augusti pontif. anno secundo.

351/5094, n. 14. — Orig. Adest chorda ser., deest plumb.; in plica « B. C. ». BF I, 349, ex hoc quoque Archivo.

12. Bononiae, 17 iunii 1245.

Permutatio petiiarum terrae pro casamentis a Procuratore card. Raynaldi, ep. Ostiensis, Protectoris Ord. Min., facta in utilitatem Fratrum Min. Bonon.

Presbiter Guilielmus procurator d. Rainaldi episc. Hostiensis et Velletrensis et cardinalis Ecclesie Romane, protectoris et gubernatoris et correctoris Ord. Fratrum Min., ad utilitates conventus Fratrum Min. siti infra circlam civit. Bonon. fecit permutationem de duabus petiis terre aratorie que sunt x tornat. et dimidia vel parum minus, posit. in curte Ceule in loco qui dicitur « Prato longo », cum medietate fructuum, ... cum d. Iacobino rectore et amministratore ecclesie S. Ysaie, d. Iacobo confratre suo ibi presente et consentiente, pro tribus casamentis positis iuxta *ortum* dictorum Fratrum et iuxta viam publicam, et a latere sero possidet Bartholomeus de Savingio, et ab alio latere Girardettus et Cambius filii olim Iohannis beccarii; que casamenta sunt xxvi clusi minus v pedes, exceptis hedificiis. Quas petias terre superius nominatas dictus procurator titulo procurationis transtulit in d. Iacobinum rectorem et amministratorem ecclesie S. Ysaie recipienti nomine dicte ecclesie ... et versa vice dictus d. Iacobinus rector ecclesie S. Ysaie, consentiente donno Iacobo eius consotio supradicto, titulo permutationis transtulit dicta casamenta in dictum procuratorem recipientem nomine et vice dicti Cardinalis protectoris et gubernatoris et correctoris dictorum Fratrum Min., ad habendum, tenendum et possidendum ad utilitatem dicti conventus ... Actum Bononie in *claustro* dictorum Fratrum Min. ... Bonus Homo Apulus nunc civis Bon. not.

336/5079, n. 286. — Orig.

13. Bononiae, 5 iulii 1245.

Domus empta a procuratore card. Raynaldi Ord. Protectoris, pro Fratribus Min. Bon.

D. Guido q. Alberti Aygonis nuncius et procurator, actor et factor solempniter constitutus a d. archipresbitero Aygone Plebis de Rofeno et a suis fratribus canonicis et conversis ... ad vendendum domum unam cum solo et hedificio et curte posit. in burgo S. Ysaie Fratribus Minoribus, hoc instrumento venditionis iure proprio tamquam procurator, ut dictum est, vendidit et tradidit presbitero Guilielmo procuratori constituto a d. Rainaldo cardinali ep. Hostiensi, qui est gubernator et protector tocius Ord. Fratrum Min., recipienti nomine et vice Fratrum Min. et ecclesie ipsorum civitatis Bononie, domum unam posit. in Burgo S. Ysaie cum solo et hedificio et cum curte posit. post ipsam. Confines eius tales sunt: a mane possidet Bonaparte de Ulmetula, desuper est via publica, [......] possidet d. Nobilina, desuptus possident ipsi Fratres Min., et si aliqui alii sunt confines, cum omni iure et actione ... ad habendum, tenendum et possidendum et quidquid dicto presbitero Guilielmo et dictis Fratribus Min. eorumque successoribus deinceps placuerit faciendum ... precio lxxv lib. bon.; quod totum dictus Guido Aygonis procuratorio nomine dictorum canonicorum Plebis Roffeni et etiam dicte Plebis, recepisse et habuisse confessus est ... quam rem dictus procurator nomine dictorum Fratrum possidere constituit donec in possessionem ipsius intraverint corporalem, in quam intrandi licentiam in presbitero Guilielmo et Fratribus Min. dedit atque concessit ... Actum in *domo* dictorum Fratrum Min., et fuerunt testes d. Rolandus de Gisso legum doctor ... Ego Guidotinus Alberti Boytuli not.

5/4137, n. 44. — Orig.

14. Lugduni, 1 augusti 1245.

Ut nonnulli eccles. praelati a gravaminibus Fratribus Min. inferendis desistant.

Innocentius episc. Archiepiscopo Mediolanen., et Vincentin. et Feretran. episcopis. « Nimis iniqua vicissitudine »... inquietant. Venerabiles quoque Fratres nostri archiepiscopi et episc. et alii ecclesiarum prelati per Italiam constituti qui eos deberent favorabiliter ... ». Datum Lugduni kalendis augusti pontif. anno tertio.

351/5094, n. 10. — Orig. Desunt plumb. et chorda. = BF I, 373 n. 5.

15. Bononiae, 2 septembris 1245.

Confirmatio venditionis de qua sub n. 13.

D. Aygo archipresbiter Plebis Rofeni, fratribus presentibus et consentientibus, silicet Gerardus clericus, Benvenutus diaconus et alius Benvenutus clericus, et canonicis et presbit., Raymundus de dicta Plebe et Iohannes Pizolus, Benedictus Nascinbene, Raynuzolus et Parte, conversis (*sic*), comprobaverunt, confirmaverunt alienationem seu venditionem et translationem factam per d. Guidonem Aygonis procuratorem et actorem in personam d. Guillielmi presbiteri S. Prosperi recipientis ad utilitatem Fratrum Min. de Bononia, de quadam domo posita in burgo S. Ysaie iuxta viam publicam, iuxta d. Nobilinam et iuxta ipsos Fratres, et aprobaverunt et confirmaverunt omnia et singula que per predictum d. Guidonem acta fuerunt circa predicta vel occasione predictorum, et que scripta fuerunt manu Guidoctini Boitoli not. ... Actum in claustro Plebis Rofeni ... Serachinus de Rufeno tabellio.

346/5089, n. 19. — Orig.

16. Lugduni, 24 septembris 1245.

Ut nullus eccles. praelatus aliquem ex Fratribus Min., invitis Ordinis Superioribus, sibi in socium assumere possit.

Innocentius episc. Generali et universis Ministris Provincialibus Ord. Fratrum Min. « Vobis per apostolice sedis ». Datum Lugduni VIII kal. octobris pontif. anno tertio.

351/5094, n. 11. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « Tedi ». = BF I, 383, ex hoc quoque Archivo.

17. Lugduni, 13 ianuarii 1246.

Tribuitur facultas instituendi et destituendi praedicatores Crucis et inquisitores contra pravitatem haereticam.

Innocentius episc. Generali et Provincialibus Ministris ac ceteris Fratribus Ord. Fratrum Min. « Odore suavi ». Datum Lugduni idibus ianuarii pontif. anno tertio.

351/5094, n. 9. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in pl. « Ant. ». = BF I, 408.

18. Lugduni, 12 aprilis 1246.

Indulgentiae eroganlur subsidium largientibus pro constructione ecclesiae et conventus Fratrum Min. Bononiae.

Innocentius episc. Universis Christifidelibus. « Quoniam, ut ait apostolus ». Datum Lugduni II id. aprilis pontif. anno tertio.

351/5094, n. 7. — Orig. Adest chorda, deest plumb.; in pl. « Ant. ». = BF I, 410, ex hoc Archivo.

19. Lugduni, 1 aprilis 1247.

Cura Monialium Ord. S. Damiani Ministris Generali et Provinciali Bononien. committitur.

Innocentius episc. Generali Ordinis et Provinciali Fratrum Min. Romaniole et Bononien. Ministris. « Paci et saluti »... Monialium inclusarum monasteriorum Ordinis S. Damiani in ministratione Romaniole ac Bononien. existentium ... ducant, ad hoc ut ad predicta monasteria ... Datum Lugduni kalendis aprilis pontif. anno quarto.

351/5094, n. 15. — Orig. Desunt plumb. et chorda. = Deest BF; cf. I, 387, 393.

20. Lugduni, 1 aprilis 1247.

Moniales monasterii S. Francisci Bononien. curae Generalis Ordinis et Provincialis Fratrum Min. Bononien. committuntur.

Innocentius episc. Abbatisse et conventui Monialium inclusarum monasterii S. Francisci Bononien. Ordinis S. Damiani. « Cum sicut ex parte vestra »... Generali Ordinis et Provinciali Fratrum Min. Bononien. Ministris desideretis ... ut sub magisterio et doctrina Ministrorum Generalis et Provincialis Fratrum Min. Bononien. qui pro tempore fuerint ... que Ordini predicto Fratrum ipsorum ... et curam dicto monasterio ... predicti Generalis et Provincialis Ministri ad confessiones ... et ministranda sacramenta predicta ... Datum Lugduni kalendis aprilis pontif. anno quarto.

351/5094, n. 17. — Orig. Adest chorda serv., deest plumb.; in dorso nota « Conventus Bononie Minorum ». = Deest BF; cf. I, 413-4.

21. Lugduni, 12 iunii 1247.

Quod Fratres Min. non admittantur ad Ordinem Cistercensium.

Innocentius episc. Archiepiscopis et episc. ad quos littere iste pervenerint. « Cum olim felicis recordationis »... amputare desiderans, dilectis filiis universis abbatibus et conventibus Cistercien. Ord. in virtute obedientie ... et obtenta in eorum admitterent consortium ... remittere procurarent; ipsi sicut accepimus ... contempserunt ad plenum ... ipsis impositam ... vitio receperunt ... observetur ab ipsis eisdem damus nostris litteris in preceptis, ut omnes quos de Ord. predicto ipsi vel antecessores sui contra ... receperunt ... studeant ... de cetero abstinere. Ceterum ne hoc per aliquorum insolentiam impediri contingat, Fraternitati vestre per apost. scripta mandamus, quatenus eos qui ex ipsis huiusmodi mandato apostolico noluerint humiliter obedire ad id, monitione premissa, quilibet vestrum in sua Dioc. per censuram ecclesiasticam, appellatione remota compellat. Indulgentia ... ». Datum Lugduni II id. iunii pontif. anno quarto.

351/5094, nn. 13, 18. — Orig. (dupl.). Desunt plumb. et chorda; in plicis « I. v. »; in dorso n. 13 « Fratres Bononienses ». = BF I, 463, ex hoc quoque Archivo.

22. Lugduni, 15 iulii 1247.

Subsidium largientibus pro constructione ecclesiae et conventus Fratrum Min. Reginensium (Regium Lepidi in Aemilia) indulgentiae erogantur.

Innocentius episc. Universis Christifidelibus. « Quoniam, ut ait apostolus »... Sane dilecti filii Minister et Fratres Ord. Fratrum Min. Reginen. ibidem, sicut accepimus ... Datum Lugduni idibus iulii pontif. anno quinto.

6/4138, n. 5. — Exemplum non authenticatum. = Deest BF; cf. I, 461, 463, 466.

23. Lugduni, 3 augusti 1247.

Indulgetur ut Superiores absolvere possint a censuris intrantes in Ordinem.

Innocentius episc. Generali ac Provincialibus Ministris et Custodibus Ord. Fratrum Min. « Celestis amor patrie ». Datum Lugduni III non. augusti pontif. anno quinto.

351/5094, n. 16. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « Tedi »; in dorso « Provincie Bonon. ». = Deest BF; cf. I, 409, 536, 642.

24. Lugduni, 13 augusti 1247.

Quod nullus praelatus, nisi sit Legatus de latere, aliquem Fratrem sibi assumere possit in socium.

Innocentius episc. Generali et Provincialibus Ministris ac Fratribus Ord. Fratrum Min. « Petitionibus vestris ». Datum Lugduni idibus augusti pontif. anno quinto.

351/5094, n. 12. — Orig. Adest chorda serica, deest plumb.; in dorso « Provincia Bonomensis ». = BF I, 485; cf. supra n. 16.

25. Bononiae, 12 octobris 1248.

Testamentum.

Ego d. Rosa q. Lupi de Trano uxor q. Iohannini de Casellis ... nolens decedere intestata, per nuncupationem sine scriptis in hunc modum testamentum facere procuravi ... In omnibus meis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus *etc.* pauperes Christi mihi heredes instituo, ex quibus bonis et ex qua hereditate relinquo et dari volo pro anima mea iure legati ... fillozo meo fr. *Bonoiohanni* f. fr. *Sanctoris* de Ord. Fratrum Min. pro benedictione XV lib. bon.; item meo compari fr. *Sanctori* de Ord. Fratrum Min. III lib. bon.; item commatri matri[s] mee d. Aimeline matri prefati fr. *Boniiohannis* III lib. bon.; item conventui Fratrum Min. de Bononia pro *laborerio ecclesie* et pro aliis necessitatibus Fratrum X lib. bon.; item cuilibet commissariorum meorum XX sol. bon. ... quos volo esse Gerardum calzolarium cognatum fr. *Lambertini* de Ord. Fr. Min. *etc.* Reliqua vero et omnia supradicta dari volo et distribui per predictos meos commissarios; et si praedicti mei commissarii premorerentur, illos mihi elligo commissarios quos Guardianus Fratrum Min. de Bon. qui p. t. fuerit, duxerit nominandos; et si aliqui vel aliquis de predictis meis legatariis ante me morerentur, illud quod superius ei vel eis legaveram deveniat ad conventum Fratrum Min. de Bonon. ... Actum in *ecclesia* Fratrum Min. de Bononia ... interfuerunt testes fr. *Gerardinus* q. d. Zaccarie de Gualingo, fr. *Guido* d. Principini, fr. *Lambertinus* f. Bonacursii Arpinelli, fr. *Ricardus* q. d. Oldifredi, fr. *Bonusiohannes* d. Gibertini de Orbizano, fr. *Bonusiohannes* Sanctoris, fr. *Gerardinus* f. Fuzi Martini de S. Iohanne in Perseceto et fr. *Pasqualis* de Trento, omnes Fratres Minores qui stant in Bonon. Petrus Pizolus not.

338/5081, n. 53. — Orig.

26. Lugduni, 26 martii 1249.

Clericis studentibus Theologiae in scholis Fratrum Min. Prov. Bononien. indulgetur, ut quoad beneficiorum perceptionem, illa gaudeant indulgentia qua gaudent Parisiis studentes in eadem facultate.

Innocentius episc. Fr. Rufino Ministro Fratrum Min. Bononien. « Tuis devotis supplicationibus ». Datum Lugduni VII kal. aprilis pontif. anno sexto.

351/5094, n. 8. — Orig. Adest chorda serica, deest plumb. = BF I, 529.

27. Lugduni, 30 maii 1249.

Facultates Fratribus Min. in terras Infidelium proficiscentibus.

Innocentius episc. Fratribus Ord. Fratrum Min. presbiteris in terras Sarracenorum, Paganorum aliorumque infidelium proficiscentibus. « Animarum salutem desiderio ». Datum Lugduni III kal. iunii pontif. anno sexto.

351/5094, n. 19. — Orig. Desunt plumbum et chorda; in plica « I. v. ». = Deest BF; cf. I, 100, 102, 351; *Ep.* 102 nota.

28. Ferrariae, 19 septembris 1249.

Testamentum d. Lambertini Cazanimici de Bon. novitii Ord. Fratrum Min.

D. *Lambertinus* f. q. d. Chazanimici de Bononia timens ne ab intestato decederet, talem per nuncupacionem condidit testamentum. In primis reliquit xxv lib. bon. pro remissione peccatorum suorum erogandas pauperibus et aliis religiosis personis secundum disposicionem d. Gisle matris sue et Custodis Fratrum Min. de Bononia, secundum quod eis melius videbitur ... Item reliquit dicte matri sue d. Gisle universam supelectilem sive massariciam et omnes redditus et fructus suorum bonorum et rerum canonice presentis anni et futuri, quos debeat habere et vendere pro debitis ... dicti d. Lambertini persolvendis. Item reliquit loco Fratrum Min. de Bononia *de Portanova* quadrigentas lib. bon. pro libris dicto d. *Lambertino* emendis post eius professionem. Si autem ipsum mori contigerit ante professionem, voluit quod dicti Fratres loci predicti de Portanova habeant pro libris eis emendis vel aliis necessariis dictas cccc lib. bon., quas quadrigentas lib. bon. prestari iussit et voluit ab heredibus suis infrascriptis dicto loco usque ad quatuor annos, silicet c lib. bon. annuatim in festo omnium Sanctorum. Item omnibus servis et ancillis suis natis et nascituris libertatem relinquid cum eorum et earum peculiis. Item fratres suos, silicet d. Albertum, d. Gruamontem, d. Iacobum et d. Guidutium, sibi in omnibus suis bonis equaliter heredes instituit, et precepit eis et voluit ut quilibet eorum partem sibi contingentem de dictis cccc lib. bon. debeat solvere et dare loco suprascripto Fratrum Min. de Bon. in termino superius assignato, et eam partem dare et consignare ubi Custos vel Guardianus dicti loci voluerint; et si quis vel aliqui dictorum fratrum suorum hoc adimplere neglexerint vel noluerint, ceteros fratres predicta facere volentes et adimplentes in omnibus suis bonis illos solos heredes instituit, ceteros autem voluntatem suam adimplere nolentes vel negligentes bonis suis et hereditate privandos esse censuit et privavit. Et si omnes fratres sui predicti voluntatem suam adimplere neglexerint vel noluerint, tunc canonicam S. Petri de Bon. et d. Episcopum Bon. sibi heredes instituit, volens per ipsos voluntatem suam ... adimpleri ... Si vero dicti Canonici et d. Episcopus infra dimidium annum post elapsum terminum supradictum negligentes essent vel nolent predicta adimplere, tunc domum Templariorum posit. in burgo Strate maioris in omnibus bonis suis heredem instituit, volens per ipsam domum predictam voluntatem suam adimpleri, excepta dimidia turris posit. in curtili quondam patris sui sibi contingente causa donationis sibi facte a fratribus suis, quam dimidiam Comune Bononie vult habere et ad dictum Comune pervenire debere, datis a dicto Comune predicto loco Fratrum Min. c lib. bon. ... Actum Ferrarie in *capitulo* Fratrum Min. ... Silvestrinus Christi misericordia imperialis aule not.

335/5078, n. 84. — Orig.

29. Lugduni, 25 februarii 1250.

Conceditur ut sepultura in ecclesiis Ordinis omnibus sit libera.

Innocentius episc. Generali et Provincialibus Ministris et aliis Fratribus Ord. Fratrum Min. « Cum a nobis petitur ». Datum Lugduni v kal. martii pontif. anno septimo.

351/5094, n. 23. — Orig. Adest chorda ser., deest plumbum. = BF I, 537.

30. Lugdmi, 5 martii 1250.

Indulgetur ut Fratres Min. possint in ecclesiis suis celebrare divina officia tempore generalis interdicti.

Innocentius episc. Generali et Provincialibus Ministris et aliis Fratribus Ord. Fratrum Min. « Precibus vestris ». Datum Lugduni III non. marcii pontif. anno septimo.

351/5094, n. 20. — Orig. Desunt plumb. et chorda. = BF I, 537, ex hoc quoque Archivo.

31. Lugduni, 20 aprilis 1250.

Prohibetur ne construantur monasteria sub nomine Ord. S. Damiani, nisi de consilio et assensu Ministrorum Provincialium Fratrum Min.

Innocentius episc. Archiepiscopis et episc. per Lombardie, Marchie Tervisin. et Romaniole provincias constitutis. « Cum harum rector Sathanas tenebrarum ». Datum Lugduni XII kal. pontif. anno septimo.

351/5094, n. 22. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « f. ». = BF I, 541, ex hoc Archivo.

32. Lugduni, 1 maii 1250.

Commendantur Fratres Min. ut ad praedicationem et ad confessiones excipiendas admittantur.

Innocentius episc. Archiepiscopis et episc., abbatibus, prioribus, decanis, archipresb., archidiac., plebanis et aliis ecclesiarum prelatis. « Quoniam habundavit iniquitas ». Datum Lugduni kalendis maii pontif. anno septimo.

351/5094, n. 21. — Desunt plumb. et chorda; in plica « I. v. ». = Deest BF; cf. I, 214, 381; supra n. 8.

33. Bononiae, 2 maii 1250.

Testamentum.

Homodeus q. Lanfranchi reliquid pro anima sua septem lib. bon., quas vult expendi inter ecclesias et hospitales et pauperes Christi et circa funus et sepulturam suam ... Suos commissarios voluit esse fr. *Thomasinum* de Ord. Fratrum Min. et Ysnardum q. d. Iacobi de Montasigo et Zagnibellum Alberti Fabri not., ad dictos denarios expendendos. Item voluit quod omnes usure quas habuit ab aliquo vel aliquibus, restituantur secundum ius et petitiones illorum qui petierint et sensum et voluntatem commissariorum predictorum ... In omnibus aliis et singulis suis bonis heredem instituit Blasiam suam uxorem ea condicione quod teneatur nutrire, alere et [...]nere Philippum f. Gilie que fuit de comitatu Parme, pro anima sua et pro remedio peccatorum suorum. Et si Gillia predicta nollet alere et nutrire dictum Phylippum hinc ad tres annos, teneatur dicta heres solvere eidem annuatim III lib. bon.; et si dicta heres nollet observare predicta et non observaret, debeat a

predicta hereditate cessare, et sibi heredem instituit Ordinem Fratrum Min. cum predictis que predicta heres facere tenebatur ... Actum Bononie ... Martinus f. q. Ugolini de Funi not.

346/5089, n. 11. — Orig.

34. Lugduni, 5 maii 1250.

Iniungitur ut vexatores Fratrum Min. Provinciae Bonon. per censuram eccles. coerceantur.

Innocentius episc. Bononien. et Feretran. episcopis. « Quia nonnulli ». Datum Lugduni III non. maii pontif. anno septimo.

351/5094, n. 24. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « I. v. »; in dorso « Fr. Rufino Ministro Bononie detur ex parte fr. Gufredi Mediolanen. Procuratoris Ordinis: detur citissime vel mandetur ». = BF I, 543, ex hoc Archivo.

35. Ianuae, 3 iunii 1251.

Indulgentiae erogantur subsidium largientibus pro fabrica Fratrum Min. Bononien.

Innocentius episc. Universis Christifidelibus. « Quoniam, ut ait apostolus ». Datum Ianuae III non. iunii pontif. anno octavo.

351/5094, n. 26. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in dorso « Detur fr. Rufino Bononie Ministro ». = BF I, 574, ex hoc Archivo.

36. Bononiae, 8 octobris 1251.

Testamentum.

D. Zerra q. d. Romei de contrata Castillionis ... reliquid de bonis suis DCCCC lib. bon., de quibus solvi et restitui voluit et satisfieri omnibus iuste petentibus, a quibus aliquid habuerit occasione usurarum vel alio quocunque iniusto et illicito modo. Et ad hec exequenda esse voluit commissarios suos fr. *Arpinellum* de Ord. Fratrum Min. eius filium et d. Gulielminam eius uxorem et unum alium quem voluerit et elegerit idem fr. *Arpinellus* ... volens et mandans quod idem fr. *Arpinellus* de predicta summa pecunie habeat et sibi accipiat et teneat LX lib. bon. et ex eis faciat quidquid velit ... Insuper fr. *Arpinellum* predictum sibi in X lib. bon. ex pecunia predicta heredem instituit ac reliquit, iubens ipsum de hiis esse contentum ... Actum Bononie in domo filiorum q. d. Deutesalvi ... Rolandinus Rodolfini Florette not.

335/5078, n. 9. — Orig.

37. Bononiae, 19 novembris 1251.

Testamentum.

Ego d. Antolina f. q. d. Grimaldi Rubei et uxor d. Nicholai de Castello ... dari volo fr. *Clario* de Ord. Fratrum Min. unam cappam; item fr. *Bomiohanni* Sanctorum de predicto Ordine relinquo XX sol. bon. pro restauratione votorum [meorum] ... Actum in domo testatricis ... Galletus Tebaldini de Gisso not.

337/5080, n. 34. — Orig.

38. Perusii, 18 decembris 1251.

Indulgentiae erogantur visitantibus altare B. Mariae Virginis in ecclesia Fratrum Min. Bononiae.

Innocentius episc. Guardiano et Fratribus Min. Bononien. « Licet is, de cuius munere ». Datum Perusii xv kal. ianuarii pontif. anno nono.

351/5094, n. 32. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « Iac. (?) Sen. (?) ». = BF I, 589, ex hoc Archivo.

39. Perusii, 23 decembris 1251.

Indulgentiae erogantur subsidium largientibus pro complemento fabricae ecclesiae S. Francisci Bononiae.

Innocentius episc. Universis Christifidelibus. « Ecclesiarum fabricis ». Datum Perusii x kal. ianuarii pontif. anno nono.

351/5094, n. 27. — Orig. Adest chorda ser., deest plumbum; in plica « b. f. ». = BF I, 590, ex hoc Archivo.

40. Perusii, 15 maii 1252.

Nisi cessarint quidam eccles. praelati a gravaminibus Fratrum Min. inferendis, auctoritate apostolica compellantur.

Innocentius episc. Archiepiscopis et episc., abbatibus, prioribus, decanis, archidiac., archipresb., prepositis et aliis ecclesiarum prelatis per Lombardiam et Romaniolam constitutis. « Nimis iniqua vicissitudine ». Datum Perusii idibus maii pontif. anno nono.

351/5094, n. 33. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « Vb'. p. ». = BF I, 609, ex hoc Archivo.

41. Perusii, 18 iulii 1252.

Ut nonnulli eccles. praelati a gravaminibus Fratrum Min. inferendis desistant.

Innocentius episc. Episcopo Bononien. et Electo Ravennat. « Nimis iniqua vicissitudine ». Datum Perusii xv kal. augusti pontif. anno nono.

351/5094, n. 34. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « I. v. ». = BF I, 620, ex hoc Archivo.

42. Perusii, 16 octobris 1252.

Indulgentiae erogantur visitantibus altare S. Francisci in ecclesia Fr. Min. Bononiae.

Innocentius episc. Guardiano et Fratribus Min. Bononien. « Licet is, de cuius munere ». Datum Perusii xvii kal. novembris pontif. anno decimo.

351/5094, n. 37. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « Iac. p. ». = BF I, 634, ex hoc Archivo, falso tamen sub d. 26 octobris.

43. Romae, 10 novembris 1253.

Indulgetur Fratribus Min. Regin. ut de usuris et male acquisitis recipere queant.

Innocentius episc. Guardiano et Fratribus Ord. Fratrum Min. Regin. « Vestre meritis Religionis »... usque ad ducentas libras imperialium ... Datum Laterani iv id. novembris pontif. anno undecimo.

7/4139, n. 35. — Exemplum non authenticatum. = Deest BF; cf. I, 681, 688 etc.

44. Romae, 16 novembris 1253.

Indulgentiae erogantur subsidium largientibus pro complemento fabricae ecclesiae et conventus Fratrum Min. Regin.

Innocentius episc. Universis Christifidelibus. « Quoniam, ut ait apostolus »... Sane dilecti filii Minister et Fratres Ord. Fratrum Min. Regin. ibidem ... Datum Laterani XVI kal. decembris pontif. anno undecimo.

7/4139, n. 35. — Exemplum non authenticatum. = Deest BF; cf. supra n. 35.

45. Romae, 23 martii 1254.

Facultates conceduntur Fratribus Min. inquisitoribus et praedicatoribus Crucis super haeret. pravitate.

Innocentius episc. Fratribus de Ord. Min. inquisitoribus et predicatoribus Crucis super heretica pravitate a Sede apost. deputatis. « Ut nihil vobis desit ». Datum Laterani X kal. aprilis pontif. anno undecimo.

351/5094, n. 38. — Exemplum. « 1256 die XXIII augusti, Faventie in Episcopatu ... ego Bencevenne f. Bonutii q. Zucoli fornari civis Faven. not. suprascriptum exemplum ex originali suo integro et incorrupto ... fideliter sumpsi et exemplavi ... ». = BF I, 714.

46. Neapoli, 24 aprilis 1255.

Obiurgantur ob molestias et gravamina Fratribus Praedicatoribus et Minoribus illata.

Alexander episc. Ariminen. Cesenat. et Livien. episcopis. « Perlata nuper ad nos ». Datum Neapoli VIII kal. maii pontif. anno primo.

351/5094, n. 43. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « B. Plac. ». = BF II, 38.

47. Neapoli, [24 aprilis] 1255.

Ut episcopi Ariminen., Cesenat. et Livien. a molestiis et gravaminibus Fratribus Praed. et Min. inferendis desistant.

Alexander episc. Imolen. et Feretran. episcopis. « Perlata nuper ad nos ». Datum Neapoli [VIII kal. maii][1] pontif. anno primo.

351/5094, n. 40. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « La. ». = BF II, 39, ex hoc Archivo.

48. Bononiae, 7 maii 1255.

Testamentum.

D. Bonisima uxor q. d. Rusticelli de Garfagnana ... reliquid p. a. s. XL lib. bon., de quibus legavit *laborerio ecclexie* Fratrum Min. X lib. bon.; conventui Fratrum Min. predictorum X lib. bon.; ecclesie Fratrum Min. de *Crespellano* III lib. bon. Alias vult expendi circa sepulturam suam, quam sibi elegit apud ecclexiam Fratrum Min. et alibi ubi melius et utilius visum fuerit fr. *Bonfiglolo* fratri Penitencie et alii quem designare voluerit Guardianus Fratrum Min., quos facit suos commissarios. In aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus *etc.* filiam suam sibi heredem instituit; que si decederet sine filiis legittimis, substituit ei Fratres Min. et pauperes Christi vul-

[1] Spatium vacuum. Ita supplet BF ex litteris supra sub n. 46 enunciatis.

gariter et per fideicommissum ... Actum (Bononie) in Gorgatello in domo testatricis ...

335/5078, n. 116. — Exemplum. « Ego Iulianus Iacobini not. ... ut inveni in rogationibus scriptis manu d. Pauli Iohannis Brixiani not. ... ita exemplavi et scripsi ... ».

49. Pesauri, 8 maii 1255.

Testamentum fr. Ivani de Bononia, novitii Ord. Fratrum Min.

Fr. *Yvanus* de Bononia de Ord. Min. novizus, intestatus decedere nolens, antequam obedientiam et reverentiam promittat, sua ultima voluntate per nuncupationem hoc suum testamentum fecit in hunc modum. In primis p. a. s. de bonis suis voluit expendi et dari per Bonsavire d. Quidonis Boni de strada S. Donati et Ranucinum eiusdem testatoris cognatum x lib. bon. et per Guardianum ecclesie S. Francisschi de Bon. a se fideicommissarios constitutos, ut eis videbitur. In omnibus aliis suis bonis, iuribus, actionibus *etc.* d. Biatricem eius uxorem sibi heredem instituit in vita ipsius sue uxoris ... que bona omnia postmodum sue uxoris obitum accipi et expendi voluit per predictos fideicomissarios inter Christi pauperes sicut eis melius visum fuerit, volens omne testamentum actenus ab eo factum et specialiter testamentum ab eo factum apud Assisium, in quo sibi heredem instituit *Monasterium Dominarum de S. Damiano de Bononia*, esse cassum et inutile ex nunc et nullius valoris esse vel momenti ... Actum in statione Iacobi Zantii de Pensauro. Ad hec rogati fuerunt testes fr. *Marchisinus* de Ord. Min. Custos Custodie Fani ... Berardus Cazati de Pensauro not.

336/5079, n. 250. — Orig.

50. Bononiae, 17 maii 1255.

Testamentum.

Ego Hemma f. q. d. Drudi de Aquabelli de Tomaruola et uxor Phylisini q. Guidonis de Mediolano p. a. m. relinquo ecclesie Fratrum Min. de Portanova xvi lib. bon. pro uno callice; item pro sepultura, scilicet pro uno pallio et pro cera et candelis et pro septimis, tricesimis, centesimis et annuali, xxxv lib. bon. relinquo dicte ecclesie Fratrum Min., apud quam meam elligo sepulturam; de dictis autem xxxv lib. volo quod dentur viii lib. bon. in uno pallio. Item relinquo Phylisino marito meo usufructum c lib. bon. quandiu vixerit, de quibus volo ipsum habere l lib. bon. pleno iure quoad proprietatem et usumfructum si contigerit ipsum habere filios vel filium ex alia uxore post mortem meam ... In omnibus aliis meis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus *etc.* pauperes Christi mihi heredes instituo, inter quos bona mea distribui volo arbitrio Guardiani Fratrum Min. qui p. t. fuerit, quem fideicommissarium meum constituo, vel alium quem ipse Guardianus eligere vellet, qui tamen consilio Guardiani et voluntate teneatur expendere. Illa autem que reliqui marito meo quoad usumfructum tantum, expendat Guardianus Fratrum Min. qui fuerit tempore mortis sue. Si tamen contigerit me habere filium vel filios, eum vel eos mihi heredes instituo, quo casu c lib. bon. p. a. m. et meorum relinquo, de quibus volo solvi legata superius p. a. m. relicta. Et hanc volo esse meam ultimam voluntatem ... Et si aliud testamentum reperiretur factum ... iubeo nullius esse momenti nisi fieret in presencia Guardiani Fratrum Min. qui esset pro tempore ...

Actum in ecclesia Fratrum Min., pp. fr. *Pace* de Bononia, fr. *Ricardo* de Portanova, fr. *Sanctorum*, fr. *Bonaventura* miniatore, fr. *Antonio* d. Poete, fr. *Nasimbene* procuratore librorum, fr. *Petro* de Rodaldis et fr. *Boniohanne* de Sanctorum ... Cambius q. d. Palmerii Turizani not.

346/5089, n. 65. — Orig.

51. Anagniae, 27 iulii 1255.

Indulgentiae conceduntur visitantibus ecclesiam Fratrum Min. de Bononia in festivitatibus BB. Francisci et Antonii confessorum.

Alexander episc. Ministro et Fratribus Ord. Fratrum Min. Bononien. « Cum ad promerenda ». Datum Anagnie VI kal. augusti pontif. anno primo.

351/5094, n. 41. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « Vb'. p. »; in dorso « Guardiano Bononie ». = BF II, 62, ex hoc Archivo.

52. Anagniae, 17 septembris 1255.

Indulgentiae conceduntur subsidium largientibus pro complemento ecclesiae Fratrum Min. Bononien.

Alexander episc. Universis Christifidelibus. « Quoniam, ut ait apostolus ». Datum Anagnie XV kal. octobris anno primo.

351/5094, n. 42. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « hug. v. »; in dorso « Guardian. Bononie ». = BF II, 75, ex hoc Archivo.

53. Anagniae, [21 octobris 1255].

Ut excommunicati denuncientur qui retinent apud se apostatas Ordinis aut illis favent.

Alexander episc. Universis archiepiscopis et episc., abbatibus, prioribus, archipresbiteris, decanis, archidiaconis, plebanis et aliis ecclesiarum rectoribus. « Cum sicuti ex parte dilectorum ». Datum Anagnie [XII kal. novembris pont. anno primo].

339/5082, n. 18. — Exemplum non authenticatum. = *Ep.* XXXII, p. 262, sub hoc dato.

54. Romae, 12 decembris 1255.

Mandatur ut quidam eccl. praelati adhuc Fratres Min. vexantes per censuras coerceantur.

Alexander episc. Ferrarien. et Imolen. episcopis. « Quedam ab apostolica sede ». Datum Laterani II id. decembris pontif. anno primo.

352/5095, n. 52. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « hugo v. ». = BF II, 96, ex hoc Archivo.

55. Romae, 4 martii 1256.

Indulgentiae conceduntur visitantibus ecclesiam Fratrum Min. Bonon. ad honorem B. Mariae Virg.

Alexander episc. Ministro et Fratribus Min. in conventu Bononien. « Sanctorum meritis ». Datum Laterani IIII non. martii pontif. anno secundo.

352/5095, n. 54. — Orig. Adest chorda ser., deest plumb.: in plica « Ia. N[...] »: in dorso « Dnus Ottobonus impetrat ». = BF II, 121, ex hoc Archivo.

56. Bononiae, 22 aprilis 1256.

Testamentum.

Ego d. Ubertus sacerdos ecclesie S. Katerine de Burgo Sarragoze ... lego p. a. m. et sepultura ccc lib. bon., de quibus volo et iubeo dari per manus fideicommissariorum meorum infrascriptorum *operi ecclesie* Fratrum Min. c sol.; item eisdem Fratribus Min. pro tunicis c sol.; item eisdem Fratribus Min. c sol. pro una refectione; item *Sororibus S. Francissi* xx sol. ... item *ecclesie S. Antonii de Padua* v sol. pro uno transfictorio argenteo. Item lego consorciis S. Proculi, S. Prosperi, S. Donati, S. Stephani L lib. bon. ut de illis ematur possessio per commissarios meos secundum consilium Prepositorum consorciorum, cuius fructus in die anniversarii mei expendantur et dividantur equaliter inter dicta consorcia, et hoc fiat ad locum seu ad illam ecclesiam in qua erit sepultura mea, quod anniversarium volo fieri omni anno ad ecclesiam Fratrum Min. ad quam mihi eligo sepulturam. Item Fratribus Min. xx lib. bon. pro missis cantandis p. a. m. usque ad annum a die obitus mei, si voluerint recipere ... alioquin dentur aliis sacerdotibus qui predicta loco Fratrum Min. exequantur ... Ad predicta legata et infrascripta solvenda commissarios meos volo esse fr. *Iohannem* de Sambro Ord. Fratrum Min. ... Actum Bononie apud Fratres Min. sub *porticu domus* Fratrum Min., pp. fr. *Bernardino* Gardiano, fr. *Gregorio* Romano, fr. *Benvenuto* Mutinensi, fr. *Nicholao* Bononiensi, fr. *Richardo* Bonon., fr. *Thomasino* Regino, fr. *Iohanne* de Sambro, Ord. Fr. Min. testibus ... Helias Braganraci not.

346/5089, n. 16. — Orig.

57. Romae, 24 aprilis 1256.

Constituuntur Procuratores et Syndici pro conventu Fratrum Min. Bononiae.

Alexander episc. Martino Prosperoso, Petrizolo Iohannis Tuscani et Michaeli Petri Gratiedei civibus Bononien. Cum a Deo dilecti filii Fratres Min. ex professionis sue voto se voluntarie submiserint paupertati, ut nec divisim nec communiter aliquid proprii valeant obtinere, sed omnia que ipsis in elemosinam erogantur seu alias eorum contemplatione proveniunt, iuri et proprietati ecclesie Romane ex ipsorum Ordinis institutis accrescant, ac per hoc ad nos procuratorem instituere in bonis huiusmodi pertinere noscatur; nos de fidei vestre circumspectionis sollicitudine plenam fiduciam obtinentes, vos et quemlibet vestrum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, in omnibus bonis mobilibus et immobilibus ac sese moventibus eidem ecclesie, dilectorum filiorum Fratrum Min. in conventu Bononien. contemplatione, collatis et in posterum conferendis, et in omnibus que ipsi Romane Ecclesie ex institutis dicti Ordinis pervenerunt et pervenient in futurum, procuratores, negotiorum gestores, sindicos constituimus et actores, dantes vobis et cuilibet vestrum in solidum amministrandi, disponendi, vendendi, permutandi, dandi, donandi, agendi, defendendi in iudicio ecclesiastico et seculari coram ordinariis et delegatis, iudicibus, arbitris, arbitratoribus et feudorum dominis, transigendi quoque in causis omnibus, paciscendi, iurandi de calumpnia in litem et de veritate dicenda, et iusiurandum etiam deferendi, ac omnia faciendi que in iudicio requiruntur. Procuratores preterea unum vel plures vos et quilibet vestrum ad supradicta omnia constituendi, ad requisitionem Fratrum dicti conventus, plenam vobis, auctoritate presentium,

concedimus facultatem, ita tamen quod de predictis aut circa predicta in iudicio vel extra vos vel aliquis vestrum seu a vobis procuratores dati nihil penitus peragatis, nisi eorumdem Fratrum requisito consilio et obtento. Decernimus ergo, ut ea que per vos et vestrum quemlibet, necnon constitutos a vobis provide facta fuerint in predictis, plenam obtineant firmitatem. Datum Laterani viii kal. maii pontif. nostri anno secundo.

351/5094, n. 46. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « Thom. pro Deo ». = Deest BF; cf. II, 366.

58. Romae, 15 maii 1256.

Conceditur ut sepultura in ecclesiis Fratrum Min. omnibus sit libera.

Alexander episc. Generali et Provincialibus Ministris et aliis Fratribus Ord. Fratrum Min. « Cum a nobis petitur ». Datum Laterani idibus maii pontif. anno secundo.

351/5094, n. 49. — Orig. Desunt plumb. et chord.; in plica « hugo v. »; in dorso « De sepultura pro Provincia Bononie ». = BF II, 132.

59. Bononiae, 14 iunii 1256.

Testamentum.

Ego Guidoctus q. Henrigipti, qui fuit de Lamola ... relinquo p. a. m. l lib. bon., de quibus dari volo *laborerio* S. Francisci Fratrum Min. iii lib. bon. ... Item relinquo tot denarios de quibus detur in septima die post obitum meum unum convivium Fratribus Min. de Bononia ... Reliquos expendi volo ad voluntatem commissariorum meorum circa funus et sepulturam meam, quam volo esse apud ecclesiam Fratrum Min. vel allibi ubi melius et utilius eis videbitur ... Actum Bononie ... Matheus f. d. Benintendi not.

336/5079, n. 249. — Orig.

60. Anagniae, 24 iunii 1256.

Ut Eremitae S. Augustini compellantur uti cucullis nigri coloris, ut a Fratribus Min. distinguantur.

Alexander episc. Universis archiepiscopis et episc. per Lombardiam et Romaniolam constitutis. « Recordamur liquido ». Datum Anagnie viii kal. iulii pontif. anno secundo.

351/5094, n. 48. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « hugo v. ». = BF II, 117, ex hoc quoque Archivo, sed sub diversis directione et dato (6 mart. 1256).

61. Anagniae, 4 iulii 1256.

Indulgentiae conceduntur visitantibus statis diebus ecclesiam Fratrum Min. Regin.

Alexander episc. Ministro et Fratribus Ord. Fratrum Min. Regin. « Cum ad promerenda ». Datum Anagnie iv non. iulii pontif. anno secundo.

6/4138, n. 5. — Exemplum non authenticatum. = Deest BF; cf. supra n. 51, infra n. 62 etc.

62. Anagniae, 6 iulii 1256.

Indulgentiae conceduntur visitantibus statis diebus ecclesiam Fratrum Min. Bononien.

Alexander episc. Ministro et Fratribus Ord. Fratrum Min. Bononien. « Cum ad promerenda ». Datum Anagnie ii non. iulii pontif. anno secundo.

351/5094, n. 44. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « I. v. ». = BF II, 142, ex hoc Archivo.

63. Anagniae, 10 iulii 1256.

Ut nullum aedificium Regularium vel Religiosarum construatur infra spatium 500 passuum circa fines conventus Fratrum Min. Bononiae.

Alexander episc. Abbati S. Stephani Bononien. « Paci et tranquillitati ». Datum Anagnie VI id. iulii pontif. anno secundo.

351/5094, n. 50. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « Ben. per. ». = BF II, 142, ex hoc Archivo.

64. Anagniae, 22 iulii 1256.

Conceditur praelatos Ordinis absolvi posse ab excommunicatione per confessarios Ordinis ab ipsis electos.

Alexander episc. Generali et Provincialibus Ministris Ord. Fratrum Min. « Ordinis vestri generosa plantatio ». Datum Anagnie XI kal. augusti pontif. anno secundo.

351/5094, n. 45. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « Iac. Mut. »; in dorso « Bononien. Provincie ». = BF II, 148.

65 Anagniae, 27 iulii 1256.

Nonnullis eccles. praelatis praecipitur ut a gravaminibus Fratribus Min. inferendis desistant.

Alexander episc. Archiepiscopis et episc., abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, rectoribus et ceteris ecclesiarum prelatis per Lombardiam constitutis. « Nimis iniqua vicissitudine ». Datum Anagnie VI kal. augusti pontif. anno secundo.

352/5095, n. 51. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « G. ar. »; in dorso « Provincie Bononien. ». = BF II, 149, ex hoc quoque Archivo.

66. Anagniae, 29 iulii 1256.

In eodem modo, eisdem.... per Lombardiam et Romaniolam constitutis ... IIII kal. augusti.

351/5094, n. 47. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « hugo v. »; in dorso « Bononien. Provincie ». = Deest BF; cf. supra n. 65.

67. Anagniae, 29 iulii 1256.

Ut nonnulli eccles. praelati a gravaminibus Fratribus Min. inferendis compescantur.

Alexander episc. Archiepiscopo Mediolanen., et Terdonen. et Imolen. et Regin. episcopis. « Nimis iniqua vicissitudine ». Datum Anagnie IIII kal. augusti pontif. anno secundo.

352/5095, n. 57. — Orig. Adest chorda canap. sine plumbo; in plica « hugo v. ». = BF II, 152, ex hoc Archivo, sub d. vero 27 iulii 1256.

68. Bononiae, 10 februarii 1257.

Testamentum d. Zoeni episcopi Avinionen. [1]

Ven. pater d. Zoen Dei gratia Avinonensis episcopus reliquit CL lib. toron. per manus Prioris S. Agricoli, Prioris Predicatorum et Guardiani Fratrum Min. de *Avi-*

---

[1] Huic Testamento referuntur Bullae in BF II, 427, 440, 473, 573.

nione, expendendas hoc modo. Centum sol. voluit habere pro pictancia Eccles. Avinion., et c sol. toron. conventum Fratrum Min. eiusdem loci pro pictancia similiter, et convent. Fratrum Pred. eiusdem loci c sol. toron. pro pictancia similiter; et de istis CL lib. voluit quod solvantur heredibus Guilelmi L lib. nigrorum ... per Priorem S. Agricoli et Priorem Predicatorum et Guardianum predictos de *Avinione*, quos constituit suos commissarios in Provintia, specialiter super istis CL lib. toron. expendendis ... Insuper reliquit d. Contisine matri sue et fr. Ioseph viro eius, patri suo, ususfructus redditus et obventus omnium aliarum possessionum suarum et rerum quas habet citra montes, quandiu vixerint ... ad providendum sibi et d. Iacobine eorum filie. Preterea reliquid de bonis suis pro anima sua MMMM lib. bon.; de quibus solvi voluit et mandavit conventui Fratrum Min. civit. Bononie L lib. bon. pro indumentis Fratrum; item fr. *Iulliano* de Tencharariis, si tunc vixerit, v lib. bon. ... Item reliquit *conventui Dominarum S. Francisci de Bononia* pro indumentis sororum x lib. bon. ...; item cuilibet alteri ecclesie conventuali de civit. et suburbiis Bon. XX sol. bon. ... Residuum ... quod supererit a dictis legatis solvi, distribui et expendi voluit et disposuit per commissarios suos infrascriptos, prout melius visum fuerit eis p. a. s.: silicet, statim cum fuerint certi de obitu suo, convocent omnes prelatos et clericos civit. Bon. et suburbiorum, tam religiosos quam alios ad ecclesiam catredalem (*sic*) pro exequiis faciendis p. a. s., et provideant omnibus sicut viderint faciendum; et ipsa die vel sequenti faciant elemosinam generalem pauperibus civit. et suburbiorum Bon., quos vocent ad eundem locum per preconem si necesse fuerit, et detur unicuique pauperi panis unus duorum denariorum et unus denarius, et faciant pulsare campanas per singulas ecclesias civit. Bon. in quolibet termino, sicut fieri consuevit Bononie, deinde ad unum annum. Item voluit et mandat commissariis suis quod in primo anno post obitum suum quolibet primo die veneris cuiuslibet mensis, vocentur per preconem omnes pauperes civitatis ad plateam S. Dominici vel S. Francisci, alternatim, ita quod una convocatio fiat una die ad S. Dominicum et altera ad S. Franciscum pauperum predictorum, et detur unicuique pauperi panis duorum denariorum, et sit ibi unus de commissariis vel aliquis frater pro eis, qui comuniter roget omnes pauperes ut rogent Deum pro anima Episcopi testatoris ... Ad hec autem omnia et singula exequenda esse voluit et disposuit comissarios suos et hujus testamenti executores Priorem Predicatorum conventus Bon. et Guardianum Fratrum Min. civit. Bon. et Priorem S. Michaelis de Buscho, qui p. t. fuerint. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et inmobilibus, iuribus et actionibus citra montes habitis et habendis, sibi heredes instituit pauperes Christi, quos, pensata utilitate anime episcopi Avinonensis et multa paupertate ipsorum pauperum, prefati comissarii duxerint eligendos; et succedant ipsi testatori in omnibus, exceptis que superius relicta sunt ... Actum in domo ecclesie S. Antonii de Bononia de Savina, in camera in qua ipse d. Episcopus morabatur, pp. ... fr. *Ugolino* de Tencarariis de Ord. Fratrum Min. *etc.* Ysnardus d. Iohannini Pizolpili not.

346/5084, n. 54. — Exemplum exempli. « Ego Bondi fil. d. Petrizoli not. suprascriptum test. exemplavi ... ut in autentico scripto manu Ysnardi suprascripti inveni. Et ego Michilinus Iacobini Cavaze not. ut in dicto exemplo inveni, ita fideliter exemplavi et scripsi »; in dorso « Iura spectantia ad causam motam causa hereditatis episcopi Avinion. ». = Integrum edidit Sarti, II, 177-82.

69. Romae, 25 februarii 1257.

Indulgentiae conceduntur Fratribus Min. ad capitulum generale accedentibus.

Alexander episc. Ministro et Fratribus Min. « Licet corporalium ». Datum Lateterani v kal. martii pontif. anno tertio.

352/5095, n. 53. — Orig. Plumb. et chorda desunt; in plica « hugo. v. pro Deo ». = BF II, 197, ex hoc Archivo.

70. Viterbii, 27 maii 1257.

Indulgentiae conceduntur visitantibus statis diebus ecclesiam Fratrum Min. Regin.

Alexander episc. Guardiano et Fratribus Ord. Min. Regin. « Sanctorum meritis ». Datum Viterbii vi kal. iunii pontif. anno tertio.

6/4138, n. 5. — Exemplum non authenticatum. = Deest BF; cf. supra n. 55.

71. Viterbii, 16 octobris 1257.

Indulgetur Fratribus Min. ut recipere possint de male acquisitis et de legatis indistinctis.

Alexander episc. Generali et aliis Provincialibus Ministris ac Fratribus Ord. Min. « Felicis recordationis Innocentius papa ». Datum Viterbii xvii kal. novembris pontif. anno tertio.

352/5095, n. 55. — « Exemplum ... redactum in formam publici instrumenti auctoritate et mandato d. Bonincontri decretorum Doct. vic. ven. Patris d. Ottaviani Dei gratia Bon. episc. in anno Domini 1284 die 16 maii ... subscriptum a tribus notariis Primerano Iacobini de S. Georgio, Petronio Petri Beliti et Arnulfo q. Iohanini Lamfranchini ». = BF II, 250.

72. Viterbii, 5 decembris 1257.

Indulgentiae conceduntur Fraternitati B. Mariae et B. Francisci Regin.

Alexander episc. Rectoribus, confratribus et sororibus universis Fraternitatis B. Marie et B. Francisci Regin. « Licet is de cuius munere ». Datum Viterbii nonis decembris pontif. anno tertio.

7/4139, n. 35. — Exemplum non authenticatum. = Deest BF; cf. II, 261-2, 280 etc.

73. Bononiae, 24 aprilis 1258.

Venditio.

D. Lodovicus iudex et Bonensegna not. de Portasteri commissarii electi a fr. *Luca* Guardiano Fr. Min. et conventus Bononie, ut dicebant, secundum formam testamenti facti a d. Lazaro q. Pelegrini Grifi de Veneciis, tanquam commissarii vendiderunt, dederunt et transtulerunt ... d. Berte de Aqualto f. q. Petri Alpeselle petiam unam terre arat. et vineat., quam dixerunt esse duas tornat., terciam partem alterius et tres tabullas, posit. in valle Meloncelli ... pro pretio lvii lib. bon.; quod confessi sunt sibi solutum et numeratum ad expendendum pro anima dicti Lazari ... Actum ante *portam* Fratrum Min., pp. fr. *Petro* Vallis maioris, Fratre Min. *etc.* Paulus Iohannis Brix. not.

337/5080, n. 120. — Orig.

74. Bononiae, 17 maii 1258.

Venditio.

D. Lodoicus iudex dedit, vendidit et transtulit d. Berte f. q. d. Petri Alpeselle de Aqualto ... domos duas posit. in Burgo Peratelli, una quarum est de ante et alia de retro, cum terreno et edificio et cum tereno quod est in medio utriusque domus; que domus et terenum sunt infra hos confines: a mane possidet Azzolinus f. Vitalis Fabri, a sero Michael Usimbardi, ab aquilone est strata publica, a meridie terrenum Fratrum Min. ... pro pretio CLXXV lib. bon. ... Actum *sub porticu ante portam* Fratrum Min., pp. ... fr. *Pelegrino* et fr. *Luca*, Fratribus Minoribus *etc.* Benvenutus q. Burghixini not.

337/5080, n. 121. — Orig.

75. Viterbii, 7 iulii 1258.

Ne contradicatur Stigmatibus S. Francisci.

Alexander episc. Universis archiepiscopis et episc. in Lombardie partibus constitutis. « Quia longum esset ». Datum Viterbii nonis iulii pontif. anno quarto.

352/5095, n. 56. — Orig. Adest chorda ser., plumb. deest; in plica « hugo. v. »; in dorso « In conventu Bononiensi servetur ». = BF II, 358, sub diversis directione et dato (28 iulii 1259).

76. Bononiae, 1 ianuarii 1260.

Testamentum.

Ego magister Rainaldus, qui fui de Firmo, Bononie commorans ... Fratribus Min. de Bononia dari iubeo IIII lib. bon., de quibus debeant cantare missas pro anima mea ... item fr. *Azoni* de Bononia de eodem Ord. confessori meo dari iubeo XX sol. bon; item *Sororibus de S. Francisco de Bononia* dari mando X sol. bon. ... Actum Bononie ... Guilielmus de civitate Castelli not.

8/4140, n. 1. — Orig.

77. Anagniae, 23 ianuarii 1260.

Declaratur Ministrum Prov. Ord. Fr. Min. Bonon. non teneri deputare Fratres pro Monasterio Clarissarum Imolen.

Alexander episc. Ministro et Fratribus Ord. Min. Bononien. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod Abbatissa et conventus Monialium inclusarum monasterii Imolen. Ord. S. Damiani, ad te, fili Minister, a nobis se asserunt sub certa forma litteras impetrasse, ut eis provideas de Fratribus tui Ordinis tue cure commissis, quod pro celebrandis divinis officiis et ministrandis eis ecclesiasticis sacramentis continue in dicto monasterio commorentur. Verum, quia id vobis in grave scandalum redundare dinoscitur et Ordini vestro non modicum derogatur, humiliter petivistis a nobis ut providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Cum autem dictum monasterium, quod est novella plantatio, non sit de antiquis monasteriis, quibus felicis recordationis Gregorius pp. predecessor noster Fratres vestri Ordinis deputavit, et intentionis nostre non fuerit nec existat pro huiusmodi novis monasteriis dictum Ordinem vestrum super tali concessione Fratres ipsius aliquatenus pre-

gravare; nos vestris supplicationibus inclinati ac vestre quieti providere volentes supradictas litteras nostras tibi, prefate Minister, pro eisdem Abbatissa et conventu directas, auctoritate presentium revocamus, tibique, Minister, concedimus, ut super eas aliquos Fratres eisdem Abbatisse et conventui deputare seu concedere aut illuc destinare minime tenearis, maxime cum, sicut asseritis, littere ipse de eo, quod dictum monasterium sit nova plantatio et quod de premissis antiquis non fuerit, nullam faciant mentionem. Datum Anagnie x kal. februarii pontif. anno sexto.

352/5095, n. 60. — Orig. Plumb. pendet e chorda canap.; in plica « Rob. Sc. ». = Deest BF.

78. Anagniae, 7 maii 1260.

Ut Fratribus Min. provideri possit de male acquisitis et legatis indistinctis.

Alexander episc. Universis executoribus testamentorum presentes litteras inspecturis. « Ex parte dilectorum ». Datum Anagnie nonis maii pontif. anno sexto.

352/5095, n. 59. — Exemplum non authenticatum. = Deest BF; cf. II, 251.

79. Bononiae, 10 septembris 1260.

Testamentum.

D. Bonmartinus q. d. Iacobi de Castagnolo ... reliquit fr. *Petro* de Ord. Fratrum Min. suo fratri v lib. bon.; item conventui Fratrum Min. III sol. bon. ... item sor. *Ysabete* de Ord. Min., que moratur *Imole*, x sol. bon. ... Constituit suos comissarios predictum fr. *Petrum* suum fratrem et d. Magdalenam suam uxorem ... Actum Bononie ... Michael Martini Franzonis not.

335/5078, n. 10. — Orig.

80. Bononiae, 29 novembris 1261.

Testamentum.

D. Aglaysia f. q. Sarti de Duglolo ... pro anima sua et ad pias causas et ad opera misericordie reliquid XII lib. bon., de quibus vult dari cuilibet Religioni existenti infra circlam civit. Bon. II sol. bon. ... Residuum vero vult dari et expendi circa funus et sepulturam suam, quam sibi elegit apud ecclesiam Fratrum Min. et specialiter pro septima et trigesima in loco predictorum Fratrum facienda. Item iure legati reliquit Fratribus Min. medietatem domus in qua nunc habitat, cum solo et hedificio toto, quam medietatem habeant dicti Fratres iuxta eos a latere desuper, et specialiter pro *cimiterio* faciendo, si voluerint ... Item filie sue sor. *Inocentie* Ord. S. Damiani apud *Forlivium* XL lib. bon. iure testamenti reliquid, et in hoc eam sibi heredem instituit, ita tamen quod pro libris et tunicis et aliis vestibus sibi oportunis predictas XL lib. bon. debeat habere, secundum arbitrium et dispositionem fr. *Bernardini* et fr. *Bonacatti* Ord. Fratrum Min., et non aliter. Et si quis [aliter?] vellet expedire quam ut dictum est, tunc voluit et iussit dictos Fratres dare debere dictas XL lib. bon. ubicumque vellent pro anima dicte testatricis. Item reliquid eidem sue filie duo linteamina et unam cultram et unum plumatium. In aliis autem ceteris suis bonis mobilibus et inmobilibus, iuribus *etc.* Iacobinum suum filium sibi heredem instituit; qui si decederet sine filiis legittimis ... voluit quod sui commissarii vendant omnia sua bona, et dent de dictis suis bonis dicte sue filie x lib. bon., et *laborerio ecclesie* Fratrum

Min. alias x lib. bon. ... Residuum vero bonorum suorum voluit distribui arbitrio supradicti fr. *Bernardini* et fr. *Bonacatti* de Ord. Fr. Min. et Guardiani Fr. Min. qui p. t. fuerit. Actum Bononie in domo dicte testatricis ... Figlocarus q. Dominici Troeti not.

335/5078, n. 11. — Orig.

81. Viterbii, 29 maii 1262.

Crucesignati in Prov. Bononien. privilegio donantur [1].

Urbanus epis. Ministro Provinciali Fratrum Min. Bononien. Volentes omnes crucesignatos in Bononia nec non in aliis locis per que tua administratio se extendit et etiam crucesignandos in subsidium Terre Sancte singularis privilegii prerogativa gaudere, crucesignatis et crucesignandis huiusmodi, ut per litteras apostolice Sedis vel Legatorum eius impetratas hactenus, quarum non sit auctoritate processum, et impetrandas im posterum, nisi dicte Sedis littere impetrande plenam et expressam fecerint de presentibus mentionem, extra dioceses in quibus ipsi et eorum bona consistunt in causam trahi vel ad iudicium evocari non possint, dummodo parati sint coram eorum Ordinariis querelantibus exhibere iustitie complementum, auctoritate presentium indulgemus. Nulli *etc.* Datum Viterbii IIII kal. iunii pontif. anno primo.

352/5075, n. 62. — Orig. Deest plumb. cum chorda; in plica « Maths. cap. »; in dorso « Ministro Provinciali Fratrum Min. Bonon. ». = Deest BF.

82. Bononiae, 9 iulii 1262.

Moniales monasterii S. Francisci de Bononia vendunt quaedam hereditaria bona ad necessitatibus eiusdem monasterii subveniendum.

D. *Beatrixia* f. q. d. Bonifatii Guidonis Guizardi Priorixa sive Abbatissa *monasterii sive loci S. Francisci de Bononia* et Sorores sive Moniales dicti loci, silicet sor. *Lazarina* f. q. d. Oddofredi, sor. *Maria* f. q. d. Fabri, sor. *Benvenuta* de Burgo strate S. Stefani, sor. *Iohanna* de Campania, sor. *Filipa,* sor. *Francisca,* sor. *Nobillis,* sor. *Bonaventura,* sor. *Ma*[...], sor. *Pacifica,* sor. *Angella,* sor. *Agnexia,* sor. *Consolata,* sor. *Pagana,* sor. *Zolenta,* sor. *Victoria,* sor. *Beatrixia* de Magarotis, sor. *Antonia,* sor. *Zuliana,* sor. *Francisca* de Retio, sor. *Inluminata,* sor. *Thomaxina,* sor. *Aurea,* sor. *Agnexia* de S. Ioanne, sor. *Suphia,* sor. *Guiglelma,* sor. *Filipa,* sor. *Iacobina,* sor. *Benedicta,* sor. *Cicillia,* sor. *Azolina,* sor. *Malgarita,* sor. *Barbara,* sor. *Aghata,* sor. *Antonia,* sor. *G*[....]*lla,* sor. *Ysabeta,* sor. [.......], omnes et singulle Sorores sive Moniales dicti monasterii, cum consensu et voluntate omnium suprascriptarum Sororum, vendiderunt et tradiderunt et mandaverunt d. Uguizoni f. q. d. Mathei d. Samaritane iure proprio et ad proprium et in perpetuum omnes et singullas possessiones et res tam corporales quam incorporales que fuerunt d. Sibille uxoris q. d. Saglinguere de Feraria, et que fuerunt d. *Fraysende* f. et heredis dicte d. Sibille et condam Monialis dicti monasterii sive loci, pertinentes vel que pertinere possent ad dictum monasterium occasione successionis dicte d. Sib[ille ...] d. Fraysende f. et heredis

[1] Alia huius generis bulla hanc praecedit, quae cum Fratres Minores, quamvis non manifeste, facile respiciat, hic ponitur: « Urbanus episc. Universis predicatoribus verbi Crucis pro Terre Sancte subsidio et executoribus negocii eiusdem Crucis. « Volentes labores vestros ». Datum Viterbii idibus maii pont. anno primo (1262, 15 maii). (352/5075. n. 61. — Orig. Deest plumb. cum chorda; in plica « m. p. ». = BF II, 47; cf. *Ep.* 1125, 1130 in notis).

eius Monialis quondam dicti monasterii sive loci, ubicumque sint sive in civitate Bononie vel districtu, sive in civitate Ferarie vel districtu, et omnes servos et ancillas, homines et mulieres, divina servitia, iura et actiones adque persecutiones, terras, vineas, campos et edifitia sive domos vel casamenta, prata, pasqua, silvas, saliceta, aquas, piscationes, iura ecclesiarum et patronatus, et culta et inculta, fructifera et infructifera, que dictum monasterium vel alius pro eo habebat, tenebat et possidebat vel quasi possidebat, vel habere, tenere seu petere posset, tam in civitate Bononie quam in districtu, tam in civitate Ferrarie quam districtu, ad habendum, tenendum et possidendum, petendum, recuperandum et exigendum et persequendum et quidquid sibi et suis heredibus placuerit perpetuo faciendum ... et hoc pro pretio L lib., bon.; quas fuerunt contente et confesse dicte Domine sive Sorores habuisse et eis integre satisfactum esse a dicto d. Uguizone, et etiam pro pretio sentingentarum lib. bon., quas DCC lib. bon. habuerunt a d. Matheo patre dicti d. Uguizonis; quod pretium confexe fuerunt totum processisse in necessitate et melioramento dicti loci et Habatisse adque Sororum, silicet in muralibus et constructione dicte ecclesie sive loci, que alias facere non poterant nec condi, et in indumentis necessariis dicte Domine et suis Sororibus *etc.* Actum Bononie ante fenestram dictarum Dominarum sive Sororum dicti monasterii sive loci, pp. d. Tadeo de Castro S. Petri iudice ... d. fr. *Benvenuto* de Paxipaupere de Ord. Fratrum Min. *etc.* Aldrevandinus de Fantaloziis not.

337/5080, n. 45. — Orig.

83. Bononiae, 18 iulii 1262.

Testamentum.

Ego d. Andreas f. d. Ocpizonis comitis de Lavania capellanus d. Pape, archidiaconus Ianue, prepositus Carnotensis et precentor Salubriensis, optempta prius licentia testandi a d. Alexandro pp. quarto, relinquo *etc.* In omnibus aliis meis bonis ecclesiasticis mobilibus et in[mobilibus ... pau]peres Christi, hoc est Fratres Predicatores et Minores mihi equaliter heredes instituo, sub ista condicione, quod omnia mea bona que sunt Bononie tam in domibus quam in lib[ris ... pecu]nia et vasis argenteis et aliis, necnon et in omnibus aliis meis bonis per Priorem Fratrum Pred. et Guardianum Fratrum Min., quos meos comissarios et execut[ores mei test]amenti esse volo, de consilio et consensu Fratrum illorum conventuum equaliter per medium dividentur et distribuantur dictis conventibus et aliis pauperibus Christi [et in usus] necessarios, prout melius et utilius videbitur expedire. Item omnia alia mea bona que Ianue reperientur tempore mortis mee, per Guardianum Fratrum Min. [et Priorem Pre]dicatorum de *Ianua,* quos ad illa bona distribuenda meos comissarios esse volo, equaliter dividantur et per eos distribuantur dictis conventibus et aliis pauperibus Christi [et in usus] necessarios, prout melius et utilius videbitur expedire. Si vero contigerit me mori alibi quam in civit. Bononie vel Ianue, tunc volo quod Guardianus Fratrum Min. et Prior [Predicatorum] illius terre ubi decederem sint commissarii mei quantum ad illa bona que tunc mecum habuero, et eo modo illa inter suos conventus distribuant, sicut de conventibus [Bononie et con]ventibus Ianue est superius ordinatum. In aliis meis bonis omnibus et specialiter in proventibus sive redditibus qui mihi contingent sive qui mihi mittantur de ultra m[ontes, Pri]orem Pred. de Bononia et Priorem Pred. de Ianua, et Guardianum Fratrum Min. de Bononia et Guardianum Fratrum Min.

de *Ianua* meos comissarios esse volo, m[.....] per eos equaliter dividantur et de consilio Fratrum conventuum suorum distribuantur in usus necessarios illorum conventuum et pauperes Christi, prout melius videbitur exp[edire........] vero ad alia bona que deberem percipere ultra montes, volo esse meos comissarios et executores Priorem Pred. de conventu *Parisiensi* et Guardianum Fratrum Min. eiusdem civitatis, ad expendendum ea in usus Fratrum et conventuum illorum et aliorum pauperum Christi, sicut melius videbitur expedire. Et si contingerit me mori in civ[......] apud locum Fratrum Pred. mihi eligo sepulturam, si vero alias in quocumque loco sive Ianue sive alibi morte preventus fuero, in domo Fratrum Min. volo sepelliri [......] Fratres omnes utriusque conventus uterque conventus processionaliter mee sepulture debeant interesse. Et anniversarium meum tam conventus Fratrum Pred. de Bononia [quam ... Fratrum Min]norum et omnium supradictorum conventuum debeant facere omni anno.

Actum Bononie in domo dicti testatoris. Ego Fr. Iohannes Vercellensis Prior Provincialis Fratrum Pred. Lombardie, de mandato predicti testatoris me interesse subscripsi. Ego Fr. Peregrinus de Regio Prior Fratrum Pred. de Bononia, de mandato *etc. (ut supra).* Ego Fr. Paganus Pergamensis de Ord. Fratrum Pred. de mandato *etc.* Ego fr. *Bernardinus* Custos Bononie Fratrum Min. de mandato predicti testatoris me interesse subscripsi. Ego fr. *Peregrinus* Guardianus conventus Fratrum Min. Bononie de mandato *etc. (ut supra).* Ego fr. *Clarus* de Ord. Fratrum Min. de mandato *etc.* Ego Andreas in isto testamento meo subscrip. Boninsegna q. Bonincuntri not.

335/5078, n. 12. — Orig.

84. Bononiae, 8 decembris 1262.

Apocha.

Iohannes barberius q. Martini fuit confessus se habuisse et recepisse a magistro Thomaxino q. Ieremie sartore ... xv lib. bon. parv. in augmento dotis Petrizole sue sororis et uxoris dicti Iohannis ... sub hac condicione, quod si contigerit quod ipsa Petrizola moriatur sine filiis, vult dictus magister Thomaxinus quod de dictis xv lib. bon. remanere debeant tunc Iohanni f. Alberti fornarii v lib. bon.; et alias x lib. bon. vult quod pervenire debeant ad Fratres Min. de civit. Bononie ... Actum Bononie ... Ubertinus Zanoti not.

8/4140, n. 46. — Orig.

85. Bononiae, 21 martii 1265.

Pacta et concordia Universitatis scholarium: de electione Rectoris Ultramontanorum, et de unione Vasconum nationi Pictaviensium.

In nomine Domini. Cum esset discordia inter scolares universitatis ultramuntanorum super ellectione seu creatione Rectoris dicte universitatis, videlicet Gallicos, Picardos, Burgundios, Pictavienses, Turonenses et Cenamonenses, Normannos, Catelanos, Ungaros et Polonos ex una parte; ex altera vero silicet Theotonicos, Yspanos, Provintiales, Anglicos et Vascones, dicta universitas, ad hoc convocata more solito in ecclesia S. Proculi, unanimiter ellegerunt d. Petrum de Vindocino cantorem Cenamonensem, d. Gobertum Abb. S. Felicis Geronde, d. Aymonem prepositum Ghibennensem,

mag. Guillielmum de Faia, d. Arnaldum de Podio Amaro pro dictis novem nationibus primis; pro quatuor vero ultimis nationibus d. Dominicum Petri magistrum scholarum Bracharensem, fr. Henricum de domo Teotonica, d. Reginaldum canonicum Burdegalensem, d. Guilielmum de Reali, d. Iohannem dictum Flamingum tamquam arbitros, arbitratores et amicabiles compositores ... Ipsi vero arbitri, invocata Spiritus sancti gratia ... ordinaverunt, firmaverunt et amicabiliter composuerunt in hunc modum, videlicet quod deinceps uno anno debeat elligi Rector de una de quatuor nationibus, silicet Gallicorum, Yspanorum, Provintialium vel Anglicorum ... alio vero anno eligatur Rector de aliqua de dictis octo nationibus, videlicet Picardorum, Burgundiensium, Pictaviensium, Turonensium et Cenamonensium, Normannorum, Catelanorum, Ungarorum, Polonorum, hoc acto quod tertio anno postea subsequenti eligatur Rector de natione Theutonicorum ... et postea primo anno de dictis quatuor nationibus et secundo anno de alliis octo, tercio anno de dictis quatuor nationibus, et quarto anno de dictis octo, quinto vero anno elligatur de dicta natione Theutonicorum, et ita de quinquennio in quinquenium habeant Teotonici Rectorem ... Insuper ordinaverunt et pronuntiaverunt, pro bono pacis et concordie, quod deinceps Vascones uniantur nationi Pictaviensium, ita tamen quod de cetero nominetur natio Pictaviensium et Vasconum, concedentes dicte nationi Pictaviensium et Vasconum duos consiliarios et duos ellectores tempore eligendi Rectorem perpetuo, et quod de cetero super nominibus nationum nulla oriatur discordia, nec immutetur nomen allicuius nationis, vel addatur vel detrahatur nomini alicuius nationis. Et si aliquem scolarem contigerit pervenire ad civitatem Bononie, necesse habeat esse de aliqua dictarum tredecim nationum, et sub aliqua dictarum nationum iurare Rectori qui p. t. fuerit, et magis vicinam sibi nationem, secundum arbitrium Rectoris et Consiliariorum qui p. t. fuerint, debeat acceptare ... In cuius rei testimonium voluerunt predicti arbitri et arbitratores et predicta universitas sigillum Comunis Bononie et d. Episcopi Bon. presentibus apponi, et per me infrascriptum notarium publice roborari et facere plura instrumenta unius tenoris, unum tamen eorum sit apud Fratres Min. et alliud penes Fratres Pred. ... Arlottinus Cambii not.

346/5089, n. 63. — Orig. = Integre edid. Sarti, II, 18-19; Savioli, III, parte II, pag. 405-06.

86. Bononiae, 31 augusti 1265.

Testamentum.

D. Gualtrata uxor d. Godii de Ulzano ... reliquit conventui Fratrum Min. XL sol. bon.; item conventui Fratrum Min. de [.....] XL sol. bon.; item d. sor. *Francische* de Ord. S. Franceschi XX sol. bon. Sepulturam suam sibi elegit apud ecclesiam Fratrum Min. de Bononia, si moreretur in civitate Bononie vel suburbiis ... Actum Bononie in ecclesia Fratrum Min., pp. fr. *Iohanne* de Sanbro presbitero, fr. *Iohanino* de Cornazano presbit., fr. *Thomazino* de Pizolpilo, fr. *Iordano* hostiario, fr. *Iacobino* Ribaldini de Bon., fr. *Iacobino* portonario *etc.*

Die 18 novembris 1265, dicta d. Gualdrata deposuit testamentum suum d. fr. *Guidoni* q. d. Principini Guardiano conventus Fratrum Min. de Bononia, ut eum mitat in sacristia predictorum Fratrum, secundum tenorem statutorum Fratrum Millitum S. Marie, pp. fr. *Thamaxino* de Pizolpilo et fr. *Iacobino* portonario *etc.* Lambertinus Egidii not.

335/5078, n. 15. — Orig.

87. Bononiae, 21 octobris 1265.

Testamentum.

D. Bertholdus f. q. d. Balugani ... reliquid CL lib. bon., de quibus dari voluit Comuni Bononie VII lib. bon., quas sibi videbatur habuisse indebite. Alias vero reliquid expendendas arbitrio fr. *Martini* de Ord. Fratrum Min. sui fratris, ubi melius ei visum fuerit, pro anima sua, quem sibi commissarium elegit ... Item de aliis suis bonis reliquid fr. *Martino* supradicto, pro capis et alliis necessariis, VI lib. bon.; et si dictus commissarius decederet ante finitam commissariam, vult quod sit suus commissarius Guardianus Fratrum Min. de Bononia qui p. t. fuerit ... Sepulturam vero suam sibi ellegit, ubicumque esset, apud locum Fratrum Min., si ibi esset locus dictorum Fratrum ... Actum Bononie in capitulo Fratrum Min., pp. fr. *Guidone* Principino Guardiano Fratrum presbitero, fr. *Angelerio* de Mutina presb., fr. *Albertino* de Mantua sacerdote, fr. *Petro* de Ferraria sac., fr. *Pensabene* de Bononia sac., fr. *Barnaba* de Boyto sac., fr. *Alberto* de Azonibus, fr. *Bono* Sartore, fr. *Petro* de Coradis de Mutina, testibus *etc.* Predictus autem Guardianus Fratrum Min. Bonon. rogatu dicti testatoris sigillum conventus Fratrum Min. de Bon. huic testamento aposuit, et dictus testator proprium sigillum huic testamento aposuit, et istud testamentum deposuit penes Guardianum Fratrum Min. ad servandum in sacristia Fratrum Min. de Bon. *etc.* Ugolinus f. q. d. Iacobini Bachelli not.

335/5070, n. 17. — Orig.

88. Bononiae, 27 octobris 1265.

Testamentum.

D. Castelana uxor q. Petrizoli Ramixini de strata Castiglonis ... esse voluit suos commissarios fr. *Guidonem* Principini de Ord. Fratrum Min. vel alium quem ad hoc elegerit ipse Frater ... Dari voluit predicto fr. *Guidoni* suo comiss. XXV lib. bon. ... Actum Bononie in ecclesia S. Francisci Fratrum Min., pp. fr. *Guidone* Principini, sacerdote et Guardiano dictorum Fratrum, qui asseruit se cognoscere testatricem, fr. *Blaxio* dicti Ord. sacerdote, qui aseruit *etc.*, fr. *Zordano*, fr. *Paolo* de Forlivio, fr. *Thebaldino* de Verona, fr. *Thomaxino* de Foglano de Regio, fr. *Mathiolo* Guidotini Boytoli, fr. *Philipo* de Buschitis de Mutina et fr. *Guidone* de Zapulino, omnibus Fratribus conventus Bon. testibus *etc.* Ad maiorem firmitatem et robur predicto testamento aponi fecit sigillum conventus Fratrum Min. civit. Bononie et sigillum fr. *Guidonis* Principini Guardiani Fratrum Min. dicti conventus ... et deposuit in presentia dictorum testium in manibus dicti fr. *Guidonis* reservandum in sacristia Fratrum Min. et presentandum suo loco et tempore per Fratres conventus predicti ... Matheus Benintendi not.

335/5078, n. 14. — Orig.

89. Bononiae, 14 novembris 1265.

Testamentum.

D. Albertonus q. [....] reliquid *Sororibus de S. Francisco* III lib. bon. ... item Fratribus de Sachis XX sol. bon. ... item Fratribus Min. de Bonon. X lib. bon. ... In omnibus aliis suis bonis mobilib. et inmobil., iuribus *etc.* d. Bonrecuverium legum doctorem f. suum sibi heredem instituit et reliquid; et si dictus d. Bonrecuverius decederet sine libe-

ris legitimis masculis, voluit et iussit quod domus ipsius testatoris, in qua ipse moratur, sicut extat separata per murum a domo altera testatoris, in qua morantur scolares et sunt scolle, et prout designat murus broylli usque ad domos broyli Machagnanorum, cum domibus basis et curia plana post ipsam domum ... dentur ad pensionem in perpetuum, sine temporis prefinitione p. a. s. et animabus patris et matris sue, et p. a. dicti Bonrecuverii fil. sui, per Priorem Fratrum Pred. et Guardianum Fratrum Min. de Bon. qui p. t. fuerint, dividendo pensionem dicte domus annuatim ... ita quod una quarta pensionis sit ecclesie S. Dominici Pred. et Fratrum Min. de Bon. si hoc comissum [....] fecerint et servaverint; tunc Prior de Buscho et Prior Fratrum de Sachis predicta faciant, et habeant dictam quantitatem pensionis predicte; alia vero quarta pars dicte pensionis sit ecclesie Sororum Conversarum et Fratrum Heremitarum S. Iacobi de Sapina; altera vero quarta dicte pensionis sit Fratrum de Sachis et infirmorum de S. Lazaro, pro indumentis eorum; altera vero quarta detur pro maritandis mulieribus vel religionem intrandis, prout videbitur dictis Prioribus et Guardiano, eo tamen salvo quod si dicta domus indigeret actari vel reparari, quod tunc debeant eam facere actari et reparari de pensione predicta. Actum Bononie ... Ex instrumento Bonvicini q. Leonardi Firmani not.

340/5083, n. 1.[2] — Exemplum. « Ego Petrus q. Bitini de Bertolotis not. predicta omnia, prout in quodam instrumento condit. per supiascriptum d. Albertonem, et script. manu Bonvicini q. Leonardi Firmani not. inveni, fideliter de verbo ad verbum exemplavi ».

90. Bononiae, 14 ianuarii 1266.

Donatio causa mortis.

D. Gixilia f. d. Petri Landulfi de Bagnarola ... occasione mortis reliquid p. a. s. xv lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fratrum Min. de Bononia xx sol. bon. ... Actum Bononie ... Zambonus q. Bonandree not.

9/4141, n. 31. — Orig.

91. Bononiae, 24 maii 1266.

Testamentum.

D. Alduixia uxor q. d. Principini iudicis ... reliquit p. a. s. et viri sui et filiorum suorum, et circa funus et sepulturam suam, totam pecuniam quam habet seu quam recipere debet vel sperat a debitoribus suis, instrumenta quorum extant penes fr. *Guidonem* f. suum de Ord. Min., et omnia mobilia sua ac moventia reliquit p. a. s. Fideicommissarium suum ad predicta omnia exequenda esse voluit fil. suum fr. *Guidonem* predictum, cui dedit licentiam et liberam potestatem per se vel per alium predictam pecuniam recuperandi, distribuendi et errogandi, prout ei melius et utilius visum fuerit, et possit dictus Frater propinquis suis de predicta pecunia et rebus aliis providere, prout sibi visum fuerit. Sepulturam sibi ellegit apud ecclesiam Fratrum Min. ... Filium suum fr. *Guidonem* predictum in c sol. bon. sibi heredem instituit, rogans eum et fidei sue comittens ut de Guidutio fil. naturali q. Raymundi filii sui bene debeat se habere, et in sibi necessariis providere ... Quam suam ultimam voluntatem asseruit velle secretam esse et poni debere penes sacristiam Fratrum Min. et sigillari sigillo conventus dictorum Fratrum ... Actum Bononie in domo q. dicti Principini coram fr. *Guidone* d. Principini et fr. *Nasimpace* de Magarottis de Ord. Fratrum Min. ... Bonagratia q. Alberti Machalde not.

335/5078, n. 19. — Orig.

92. Bononiae, 5 iunii 1266.

Testamentum.

D. Adheleta f. q. d. Michaelis Pradelli et uxor q. Iohannis de Policino ... reliquit x lib. bon. expendendas circa funus et sepulturam suam, quam ellegit apud ecclesiam Fratrum Min.; et hoc fieri voluit et expendi arbitrio fr. *Petri* de Ord. Min. sui filii, cui, vel ei cui commiserit, dedit licentiam et liberam potestatem accipiendi, vendendi et alienandi, vel faciendi alienari per alium, tantum de suis bonis, ita quod predicta quantitas solvi debeat atque possit. Et si dictus Frater presens non esset, vel etiam si alteri non commisisset, tunc et in eo casu voluit quod ille qui erit p. t. Guardianus conventus Fratrum Min. de Bon. sit commissarius, vel alteri committere possit; qui Guardianus, vel ille cui commiserit, similem habeant potestatem accipiendi tenutam, vendendi et alienandi tantum de bonis suis quod integraliter possit perficere atque facere quod superius continetur. In omnibus aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus *etc.* sibi heredes instituit pauperes Christi, quos voluit esse heredes illos quos filius eius predictus fr. *Petrus*, vel ille cui commiserit fr. *Petrus* predictus, nominaverit; cui fr. *Petro*, vel illi cui commiserit, dedit licentiam et liberam potestatem accipiendi tenutam et possessionem bonorum suorum, et vendendi et alienandi, per se vel per alium, bona mobilia et imobilia, et faciendi et distribuendi sicut placuerit fr. *Petro* predicto vel illi cui commiserit ... et de pretio habito atque suscepto fiat sicut voluerit dictus fr. *Petrus* eius filius, vel ille cui commisit. Et si dictus fr. *Petrus* presens non esset, tempore mortis dicte testatricis, tunc et in eo casu voluit quod Guardianus p. t. Fratrum Min. apprehendat vel faciat apprehendi tenutam et possessionem bonorum suorum donec sciverit dictus fr. *Petrus* et venerit vel alicui commiserit, semper volens dicta testatrix quod fiat de dictis bonis suis ad voluntatem et beneplacitum dicti fr. *Petri* filii sui ... Et ad huius testamenti roborationem et valorem, voluit atque iussit dicta testatrix hoc testamentum deponi debere in sacristia Fratrum Min. de Bononia et sigillari sigillo conventus Fratrum Min. ... Actum Bononie in ecclesia Fratrum Min., pp. fr. *Azone* de Bononia et fr. *Petro* cognoscentibus dictam testatricem, fr. *Guidone* Principini tunc temporis Guardiano, fr. *Petro* f. fr. Lambertini Gilii pistoris, fr. *Alberto* de Bagnacavallo, fr. *Michaele* de Padua, fr. *Antonio* de Parma, fr. *Iacobino* de Bersello, fr. *Iohanne* de Plumacio, magistro Giroto scriptore *etc:* Dominicus q. Guidonis Gosberti not.

335/5078, n. 18. — Orig.

93. Bononiae, 14 iulii 1266.

Testamentum.

D. Antonius q. Aymerici reliquit conventui Fratrum Min. III lib. bon. ... Constituit suos commissarios Guardianum qui p. t. fuerit Fratrum Min. et Multobonam eius matrem ... Voluit testator huic testamento apponi sigillum conventus dictorum Fratrum et suum proprium, et deposuit illud reservandum in sacristia dictorum Fratrum ... Actum in capitulo Fratrum Min., pp. fr. *Guidone* Principini Guardiano dicti conventus, fr. *Azone* de Bononia, fr. *Azone* de Parma, fr. *Ugolino* de Bobio, fr. *Henrigitto* Marchixii de Bononia, fr. *Alberto* de Bagnacavallo, fr. *Ugolino* Lucense, fr. *Rolandino* Alberti Pascalis ... Iohaninus q. Albertini not.

335/5078, n. 20. — Orig.

94. Bononiae, 18 iulii 1265.

Codicillus.

Verum est d. Gasdiam f. q. Bertoli de Monzuni et uxorem q. d. Marxilii Mantighelli fecisse testamentum ... quod vult habere plenissimam firmitatem, hoc excepto ... in eo quod in suo testamento dixit quod sibi pauperes Christi instituit heredes, ipsos pauperes Christi intelligit et per presentes codicillos esse declarat Fratres Min. de Bononia ... Voluit huic codicillo aponi sigillum conventus Fratrum Min. et ipsum codicillum deposuit penes fr. *Raynaldum* sacristanum Fratrum Min. reservandum in sacristia predictorum Fratrum suo loco et tempore presentandum per predictos Fratres secundum formam statut. Fratrum ... Actum Bononie sub porticu domus, que fuit d. Remengarde. Fratrum Min., pp. fr. *Guiglemino* nepote d. Milanzi, sacerdote, qui dixit *etc.* fr. *Raynaldo* sacristano, fr. *Ricardino* d. Odofredi, fr. *Petro* d. Remengarde, et fr. *Zordano* de Mutina portonario, omnibus de Ord. Min. et Iacobino de Parma servente Fratrum Min. ... Matheus Benintendi not.

335/5078, n. 23. — Orig.

95. Bononiae, 19 iulii 1266.

Testamentum.

Bonissima f. q. Rodulphy de la Serra de Bargaza et uxor q. Rustigelli de Garfagnana, quam fr. *Guido* d. Principini Guardianus Fratrum Min. infrascriptus dixit se cognoscere ... suum testamentum et bonorum suorum dispositionem fecit, prout inferius continetur ... In primis reliquid iure legati fr. *Guidoni* d. Principini et fr. *Bernardino* de Ord. Min. cuilibet unam tunicam superiorem habitus eorum, pretii III lib. bon.; item fr. *Gerardo* de Bargaza de Ord. Min. unam tunicam pretii III lib. bon. quamlibet ... In omnibus aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, et iuribus et actionibus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit, quos vult esse et elegit conventum Fratrum Min. de Bononia. Commissarium suum constituit et esse voluit ad predicta facienda Guardianum Fratrum Min. Bononie qui p. t. fuerit, volens et iubens per ipsum commissarium de bonis dicte hereditatis fieri expensas necessarias circa suam sepulturam, et dari unam pietantiam conventui Fratrum Min. Sepulturam suam sibi elegit apud ecclesiam Fratrum Min. de Bononia; et hanc esse voluit suam ultimam voluntatem ... et revocavit hoc presenti testamento omnem aliam voluntatem actenus ab ea factam. Et si contigerit eam in posterum facere aliquod testamentum vel codicillum, iussit illud vel illum non valere, nisi fiat in presentia Guardiani Fratrum Min. de Bononia qui p. t. fuerit. Actum Bononie in ecclesia Fratrum Min., pp. dicto fr. *Guidone* d. Principini Guardiano Fr. Min. Bononie, fr. *Ugolino* de Bobio, fr. *Columbo*, fr. *Egidio* et fr. *Albertino* de Mantua, fr. *Thebaldino* de Verona, fr. *Guidone* Parmen. et fr. *Iordano* de Mutina, de Ord. Min., testibus rogatis a dicta testatrice, que hanc suam ultimam voluntatem voluit esse secretam et deponi penes sacristanum Fratrum Min. sigillandam sigillo Guardiani ipsorum Fratrum ... Bonvicinus q. Leonardi Firmani not.

335/5080, n. 21. — Orig.

96. Bononiae, 16 ianuarii 1267.

Apocha.

D. Uguzonus q. d. Mathey de Samaritanis fuit confessus et contemptus habuisse et recepisse a d. Martino q. Parixii de Cruxeriis DC lib. bon. nomine dotis et pro dote d. Gillie f. dicti d. Martini... Actum Bononie apud domum Fratrum Min., pp. fr. *Lambertino* q. d. Cazanimici, fr. *Thomaxino* q. d. Alberti de Canedulo, de Ord. Fratrum Min. ... Benvenutus q. d. Burghixini not.

337/5080, n. 127. — Orig.

97. Bononiae, 3 februarii 1267.

Testamentum.

D. Ymelda uxor d. Ugutionis de Samaritanis ... p. a. s. reliquid de bonis suis L lib. bon., quas vult dari et expendi circha funus et sepulturam suam, quam sibi ellegit apud ecclesiam S. Francischi Fratrum Min. et alibi, ubi melius et utilius p. a. s. visum fuerit commissario suo, quem facit et esse vult fr. *Lanbertinum* de Ord. Min. suum fratrem ... Voluit quod testamentum suum deponatur in sacristia Fratrum Min. de Bonon., sigillatum sigillo Guardiani conventus dictorum Fratrum et ad hoc faciendum constituit fr. *Iordanum* portonarium de Ord. predicto suum procuratorem ... Actum Bononie in domo dicti Ugutionis, pp. fr. *Bernardino* de Ord. Min., fr. *Lambertino* de dicto Ord., fratre ipsius testatricis, qui ambo sunt presbiteri ... Suzus Rovixii not.

9/4141, n. 50 (Orig.) et 335/5078, n. 29. — Exemplum. « Ego Benvenutus q. Burghixini not. hoc exempl. ex autentico instrumento sive testamento scripto manu prescripti Suzi not. sumpsi et fideliter exemplavi ... ».

98. Ferrariae, 15 martii 1267.

Testamentum fr. Bonifacii de Lambertaciis de Bononia, novitii Ord. Fratrum Min.

Fr. *Bonifacius* f. q. d. Fabri d. Bonifatii Guidonis Guizardi de Lambertaciis de civitate Bononia habens propositum standi et perseverandi in Ordine Fratrum Min. cum auxilio Iesu Christi, ante tempus et diem professionis ... dispositionem bonorum suorum procuravit facere in hunc modum. Primo quidem voluit et iubsit quod debeant solvi pro parte sua, videlicet pro dimidia parte, omnia que d. Faber olim eius pater in suo testamento reliquid et omnia que Raymundus olim frater ipsius testatoris in suo testamento reliquid, que non sunt soluta, et specialiter voluit atque iubsit quod debeant satisfieri et solvi *Sororibus et conventui Dominarum et Sororum ecclesie B. Francisschi de Bononia* de omni eo quod relictum est a d. Fabro et a Raymundo predictis in eorum testamentis d. *Marie* sorori quondam ipsius testatoris, que fuit de Sororibus dicte ecclesie B. Francisschi. Item iubsit quod debeant solvi pro parte sua, videlicet pro dimidia parte, de bonis suis omnia alia debita ipsius testatoris et d. Castellani sui fratris comunia, quamvis in aliquo instrumento debiti non fiat mentio de ipso. Item *Capitulo Fratrum Min. de Veneciis* pro a. s. XXV lib. bon. *etc.* In omnibus aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus *etc.* Thomaxium filium suum sibi heredem instituit. Et si Thomaxius filius eius decesserit sine filiis infra vigesimum annum ... voluit dari et solvi CCC lib. bon. expendendas arbitrio et voluntate ipsius testatoris vel eius cui commiserit hoc. Si autem non commiserit alteri persone, seu non

viveret ipse testator tempore illo, voluit atque iubsit quod debeant dari et solvi arbitrio Guardiani Fratrum Min. ecclesie B. Francisschi de Bon. qui p. t. fuerit, cui Guardiano ex nunc dedit et concessit plenam potestatem et liberum arbitrium petendi, exigendi et recipiendi dictas quantitates pecunie et distribuendi ad eius voluntatem ... Actum in civitate *Ferrarie* in capitulo Fratrum Min. ecclesie B. Francisschi. Testes fuerunt presentes ad predicta vocati et rogati fr. *Bonacatus* de Ferraria, fr. *Bonaventura* de [....]atis de Parma, fr. *Guido* de Adam de Parma, fr. *Ugolinus* de Bobio, fr. *Philippus* de Ferraria, fr. *Bene* qui fuit de Mutina, fr. *Petrus* de Rodaldis de Bononia, et fr. *Petrus* de Regio, omnes sacerdotes Fratrum Min. de conventu Ferrarie *etc.* Gualcherius Ugolini Mambilie not.

335/5078, n. 27. — Orig.

99. Bononiae, 18 martii 1267.

Testamentum.

D. Iacobina uxor q. d. Guidonis d. Barufaldini ... reliquit cc lib. bon., de quibus dari precepit Fratribus Min. loci beatti Francisci qui est in Porta nova, ubi et apud quem locum sibi suam elegit sepulturam, LX lib. bon.; item fr. *Bernardino* eiusdem Ord. VI lib. bon.; item fr. *Iacobo* de Yseo eiusdem Ord. VI lib. bon. pro suis necessariis seu necessitatibus; item Fratribus de *Caldarara* VI lib. bon.; item fr. *Benvenuto* de Passipovero III lib. bon.; item fr. *Bonaventure* de Forlivio eiusdem Ord. V lib. bon.; item fr. *Martino* de Baluganis III lib. bon.; item fr. *Petro* de Strata S. Donati III lib. bon.; item fr. *Bonifacio* nepoti suo X lib. bon.; item fr. *Barufaldino* III lib. bon.; item fr. *Alberto* fratri eiusdem III lib. bon. ... item sor. *Tramontane* V lib. bon.; item sor. *Adhelaxie* L sol. bon. Constituit suos commissarios Guardianum qui p. t. fuerit, fr. *Bernardinum* et fr. *Iacobum* de Yseo eiusdem Ord. Hoc testamentum voluit deponi per me notarium infrascriptum sigillatum et clausum sigillo Guardiani Fratrum Min. de Bononia in sacristia ipsorum Fratrum Min. Actum Bononie in domo d. Bolnixie f. dicte testatricis ... pp. dd. fr. *Barufaldino* Guardiano, fr. *Iacobo* de Yseo, fr. *Bernardino,* fr. *Martino* Balugano, fr. *Iohanne* de Foroiulii, et fr. *Zanellino* de Carpo, omnibus de Ord. Min. *etc.* Ugolinus f. Gualcherii not.

335/5078, n. 28. — Orig.

100. Bononiae, 24 aprilis 1267.

Testamentum.

D. Landulfus f. q. d. Pasqualis Landulfi ... p. a. s. reliquid DCC lib. bon. dandas et solvendas arbitrio commissariorum suorum, quos commissarios ellegit Guardianum Fratrum Min. qui nunc est vel p. t. fuerit et Iohannem eius filium, fatiendo et solvendo dicti commissarii cum conscilio fr. *Iacobi* de Ysea. De quibus DCC lib. bon. reliquid Fratribus Min. XXV lib. bon. ... Ellegit suam sepulturam apud domum Fratrum Min. ... Actum Bononie in *capitulo* Fratrum Min., pp. fr. *Ricardino* Oidifredii, fr. *Blaxio* d. Bonacose, qui asseruerunt *etc.,* fr. *Buvalino* de Strata S. Donati, fr. *Mathio* Guidotini, fr. *Federico* de Ymola, et fr. *Bonoiohanne* de Aretio, et fr. *Iacobo* de Strata S. Donati, omnes de Ord. Fratrum Min. *etc.* Silvester de Tizano not.

335/5078, n. 30. — Orig.

101. Bononiae, 14 augusti 1267.

Testamentum.

D. Bonusiacobus q. Azoboni ... elegit sibi sepulturam apud locum Fratrum Min. Reliquit fr. *Azoni* de Bononia Ord. Min. XL sol. bon. ... Item voluit quod omnibus specialiter satisfiat. de bonis suis secundum quod continetur in quibusdam quaternis et libris assignatis et datis fr. *Azoni* de Ord. Fratrum Min. et ab eodem assignatos et datos d. Bolognito q. Atti not.; scripture quorum quaternorum et librorum stari voluit atque credi sine aliqua probatione iuris vel facti. Commissarii sui teneantur se regere et conducere de ipsa commissaria ad sensum et voluntatem fr. *Azonis* de Ord. Fratrum Min. ... Actum Bononie in domo testatoris, pp. fr. *Rambertino* de Montefeltro (?) Ord. Fratrum Min. et fr. *Azone* (de) Bon. de dicto Ordine ... Dozenvalle q. Arditionis not.

335/5078, n. 25. — Orig.

102. Bononiae, 29 decembris 1267.

Testamentum.

D. Iohannes q. d. Guidonis de Zapulino ... dari et expendi voluit circa sepulturam suam, quam sibi elegit apud ecclesiam Fratrum Min., L lib. bon. in septimo, trigesimo et centesimo die et annuali ... item *laborerio* ecclesie predicte S. Francisci Fratrum Min. de Bon. X lib. bon.; item Fratribus Min. de *Crespelano* X sol. bon.; item *Dominabus de S. Francisco* X sol. bon. Commissarios suos esse voluit d. Mariam suam uxorem, d. Gerardinum suum fratrem et fr. *Guidonem* suum filium ... Item fr. *Guidoni* suo fillio reliquit iure legati C lib. bon., et insuper heredem suum agravavit quod annuatim eidem fr. *Guidoni*, donec vixerit, dare teneatur IIII lib. bon. pro suis necessariis ... post mortem vero heredum suorum, pauperes Christi eis substituit; quorum pauperum nomine et vice voluit dictam hereditatem adiri et aprehendi per illum vel per illos quem vel quos dictus fr. *Guido* vel Guardianus, si fr. *Guido* non extaret, elegerit; et voluit dictam hereditatem distribui et dari per illum vel illos tantum illis pauperibus quibus dictus fr. *Guido* vel Guardianus, si fr. *Guido* non extaret, voluerit debere distribui et dari ... et voluit quod commissarii omnia predicta exequi teneantur de voluntate, conscilio et consensu dicti fr. *Guidonis* vel Guardiani, si fr. *Guido* non extaret ... Et istud testamentum dictus testator deposuit fr. *Gerardino* Gualenghi, et ipsum sigillari voluit suo proprio ipsius testatoris sigillo et sigillo conventus Fratrum Min., et deponi et custodiri in sacristia dictorum Fratrum, et presentari suo loco et tempore per Fratres dicti conventus ... Actum Bononie in domo ecclesie Fratrum Min., pp. fr. *Gerardino* Gualenghi Guardiano conventus Fratrum Min., fr. *Guiglelmino* dicti Ord., nepote q. d. Milanzoli, sacerdotibus asserentibus *etc.*, fr. *Michilino* de Padua, fr. *Iacobo* de Strata S. Donati, fr. *Guidolino* de Turri de Parma, fr. *Serafino* de Burgo Lamarum, fr. *Zordano* de Mutina, fr. *Ugolino* de Ymola, fr. *Nicholino* de Placentia, omnibus de Ord. Min. *etc.* Matheus Benintendi not.

335/5078, n. 26. — Orig.

103. Bononiae, 23 februarii 1268.

Testamentum.

D. Irigiptus de Baratiis de capella S. Laurentii in Collina ... dari voluit Fratribus Min. commorantibus apud *Crespellanum* x lib. bon.; item conventui dictorum Fratrum de Bononia v lib. bon.; item *Sororibus S. Francissci* xx sol. bon.; item fr. *Columbo* pro una tunica xx sol. bon.; item fr. *Azoni* pro una tunica xx sol. bon. ... Constituit suum commiss. fr. *Columbum* de Ord. Fratrum Min. vel alium quem constituerit dictus fr. *Columbus*, sive clericum sive laycum. Et si dictus fr. *Columbus* decederet vel nollet se intromittere, vel non posset, de dicta commissaria, vult et eligit suum commiss. Guardianum qui p. t. fuerit loci Fratrum Min. de *Crespellano* ... In omnibus vero aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus *etc.* dd. Petricinam et Dulcem filias q. d. Romedie sue filie sibi heredes instituit, hac condicione adiecta, quod si aliqua earum moriretur sine filiis, quod medietas hereditatis sue partis expendatur arbitrio dicti commissarii, et in illo casu, in illa medietate pauperex Christi sibi heredes constituit, quos ipse commissarius duxerit nominandos ... Hoc testamentum iuxit per me not. publicari et illud deponi in sacristia dictorum Fratrum, et illud voluit roborari sigillo dicti conventus ... Actum Bononie in domo Fratrum Min., pp. fr. *Ugulino* Tenceurario, fr. *Bonifacio* de Guidobonis de Mutina, fr. *Aspectato* de Portanova, fr. *Iacobino* de Bononia, fr. *Bonaventura* miniatore, fr. *Michilino*, fr. *Bonagratia* de Feraria, fr. *Iacobo* de Castagnolo, omnibus de Ord. Fratrum Min. *etc.* Iacobinus Ribaldini not.

335/5078, n. 35. — Orig.

104. Bononiae, 27 februarii 1268.

Testamentum.

D. Gualdradina uxor d. Gandulfi de Gisso ... elegit suam sepulturam apud ecclesiam Fratrum Min. Reliquit conventui Fratrum Min. vi lib. bon. pro una pietanza; item fr. *Petro* de Strata S. Donati xl sol. bon.; fr. *Zordano* portonario xx sol. bon.; fr. *Lanbertino* et fr. *Alberto* portonariis, cuilibet xii sol. bon. ... Constituit suos commiss. Gandulfum suum virum et fr. *Bonaventuram* suum filium. Item reliquid fr. *Bonaventure* suo filio de Ord. Min. iure legati et institutionis l lib. bon., quas habere debeat post mortem dicti d. Gandulfi, si eas habere voluerit. ... Si heredes sui decesserint sine filiis ... eis substituit fr. *Bonaventuram* predictum et d. Thomaxinam suos filios. ... Actum Bononie in ecclesia Fratrum Min., pp. fr. *Iohanne* de Sanbro sacerdote qui asseruit *etc.*, fr. *Zordano* de Mutina, fr. *Andrea* de Foroiulii, fr. *Sarafino* de Burgo Lamarum, fr. *Nasinbene* Bonon., fr. *Guidone* de Zapulino, fr. *Alberto* de Bagnacavallo, fr. *Nicolao* de Placencia *etc.* Dictum test. deposuit dicta testatrix fr. *Zordano* portario, et sigillari voluit sigillo conventus Fratrum Min. de Bononia et deponi in sacristia dictorum Fratrum *etc.* Matheus Benintendi not.

335/5078, n. 31. — Orig.

105. Bononiae, 3 aprilis 1268.

Testamentum.

D. Palmirolus f. q. d. Silvestri pistoris ... reliquid Fratribus Min. v lib. bon. pro missis cantandis ... item omnibus religionibus Fratrum seu Sororum civit. Bon. que

vadunt pro ellemoxina VI lib. bon., distribuendis equalibus partibus inter eas... Actum Bononie in *claustro* Fratrum Minorum iuxta *portam*, pp. fr. *Iohanne* de Sanbro, fr. [*Lambert*]*ino* de Cazanimicis, fr. *Naxinpaze* d. Magarocti, fr. *Iohanne* de Ellemoxina, fr. *Bonoiohanne* de Regio et fr. *Bene* de Bon. et fr. *Iohanne* de Tuderto, Fratribus Min. ... Bertholomeus f. q. Laurencii not.

335/5078, n. 32. — Orig.

106. Bononiae, 12 iulii 1268.

Codicillus.

D. Petrus Mignotus f. q. Bernardi Mignoti de Camplas ... reliquid conventui Fratrum Min. de Bononia C sol. turronensium ... Sepulturam suam ellegit ad ecclesiam Fr. Min. de Bon., et pro expensis faciendis ad dictam sepulturam vult dari XX sol. turron. Suum commiss. vult esse Odoardum Silvanensem Ruffum ... (qui omnia exequi debeat) de consilio fr. *Raimundi* Catelani de Ord. Fratrum Min. vel Guardiani Fr. Min. de Bononia ... Et si qua alia bona vel denarii supersint in suis bonis, ultra predictas quantitates, vult quod debeant distribui per dictum Odoardum per pauperes Christi de consilio predicti fr. *Raimundi* vel Guardiani Fr. Min. de Bon. Et vult quod presentes codicilli deponantur in sacristia Fratrum Min. de Bon. et post mortem suam dentur dicto Odoardo commiss. suo ... Predicta omnia fuerunt facta et completa presente fr. *Raimundo* Catelano de Ord. Fratrum Min. ... Dominicus q. Guidonis Gosberti specialis not.

335/5078, n. 37. — Orig.

107. Bononiae, 20 iulii 1268.

Testamentum.

D. Bertholomea f. q. d. Rolandini Petri Tonsi ... reliquid XL lib. bon., de quibus dari voluit *etc.* Reliquas voluit expendi arbitrio fr. *Bertholomei* q. Pellegrini Groti de Ord. Fratrum Min. et Iohannis sui fratris, in sepultura sua et in his que fuerint necessaria circa predictam, quam sibi eligit apud ecclesiam Fratrum Min., quam vult fieri bene et decenter; et quod superaverit expendatur ubi melius eis videbitur, quos sibi commissarios constituit ... Actum Bononie in ecclesia Fratrum Min. in presentia fr. *Iacobi* de Yseo, fr. *Bertholomei* q. Pellegrini Groti, fr. *Albertini* de Parma qui dixerunt *etc.*, fr. *Petri* de Ferraria, fr. *Uberti* de Arcellis nunc Guardiani conventus Fratrum Min. de Bononia, fr. *Guidonis* de Civitella, fr. *Bonifatii* de Guidonibus de Mutina, fr. *Petriboni* de Mutina, qui omnes fratres sunt de dicto Ord. Fratrum Min. *etc.* Et voluit dicta testatrix dictum testamentum sigillari debere sigillo Guardiani seu Custodis Fratrum Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum, et ubicumque ei et eis, scripture et Fratribus, fides habeatur *etc.* Bondi f. d. Petrizoli Bonincuntri not.

335/5078, n. 33. — Orig.

108. Bononiae, 14 novembris 1268.

Testamentum.

D. Lazarina f. q. d. Albertini Litifredi piscatoris, quam fr. *Azzo* Bonon. de Ord. Min. testis infrascriptus dixit se cognoscere ... reliquit fr. *Azoni* predicto de Ord. Fr.

Min. v lib. bon.; item conventui Fr. Min. xl sol. bon. ... Si suus heres non adimpleverit que ipsa mandaverat, privat eum hereditate, et in illo casu conventum Fratrum Min. et conventum Fratrum Pred. Bon. equaliter sibi heredes instituit ... Voluit hoc suum testamentum secretum esse et deponi in sacristia Fratrum Min., sigillandum sigillo Guardiani conventus eorumdem Fratrum ... Actum Bononie in ecclesia Fratrum Min. coram fr. *Petro* de Strata et fr. *Yvano* de Strata S. Donati de Ord. Min., pp. fr. *Azone* Bononien., fr. *Angelerio* de Mutina, fr. *Liazario* Bon., fr. *Gandulfo* d. Buvalelli Petri Cavalli, fr. *Mathiolo* Guidoctini Bon., fr. *Guidone* de Zapulino, fr. *Nicholao* Placentino et fr. *Florino* de Bubio, de Ord. Min. testibus *etc.* Bonvicinus q. Leonardi Firmani not.

335/5078, n. 34. — Orig.

109. Bononiae, 31 decembris 1268.

Testamentum.

D. Merchadella uxor magistri Rolandini de Canetulo et f. q. Petrizini, que moratur in capella S. Cathelline ... reliquid de bonis suis conventui Fr. Min. de Bononia xx lib. bon.; item fr. *Albertino* de Verona de Ord. Min. c sol. bon. ... Residuum omnium bonorum suorum reliquid quod expendantur et dentur circa eius sepulturam, quam sibi elligit apud ecclesiam Fratrum Min., in missis cantandis et ubi melius et utilius visum fuerit commissariis suis p. a. s.; quos esse voluit et fecit commissarios d. Ariverium Azolini et Guardianum Fr. Min. qui nunc est vel p. t. erit. Et hoc testamentum voluit et iussit debere poni in sacristia Fratrum Min. de Bononia et sigillari cum sigillo dictorum Fratrum Min. et sigillatum teneri atque secretum, secundum formam ordinamentorum factorum per dd. fratres *Loderengum* et *Cathellanum* ... Actum Bononie in loco Fratrum Min., pp. dd. fr. *Albertino* de Verona, fr. *Alberto* portario, fr. *Martino* d. Ballugani, fr. *Oliverio* de Parma, fr. *Petro* procuratore, fr. *Yvano* portario, fr. *Bonoiohanne* de Arizio, fr. *Iohannino* de Parma, fr. *Iacobino* socio Procuratoris, qui omnes fuerunt de Ord. Fratrum Min. testibus *etc.* Vallarianus Ariverii not.

10/4142, n. 26. — Orig.

110. Bononiae, 29 ianuarii 1269.

Testamentum.

D. Philippa f. q. d. Henrigipti Cabriotti et uxor d. Galvani Petri Taulerii ... reliquid suum commiss. ad sua legata distribuenda et solvenda fr. *Petrum* de la Vecla. Actum Bononie ... Ugolinus q. Gerardi de Migłatiis not.

10/4142, n. 30. — Orig.

111. Bononiae, 26 februarii 1269.

Testamentum.

D. Ubertina f. d. Ghisaltrude et uxor Michaelis f. q. Gerardi Galli ... reliquid p. a. s. x lib. bon., de quibus reliquid conventui Fr. Min. xx sol. bon. et apud eumdem locum sibi ellegit sepulturam ... Reliquos vero denarios vult expendi et dari circa funus et sepulturam suam, et inter pauperes Christi per commiss. suos secundum voluntatem fr. *Raynaldi* consobrini sui ... Et hoc test. voluit deponi in sacristia Fratrum Min. ...

Actum Bononie in ecclesia Fratrum Min., pp. fr. *Raynaldo* de Marchia, fr. *Iohanne* de Ferraria, fr. *Iordano* portario, fr. *Antholino* de Placentia, Ord. Fratrum Min. Iacobus q. Simonitti barberii not.

335/5078, n. 41. — Orig.

112. Bononiae, 23 iunii 1269.

Testamentum.

Ego Michael f. q. Ugolini Ugutionis Ugonis Berte de Riosto ... relinquo de meis bonis p. a. m. ccc lib. bon. expendendas hoc modo, silicet ecclesie S. Francischi de Ord. Fratrum Min. de Bononia, pro una *capella* facienda in dicta ecclesia, silicet pro uno altari faciendo et emendis paramentis pro ipso altari et paramentis necessariis pro uno sacerdote et pro uno callice argenteo et pro uno messali; in qua quidem capella seu altari perpetuo celebrentur divina p. a. m. et redemptione peccatorum meorum LXX lib. bon. ... Reliquos vero denarios volo expendi et distribui p. a. m. arbitrio commiss. meorum, quos esse volo et facio d. Vicarium ven. patris epis. Bononie qui p. t. fuerit et Guardianum Ord. Fratrum Min. memorati ... Hanc suam ultimam voluntatem voluit in secreto teneri et haberi et deponi in sacristia Fratrum Min. secundum formam statuti Fratrum et Comunis Bon. super hoc constituti, cum illa solempnitate que in ipso statuto continetur ... Actum Bononie in *capitulo* ecclesie Fratrum Min., pp. fr. *Iohanne* de Sambro, fr. *Auliverio* de Parma, fr. *Iacobino* procuratore et fr. *Thomaxio* d. Pirolini, de Ord. Fratrum Min., fr. *Mercadante* de Poenitentia *etc.* Philippus olim Alberti Calzolari not.

335/5078, n. 43. — Orig.

113. Bononiae, 29 iulii 1269.

Testamentum.
(altaria ecclesiae S. Francisci Bon.).

D. Mambina f. q. d. Guidocti de Lamola ... reliquid p. a. s. c lib. bon., de quibus dari voluit et expendi in necessariis *altaris* B. V. Marie ecclesie Fratrum Min. de Bononia XXV lib. bon.; item dari voluit conventui Fratrum Min. unum baldachinum precii X lib. bon.; item conventui Fratrum Min. de Bononia pro missis et aliis oracĩonibus faciendis pro septimo, trigesimo, centesimo die et anuali, pro quolibet dictorum terminorum III corbes frumenti et III corbes vini et IIII lib. bon.; item reliquid *Dominabus de S. Francisco* III lib. bon.; item fr. *Iacobo* da Yseo Ord. Min. pro suis necess. V lib. bon. ... Residuum vero expendi voluit in sepultura et circa sepulturam suam, quam sibi ellegit apud ecclesiam Fratrum Min., in missis celebrandis et orationibus p. a. s. faciendis, arbitrio Guardiani Fratrum Min. de Bon. et d. Iulite sororis dicte testatricis, quos suos fecit commissarios; qui omnia facere debeant de consillio fr. *Iacobi* da Yseo, si vixerit et presens fuerit ... Item voluit quod post mortem dicte sue sororis d. Iolitte, sua pars domus quam habent in Burgo Peradelli, deveniat et devenire debeat conventui Fratrum Min. de Bononia pro necessitatibus eorum. Et voluit quod omnia allia sua bona mobillia et inmobillia, iura et actiones occupentur per Guardianum Fratrum Min. de Bononia tamquam ellimosinam sibi et Fratribus dimissam, vel per eum vel eos cui commiserit post obitum dicte d. Zollite, et vendantur et allienentur et precium ipsorum bonorum expendatur per dictum Guardianum, vel eum vel eos cui commiserit, in callicibus pro divino officio celebrando,

de quibus detur unus Fratribus Min. de *Varignana*, et unus Fratribus Min. de *Caldarara*, et unus Fratribus Min. de *Crespellano;* et emantur sex callices qui remaneant conventui Fratrum Min. de Bononia, qui dividantur per *sex altaria eorum ecclesie* et ibi perpetuo teneantur pro divino officio cellebrando, sillicet altari S. Iacobi, altari S. Iohannis Batiste, altari S. Martini, altari S. Andree, altari S. Marie Magdellene et altari S. Anthonii, et fiat vel ematur pro quolibet dictorum sex altariorum unum missale vel aliud quod videbitur utillius Fratribus dicti conventus, si erunt tot denarii quod fieri possit ... Actum Bononie in ecclesia S. Francissi Fr. Min., pp. fr. *Uberto* Guardiano, fr. *Iacobo* da Yseo sacerdote qui dixit *etc.*, fr. *Pellegrino* de Policino, fr. *Petro* de Strata S. Donati, fr. *Petro* de Coradis de Mutina, fr. *Nichollino* de Bagarotis de Placentia, fr. *Alberto* de Bagnacavallo et fr. *Yrano* Bononien., omnibus de Ord. Fratrum Min.; et istud test. deposuit dicta testatris fr. *Petro* de Coradis de Mutina sacristano, et ipsum sigillari voluit sigillo conventus Fratrum Min. de Bon. et deponi et custodiri in sacristia dictorum Fratrum; quem fr. *Petrum* constituit suum procuratorem ad predictum testamentum deponendum et sigillandum secundum formam statuti *etc.* Gandulfinus Mathey Benintendi not.

335/5078, n. 39. — Orig.

114. Bononiae, 7 augusti 1269.

Testamentum.

D. Agnesina f. q. d. Ioannis Tuscani, quam fr. *Guilielminus* de Ord. Min. testis infrascriptus dixit se cognoscere ... de bonis suis reliquid d. Bolnixie sorori sue medietatem, pro indiviso, unius domus posit. in contrata que dicitur Castellum Ymole, in quarterio porte S. Proculi extra foveam civitatis Bon., iuxta ... cuius domus aliam medietatem dixit pertinere ad conventum Fratrum Min. Bon.; volens ut dicta eius soror aprehendat possessionem medietatis dicte domus et ipsam vendat, et pretium quod exinde perceperit, det et assignet procuratori Fratrum Min. Bon. pro refectione expensarum sui funeris, quas voluit et rogavit fieri per ipsum procuratorem, circa sepulturam suam, quam elegit apud domum Fratrum Min. Bon. ... Item reliquid fr. *Albertino* de Parma III lib. bon. pro una tunica; item III lib. bon. quas voluit ipsum fr. *Albertinum* expendere debere in missis faciendis celebrari p. a. s.; item conventui Fratrum Min. VII lib. bon. et X sol. bon. quas ei legavit d. Benvenuta sua filia p. a. s. ... volens hoc suum test. secretum esse et illud deponi apud sacristam Fr. Min. sigillandum sigillo Guardiani ipsorum Fratrum ... Actum Bononie in domo testatricis coram fr. *Azone* Bonon., fr. *Petro* d. Boniacobi de Ord. Min. qui dixerunt *etc.*, pp. fr. *Guilielmino* procuratore Fratrum, fr. *Iacobino* q. Petri Rubacanis (?) fr. *Antonio* q. d. Iacobini Desiderii Bonon., fr. *Petro* de Scornio de Ord. Min., Leo f. Michaelis de Policino, Rolandino q. Zanis de Parma et Gualterio de Cavolano de Marchia Trevixana, familiaribus Fratrum Min. ... Bonvicinus q. Leonardi Firmani not.

335/5078, n. 42. — Orig.

115. Bononiae, 30 decembris 1269.

Testamentum.

D. Berta f. q. d. Uberti et uxor Bonagratie ... elegit suam sepulturam apud ecclesiam S. Francischi Fratrum Min. ... Reliquit *Dominabus S. Francischi* X sol. bon.;

item conventui Fratrum Min. de Bon. pro missis cantandis a die mortis sue usque ad annum [omni] die VI lib. bon.... Constituit suos commiss. Guardianum qui p. t. fuerit Fratrum Min. *etc.* Actum Bononie... Iacobus Egidii Capellari not.

335/5078, n. 44. — Orig.

116. Bononiae, 24 februarii 1270.

Testamentum.

D. Agnesia f. q. d. Zantonis d. Episcopi... dari voluit fr. *Blaxio* de Portanova Ord. Min. de Bon. VII lib. bon.; item fr. *Adam* de dicto Ord. XX sol. bon.; item reliquid infrascripto commiss. XL sol. bon.... Constituit suos comm. Guardianum qui p. t. fuerit Fratrum Min. de Bon. et fr. *Blaxium* de dicto Ord.; et si dicti commissarii nollent vel non possent interesse executioni dicti textamenti, dat eis et cuilibet eorum [facultatem] elligendi, subrogandi et nominandi unum vel plures commissarios. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et inmobilibus, iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit, illos vero pauperes quos Guardianus Fratrum Min. qui est vel p. t. fuerit, ellegerit... Vult hanc suam ultimam voluntatem esse secretam et deponi in sacristia Fratrum Min. de Bon. et sigillari sigillo Custodis vel Guardiani Fr. Min.... Actum Bononie in *scolis* Fratrum Min., pp. fr. *Blaxio* de Portanova, fr. *Filipo* de Marcegonibus, fr. *Landulfo* d. Zacharie, fr. *Rugerio* de Poetis, fr. *Rolandino* q. d. Symonis Armanni, fr. *Benedicto* de Alba, fr. *Lambertino* de Banbaglolis, fr. *Boncorino* de Cremona et fr. *Francisco* de Ygnano... Pax f. q. Lambertini de Calderaris not.

335/5078, n. 49. — Orig.

117. Bononiae, 7 martii 1270.

Testamentum.

Ego Lambertinus q. d. Michaelis More meum testamentum facere procuravi, quod quidem volui esse secretum et deponi in sacristia Fratrum Min. de Bon. cum appositione sigilli Guardiani vel Custodis eorundem Fratrum... Eligo mihi sepulturam apud ecclesiam B. Francisci conventus Fratrum Min., cuius ecclesie relinquo X sol. bon.... Actum Bononie in *sacristia* Fratrum Min. pp. fr. *Iacobo* de Clozia, fr. *Petro* sacrestano (?), fr. *Iacobino* de Rudulfis de Parma, fr. *Dominico* de Bon., fr. *Alberto* de Azonibus, fr. *Cambio* de Barbiano (?), fr. *Francisco*... Fr. *Iacobum* de Cloza feci meum procuratorem ad deponendum ipsam ultimam voluntatem in sacristia Fr. Min. de Bononia... Idem Lambertinus q. d. Michaelis More not.

335/5078, n. 47. — Orig.

118. Bononiae, 11 martii 1270.

Testamentum.

D. Alduysia uxor q. d. Principini... pro expensis sepulture sue et septimis et tricesimis et centesimis et anniversario sui obitus faciendis reliquid XX lib. bon.; item p. a. s. de bonis suis reliquid [*Sororibus*] *de S. Francisco* Strate S. Stephani III lib. bon.; item conventui Fratrum Min. de Bon. quinquaginta [....] item conventui Fratrum Min. [....]; item fr. *Philippo* nepoti suo de Ord. Min. V lib. bon.; item [....] *Sororum Ord. S. Clare Ymole* V lib. bon.; item fr. *Vitali* Custodi, fr. *Albertino* [de Bagna]-

cavallo et fr. *Gandulfo* d. Buvalelli, cuilibet pro una tunica III lib. bon. [.... *Ia*]*cobum* q. d. Ramisini et illum vel illos quem vel quos Guardianus con[....]. Sepulturam suam elegit apud ecclesiam Fratrum Min. [....] item confessa[....] solvendum et dandum Fratribus Min. Provincie Bononie LXV lib. bon. [...] solvi et dari nuntio presentato per Ministrum Provintialem dicte Provintie, quandocumque ipso Ministro [...] item *infirmarie* Fratrum Min. reliquit lectum suum cum [...] linteaminibus ... [Actum ...] S. Francisci Fratrum Min. Bon., dicta testatrice cognita a fr. *Gandul*[*fo*....], pp. fr. [....] fr. *Vitale* Custode, fr. *Guilielmino* de Ord. Min. qui dixerunt *etc.* [....] Bon. et fr. *Petro* q. sor. Remengarde, fr. *Bonaventura* miniatore, fr. *Gan*[*dulfo* d.] Buvalelli, fr. *Petrizolo* de Aposa, fr. *Yvano*, fr. *Thomasino* Pizolpili et fr. [*Albertino* de Bag]nacavallo, de Ord. Min. testibus rogatis et vocatis a dicta testatrice; que voluit hanc suam ultimam voluntatem esse secretam et illam publicatam deponi debere in sacristia Fratrum Min. Bon. et sigillari sigillo Guardiani eiusdem conventus ... Bonvicinus q. Leonardi Firmani not.

335/5078, n. 50. — Orig.

119. Mutinae, 7 aprilis 1270.

Testamentum.

D. Rappa f. olim Alberti Rappe de Castrofrancho ... legat conventui Fratrum Min. de *Mutina* pro missis celebrandis x sol. mutin. ... Actum Mutine ... Robertus q. d. Ubaldini de Ganaceto not.

335/5078, n. 48. — Orig.

120. Bononiae, 9 iulii 1270.

Testamentum.

D. Adelasia uxor q. Guidonis de Planori ... p. a. s. c sol. bon. relinquid circa funus et sepulturam, quam sibi ellegit ad ecclesiam Fratrum Min. de Bon.; quos vult distribui et expendi per infrascriptos commiss. suos, cum conscilio et consensu Guardiani Fratrum Min. qui p. t. fuerit ... item p. a. s. et pro anima viri sui, domum suam posit. in Burgo Strate S. Vitalis contra S. Lunardum iuxta Bellam tabernariam, cum omnibus masaraticiis suis conventui Fratrum Min. de Bon. relinquid, deductis predictis legatis. Item volo illum vel illos esse commiss. meos ad omnia predicta exequenda quem vel quos Guardianus, qui p. t. fuerit, duxerit nominandum vel nominandos ... quos volo omnia et singulla gerere et expedire cum consensu et conscilio Guardiani predicti ... Voluit quod hoc test. sit secretum et ponatur in sacristia Fratrum Min. et sigilletur sigillo Guardiani ipsius conventus. Item instituit Cambium, famulum Fr. Min., suum procuratorem ad deponendum dictum testamentum in sacristia Fr. Min. ... Actum Bononie in *ecclesia* Fratrum Min., pp. fr. *Petro* de Strata S. Donati, fr. *Oliverio* de Parma, fr. *Bonaventura* de Bonon., fr. *Mathiolo* de Burgo S. Fellicis, fr. *Iohanino* de Upizinis de Regio, fr. *Vasallino* de Ramturio, fr. *Guilielmo* de Mantua et fr. *Alberto* de Pollicino ... Martinus Prosperosus f. q. d. Guidollini not.

335/5078, n. 46. — Orig.

121. Bononiae, 22 iulii 1270.

Testamentum fr. Bonaventurae q. d. Raynerii Agresti, novitii in Ord. Fratrum Min.

Fr. *Bonaventura* novicius in Ord. Fratrum Min. f. q. d. Raynerii Agresti, vite et mortis incertus, suum testamentum facere procuravit. In primo quidem p. a. s. reliquid LX lib. bon. expendendas in libris ad usum sibi necessariis. usque dum vixerit, et post mortem suam vult quod ipsi libri remaneant illi Provincie de qua tunc erit... Voluit hanc suam ultimam voluntatem esse secretam et deponi in sacristia Fratrum Min. de Bon. sigillandam sigillo Guardiani dicti conventus... Actum Bononie in *scholis* Fratrum Min., pp. fr. *Iohanino* q. d. Petri Graciedei de Ord. Fr. Min. qui dixit se sacerdotem esse et cognoscere testatorem, fr. *Albertino* de Arcellis, fr. *Bono* de Veronensi, fr. *Alberto* de Pollicino, fr. *Iohannino* d. Thomaxini Ramponis et fr. *Oddone* de Burgundia, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Iulianus Iacobini not.

335/5078, n. 45. — Orig.

122. Bononiae, 18 augusti 1270.

Testamentum.

D. Flore f. q. d. Rainaldi de Plebe Mongodoris uxor d. Bonalbergi Frugerii ... de bonis suis p. a. s. reliquid C lib. bon., ex quibus voluit expendi in sepultura et circa sepulturam suam, in septimis, trigesimis, centesimis et anniversario sui obitus XX lib. bon.; item de predictis emi voluit unum palium siricum pretii X lib. bon., quod portetur super corpus eius ad funus eius et detur ecclesie Fratrum Min. Bon., apud quam suam elegit sepulturam, de quo palio iussit fieri unam planetam et eam voluit conservari et uti debere ad divina officia in dicta ecclesia celebranda; item Fratribus Min. X lib. bon.; item ecclesie *S. Francischi Strate S. Stephani* XX sol. bon.; item fr. *Bencevenni* de Barbiano XX sol. bon.; item Monasterio S. Vitalis XXX sol. convertendos in utilitate dicte ecclesie ad voluntatem fr. *Rainaldi* de Marchia de Ord. Min.; item de aliis suis bonis legavit fr. *Rainaldo* de Marchia et fr. *Azoni* Bon. de Ord. Min.; cuilibet pro una tunica superiori III lib. bon.; item III lib. bon. pro una tunica uni Fratri Min. dandas arbitrio commiss. suorum, quos esse voluit Guardianum qui p. t. fuerit Fratrum Min. conventus Bon. et fr. *Rainaldum* predictum et Priorem Fratrum ecclesie S. Margarite de Barbiano. Et si Guardianus Min. nollet predictis interesse, dedit ei potestatem constituendi alium, quem voluerit, ad predicta, loco sui... In omnibus aliis suis bonis mobilibus et inmobilibus, iuribus *etc.* conventum Fratrum ecclesie S. Margarite de Barbiano sibi heredem instituit, iubens et volens ut Prior et Fratres dicti conventus S. Margarite medietatem omnium bonorum et rerum, que ad eos pervenient ex dicta hereditate, dent, restituent et assignent Guardiano Fratrum Min. Bon. qui p. t. fuerit, distribuendam arbitrio et voluntate ipsius Guardiani p. a. eius... Actum Bononie in ecclesia Fratrum Min., pp. fr. *Ugolino* de Tincaradis, fr. *Martino* de Coccha, fr. *Alberto* de Bagnacavallo, fr. *Albergacto* magistri Venantii, fr. *Iacobo* de Feraria, fr. *Iacobino* Ubaldini et fr. *Rainaldo* de Marchia de Ord. Min. qui dixit *etc.* et fr. *Lambertino* Egidii de Portanova testibus *etc.* Bonvicinus q. Leonardi Firmani not.

335/5078, n. 53. — Orig.

123. Bononiae, 18 augusti et 21 octobris 1270.

Constitutio procuratoris ad ult. volunt. deponend.

D. Flore f. q. d. Rainaldi de Plebe Mongodoris Bonalbergi Frugerii constituit suum procuratorem fr. *Albertum* de Bagnacavallo de Ord. Min. presentem ad deponendum suam ultimam voluntatem apud sacristiam Fratrum Min. ... Actum Bononie in ecclesia Fratrum Min., pp. fr. *Rainaldo* de Marchia de Ord. Min., fr. Alexio Priore S. Margarite, et fr. *Lambertino* Egidii *etc.*

Eodem anno, die XXI octubris, dictus fr. *Albertus* procur. dicte domine deposuit ult. voluntatem dicte testatricis et dedit in manibus fr. *Petri* de Coradis de Mutina sacriste, pp. fr. *Rainaldo* de Marchia et fr. *Thomasino* d. Azolini de Lambertatiis de Ord. Min. ... Bonvicinus q. Leonardi Firmani not.

336/5079, n. 196. — Orig.

124. Bononiae, 10 octobris 1270.

Testamentum.

D. Benvenutus q. Aldrovandini qui fuit de Labanto ... elegit suam sepulturam apud eccl. Fratrum Min. de Bononia ... reliquit Fratribus Min. de Bon. X lib. bon. ... Constituit suos commiss. fr. *Iohannem* de Sambro de Ordine Minorum, qui si non esset vel exiret civitatem et staret ultra unum mensem, esse debeat loco sui Guardianus Fr. Min. qui p. t. esset. Item dari voluit fr. *Iohanni* de Sambro unam tunicam; item quod post obitum suum, infra octo dies, detur et fiat unum corredum omnibus Fratribus Min. de Bononia, qui tunc temporis erunt in domo Fr. Min., et in capite anni alium corredum facere dictis Fratribus omnibus, qui tunc erunt in dicto Ord. Fr. Min. ... Actum Bononie in *domo* et *claustro* Fr. Min. iuxta *portam* Fratrum que est in *claustro* ipsorum Fratrum, pp. presbitero fr. *Guidone* de Civitella, presbitero fr. *Matheo* de Cremona, presbiteris fr. *Iohanne* de Foro Iulii, fr. *Iohanne* de Burgo S. Fellicis, fr. *Leone* de Cremona, fr. *Amatore* de Pizigotis, fr. *Viviano* de Ferraria, fr. *Petro* de Scornio, testibus vocatis *etc.*, presente fr. *Iohanne* de Sambro qui dixit *etc.* Bologninus q. Ieminiani not.

335/5078, n. 51. — Orig.

125. Ferrariae, 29 ianuarii 1271.

Testamentum.

Ego Petrus qui cognominor Bologninus, tabernarius de contrata S. Vitalis ... dari volo ... fr. *Petro* de Placentia de Ord. Min. III sol. venet. cross. ... Actum Ferrarie ... Nicolaus not. da la barba.

335/5078, n. 55. — Orig.

126. Bononiae, 24 martii 1271.

Testamentum.

D. Gerardus f. q. d. Parisii de Mutina ... reliquit conventui Fratrum Min. de Bon. X sol. bon.; item conventui Fratrum Min. de *Mutina* V sol. bon. ... Voluit hoc test. sigillari debere sigillo Guardiani seu Custodis Fratrum Min. de Bononia et de-

poni in sacristia Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie in domo Fratrum Min. in presentia fr. *Guidonis* de Civitella, fr. *Gandulfi* de Bononia, fr. *Bertholomei* de Portasterio, fr. *Petri* de Scornio, fr. *Sarafini* de Bononia, fr. *Gerardini* de Parma, fr. *Iohannis* de Mutina, omnium de Ord. Min. ... Bondi f. d. Petrizoli Bonincuntri not.

335/5078, n. 59. — Orig.

127. Bononiae, 3 aprilis 1271.

Testamentum.

D. Iohannes f. q. d. Doni ... dari voluit ecclesie Fratrum Min. B. Francisci III lib. bon., ad quam ecclesiam suam elligit sepulturam et suum vult corpus sepelliri ... Voluit presens test. sigillari sigillo Guardiani Fr. Min. conventus Bon. et deponi in sacristia ipsorum Fratrum. Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Henricho* Bon., fr. *Iohanino* de Lupicinis de Regio, fr. *Petro* de S. Maria in Strata, fr. *Placentino* de Placentia et fr. *Matheo* de Cremona et fr. *Iacobo* de Castagnolo et fr. *Amedeo* de Asti et fr. *Petro* d. Remengarde, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Iacobus f. q. d. Spiglati not.

335/5078, n. 54. — Orig.

128. Bononiae, 22 iulii 1271.

Testamentum.

D. Alena f. q. d. Iohannis et uxor q. d. Iacobi Tanclerii de Florentia volens visitare limina B. Iacobi de Galicia, dispositionem bonorum suorum facere procuravit. Dari voluit conventui Fr. Min. de Bononia x lib. bon. pro missis canendis p. a. s.; item voluit quod c lib. bon., quas habere debebat ab heredibus dicti d. Iacobi sui viri, recuperentur et exigantur per fr. *Iohannem* f. q. dicti d. Iacobi Tanclerii de Ord. Fratrum Min. et restituantur per ipsum illis personis a quibus dictus Iacobus usuras habuit et percepit, et quidquid de ipsa quantitate supererit, collegio Fratrum Min. de *Florentia* attribuatur pro anima ipsius testatricis ... Item reliquit conventui Fratrum Min. de Bon. lectum suum, silicet culcitram, plumacium, sachonem, cultram et duo linteamina ... In omnibus aliis suis bonis mobilibus et inmobilibus, iuribus *etc.* dictum collegium Fratrum Min. de *Florentia* sibi heredem instituit ... Actum Bononie in *ecclesia* Fratrum Min., pp. fr. *Martino* Balugani de Bononia, fr. *Bonifatio* de Mantua, fr. *Bonifacio* de Lambertaciis, fr. *Petro* de Scornio, fr. *Yvano* de Strata S. Vitalis, fr. *Iacobo* de Castro S. Petri, fr. *Iacobino* Lamandino et fr. *Guidone* de Civitella, testibus *etc.* Gerardus Villani de Flexo not.

335/5078, n. 56. — Orig.

129. Oliveti, 4 septembris 1271.

Procuratores pro Fratribus Min. constituuntur.

Octavianus miseratione divina Bononien. episc. dilectis filiis Iohanni archipresbitero S. Oxiani et d. Passipovero iudici de Bonon. salutem in Domino sempiternam.

Cum teneamur, tanquam pater pauperum, Christi pauperibus providere ac eos defendere, nolentes quod Fratres Min. pauperes et in paupertate constituti defraudentur alimoniis et auxiliis oportunis, et quod nec pia defunctorum destituatur intentio, et heredum et aliorum cupiditas legittimis ictibus feriatur, et bonis eis

datis, relictis et concessis ac distributis in ultimis voluntatibus seu inter vivos, vel alio quolibet modo eis debitis non fraudentur, mandamus vobis et cuilibet vestrum in solidum, in meritum obedientie salutaris, ut hereditates et alia bona ex causis predictis seu aliis quibuscumque causis ad dictos Fratres pertinencia pauperes, a quocumque iniusto titulo detinente seu possidente sollicite exigatis et dictis Fratribus pauperibus distribuatis ac in eorum necessitatibus conferatis. Et super hec omnia facimus et constituimus vos et quemlibet vestrum in solidum nostrum procuratorem et dictorum Fratrum pauperum Christi et pro ipsis Fratribus pauperibus, ita quod occupantis non sit melior conditio, et ad intrandum in possessionem corporalem et hereditatum et rerum eiusdem, et ad vendendum et alienandum et permutandum et locandum et dislocandum, et ad fructus et pensiones et redditus colligendos et recipiendos, et ad promittendum de evitione et legittima deffensione, et ad paciscendum et transigendum et compromittendum, et ad precium recipiendum et deffendendum, et possessionem vacuam tradendam, et ad cedenda iura et recipienda, et ad dandum in solutum et recipiendum, et ad solutionem faciendam et recipiendam, et ad agendum et deffendendum in iudicio et extra, et ut possitis quilibet in solidum libellum offerre et petere, litem contestari et iurare de calumpnia et veritate dicenda, et procuratores si quos feceritis, et cuiuslibet alterius generis, prestare iuramentum, positiones et confessiones facere et respondere, exceptiones et oppositiones opponere, testes producere et iurare, videre et reprobare et removere testes et dicta eorum, et senteneiam audire et petere eas executioni mandari, et appellare et causas appellationis prosequi, et habere et petere beneficium restitutionis in integrum, et denunciare et protestari et suspectus dare et removere, et iudices petere, et unum et plures procuratores ante litem et post litem constituere in solidum, ita quod occupantis non sit melior conditio, de his quos constitueritis quociensumque opus fuerit, et revocare et omnia alia facere que necessaria fuerint et utilia in predictis et quolibet predictorum, dantes vobis et cuilibet vestrum in solidum liberam et generalem administrationem in predictis et quolibet predictorum, ad usus et utilitatem predictorum pauperum Fratrum; ratum et firmum habentes quidquid per vos et quemlibet vestrum et per predictos procuratores et per quemlibet eorum a vobis factos et a quolibet vestrum in predictis et circa predicta et singula factum fuerit, et eodem modo ab omni honere satisdationis vos ipsos et quemlibet vestrum et ipsos procuratores et quemlibet eorum a vobis factos pariter relevantes, comittentes vobis super his in omnibus et per omnia vices nostras.

Datum Oliveti die XIIII septembris anno Domini MCCLXXI, indictione VIIII.

352/5095, n. 81. — Orig. Deest sigillum e taeniola pergamenacea pendens.

130. Bononiae, 11 decembris 1271.

Testamentum.

D. Castellanus f. d. Peverarii ... reliquid c lib. bon., de quibus voluit expendi necessaria pro et circa exequias suas et sepulturam suam, quam eligit apud ecclesiam Fratrum Min., et in septima et trigesima et centesima die et annuali ... Actum in domo Fratrum Min. *ubi se radunt Fratres,* pp. fr. *Petro* procuratore Fratrum Min., fr. *Thomaxio* de Bagnero (?), fr. *Symone* de Alinario (?), fr. *Petro* Catellano, fr. *Symone* Aragonense, fr. *Henrico* de Ianua et fr. *Andrea* de Parma, testibus vocatis et rogatis,

et pp. fr. *Rufino* de Placentia Guardiano conventus Fratrum Min. de Bononia et fr. *Iacobo* da Ysea Fratribus dicti Ord. et religiosis. Et dictum testamentum sigillatum fuit sigillo dicti Guardiani dictorum Fr. Min. de Bon. et conventus, et deposuit dictus testator ipsemet in sacristia dictorum Fratrum ... Spagnolus q. d. Guidonis Spagnoli not.

335/5078, n. 57. — Orig.

131. Bononiae, 31 decembris 1271.

Testamentum.

D. Berta f. q. Uberti et uxor q. Bonagratie ... dari voluit conventui Fratrum Min. de Bon. pro missis cantandis per totum unum annum a die mortis testatricis VI lib. bon. ... Elegit sepulturam suam apud ecclesiam S. Francisci Ord. Fr. Min. de Bon. ... Constituit suos comiss. ... Guardianum Fr. Min. de Bon. qui pro tempore fuerit ... Actum Bononie ... Iacobus Egidii Chapellarii not.

335/5078, n. 58. — Orig.

132. Bononiae, 12 maii 1272.

Testamentum.
(de aedificio eccl. Fratrum Min. de Farneto de Varegnana).

D. Ricchadonna f. q. Guitacchini de Ugiano ... reliquit fr. *Ricardino* f. q. d. Oddofredi, fr. *Henrico* de Perticonibus, fr. *Thomaxino* Pizolpili et fr. *Azoni*, cuilibet III lib. bon. pro una tunica pro quolibet eorum. Sepulturam vero suam eligit apud locum et ecclesiam Fratrum Min. de Bononia, supra quam et apud quam, in eo casu, voluit expendi in die sepolture et in septem diebus XV lib. bon. Si vero contigerit eam mori apud Ugianum, tunc et in eo casu, elegit suam sepulturam apud locum Fratrum Min. *de Farneto de Varegnana*, et tunc et in eo casu, vult expendi debere circa sepulturam suam C sol. bon. ... Post mortem d. Gallicie matris sue, in proprietate et usufructu omnium bonorum suorum instituit et voluit sibi heredes esse pauperes Christi quos elegerit vel nominaverit ille qui erit p. t. Guardianus Fr. Min. de Farneto de Varegnana. Insuper voluit ut ille vel illi, quem vel quos dictus Guardianus duxerit nominandos, sint suus commissarius sive commissarii: dans eis plenam licentiam et liberam potestatem accipiendi tenutam et possessionem bonorum suorum, et vendendi et alienandi, rogans quod solutis quantitatibus supradictis, precium inde habitum et receptum de bonis suis detur et expendatur in *edificio* et pro edificio ecclesie Fratrum de Farneto et in domibus et paramentis et in libris et calicibus; asserens hoc presens testamentum vallere et nullum aliud sive codicillum, nisi esset ibi presens Guardianus de Farneto cum duobus Fratribus notis eiusdem loci ... Actum Bononie in ecclesia Fratrum Min., pp. fr. *Ricardino* predicto q. d. Oddofredi, fr. *Azone*, fr. *Thomaxino* Pizolpili qui asseruerunt *etc.*, fr. *Iuliano* de Cremona, fr. *Dominico* de Bononia de Hordine Min. ... et fr. *Michaele* q. Boninsegne *fratre Penitencie* ... Predicta d. Ricchadonna constituit suum procuratorem fr. *Richardinum* predictum presentem, ad deponendum dictum test. in sacristia Fr. Min. et ad illud faciendum sigillari sigillo conventus Fr. Min. de Bononia ... Bonvisinus Bologniti not.

335/5078, n. 62. — Orig.

133. Bononiae, 18 iunii 1272.

Testamentum.

D. Albertus archipresb. Plebis Montis S. Iohannis ... in medietate bonorum suorum d. Castellanam sibi heredem instituit, de dimidio cuius medietatis dicta domina in vita et morte faciat velle suum, alium vero dimidium dicte medietatis teneatur relinquere et dare p. a. predicti d. Archipresb. pauperibus Christi, silicet Fratribus Min. et Fratribus Pred.; et si heredes sui questionem facerent, privat eos omnibus sibi relictis et portiones eorum ad pauperes Christi predictos venire vult ... Actum Bononie in capitullo Fratrum Min., pp. fr. *Guilielmino* procuratore Fr. Min., fr. *Naxinbene* de Bonon., fr. *Nicholao* de Remgno Appulie, fr. *Bonaventura* de Agrestis de Bon., fr. *Guidoto* de Feraria, fr. *Albertino* de Feraria, fr. *Yvano* de Strata S. Donati et fr. *Columbo*, omnes de Ord. Fratrum Min. ... Quod testamentum sigillatum fuit sigillo dicti d. Archipresb. et sigillo conventus Fratrum Min. ... Deodatus q. Nicholay Specialis not.

335/5078, n. 63. — Orig.

134. Bononiae, 19 iulii 1272.

Testamentum.

Petrizolus q. [....] tabernarius ... reliquid p. a. s. VIII lib. bon., quas expendi voluit supra funus et sepulturam suam et pro exequiis et expensis tumuli, quam sepult. suam sibi ellegit apud ecclesiam S. Francischi Ord. Fratrum Min. ... Dari voluit fr. *Azoni* de Ord. Fr. Min. pro una capa III lib. bon. ... Item reliquid VIII lib. bon. et XV sol. bon. expendendos arbitrio fr. *Azonis* de Ord. Fr. Min. et d. Rose sue uxoris ... Actum Bononie ... Graciadeus Aymerici not.

335/5078, n. 64. — Orig.

135. Bononiae, 30 iulii 1272.

Testamentum.

D. Fraysenda f. q. d. Comittis Manentis de Montaxico et uxor q. d. Guezzi de Guezis ... dari voluit fr. *Azoni* de Ord. Min. III lib. bon. ... et voluit quod commiss. suus omnia exequi debeat de consilio fr. *Azonis* Ord. Min. Actum Bononie ... Vinciguerra Bonixii not.

335/5078, n. 65. — Orig.

136. Bononiae, 11 septembris 1272.

Testamentum.

D. Iacobinus f. q. Guidonis de Nogareto ... suam sepulturam ellegit apud ecclesiam B. Francisci confessoris ... Actum Bononie ... Albertinellus Zanini Becarii not.

335/5078, n. 66. — Orig.

137. Bononiae, 12 septembris 1272.

Testamentum.

Iohannes f. q. Catellani ... pro male ablatis reliquid CC lib. bon., expendendas ubi et quomodo dixerint et voluerint d. fr. *Azo* de Ord. Fratrum Min. et Guillelmus

frater dicti Iohannis, quas vult solvi per heredes suos hinc ad sex menses... Item de aliis suis bonis vult fieri expensas circha sepulturam suam, quam sibi elegit apud ecclesiam B. Francisci Fratrum Min. ad arbitrium dicti d. fr. *Azonis* et fr. Catellani sui patris, quos ad hoc suos constituit commissarios... Actum Bononie in domo dicti testatoris, pp. dicto d. fr. *Azone* et fr. *Thomasio* d. Perolini qui dixerunt *etc.*, dd. fr. *Nicholao* de Provincia Romana, fr. *Bonaventura* de Gisso, fr. *Vendemadore* de Ferraria, fr. *Nicholao* de Pennis, fr. *Amadore* de Pizochottis, omnes de Ord. Fratrum Min. ... Thomaxius de Quercis not.

335/5078, n. 60. — Orig. In dorso « Test. Iohannis f. d. fratris Chatelani deposit. 1272 in sacristia Fratrum Min. de Bon. ».

138. Bononiae, 21 ianuarii 1273.

Testamentum.

Ego d. Gasdia uxor q. d. Boateris ... relinquo circa sepulturam meam x lib. bon. expendendas per manus mei commiss. infrascripti, quam elligo iuxta domum et ecclesiam Fratrum Min.; item relinquo c lib. bon. fr. *Lambertino* de Ord. Fratrum Min. filio meo, quas expendere teneatur sicut sibi videbitur in operibus pietatis, quem meum constituo commiss. Qui predictus fr. *Lambertinus* si superstes non esset tempore mortis mee, tunc constituo meos commiss. Guardianum qui p. t. fuerit Fratrum Min. *etc.* ... Actum Bononie in ecclesia Fratrum Min., pp. [1] fr. *Martino* de Balluganis, fr. *Gregorio* de Placentia, fr. *Bertholomeo* de Portasteri, fr. *Nasinbene* d. Beni, fr. *Azone* de Ord. Min., fr. *Gerardino* de S. Iohanne, fr. *Thomasio* de Bagno Regio, testibus ... Mathiolus q. d. Ottolini not.

335/5078, n. 69. — Orig.

139. Bononiae, 7 februarii 1273.

Testamentum.

D. Gualdradina f. q. d. Venturole de Ragnaticho et uxor Primadicii de Galleria... dari voluit conventui Fratrum Min. III lib. bon. ... Actum Bononie in ecclesia Fratrum Min., pp. fr. *Bonazunta* de Mantua, fr. *Petro* de Parma, fr. *Guidolino* de Parma, fr. *Antonio* de Parma, fr. *Albertino* de Feraria, fr. *Gerardino* de Mutina et fr. *Iacobino* de Plaxientia ... Petrus de Scalanis not.

335/5078, n. 68. — Orig.

140. Bononiae, 25 aprilis 1273.

Testamentum.

D. Beatrixia uxor q. d. Aldrevandini de Perticonibus ... reliquid *laborerio* ecclesie Fratrum Min. XL sol. bon.; item conventui Fratrum Min. XL sol. bon. ... Actum Bononie in ecclesia Fratrum Min., pp. fr. *Bonazunta* de Mantua, fr. *Iohanne* de Pulia, fr. *Artinixio* de Burgo S. Fellicis, fr. *Iohanne* Rampone, fr. *Iacobo* de Castagnolo, fr. *Iacobino* de Parma sacristano et fr. *Lambertino* portonario. ... Eodem die d. Bea-

---

[1] Sequitur *fr. Rufino Guardiano,* punctis oblitteratum.

trisia predicta fecit suum procuratorem specialem ad faciendum sigillari dictum testamentum et poni in sacristia Fratrum Min. ... Accursius q. Bonaventure de Preytis not.

335/5078, n. 72. — Orig.

141. Bononiae, 28 aprilis 1273.

Testamentum.

Carnelvarius q. d. Rolandini Carnelvarii ... dari voluit conventui Fratrum Min. xx sol.; item *Sororibus S. Francissci* x sol. ... Constituit suos commiss. suam uxorem et fr. *Albertinum* de Minoribus, vel fr. *Iohannem* Bononiensem, si dictus Frater esse nollet ... Actum Bononie in *scolis* Fratrum Min., pp. fr. *Albertino* de Parma, fr. *Bonaventura* de Agrestis, fr. *Luitrammo* Teotonico, fr. *Gerraxino* de Regio, fr. *Iohanne* de Ugiano, fr. *Petro* de Parma, fr. *Nicholao* de Canemortuo ... Ego Carnelvarius q. d. Rolandini Carnelvarii not.

335/5078, n. 73. — Orig.

142. Bononiae, 19 iunii 1273.

Testamentum.

D. Francischa f. q. d. Munsarelli Iacobini Cavalarii ... elegit sibi sepulturam apud ecclesiam B. Francischi Fr. Min. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Melio* de Mantua, fr. *Iacopino* de Parma, fr. *Guidolino* de Parma, fr. *Henrico* de Bon. de Strata maiori, fr. *Mainerio* de Pisis, fr. *Nicholao* de Strata maiori, fr. *Iohanino* de Guaria[...]s de Regio de Ord. Min. et presente fr. *Albertino* de Parma eiusdem Ordinis et presbitero, qui asseruit se cognoscere testatricem. Ibidem incontinenti, pp. dictis testibus ... dicta testatrix constituit et ordinavit dictum fr. *Albertinum* de Parma ibidem presentem et volentem suum procuratorem ad deponendum in sacristia Fr. Min. dictum suum testamentum iuxta formam ordinamentorum Fratrum ... quod testamentum sigillatum sigillo Guardiani dicti Ord. in sacristia Fr. Min. dictus procurator nomine dicte testatricis deposuit ... Deutacorra q. Bernardi de Montasigo not.

337/5080, n. 138. — Orig.

143. Bononiae, 10 novembris 1273.

Testamentum.

D. Guidoctinus f. q. d. Iacobini de Prendipartibus ... reliquid de bonis suis cccc lib. bon., de quibus emi voluit duo baldachina precii xl lib. bon., unum quorum poni voluit et portari supra corpus suum in die sepulture sue, quam sibi elegit apud ecclesiam Fratrum Min. de Bon., et illud baldachinum apud dictos Fratres voluit remanere. Item dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. et ipsis Fratribus l lib. bon., volens insuper quod in dicto loco fiat et celebretur p. a. s. officium mortuorum in septimo die, tricesimo, centesimo et annuali, et in quolibet termino voluit predictis Fratribus in pitantia provideri. Item Fratribus et cuilibet *heremo* Fratrum Min. existentium in districtu et comitatu Bononie xx sol. bon.; item fr. *Azoni* de Bon. de Ord. Min. x lib. bon. pro tunicis et suis necessariis; item *Sororibus S. Francissci de Strata S. Stephani* c sol. bon. ... residuum vero dictarum cccc lib. voluit expendi

super funus et sepult. suam, et in una archa facienda in *cymiterio* Fr. Min., in qua poni debeat corpus eius, et alibi ubi melius et utilius commiss. suis videbitur expedire; dictas vero summas relictas ... voluit solvi, distribui et expendi per illum qui erit pro tempore Custos Fr. Min. de Bon. et per illum qui erit Guardianus Fr. Min. de Bon. pro tempore ... quos suos commiss. esse voluit, constituit atque fecit ... Et si Custos Fr. Min. qui erit p. t. et ille qui erit p. t. Guardianus, nollet esse commiss., possit alium commiss. nominare quilibet eorum et ponere loco sui ... Actum Bononie in *cymiterio ecclesie* Fr. Min. a latere sero dicte ecclesie, pp. fr. *Petro* de Strata S. Donati, fr. *Lambertino* portonario, fr. *Bonifatio* q. d. Fabri, fr. *Thomaxino* q. d. Azolini de Lambertatiis, fr. *Nicholao* d. Nicholai de Ursis, fr. *Petro* cantore de S. Maria in Strata, fr. *Alberto* de Feraria, fr. *Zanello* de Carpo et fr. *Francisco* de Regio ... Figlocarus q. Dominici Trotti not.

335/5078, n. 77. — Orig.

144. Bononiae, 29 novembris 1273.

Testamentum.

Fr. Zanutius f. q. d. Petrizoli Ramisini ... dari voluit fr. *Ruffino* de Placentia de Ord. Min. v lib. bon.; fr. *Albertino* de Regio Guardiano Fr. Min. Bon. et fr. *Albertino* de Parma de Ord. Min., cuilibet v lib. bon. ... Elegit suam sepulturam apud ecclesiam Fratrum Min. ... Constituit et esse voluit suos commiss. quem vel quos elegerint predicti fr. *Albertinus* de Regio dictus de Corvaria, nunc Guardianus Fr. Min. Bon., et fr. *Albertinus* de Parma de Ord. predicto, vel si ipsi ambo vel alter eorum interesse non possent ad predicta, silicet commissarium vel commissarios eligendos, illum vel illos quem vel quos Guardianus Fr. Min. Bon. qui p. t. fuerit elegerit et nominaverit esse suos commissarios vel commissarium, ita tamen quod nihil in parte vel in toto ille commissarius sive commissarii facere possint in predictis, vel etiam dispensare nisi secundum quod predicti Fratres vel Guardianus, si ipsi interesse non possent, voluerint et expresse mandaverint; quod si quid contra eorum voluntatem fecerint, voluit esse irritum et inane et nullius valoris ... In omnibus aliis suis bonis mobilibus et inmobilibus, iuribus *etc.* Bartholutium filium suum sibi heredem instituit, quem suum heredem voluit teneri ad faciendum fieri septimum, tricesimum, centesimum et anniversarium sui obitus, dando pro quolibet termino, conventui Minorum unum corb. et dimidium frumenti et unum corb. et dimidium vini et xxx sol. bon.; quas frumenti, vini et denar. quantitates reliquid eidem conventui occasionibus supradictis. Item voluit et disposuit quod dictus eius heres teneatur, usque ad quinque annos post suum obitum, singulis annis dare conventui Fratrum Min. Bon. v lib. bon., rogans et petens ut per Fratres ipsius conventus recomendatio fiat specialis in missis et orationibus eorum pro anima eius. Item voluit et iussit quod dictus eius heres teneatur predicta omnia solvere et facere et observare, ut superius ordinavit; quod si non faceret, privat ipsum suum heredem domo sua alta posita iuxta ...; quam domum eo casu voluit p. a. s. pervenire ad conventum *Sororum de S. Francisco Strate S. Stephani* Ord. S. Clare, ita ut ipsam domum possint ab omni possessore vendicare et precipue sibi habere, volens ut dictus conventus faciat predictos terminos fieri et dictam quantitatem v lib. bon., ut dictum est, solvat dicto conventui. Si autem contigerit dictum Bartholutium decedere sine filiis legitimis, substituit ei vul-

gariter et per fidei comissum conventum *Sororum ecclesie S. Francischi Strate S. Stephani* Ord. S. Clare predictum, volens ut Sorores dicti conventus debeant et teneantur bona spectantia ad dictum conventum de dicta substitutione aprehendere et vendere, et ipsa bona et eorum usumfructum vel pretium eorum convertere et distribuere secundum consilium et voluntatem Guardiani Fratrum Min. qui p. t. fuerit ... Actum Bononie in *refectorio* Fratrum Min., coram fr. *Oliverio* Parmen. et fr. *Albertino* Parmen. de Ord. Min. qui dixerunt *etc.*, pp. fr. *Petro* Parmen., fr. *Bonacosa* Firmano, fr. *Melio* de Mantua, fr. *Deutaleri* de Mortula, fr. *Nicholao* de Urbe, fr. *Bonifatio* de Mantua et fr. *Astexano* de Asto, de Ord. Min. testibus *etc.* Bonvicinus q. Leonardi Firmani not.

335/5078, n. 74. — Orig.

145 Bononiae, 1 februarii 1274.

Testamentum.

Mag. Belloctus f. q. Benni ... nolens decedere intestatus, presens testamentum facere procuravit ... et hanc suam ultimam voluntatem voluit valere, et abrogare ... omne aliud testamentum quod reperiretur hinc retro fecisse ... Et si quod testamentum seu ultimam voluntatem ab inde in antea faciet, noluit valere nec tenere ... nisi in ipso test. seu ultima voluntate facturo vel factura, interfuissent presentes Guardianus Fratrum Min., et tres Fratres dicti conventus, et nisi *Pater noster* totum de verbo ad verbum, et *Ave Maria* tota essent conscripta ibidem ... Actum Bononie in *sacristia* Fratrum Min., pp. d. fr. *Adam* de Bononia Custode, fr. *Lambertino* de Bononia portenario, d. fr. *Petro* de Coradis de Mutina, d. fr. *Bonifacio* de Vicentia, d. fr. *Alberto* de Ferraria, fr. *Pace* de Ferraria, d. fr. *Leonardo* de Romagna portenario, testibus *etc.* Petrus d. Andree not.

12/4144, n. 59. — Orig.

146. Bononiae, 28 februarii 1274.

Minister, Custos et Guardianus Fratrum Min. de Bon. ut commiss. et executores testamentarii vendunt quaedam bona immobilia posit. in Caldararia.

Bononie in loco Fratrum Min. in cella ubi moratur fr. *Iacobus* de Gloza post ecclesiam Fratrum Min., pp. fr. *Pellegrino* de Pollicino, fr. *Azone* de Ord. Fr. Min. qui asseruerunt cognoscere contraentes, Iohanne Salvi not. ad memorialia et fr. *Aulirerio* de Parentibus de Parma de Ord. Fr. Min., testibus rogatis et vocatis ... Fr. *Vitalis* Minister Fr. Min. in Provincia Bononie et fr. *Albertinus* de Corvaria comitatus Regii, nunc Guardianus Fr. Min. de Bononia, ut commissarii, distributores et executores testamenti d. Guidonis d. Berofaldini et etiam testamenti q. dicti d. Berofaldini pro septima parte, et etiam testamenti q. d. Bolnisie neptis dicti d. Berofaldini, et etiam ex potestate commissionis facte predictis per ven. patrem Ottavianum Bon. episcopum, sicut continetur in instrumento mei Bonaventure Viviani not. scripto, et etiam fr. *Adam* de Castro Britonum, Custos Fr. Min. de Bononia, et fr. *Gerardinus* Gualenghi adiuncti predictis et ellecti ab eis ad infrascripta facienda et exequenda cum eis ... una cum predictis Ministro et Guardiano, iure proprio, in perpetuum vendiderunt, tradiderunt atque cesserunt, venditionis titulo, d. Albizo q. d. Iacobi de Duglolo et d. Blaxio Angelelli de Strata maiori ... domos omnes anteriores et po-

steriores et turres cum cortili et puteo, cum solo et edifficiis cum omnibus et singulis super se et infra se coherentibus, que quondam fuerunt d. Berofaldini, posit. in Porta Steri ... et mille torn. terre de podere qui fuit predictorum d. Berofaldini, d. Guidonis sui filii et Bolnixie sue neptis, posit. in Caldararia, secundum quod designaverit d. Dominicus Poete infra sex menses prox. a die contractus numerandos, et si non designaverit infra dictum tempus, communiter habere debeant de dicto podere ... secundum quod capient dicte M tornat.; ita tamen quod ultra numerum supradictum M tornat. habere debeant emptores predicti Tumbam magnam secundum quod tenent fovee dicte Tumbe, cum omnibus domibus in ipsa positis et sitis, et aliis edifficiis infra ipsam Tumbam, hoc acto nominatim et expressim quod de loco Fratrum Min. super quo posita est *ecclesia S. Marie*, secundum quod fossata designant locum predictum totum et integrum, emptores predicti nichil habere debeant, et in numero dictarum M tornat. nichil debeat computari. Quas domos, turres cum cortili et dictas M tornat. eisdem emptoribus predicti venditores dederunt ad habendum, tenendum *etc.* ... et hoc nominatim pro pretio et nomine pretii ottomillium lib. bon. in summa ... Et insuper predicti venditores, ut commissarii et distributores, ut dictum est, promiserunt se facturos et curaturos, qualibet exceptione remota, quod conventus Fratrum de Bononia predictam venditionem et omnia et singula que in presenti contractu continentur, habebit rata et firma et non contrafaciet ... Que quidem omnia et singula ... predicti venditores, ut commissarii commissario nomine, per se suosque successores promiserunt dictis emptoribus attendere et observare et non contra facere vel venire ratione aliqua vel occasione, sub pena dupli dicti precii et ipsarum rerum extimationem ... et sub obligatione bonorum hereditatis q. d. Guidonis predicti, et septime partis bonorum hereditatis q. d. Berofaldini, et bonorum hereditatis q. d. Bolnisie filie q. dicti d. Guidonis ... Bonaventura Viviani not.

345/5088, n. 69. — Orig.

147. Bononiae, 4 aprilis 1274.

Testamentum.

D. Arardus f. q. d. Guidonis de Sassis not. ... reliquid conventui Fratrum Min. XX sol. bon.; item *Dominabus S. Francischi* X sol. bon.; item fr. *Petro* de Ord. Min. f. q. d. Pacis not. pro una capa vel alia quacunque sua necessitate III lib. bon. ... Item voluit et mandavit dari et distribui de bonis suis p. a. s. per d. Imperiam uxorem et comiss. suam, cum voluntate et conscilio et arbitrio fr. *Petri* q. d. Pacis not. de Strata S. Donati Ord. Fr. Min., L lib. bon. Item voluit instrumentum presentis ultime voluntatis autenticum et sigillatum sigillo venerabi[li]s patris Guardiani Ord. Fr. Min. de Bonon. munitum, et in sacristia eorum Fratrum deponi, et per ipsos Fratres post eius obitum presentari ... Actum Bononie in *capitulo* Fratrum Min., pp. fr. *Holiverio* de Parma, fr. *Iohanino* q. d. Petri Gratiadey de Porta nova, fr. *Pelegrino* de Plazenzia, fr. *Astexano* de Asti, fr. *Alberto* q. d. Amey de Portasterii, fr. *Amadore* de Pizigotis et fr. *Petro* q. d. Pacis not. de Strata S. Donati, Fratribus dicti Ord. ... Ghilbertus q. Guidolini not.

335/5078, n. 16. — Orig.

148. Bononiae, 16 aprilis 1274.

Testamentum.

Bonacursius f. q. d. Ludoyci ... ellegit suam sepulturam apud ecclesiam Fratrum Min. ... Reliquid Fratribus Min. et laborerio dicte ecclesie x lib. bon.; item *Dominabus S. Francisci* xx sol. bon.; item fr. *Pellegrino* de Russis, fr. *Albertino* de Parma et fr. *Bonincuntro* d. Boninsegne de Ord. Min. cuilibet xl sol. bon. ... Constituit suos commiss. predictos fr. *Albertinum* et fr. *Pellegrinum* et d. Ghisilinam suam uxorem ... et si predicti Fratres non essent omnes in civitate tempore mortis sue, vel alter eorum, voluit quod per Guardianum Fratrum Min. qui p. t. fuerit, si aliquis eorum non esset in terra predicta, omnia debere fieri et adimpleri cum dicta d. Ghisilina sua uxore, vel per illum cui dictus Guardianus commiserit. Item voluit quod die septimo, trigesimo, centesimo et anniversario fiat officium pro eo ad dictum locum Fr. Min., et provideatur Fratribus illis diebus; et si predicti sui commiss. de c lib. relictis non possent satisfacere predicta, dedit eis plenam licentiam et liberam potestatem accipiendi, vendendi et alienandi ... de bonis suis, quod possint satisfacere et adimplere omnia et singula supradicta. ... Et iussit hoc testamentum esse secretum et sigillari debere suo sigillo, et sigillo Guardiani seu Custodis Fr. Min. de Bononia, et deponi in sacristia Fr. Min. et quod per Fratres dicti Ord., quotiens opus fuerit, debeat presentari, et ubicumque ei et eis, scripture et Fratribus, fides habeatur ... Actum Bononie in *capitulo* Fratrum Min. in presentia fr. *Pellegrini* de Pollicino, fr. *Petri* de Parma, fr. *Thomaxini* Pizolpili, fr. *Deotaleri* de Regno Apulie, fr. *Egidii* de Marchia Anconitana, fr. *Guarnerii* Theotonici et fr. *Lutrami* Theotonici, omnium de Ord. Min. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

13/4145, n. 7. — Orig.

149. Bononiae, 21 aprilis 1274.

Testamentum.

Ego Petrus f. q. Ugolini de Ghibertis, qui fui de Bangno, et nunc moror in Burgo Gallerie ... relinquo ccc lib. bon., de quibus dari volo conventui Fratrum Min. de Portanova l lib. bon.; item *Dominabus ecclesie S. Francisci de Bon.* l sol. bon.; item fr. *Iohanni* de Sambro Ord. Fr. Min. c sol. bon. pro una tunica; item fr. *Albertino* de Parma Ord. Min. xx lib. bon. ... Reliquos vero dictorum denariorum relictorum relinquo expendendos circa sepulturam meam, quam elligo apud ecclesiam Fr. Min. de Portanova, et pro terminis faciendis, silicet septimo die, trigesimo die, centesimo die et anniversario, et ubi melius et utilius videbitur commiss. infrascriptis. Commiss. meos esse volo fr. *Albertinum* de Parma, et fr. *Iohannem* de Sambro de Ord. Fr. Min., et si ipsi Fratres nollent vel non possent esse meos commis., volo quod Guardianus Fr. Min. qui p. t. fuerit, elligat mihi commissarios unum vel plures ... qui debeant facere et adimplere secundum conscilium et voluntatem predictorum Fratrum *Albertini* de Parma et *Iohannis* de Sambro ... Actum Bononie in *cimiterio* dictorum Fratrum, pp. fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Bonacursio* de Triville, fr. *Artinixio* de Bononia, fr. *Amadore* de Pizocotis, fr. *Petro* de Tirvixio, fr. *Thomaxio* sartore, fr. *Thomasino* Pizopelli et fr. *Iohanne* de Limoxinis, testibus *etc.* ... Eodem die loco et pp. iisdem testibus, dictus Petrus testator fecit et constituit fr. *Albertinum*

de Parma Ord. Fr. Min. suum procur. ad ponendum dictum testamentum in sacristia Fr. Min. sigillatum de sigillo capitulli sive conventus Fr. Min. ... Iohaninus q. Michaelis de Rustichellis not.

13/4145, n. 6. — Orig. In dorso « Mortuus est et publicatum die [....] sub porticu palatii novi com. Bon., pp. fr. Ansaldo ... ».

150. Bononiae, 27 iunii 1274.

Testamentum

(pro Fratribus Min. moraturis in quodam loco construendo in curia Castri S. Petri).

D. Iacobinus f. q. d. Molinari de Portanova ... de bonis suis reliquid MD lib. bon., ex quibus CCL lib. bon. converti et dari voluit in possessionibus emendis ubi videbitur commissariis suis. Quas possessiones emendas de dicta quantitate ex nunc reliquid Colegio *Fratrum de Penitentia* civit. Bononie, hac condicione ut per Ministros ipsorum Fratrum et per fr. *Thomasinum* de Spello de Ord. predicto ipse possessiones locentur ad colendum, et fructus et redditus ipsarum possessionum convertantur perpetuo in necessitatibus quatuor Fratrum Sacerdotum de Ord. Min. qui p. t. erunt et moram facient in loco quem d. Guillelmus frater ipsius testatoris disposuit debere fieri in *Curia Castri S. Petri*, secundum consilium et voluntatem Guardiani conventus Fr. Min. de Bononia, et Guardiani illius loci, et fr. *Iacobi* de Yseo eiusdem Ord., donec ipse vixerit. Item de predictis voluit debere dari et converti C lib. bon. in duobus calicibus et duobus libris et paramentis emendis et dandis Fratribus Min. qui moram fecerint in dicto loco, ut conserventur et utantur ad cultum divinum in dicto loco, rogans Fratres dicti Ord. qui in dicto loco p. t. erunt, ut perpetuo pro anima eius orent. Si autem videbitur Guardiano Fr. Min. conventus Bononie et dictis fr. *Iacobo* et fr. *Thomasino* utilius pro anima sua dictas quantitates in alias causas expendi, voluit ipsos habere potestatem convertendi in hiis quibus eis melius et utilius videbitur pro salute anime sue ... Si vero dictus locus fieret, reliquid p. a. s. ultra dictas MD lib. bon., D lib. bon. disponendas pro utilitate dicti loci, prout videbitur commiss. suis, de consilio Guardiani conventus Fr. Min. Bononie et dicti fr. *Iacobi*. Item de predictis MD lib. bon. reliquid et dari voluit illis quatuor Fratribus Min. sacerdotibus, qui primo erunt in dicto loco, XII lib. bon., scilicet cuilibet eorum III lib. bon. pro una tunica; item conventui Fr. Min. Bononie L lib. bon., Guardiano eiusdem conventus V lib. bon., fr. *Iacobo* de Yseo et fr. *Iohanni* de Sambro eiusdem Ord. cuilibet eorum X lib. bon., fr. *Oliverio* Parmen. eiusdem Ord. V lib. bon.; item portonariis, sacristis, refertuaris, procuratoribus, cocis, infirmariis conventus Fratrum Min. Bon. cuilibet ipsorum X sol. bon.: *Sororibus de S. Francisco* Strate S. Stephani Ord. S. Clare X lib. bon. ... Item de predictis voluit expendi C lib. bon. circa sepulturam suam, quam elegit apud ecclesiam Fr. Min. Bon. arbitrio commiss. suorum, quos esse voluit et reliquid fr. *Thomasinum* de Spello *etc.* ... volens ac iubens ut predicti commissarii exequantur et faciant predictam commissariam de consilio fr. *Iacobi* de Yseo, si vixerit, et Guardiani conventus Fr. Min. Bon. qui p. t. fuerit ... Si heredes sui decederent sine liberis legittimis, substituit eis pauperes Christi civit. Bon. et districtus, quos vult esse illos pauperes quos dicti sui commissarii vel, si aliquis eorum non esset, illos quos Guardianus Fr. Min. Bon. qui p. t. fuerit, elegerit et nominaverit ... Voluit hanc suam ultimam voluntatem secretam esse et ipsam publicatam debere deponi in sacristia Fr. Min. Bon. ... et sigillari sigillo

Guardiani eorundem Fratrum et ita scribi voluit ... Actum in domo dicti testatoris coram fr. *Albertino* de Regio Guardiano Fr. Min. conventus Bon., et fr. *Iacobo* de Yseo eiusdem Ord. qui dixerunt *etc.*, pp. fr. *Guilielmino* Bon., fr. *Oliverio* et fr. *Antonio* Parmen., fr. *Zanelino* Mutinen., fr. *Iohanino* Rampon., fr. *Guidone* de Zapulino, fr. *Bonaventura* Agresti et fr. *Ugolino* de Arpinellis Bon. de Ord. Fr. Min. ... Bonvicinus q. d. Leonardi Firmani not.

342/5085, n. 89. — Orig.

151. Bononiae, 19 augusti 1274.

Testamentum.

Lucchisius q. Bonavie de Muxello habitator Bononie ... legavit conventui Fratrum Min. de Bon. L lib. bon. ... Reliquid fr. *Auliverio* Parmen. Ord. Fr. Min. XL sol. bon.; item fr. *Albertino* de Parma Ord. Fr. Min. pro una tunica III lib. bon. quolibet anno, quousque uxor eius suam tenuerit hereditatem; item *Sororibus de S. Francisco Bon.* X sol. bon. ... Item circa sepulturam suam, quam sibi ellegit apud ecclesiam Fr. Min. expendi voluit X lib. bon.; item pro septimis, tricesimis, centesimis et anniversario sui obitus, expendi voluit quod videtur heredibus eius ... Constituit suos commiss. uxorem suam et fr. *Albertinum* predictum, vel si ipse fr. *Albertinus* non esset, Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit ... Et hanc ultimam suam voluntatem voluit esse secretam, et ita scribi voluit. ... Actum Bononie in *sacristia inferiori* ecclesie Fr. Min. Bonon., pp. fr. *Albertino* et fr. *Auliverio* Parmens. Fr. Min. qui dixerunt *etc.*, fr. *Bonicuntro* Boninsegne Bonon., fr. *Bonaventura* Parmense, fr. *Azo* Placentino, fr. *Amadore* Pizocoto, fr. *Francisco* de Vandolis Bonon., fr. *Guillelmo* et fr. *Petro* de Coradis Mutinen., de Ord. Fr. Min. ... Bonvicinus q. Leonardi not.

13/4145, n. 14. — Orig. In dorso « Test. fr. Luchisii. Paghado questo testamento tuto al chonvento dopo la morte de la mulie sue ».

152. Bononiae, 8 novembris 1274.

Testamentum.

D. Gasdia f. q. d. Ettoli de Munzuni, et uxor q. d. Marxilii de Mantegellis ... p. a. s. dandum et expendend. reliquid et circha sepult. suam X lib. bonon. vel alibi, secundum quod Guardiano Fratrum Min. videbitur utilius p. a. s.; quam sepult. elegit et voluit apud eccl. Fr. Min. Item legavit conventui Fr. Min. pro una refectione, infra octavam sui obitus, C sol. bon. ... item reliquid iure legati d. Manno de Mantegellis, et cuilibet filiorum suorum, silicet fr. *Raynaldino* de Penitentia ... XL sol. bon. pro quolibet ... item fr. *Guilielmino* procuratori Fratrum pro una tunica III lib. bon.; fr. *Albertino* Guardiano Fr. Min. pro una tunica III lib. bon. et fr. *Oliverio* de dicto Ord. Min. pro una tunica III lib. bon. seu pro aliis eorum necessitatibus ... Comiss. suos, unum vel plures, esse voluit, quos predictus Guardianus, vel alius qui p. t. fuerit, esse voluerit et elegerit ... Item reliquid predicto fr. *Guilielmino* totum vinum quod nunc est in vase, quod est et esse dixit X corb. vini rubei et puri, IIII carr. lignorum, que sunt super maderias, in domo in qua nunc moratur, et IIII corb. furmenti quod nunc etiam est in scrineo ipsius testatricis ... et II corb. spelte, et med. corb. fabe; qui fr. *Guilielminus* predicta omnia, vinum, ligna, furmentum, speltam et fabas dare teneatur, et debeat, illi persone que

dicto fr. *Guilielmino* et sibi dandum commisit et dixit ... Actum in Portanova ... in domo ubi habitat dicta testatrix ... pp. fr. *Oliverio* de Parma, fr. *Guilielmino* procur. Fratrum ... Bonvisinus Bolognitti not.

337/5080, n. 44. — Orig.

153. Lugduni, 13 novembris 1274.

Praecipitur verbum Crucis contra Saracenos praedicari in subsidium Terrae Sanctae.

Gregorius episc. Ministro Provinciali Provincie Bononien. Ord. Fr. Min. « Si mentes fidelium ». Datum Lugduni idibus novembris pontif. anno tertio.

352/5095, n. 86. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in plica « n. p. ». = BF III, 223; cf. 226 nota *c*, ubi unum tantum exemplar in hoc archivo exstans indicari videtur.

154. Lugduni, 13 novembris 1274.

Eodem modo, ... Ministro Fratrum Min. administrationis Bononie.

352/5095, n. 87. — Orig. Desunt plumb. et chorda; in dorso « Provincie Bononien. ». — Cf. supra n. 153.

155. Bononiae, 21 ianuarii 1275.

Testamentum.

Magister *Coradus* q. Zanis frater Penitentie ... reliquid XII lib. bon., de quibus dixit et voluit expendi circa funus et sepulturam suam C sol. bon., quam sibi elligit apud ecclesiam Fratrum Min. de Bon. ... item reliquid p. a. s. conventui dictorum Fratrum XX sol. bon.; item reliquid Ministralibus Fratrum Penitentie, qui erunt tempore obitus dicti testatoris, cuilibet V sol. bon. ... Constituit suos commiss. Ministrales Fratrum Penitentie ... Actum Bononie ... pp. magistro Thomasino scriptore ... Iacobus q. Bertoli de Gisso not.

13/4145, n. 20. — Orig.

156. Bononiae, 2 iunii 1275.

Testamentum.

D. Guilielmus d. Raynerii Bizosi ... reliquid LX lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fratrum Min. de Bononia X lib. bon. ... Residuum vero voluit expendi circa sepulturam suam, quam sibi ellegit apud ecclesiam Fr. Min. arbitrio commiss. suorum, die qua sepelietur, et septime, trigesime, centesime et anoale ... requisito et habito consilio fr. *Gerardini* Gualinghi ... Item voluit vendi quamdam petiam terre posit. in curia Padulis de Sala, et expendi precium ipsius p. a. s. arbitrio unius commissarii ellecti per Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit ... Et voluit hoc test. esse secretum et deponi apud sacristiam Fr. Min. et sigillari sigillo Guardiani conventus eorundem Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fratrum Min., pp. d. fr. *Gerardino* Gualingo et fr. *Matheo* d. Boninsigne qui dixerunt *etc.*, fr. *Iacobo* de Castro S. Petri, fr. *Deutaleve* de Regno, fr. *Iohanne* de Ravenna, fr. *Alberto* de Pollizino, fr. *Antonio* de Ymola et fr. *Iacobino* de Parma ... Rolandus Iohannis de Gattis not.

13/4145, n. 26. — Orig.

157. Bononiae, 6 iunii 1275.

Testamentum.

Testamentum d. Gerardi de Corvis f. q. d. Zampoli ... Actum Bononie in refretorio domus Fratrum Min., pp. fr. *Petro* de Strata, fr. *Aspetato* de Percavalo, fr. *Deulayde* de Mutina, fr. *Martino* de S. Agata, fr. *Zanelino* de Carpo, fr. *Guidone* de Acharixiis, fr. *Azone* de Bonon. et fr. *Bartholino* Bonon. ... Laurentius f. Alberti not.

13/4145, n. 27. — Orig.

158. Imolae, 7 iunii 1275.

Testamentum.

D. Lambertinus q. d. Rodulfi Pacis de civit. Bon. ... voluit quod omnia male ablata que reperirentur ipsum abuisse ab aliqua persona seu universitate, seu que possent ostendi, debeant integre restitui de bonis suis, et specialiter illa male ablata que continentur in carta seu cedula quam dedit et designavit fr. *Aldrorandino* de Bon. de Ord. Min. et secundum conseilium et velle fr. *Aldrorandini* predicti ... Constituit suos commiss. fr. *Bartholomeum* et fr. *Aldrovandinum* Fratres de civit. Bonon. de Ord. Min. ... Actum fuit hoc testamentum in *capitulo Fratrum Min. de Ymola*, pp. fr. *Marchisino* lectore de Regio, fr. *Iacobino* de Ymola, fr. *Thomaxino* de Cariolis, fr. *Iacobo* de Ymola, fr. *Raynerio* de Castro S. Petri, fr. *Baldoino* de Zevenzonibus et fr. *Nicolao* de Ursis ... Iacobus f. q. Preite Bretamoli not.

338/5081, n. 140. — Orig. = Ed. P. Ser. Gaddoni, O. F. M. in *Arch. Franc. Hist.* V, 58.

159. Bononiae, [?] 15 iunii 1275.

Testamentum.

Petrezolus qui dicitur Longinus [1] ... constituit suos fideicomesarios fr. *Iohannem* de Parma et Guardianum qui p. t. esset in loco Fratrum Min. de Bononia, ad dand. et distribuend. p. a. s. x lib. bon., quas debeant expendere dicti sui fideicomes. ubi eis melius et utilius visum fuerit ... Item reliquid fr. *Iohanni* de Parma de dictis x lib. xx sol. bon.; item reliquid quod restituantur et solvantur male ablata certa hominibus qui sunt in cedula que est apud fr. *Iohannem* suprascriptum; item reliquid fr. *Dono* et fr. *Iohanni* de Bagnacavallo (?), iure legati, x lib. bon. ... Quibus fideicomesariis dedit plenam potestatem et liberum arbitrium vendendi unam domum posit. in Castello ... et tantum de aliis suis bonis, quod predicta male ablata, tam certa quam incerta, debita *etc.*, sicut in testamento et in cedula continetur, et expensas quas pro predictis fecerint, possint solvere et expendere ... (Actum) in domo Ugolini Musci ... Tibertinus Brandoli de Bagnacavallo (?) not.

335/5078, n. 137. — Orig. In dorso « Test. Petrizoli f. domini Conaglo de [contrata?] Castelli de Bon. ».

160. Bononiae, 25 iunii 1275.

Testamentum.

D. Aldrovandinus de Lamolla ... reliquit conventui Fratrum Min. v lib. bon. ... item fr. *Pellegrino* de Ord. Fr. Min. p. a. s. xl sol. bon. pro una tunica ... Consti-

[1] Spatium vacuum.

tuit et ellegit commissarium fr. *Pellegrinum* de Pollicino de Ord. Fr. Min. ... Actum Bononie in *capitullo* Fr. Min., pp. dicto fr. *Pellegrino*, fr. *Zanibono* de dicto Ord., fr. *Guidone* de Zapulino, fr. *Vendimiatore* de Ferraria, fr. *Bonaventura* de Parma ... Henrigeptus q. Dondidei not.

13/4145, n. 28. — Orig.

161. Bononiae, 16 iunii 1275.

Testamentum.

D. Maria uxor q. d. Iohannis de Zapulino ... elegit sibi sepulturam apud eccl. Fratrum Min. ... Reliquit fr. *Columbo* de Ord. Fr. Min. xxx sol. bon., fr. *Pasqualino* de Bononia de dicto Ord. xx sol. bon., fr. *Bertolino* de Burgo Peradelli de dicto Ord. xx sol. bon. ... Item reliquit fr. *Guidoni* eius filio xv lib. bon. Item cuilibet testi, qui fuerit testis in hoc testamento, v sol. bon. ... Voluit hoc test. sigillari sigillo Guardiani Fr. Min. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fratrum Min. in presentia fr. *Azini* de Bon., fr. *Rugerii* de Parma, fr. *Guidonis* de Regio, fr. *Guilielmi* de Ferraria, fr. *Martini* de S. Agatha, fr. *Guidonis* de Accharisiis, fr. *Iacobi* de Magnanis et fr. *Bertolini* de Burgo Peradelli ... Bondi f. q. Petrizoli Bonincuntri not.

13/4145, n. 30. — Orig.

162. Bononiae, 30 iulii 1275.

Particula testamenti.

Particula testamenti Rolandini q. d. Azolini de Albirolis ... Actum Bononie in *capitulo* Fratrum Min., pp. fr. *Petro* de Parma, fr. *Iohanne* de Ravenna, fr. *Bonefatio* de Mantua, fr. *Albertino* de Ferraria, fr. *Vendimiatore* de Ferraria, fr. *Lambertino* portonario, fr. *Albertino* de Parma et fr. *Rugerio* de Parma ...

13/4145, n. 31. — Exemplum. « Ego Bolognitus q. Panicalis Iohannis Gatti not. prout in rogationibus q. dicti mei patris inveni ... partem predicti test. prescriptam ita fideliter exempl. et scripsi ».

163. Ad S. Crucem in Mugello, 3 augusti 1275.

Octavianus episc. Bon. commissionem pro exsecutione cuiusdam testamenti transfert in Custodem et Guardianum Fratrum Min.

Octavianus miseratione divina Bonon. episc. Religiosis viris in Christo dilectis fr. *Iacobo* Custodi Bon. et fr. *Maynerio* Guardiano Fratrum Min. de Bon. et eorum cuilibet salutem in Domino.

Pervenit ad nos quod Berta f. q. Petri Alpexelle de Castro Aqualti commorans Bononie, condidit testamentum, ad pias causas plura fieri mandans, et Christi pauperes sibi in omnibus suis bonis heredes instituens in eodem, nec non fr. *Iohannem* de Sanbro, de Ord. supradicto, executorem sive fideicommissarium sub certa forma constituens sue ultime voluntatis. Cum autem ea defuncta, idem fr. *Iohannes*, sui Ordinis obviante statuto, executionem sive fideicomissariam prefatam non posset aliquatenus personaliter exercere, alios quosdam, prout sibi ex forma testamenti licebat iam dicte mulieris, et sue ultime voluntatis executores constituit et elegit, executuros eandem secundum voluntatem tantum, et non aliter, dicti

Fratris. Verum quia ipse fr. *Iohannes* in exequendis que testatris mandaverat antedicta, negligens atque remissus et incuriosus non modicum est inventus, religiosus vir fr. *Vitalis*, eiusdem Fratris Minister, ipsum convenit pluries et frequenti monicione solicitavit eundem ut executionem et fideicomissariam, quam suxeperat, faceret expediri, per executores sive fideicomissarios quos elegerat ad predicta, qui tantum secundum suam habebant et poterant procedere voluntatem. Verum quia sibi prorsus negligentia merito (?) nil prodesse potuit sui solicitudo Ministri, iam dictus Minister, de consilio Fratrum, potestate qua fruebatur in executione prefata, privavit eundem, interdicens eidem expresse ne de ista executione vel simili se ullatenus de cetero intromitat, sicut patentibus ipsius Ministri literis non est dubium contineri. Et sic potestate predicti Fratris, et electorum executorum ab ipso, qui tantum secundum eiusdem fr. *Iohannis*, et non aliter, poterant procedere voluntatem, penitus expirante, ad nos est iure ordinario ipsius testamenti et ultime voluntatis executio devoluta. Nolentes igitur ut defuncte predicte pia voluntas remaneat imperfecta, vobis et cuique vestrum comitimus et mandamus, quatenus, Deum habentes pre oculis, executionem testamenti prefati, auctoritate nostra, fideliter et solicite facientes, eiusdem defuncte piam voluntatem executioni debite per vos et per alios, quos ad hoc eligendos et ad exequenda predicta ydoneos putaveritis, demandetis, et eiusdem testamenti et ultime voluntatis executionem et fideicomissariam seu fideicomissum prefatum, vestre religioni atque discrecioni et cuilibet vestrum comitimus, vobis et cuilibet vestrum, harum serie concedentes omnem iurisdicionem, potestatem atque concessionem utilem et necessariam in predictis, et quam exercere posimus in eisdem.

Datum apud S. Crucem in Muscello sub anno Domini MCCLXXV, indictione tercia, tercio die intrante Augusto. Ieremias Angelelli not.

338/5081, n. 97 et 346/5089, n. 15. — Exemplum dupl. « Anno Domini 1275 ... die 10 augusti ... Ego Ieremias Angelelli not. hoc exempl. ad litteras sigillatas sigillo d. O. Bon. episc. diligenter et fideliter exemplavi ... ». = Cf. nn. 164, 165, 166.

164. Bononiae, 7 augusti 1275.

Guardianus Fratrum Min. de Bon. revocat et substituit commissarios pro exsecutione cuiusdam testamenti.

Cum fr. *Iohannes* de Ord. Fr. Min. de Sambro fuisset constitutus commissarius a d. Berta matre sua ... quod si nollet vel non posset esse commissarius, quod posset alios facere comiss. ad exequenda ea que in suo testamento continentur, ita quod posset cassare et alios subrogare prout voluerit, et dicti commissarii nichil possint facere sine voluntate expressa dicti fr. *Iohannis*, et aliter factum non valeret; et fr. *Vitalis* Minister Ord. Fr. Min. privavit dictum fr. *Iohannem* ab omnibus predictis et aliis que ex dicto testamento pertinebant ad ipsum fr. *Iohannem*, et propter dictam privationem omnia concessa et data eidem fr. *Iohanni* in dicto testamento, devoluta sunt ad d. ven. patrem Octavianum Dei gratia Bonon. episc., et d. ven. pater Bonon. episc. predictus volens provideri dispositioni et ordinationi dicte d. Berte, dedit et commisit omnem auctoritatem et iurisdictionem ad eum devolutam, occasione privationis dicti fr. *Iohannis*, et quam dictus fr. *Iohannes* habebat in dicto testamento, fr. *Iacobo* Custodi Fr. Min. de Bononia et fr. *Maynerio* Guardiano dictorum Fratrum et cuilibet eorum. Unde fr. *Maynerius* Guardianus predictus, volens exequi auctoritatem dictam et ea que continentur in dicto testamento, et providere dispositioni et ordinationi

dicte d. Berte, fecit, constituit atque ordinavit commissarium d. Dominicum q. d. Poete de capella S. Michaelis de Lebroseto ad exequendum ea que in dicto testamento continentur, et ad prehendendam possessionem rerum hereditariarum, et ad vendendum et alienandum ... et ad distribuendum inter pauperes Christi quos dixerint et nominaverint dicti fratres *Iacobus* et *Maynerius*, et ad solvenda ea que legata sunt ... ita tamen quod omnia et singula supradicta, et alia que in dicto testamento continentur, debeat exequi et adimplere cum voluntate commissariorum supradictorum Fratrum vel alterius eorum, scilicet fr. *Iacobi* Custodis et fr. *Maynerii*, et aliter factum non valeat [....] sibi potestate et dicti Custodis mutandi et cassandi dictum commissarium et alium subrogandi loco ipsius, prout dictus fr. *Iohannes* facere poterat ... Actum Bononie in *claustro secundo* Fratrum Min., pp. fr. *Nassimbene* Bon., fr. *Lambertino* de Cazanimicis, fr. *Aczino*, omnibus de Ord. Fr. Min.

Eodem die loco et testibus ... Fr. *Maynerius* Guardianus Fr. Min. de Bon. ex auctoritate et iurisdictione sibi concessa et fr. *Iacobo* Custodi dictorum Fratrum a d. ven. patre Ottaviano Dei gratia Bon. episc. dedit [....] et parabolam expressam d. Dominico q. d. Poete ... commissario, aprehendendi possessionem et tenutam hereditatis et rerum eiusdem hereditatis d. Berte matris fr. *Iohannis* de Sambro, et vendendi et alienandi *etc.* ...

Eodem die, loco et testibus ... Fr. *Maynerius* Guardianus Fr. Min. de Bon., ex auctoritate et iurisdictione sibi concessa et fr. *Iacobo* Custodi dictorum Fratrum a d. ven. patre Ottaviano Dei gratia Bonon. episc., cassavit et revocavit commissariam et mandatum datum Guidoni presbitero ecclesie S. Prosperi et d. Boninsegne de Pozzalibus [....] per fr. *Iohannem* de Sambro, et ipsos commiss. et quiquid fecerunt, [occ]asione dicte commissarie, irritavit et cassavit ... Ugolinus q. d. Aymerici Arzuffi de Medicina not.

336/5079, n. 197. — Orig. = Cf. nn. 163, 165, 166.

165. Bononiae, 8, 9 et 28 augusti 1275.

Mandatum mittendi in possess. quorundam bonorum, et relatio exsecutionis eiusdem mandati iam peractae.

D. Megloratus de Prato, iudex et assessor d. Nicholucii d. Balugani Potestatis Bononie precepit Iohanni Gerardini nuntio Comunis Bonon. quod det tenutam d. Dominico Poete commissario constituto a Fr. *Maynerio* Guardiano Fr. Min. de Bonon., de bonis et possessionibus que fuerunt q. d. Berte f. q. Petri Alpeselle de Castro Aqualti ... salvo iure omnium.

Die 9 augusti. Retulit Iohannes Gerardini nuntius Comunis Bon. dedisse tenutam d. Dominico Poete commissario constituto a fr. *Maynerio* Guardiano Fr. Min. de Bon. de bonis et possessionibus que fuerunt q. d. Berte f. q. Petri Alpeselle de Castro Aqualti ... primo de una domo in civit. Bononie in burgo Peradelli iuxta heredes q. Azolini Vitalis et iuxta Bonfiglolum Guitaclini et viam publicam et *cemeterium* Fr. Min.; item de una petia terre arat. et vineate posit. in guardia civ. Bon. in loco ubi dicitur « Valle Melonzelli » iuxta ... item de una petia terre ortive, cum domo de cupis posita super ea, que est posita in Guardia civ. Bon. in loco ubi dicitur « Fosso[lo] » iuxta ... et predictam tenutam dixit nuntius se dedisse mandato d. Meglorati iudicis predicti, salvo iure omnium.

Item retulit dictus nuntius se, de mandato dicti iudicis, dedisse tenutam Rigo, procuratori dicti d. Dominici Poete, de una petia terre arat. posit. in curia S. Georgii de Plano in loco ubi dicitur « Tiveroy » iuxta ... salvo iure omnium, et predictam tenutam dixit nuntius dedisse die quarto exeunte augusto. Iohannes q. Iacobini Scornite not. Comunis Bon. ad dischum Aquile [1].

337/5080, n. 50. — Orig. = Cf. nn. 163, 164, 166.

166. Bononiae, 14 augusti 1275.

Custos Fratrum Min. de Bon. approbat et confirmat revocationem et substitutionem commiss. testament. factam per Guardianum dictorum Fratrum.

Fr. *Iacobus* Custos Fr. Min. de Bonon. ex auctoritate et iurisdictione sibi et fr. *Magnerio* Guardiano dictorum Fratrum data et concessa a d. ven. patre Octaviano Dei gratia Bon. episc., confirmavit et approbavit et ratificavit d. Dominicum q. d. Poete commissarium factum per dictum fr. *Magnerium* Guardianum dictorum Fratrum in hereditate et bonis d. Berte f. q. d. Petri Alpexelle de Castro Aqualti, et pauperum et aliorum comptemtorum in testamento dicte d. Berte, et omnem poterem, bailiam et fortiam datam per dictum fr. *Magnerium* dicto d. Dominico, ut continetur in instrumento scripto manu mei not. infrascripti, et omnem possessionem acceptam per commiss. in bonis et in hereditate dicte d. Berte occasione pauperum, et etiam possessionem acceptam per alios commissarios, et revocationem factam de mandato commissarie facte in d. Guidonem presbit. S. Prosperi et d. Boninsegnam de Pozzalibus per fr. *Iohannem* de Sambro, secundum quod continetur in instrumento scripto manu mei not. infrascripti, et denuntiationem et proibitionem factam per dictum fr. *Magnerium* dictis presbitero Guidoni et Boninsegne commissariis dicte d. Berte, quod non intromitant se de dicta comissaria; et predicta et singula confirmat et approbat et ratifficat predictus fr. *Iacobus*, cum sint revocati et cassati. Actum Bononie in *claustro* Fr. Min., presente Andriolo f. magistri Adami, pp. fratribus *Bonacursio* de Tervixio, fr. *Vindimiatore* de Ferraria, fr. *Iacobino*

[1] Huc referuntur sequentia quoque documenta: *Bononiae, 11 et 15 augusti 1275.* « D. Dominicus q. d. Poete commiss. d. Berte q. Petri Alpexelle de Castro Aqualti. comiss. nomine fecit constituit atque ordinavit Rigum de Candelis presentem suum procur. et nuntium specialem ad accipiend. tenutam et intrandum corporalem possess. unius petie terre arat. posit. in curia S. Georgii in contrata que dicitur « Tiviroli » iuxta ... et ad omnia et singula facienda et exercenda que ipsemet facere et exercere posset in predictis ... Actum Bononie ... Ugolinus q. d. Aymerici Arzuffi de Medicina not. ». *(15/4145, n. 54. Orig.).* — *Bononiae, 14 augusti 1275.* « D. Dominicus q. d. Poete de cap. S. Michaelis de Lebroseto comiss. d. Berte f. q. Petri Alpexelle de Castro Aqualti, comiss. nomine accepit tenutam et corporalem possess. de una domo et cassamento ipsius domus posit. in capella S. Laurentii burgi Peradelli iuxta viam publicam, iuxta Bonfiglolum Stephani et iuxta hered. d. Aczolini Vitalis, que fuit q. dicte d. Berte. Actum in ipsa domo, pp. ... Eodem anno, die et loco et testibus, d. Dominicus q. d. Poete comiss. d. Berte f. q. Petri Alpexelle de Castro Aqualti commiss. nomine dedit et locavit ad habitandum d. Nassinbene Recordati et d. Ghixaldrude f. q. Ubertini domum unam cum cassamento ipsius domus posit. in cap. S. Laurentii burgi Peradelli iuxta ... et dictus Nassinbene et dicta d. Ghixaldruda fuerunt confessi coram me not. infrascripto et dictis testibus, in dicta domo morari et habitare pro dicto d. Dominico comiss. Ugolinus q. d. Aymerici Arzuffi de Medicina not. ». *(15/4045, n. 53. Orig.).*

d. Lamandine de Bon. et fr. *Bonaventura* de Agrestis, omnibus de Ord. Min. ... Ugolinus q. d. Aymerici Arzuffi de Medicina not.

335/5078, n. 135. — Orig. = Cf. nn. 163, 164, 165.

167. Bononiae, 3 ianuarii 1276.

Testamentum.

Fr. Rolandinus q. d. Ugolini Lanberti de Bon. ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. xxv lib. bon. ... item dari voluit tres tunicas tribus Fratribus Min., quibus videbitur Guardiano qui p. t. fuerit. ... Actum Bononie in *scolis* domus Fr. Min., pp. fr. *Gerardino* Gualengo, fr. *Thomasino* sartore, fr. *Giffredo* Parmense, fr. *Petro* de S. Angelo, fr. *Petro* Anconitano, fr. *Iacobo* de Gloza, fr. *Bernardino* de Parma, fr. *Martino* de S. Agatha et fr. *Iohanne* de Helemosina, omnibus de Ord. Fr. Min. Bonvicinus q. Leonardi Firmani not.

13/4145, n. 43. — Orig. = Cf. n. 170.

168. Bononiae, 5 ianuarii 1276.

Testamentum Fr. Thomasini de Spello Ord. Penitentiae.
(de loco Fratrum Min. construendo apud Castrum S. Petri)

Fr. *Thomasinus* f. q. d. Iohanini Bonamici de Spillo de congregatione Fratrum de Penitentia civit. Bononie ... dari voluit conventui Fr. Min. Bonon. xxv lib. bon; ... item Fratribus Min. morantibus ad locum de *Ricardina* xl sol. bon.; item Fratribus Min. comorantibus ad locum de *Varegnana* xl sol. bon.; item fr. *Henrico* de Perticonibus de Ord. Min. reliquid omni anno donec vixerit iii lib. bon. p. s. n. ... Item emi voluit de bonis suis duo carpita lanea alba ydonea, pro quibus expendantur usque ad x lib. et plus, si plus erit necesse, que portentur supra corpus suum ad sepulturam, unam quarum dari voluit Fratribus de Penitentia Bon. que per eos habeatur et utatur et portetur super corpora Fratrum decedentium ad sepulturam eorum ... Commissariam suam et testamenti executricem constituit et esse voluit d. Thomaxinam uxorem suam, et si ipsa decederet antequam predicta comiss. adimplerentur, voluit esse suos commiss. ad ea que forent exequenda, Ministros Fratrum de Penitentia de Bonon. qui p. t. fuerint ... Item pro restituendis dotibus et augmentis dotium dicte sue uxoris, quandocumque ipsa voluerit, dedit et tribuit Ministris Fratrum de Penitentia de Bon. qui p. t. fuerint licentiam liberam et omnimodam potestatem vendendi et alienandi de bonis suis non expresse nominatis in hoc testamento ... Post obitum uxoris sue reliquid loco Fratrum Min. qui fieri debet apud *Castrum S. Petri*, ex disponicione testamentorum d. Guillielmi et d. Iacobini d. Mulnarii, vineam suam de S. Vito posit. iuxta heredes Petrizoli Sceptis et iuxta possessiones Canonicorum S. Petri, et si heredes eius voluerint sibi retinere dictam vineam et solvere Fratribus dicti loci lxxx lib. bon. pro pretio dicte vinee, eo casu voluit dictam vineam heredibus suis remanere. Item voluit et disposuit quod post obitum uxoris sue predicte, domus sue posit. in contrata S. Dominici iuxta ... perpetuo sint et esse debeant sub hac condicione, scilicet quod per Ministros Fratrum de Penitentia civit. Bon. locari debeant, singulis annis, ad pensionem, et de pensione detur per Ministros dictorum Fratrum pro anniversario suo faciendo, pro refectionibus Fratribus Min. vi lib. bon.; Fratribus Pred. iiii lib., et quatuor consortiis

Presbiterorum civit. Bon. xl sol., et in indumentis Fratrum pauperum de Penitentia vi lib., et quilibet ipsorum Ministrorum sibi habeant xx sol. bon.; et si plus xx lib. haberetur pro pensione aliquo anno, dividatur inter Fratres Min. et Fratres Pred. et Presbiteros consortiorum et Fratres de Penitentia pauperes, ut contingerit pro rata quantitati cuilibet superius designate. Et volens providere ut predicta fiant, voluit et disposuit quod dicte domus sint in cura et procuratione Ministrorum Fratrum de Penitentia qui p. t. fuerint, et conserventur per eos; et pro eis conservandis et tenendis in bono statu, expendere possint de pensione quod fuerit oportunum, et si de pensione expenderetur per Ministros predictos, pro dictis domibus conservandis, eo anno, quod de pensione supererit, vel si minus xx lib. esset pensio, detrahatur per dictos Ministros cuilibet conventui predict. et Presbiteris consorciorum et Fratribus de Penitentia, prout contingerit pro rata secundum quantitates predictas designatas cuilibet dari debere. Et volens providere ut predicta serventur et sic perpetuo fiant, voluit et disposuit quod dicte domus nullo tempore, in perpetuum, possint vendi vel obligari vel alienari ... excepto quod pro emendis possessionibus maioris utilitatis et redditus ex eorum pretio, volens eo casu ut possessiones que de pretio eorum ementur, sint in cura et procuratione Ministrorum Fratrum de Penitentia Bon. et quod per eos fructum ipsarum possess. dividantur pro rata secundum quantitates predictas, inter dictos conventus et consorcia et Fratrum de Penitentia ... Actum in domo dicti testatoris, pp. ... fr. *Petro* Goxio, fr. *Iohanino* Sordille, fr. *Nicholao* Benninconien. (?), fr. *Ugolino* Rainerii de Budrio, fr. *Iacobo* q. Petrizoli Raimisini, fr. *Petro* Rodulfini pellipario et fr. *Guidone* q. Viviani fabro, Fratribus de Penitentia ... Bonnamicus f. q. Leonardi Firmani not. hec scripsit [1].

342/5085, n. 87. — Exemplum. In dorso « Exemplar test. d. Thom. de Spellis ». = Cf. n. 150.

169. Bononiae, 13 ianuarii 1276.

Testamentum.

Castelanus q. Ursi olim d. Mulnaroli de Buschitto ... reliquid conventui Fr. Min. de Bonon. xxv lib. bon. ... Reliquid pro male ablatis c lib. bon. ... et voluit quod id

[1] Huic testamento refertur sequens creationis declaratio et constitutio procur. ad haereditatem adeundam: *Bononiae, 17 martii 1276.* « Cum fr. *Thomaxinus* f. q. d. Iohanini de Spello de congregatione Fratrum de Penitentia civit. Bon. suum fecerit testamentum scriptum manu Bonvicini q. Leonardi Firmani not., in quo ecclesiam S. Marie de Virginibus et collegium Sororum ipsius eccl. sibi heredes instituit, ipsam institutionem aprobavit et ratam habuit d. sor. Agnexia priora ipsius eccl. de consensu et voluntate sororum ipsius eccl. ibidem in dicta eccl. campane sonitu congregatarum, et asseruit et dixit ... nomine ipsius eccl. et sororum collegii eiusdem eccl. se velle dictam hereditatem adhire et ipsam heredit. adhivivit ... Actum Bononie in dicta eccl., pp. ... d. fr. *Rogerio* de Poetis ... Eodem anno, die, loco et testibus. Predicta d. sor. Agnexia f. q. Iohanini d. Bonamici de Spello Dei gratia Priora eccl. S. Marie de Virginibus et collegii Sororum eiusdem eccl., presentibus et consentientibus dd. et sororibus supradictis ... fecit, constituit atque ordinavit suum et dicte eccl. et collegii sororum ipsius eccl. nunctium et procuratorem fr. Iohaninum qui fuit de Placentia familiarem dicte eccl. absentem, ad accipiend. et capiend. tenutam et corporalem possess. bonorum omnium inmobilium que fuerunt q. dicti d. fr. *Thomaxini* f. q. d. Iohanini Bonamici de Spello. Ego Francischinus q. Guidonis not. ... ut in rogationibus et scripturis que fuerunt q. Sclariti q. Coradini Sclariti not. vidi et inveni, ita scripsi ». *(342/5085 n. 88. Exemplum).*

quod de ipsa quantitate superesset a restitutione, distribuatur inter pauperes Christi, secundum quod melius videbitur Guardiano Fratrum Min. de Bonon. qui p. t. fuerit; ... item dari voluit fr. *Amadeo* de Asto de Ord. Min. p. s. necess. v lib. bon. ... Actum Bononie in domo Fr. Min. *apud ecclesiam* eorum, pp. fr. *Francisco* de Ygnano, fr. *Guidone* de Accharisiis, fr. *Amadeo* Astensi, fr. *Iohanne* de Parma, fr. *Ugolino* de Ymola, fr. *Octorengo* de Forlivio, fr. *Rogerio* de Parma, fr. *Zanellino* de Carpo, de Ord. Fr. Min., et fr. *Guilielmo* Panzone de Penitentia ... Bonvicinus q. Leonardi Firmani not.

13/4145, n. 44. — Orig.

170. Bononiae, 22 februarii 1276.

Testamentum.

Testamentum d. fr. Rolandini q. d. Ugolini Lamberti ... Actum Bononie in *scholis* Fratrum Min. S. Francisci, pp. fr. *Iacobo* de Castro S. Petri, fr. *Guilielmino* de Bononia procuratore Fratrum Min., fr. *Federico* de Ferraria, fr. *Guilielmo* de Ferraria, fr. *Bartholomeo* de Regio, fr. *Iacobino* de Parma ... Iohannes q. Laurentii not.

13/4145, n. 45. — Orig. = Cf. n. 167.

171. Bononiae, 27 aprilis et 5 maii 1276.

Testamentum Fr. Mercati Longhi Ord. Penitentiae.

Fr. *Mercatus* Penitencie f. q. Guidonis Longhi ... dari voluit conventui Fratrum Min. vi lib. bon.; item *Dominabus de S. Francisco* xx sol. bon.; item cuilibet loco religioso de civit. Bon. et extra civit. a medio miliari, eunti hostiatim pro elemoxinis et questu v sol. bon. et de hoc sint taciti et contenti; item *Fratribus pauperibus de Penitentia* v lib. bon. ... Fecit suos commiss. d. fr. *Rogerium* q. d. Poete campsorem, et fr. *Iohaninum* calzolarium de Penitentia ... Actum Bononie in domo Fratrum Min. in *claustro in quo raduntur Fratres*, pp. fr. *Gallaxio* de Parma, fr. *Bertholino* de Bonon., fr. *Ugolino* de Ymola, fr. *Martino* de S. Aghata, fr. *Rodulfo* de Faventia, fr. *Iacobo* de Bon. de Pozale, fr. *Guidone* de Regio, fr. *Guidone* de Accharixiis, omnibus de Ord. Min., et d. fr. *Rogerio* q. d. Poete campsore ... Eodem die dictus testator fecit et constituit d. fr. *Aczonem* de Ord. Min. suum procuratorem ad deponendum dictum test. penes sacristiam Fratrum Min. et faciendum sigillari ...

Die v maii, pp. fr. *Rogerio* q. d. Poete campsore, et fr. *Petro* de Castagnolo de Ord. Min. et fr. *Petro* de Strata de dicto Ord. et aliis pluribus fratribus, dictus fr. *Aczo* deposuit dictum test. penes fr. *Franciscum* de Ygnano sacristam dictorum Fratrum, quod dictus sacrista benigne accepit. Ugolinus q. d. Aymerici Arzulli not.

335/5078, n. 75. — Orig.

172. Bononiae, 10 iulii 1276.

Testamentum.

D. Lucia q. d. Iohanini Barberii et uxor d. Naximbene piscatoris ... reliquit fr. *Albertino* de Parma de Ord. Fr. Min. III lib. bon. pro una capa; ... item conventui Fratrum Min. xx sol. bon. pro missis cantandis; item d. Bone x lib. bon.; si contigerit eam intrare religionem aliquam, Fratres Min. debeant habere v lib. bon. et

Fratres Pred. alias v ... Actum Bononie in ecclesia Fratrum Min., pp. fr. *Laurentio*, fr. *Petro* de Viruelo, fr. *Thomaxino* sartore, fr. *Zanellino*, fr. *Rugerio* de Parma, fr. *Lambertino* de Brocalindosso et fr. *Albertino* de Parma sacerdote qui cognoscit *etc.* ... Bonusiohannes q. Ariberti not.

13/4145, n. 52. — Orig.

173. Bononiae, 22 augusti 1276.

Testamentum Fr. Bompetri de Argele, novitii in Ord. Fr. Min.

Fr. *Bompetrus* de Ord. Fratrum Min. f. q. d. Buvalelli de Bompetris de Argele, nunc Novitius in dicto Ord., ut apparet ex habitu probationis, stando coram me notario et testibus infrascriptis, cum caputio et caparone usque ad cingulum, nolens decedere intestatus, suum test. in hunc modum disponere procuravit. In primis quidem p. a. s. et patris sui reliquid conventui Fratrum Min. de Bonon. xx lib. bon.; item fr. *Amideo* de Asti III lib. bon.; item fr. *Rogerio* de Parma xx sol. bon.; item fr. *Gerardino* de Cremona x sol. bon.; item fr. *Bertholomeo* de Ferraria x sol. bon. ... Item reliquid et voluit quod solvantur dicta legata et omnia debita, quas (*sic*) solvere tenetur dictus fr. *Bonpetrus*, per commiss. suos infrascriptos de (quinque) petiis terre (in summa XLIII tornat.) posit. in curia Argelis, seu de pretio earundem ... Item reliquid et voluit quod vendantur per commiss. suos (tres petie terre, in summa XXXIIII tornat. positas in curia Argelis et in curia Argelate) et unum casamentum posit. post domum dicti testatoris, quam habet in burgo S. Felicis ... et de pretio earundem emantur libri, qui designentur et dentur dicto fr. *Bompetro* ad studendum in dicto Ordine ... Item in (quinque petiis terre, in summa LXIIII tornat. cum duabus domibus cupatis et muratis, posit. in villa Roncaglis et in curia Argelis) et in omnibus aliis suis bonis, pauperes Christi sibi heredes instituit, et intelligit esse pauperes Christi quos dixerint et nominaverint Minister Provincie Bononie seu Guardianus Fr. Min. conventus Bonon. qui p. t. fuerit, seu alter eorum; et ad apprehendendam possessionem heredit. nomine pauperum et ad vendendam heredit. et res heredit. dictorum pauperum ... fecit et constituit commissarium seu commissarios, illum vel illos quem vel quos dixerit et nominaverit Minister seu Guardianus Fr. Min. qui p. t. fuerit ... et dedit liberam potestatem d. Ghisile matri sue et Ugolino Catanio commissariis suis, quod possint vendere medietatem illarum petiarum terarum, in quibus sunt instituti pauperes Christi, ut de pretio earum emantur libri dicto fr. *Bonpetro*, et quod possint obligare et vendere et omnia facere que necessaria fuerint pro predictis exequendis, prout superius dictum est. Et si dicti sui commiss. decederent ante factum et expletum eorum officium, vel absentes essent, vel nollent exequi vel non possent, tunc Minister seu Guardianus Fratrum Min. qui p. t. fuerit possit ponere in loco eorum alium vel alios ad exequendum officium illorum ... ita tamen quod commissarii pauperum et heredit. et rerum pauperum, omnia debeant exequi et facere cum conscilio et voluntate expressa Ministri seu Guardiani Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, et aliter factum non valeat, imo ex nunc totum eum cassat ... Item reliquid, iure legati, fr. *Anastaxio* f. d. Zampoli de Calanchis de Ord. Fr. Min. XXV lib. bon. pro libris emendis eidem fr. *Anastaxio*, quas voluit habere de residuo illarum pet. terarum que remanserint a libris emptis pro dicto testatore. Item reliquid, quod si aliquo tempore appareret quod ipse testator vel pater eius

teneretur alicui persone aliquid restituere sive solvere, et hoc secundum ius probaretur, quod illud ei vel eis solvatur et restituatur in totum per heredes suos... Et dictus fr. *Bonpetrus* testator iussit et voluit dictum suum testamentum, quod voluit esse secretum, sigillari debere sigillo Guardiani Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fr. Min., ita quod per Fratres dicti Ordinis dicta sua ultima voluntas, sic publicata et sigillata, debeat presentari, ita quod ei et eis, scripture et Fratribus, fides habeatur ... Actum Bononie in *claustro interiori* Fr. Min. in presentia fr. *Bolognini* de Bononia, fr. *Bonaventure* de Parma qui dixerunt *etc.*, fr. *Remedii* de Mediolano, fr. *Alberti* de S. Iohanne, fr. *Bernardini* de Scornazano, fr. *Rugerii* de Parma, fr. *Thomaxini* sartoris, fr. *Bondominici* de Bon. portarii et fr. *Petrizoli* de Ferraria, omnium de Ord. Min. ... Bondì f. d. Petrizoli Bonincuntri not.

342/5085, n. 86. — Orig.

174. Bononiae, 9 februarii 1277.

Testamentum.

D. Thomaxina uxor d. Albertini Nicholay beccarii et f. q. d. Alberti de Riosti ... eligit sepulturam suam apud locum et domum Fratrum Min. de Bononia. Quibus Fratribus, iure legati, reliquid xxv lib. bon. expendendas super sepulturam suam in die obitus sui, arbitrio commiss. suorum infrascriptorum; ... item conventui Fr. Min. de Bonon. x lib. bon. ... item sor. *Azoline* et sor. *Benedicte* sororibus, et filiabus d. Alberti, de *Monasterio S. Francissci* de Bon., cuilibet earum x lib. bon.; item fr. *Azoni* antiquiori de Ord. Fr. Min. de Bon. p. s. necess. III lib. bon.; item fr. *Matheo* de Cremona de Ord. Fr. Min. de Bon. xx sol. bon.; item fr. *Petro* Vetule de dicto Ord. x sol. bon. ... Item domum suam posit. in civit. Bon. in contrata de Pelacanibus, ... item terram suam que fuit Credencie, posit. in curia Bagnarole in contrata que dicitur « S. Maria de Bagnarola », quam esse dixit v tornat., salvo plus vel minus, reliquid *Dominabus S. Francissci de Bon.* de strata S. Stephani, ista condicione et modo, quod pensionem et fructum dicte domus et terre (dent) ad eum usum quem voluerit fr. *Azo* f. d. Alberti de S. Iohanne in Triaro de Ord. Fr. Min. de Bon., ita quod teneantur, nulla detractione vel subtractione facta, vendere dictam domum et campum sive terram, quando predicto fr. *Azoni* placuerit, et pretium inde sumptum et accipiendum dare et asignare ei vel eis quibus dixerit dictus fr. *Azo*, ubi et quomodo et quibus voluerit expendatur et distribuatur, secundum quod voluerit ipse vel ille cui commiserit, una vice vel pluribus. Item quod medietate illius precii, quod accipietur de dictis rebus, emantur libri pro conventu dicti Ord. Fr. Min. de Bon. secundum quod placuerit dicto fr. *Azoni*, et alia medietas dicti precii expendatur secundum quod predicto fr. *Azoni* placuerit ... Commiss. vero suos ad omnia supradicta et infrascripta exequenda constituit atque fecit d. Albertinum virum suum et fr. *Azonem* f. dicti d. Alberti; et si dictus fr. *Azo* noluerit esse commissarius, possit alteri comittere vices suas et locum ... Item vineam suam posit. in guardia civit. Bon. in contrata que dicitur « Crusbiaque » iuxta ... reliquid Fratribus Min. de Bon., ita quod precium de dicta vinea sumptum et accipiendum ponatur et expendatur in libris, occaxione studii, ad sensum et voluntatem dicti fr. *Azonis* ... In omnibus vero aliis suis bonis mobilibus et inmobilibus, iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit, quos voluit esse et illos intelligi, quos nominaverint dicti sui commiss.; et si dicti

commiss. non supervixerint, voluit illos esse et intelligit quos nominaverint Custos et Guardianus qui pro tempore erit dicti conventus Fr. Min. ... Dicta testatris fecit et constituit dictum fr. *Azonem* antiquiorem suum procuratorem specialem ad faciendum hoc test. poni in sacristia Fr. Min. de Bon. et ad faciendum sigillari sigillo dictorum Fratrum et ad faciendum ipsum custodiri et salvari ... Actum Bononie in ecclesia S. Francissci Fr. Min., pp. fr. *Azone* maiori de Ord. Fr. Min. qui dixit *etc.*, fr. *Petro* de Parma, fr. *Petro* de Vecla, fr. *Bertholino* de Cremona, fr. *Anthonio* de Parma, fr. *Bertholino* de Bononia et fr. *Thorenchino* de Forlivio, omnes de Ord. Fr. Min. ... Martinus Gandulfini not.

343/5086, n. 9. — Orig.

175. Bononiae, 6 aprilis 1277.

Codicillus.

D. Rolandinus f. d. Guidonis Tonsi ... suos voluit esse commiss. illum vel illos, quem vel quos Guardianus Fr. Min. qui p. t. fuerit ellegerit et nominaverit ... qui debeant facere omnia et singula cum voluntate expressa dicti Guardiani, et si aliter factum esset, nihil valeat, et quod dictus Guardianus possit mutare et cassare dictos suos commiss. et alios in locum mutati et cassati seu mortui subrogare ... Voluit quod hic codicillus sigilletur sigillo Guardiani seu Custodis Fr. Min. et deponatur in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie *in capitulo* Fr. Min. in present. fr. *Petri* de Vecla qui dixit *etc.*, fr. *Columbi*, fr. *Albertini* de Parma, fr. *Iacobi* de Yseo, fr. *Rugerii* de Parma et fr. *Bernardini* de Cornazano, omnes de dicto Ord. ... Bondì f. Petrizoli Bonincuntri not.

14/4146, n. 12. — Orig.

176. Bononiae, 29 aprilis 1277.

Testamentum.

D. Thomaxina uxor q. fr. *Thomaxini* de Spelli fratris de Penitentia et f. q. d. Petrizoli de Frangipanibus ... reliquit conventui Fr. Min. x lib. bon.; item eidem conventui unam pietantiam; item cuilibet sacerdoti dicti conventus v sol. bon.; item cuilibet loco Fr. Min. de Episcopatu Bonon. xx sol. bon.; item cuilibet alii sacerdoti de Custodia Bonon. de Ord. Fr. Min. v sol. bon.; item fr. *Rugerio* de Parma c sol. bon.; fr. *Iacobo* de Castro S. Petri xl sol. bon.; fr. *Guilielmino* xx sol. bon.; fr. *Lambertino* portario, *qui respondet in ecclesia dominabus*, xx sol. bon.; fr. *Columbo* xx sol. bon.; fr. *Bonazunte* de Mantua x lib. bon.; fr. *Henrico* de Perticonibus c sol. bon.; annuatim p. necess. s. dum vixerit.; item fr. *Benvenuto* de Passipaupere x sol. bon.; item fr. *Bartolomeo* de Portasteria xx sol. bon. ... In aliis suis bonis mobilibus et inmobilibus pauperes Christi sibi heredes instituit, et illos intelligit et esse voluit pauperes Christi quos nominaverit Guardianus Fr. Min. qui p. t. fuerit ... Constituit suos commis. fr. *Boninsegnam* q. Bonincuntri et fr. *Petrum* de Castagnolo Fratres de Penitencia ... qui omnia facere teneantur de conscilio et voluntate expressa Guardiani Fr. Min. qui p. t. fuerit ... qui possit illos cassare et alios subrogare ... Voluit hoc test. sigillari et poni in sacristia Fr. Min. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in pres. fr. *Henrici* de Perticonibus, fr. *Guilielmini* de Bononia, fr. *Bonazunte* de

Mantua, fr. *Gerardini* de Parma, fr. *Iacobi* de Castro S. Petri, fr. *Bonaccursii* de Mantua, fr. *Iohannis* de Mantua, fr. *Rugerii* de Parma et fr. *Lambertini* portarii, omnium de dicto Ord. ... Bondì f. d. Petrizoli Bonincuntri not.

14/4146, n. 16. — Orig.

177. Bononiae, 4 maii 1277.

Testamentum Iacobi de Agrestis, postea Fratris Minoris.

Iacobus f. q. d. Raynerii Agre(s)ti ... reliquid XL lib. bon. quibus emantur libri in Theologia ad studentes in Ordine Fr. Min., qui libri remaneant Fratribus Min. Provincie Bononie ... Voluit quod sui comiss. omnia facere debeant cum consensu et voluntate expressa fr. *Bonaventure* de Agrestis sui fratris, si viveret ... alioquin cum voluntate expressa Guardiani Fr. Min. de Bononia ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min., pp. fr. *Rogerio* de Parma de dicto Ordine, fr. *Guarnerio* Theothonico, fr. *Coradino* q. d. Amadey de Cremona, fr. *Daniele* de Novaria, fr. *Gerardino* de Parma presbit. qui dixit *etc.*, fr. *Iacobo* de Plastellis, fr. *Raynuzino* de Parma et fr. *Bonaventura* q. d. Raynerii Agresti ... Martinus q. Pellegrini Mamoltoni not.

14/4146, n. 18. — Orig. In dorso « Test. fr. *Iacobi* de Agrestis ».

178. Bononiae, 30 maii 1277.

Testamentum.

D. Bolnixia q. d. Arpinelli de Arpinellis et uxor q. Rolandini de Bombellis ... elegit suam sepult. apud eccl. Fr. Min. ... Reliquit fr. *Ugolino* de dicto Ord. eius fratri, III lib. bon. et fr. *Bonaventure* de Agrestis de dicto Ord. XX sol. bon.; item fr. *Francisco* f. d. Venancii X sol. bon.; item in subsidium Terre sancte V sol. bon.; item fr. *Iacobo* de Yseo V sol. bon. ... Si heredes sui decederent ante mortem dicte testatricis, substituit eis fr. *Ugolinum* suum fratrem de Ord. Min. in medietate, et pro alia medietate pauperes Christi, quos dixerit et nominaverit fr. *Bonaventura* de Agrestis vel Guardianus Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... Voluit quod commiss. sui omnia facerent de voluntate dicti fr. *Bonaventure,* si viveret, alioquin de voluntate Guardiani Fr. Min. ... et voluit hoc test. sigillari et deponi in sacristia ipsorum Fratrum ... Actum Bononie in domo dicte testatricis, in pres. fr. *Bonaventure* de Agrestis, fr. *Iacobi* d. Guidonis Gasdie de Ord. Fr. Min., fr. *Iacobi* q. Vandoli ... Bondì f. d. Petrizoli Bonincuntri not.

14/4146, n. 19. — Orig.

179. Bononiae, 13 iunii 1277.

Testamentum.

Henricus qui dicitur Thodeschinus albergator ... reliquid p. a. s. XXV lib. bon., quas expendi voluit et iuxit ut utilius videbitur commissarie sue infrascripte, faciendo et distribuendo ad sensum et voluntatem Guardiani Fr. Min. presentis vel qui p. t. fuerit, et non aliter ... Ad hec omnia exequenda suam commissariam esse voluit d. Mariam uxorem dicti testatoris, dans ei plenam licentiam et liberam potestatem vendendi, alienandi et obligandi de bonis ipsius testatoris ad eius voluntatem. pro predictis exequendis, faciendo et distribuendo semper ad sensum et vo-

luntatem Guardiani predicti, et non aliter. In omnibus aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus *etc.* d. Mariam eius testatoris uxorem sibi heredem instituit, ita tamen quod predicta d. Maria teneatur et debeat morari apud unam religionem seu monasterium, ubi et secundum quod videbitur fr. *Albertino* de Parma de dicto Ord., cum consensu duorum Fratrum de Ord. predicto vel Guardiani dictorum Fratrum presentis vel qui p. t. fuerit; et post mortem suam remanere iuxit et voluit omnia sua bona et dicta hereditas dicte religioni seu monasterio designando vel designato per dictum fr. *Albertinum,* seu Guardianum predictum ... Et si dicta heres et dicta eius uxor decederet ante dictum testatorem, instituit sibi heredes pauperes Christi ... quos nominaverit et ellegerit fr. *Albertinus* predictus, seu dictus Guardianus presens vel qui p. t. fuerit, et non alios; et illum vel illos facit suos commiss. ad predicta omnia exequenda, quem vel quos ellegerit dictus Guardianus ... et si dicti commissarii decederent vel negligentes essent vel absentes, possit Guardianus predictus ipsos et quemlibet eorum cassare et alios elligere tociens quociens opus fuerit, et Guardiano predicto videbitur, et in locum mortui vel absentis ponere ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. dicto fr. *Albertino* de Parma qui dixit *etc.*, fr. *Gervasio* de Ienua, fr. *Angellerio* de Ymeldula, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Ugolino* de Varegnana, fr. *Nicolao* de Elimosina, fr. *Thomasino* sartore et fr. *Rogerio* de Parma, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Ego Iohannes Magistri Petri de Unzola barberii not. hiis omnibus interfui et de mandato dicti testatoris, dicentis velle ponere h. s. test. in sacristia dictorum Fratrum in secreto, scripsi ...

343/5086, n. 34. — Orig.

180. Bononiae, 30 augusti et 1 septembris 1277.

Testamentum.

D. Benevenuta uxor q. d. Iacobini Vixende et f. q. d. Alberti Machalde ... elegit sibi sepulturam apud eccl. Fr. Min. ... Reliquit conventui Fr. Min. x lib. bon. ... Constituit suum procuratorem fr. *Thomaxinum* de Canitulo ad faciendum poni presens test. et sigillari sigillo conventus Fr. Min. in sacristia Fratrum dictorum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Thomaxino* de Canitulo, fr. *Azzone* de Bon., fr. *Bartholomeo* Cazano de Mutina, fr. *Lambertino* hostiario, fr. *Iuliano* de Padua, fr. *Iohanne* de Apulea, fr. *Thebaldino* de Cremona, fr. *Iacobo* de Bononia, fr. *Nicholao* barberio ...

Die prima septembris fr. *Thomaxinus* procurator predictus deposuit testamentum dicte d. Benevenute in sacristia Fr. Min., pp. d. fr. *Azzone,* fr. *Guidone* de Zapolino et fr. *Guidone* sacristano ... Bonvisinus Bolognitti not.

14/4146, n. 25. — Orig.

181. Bononiae, 31 octobris 1277.

Testamentum.

Testamentum d. Sofie uxor q. d. Anzini f. q. d. Palmerii Allamani ... deponendum sigillatum sigillo Guardiani conventus Fr. Min. civit. Bononie, in sacristia ipsorum Fratrum ... Iacobus f. q. Spiglati not.

14/4146, n. 27. — Orig.

182. Bononiae, 8 novembris 1277.

Testamentum.

Nicholaus q. d. *Lambertini* fratris de Penitentia de Portanova ... elegit sibi sepulturam apud eccl. Fr. Min. ... Elegit in suum procuratorem ad deponendum suum testamentum in sacristia Fr. Min. fr. *Rogerium* de Parma dicti Ord. ... Voluit quod sui commiss. omnia facerent de consilio et voluntate expressa fr. *Guidonis* de Ord. Fr. Min. fratris dicti testatoris; et si decederet, cum conscilio et voluntate Guardiani Fr. Min. qui p. t. fuerit ... Actum Bononie, pp. fr. *Rogerio* de Parma de Ord. Fratrum Min. ... Martinus Gandulfini not.

14/4146, n. 29. — Orig.

183. Bononiae, 11 novembris 1277.

Codicillus.

Nicholaus q. d. fr. *Lambertini* pistoris de Portanova ... confirmavit testamentum quod fecit, et dixit quod si mater sua maritaret se vel intraret religionem, ex tunc non sit commissaria ulterius, sed sint ille vel illi quos nominaverit fr. *Guido* de Ord. Min., frater suus ... fecit proc. suum ad ponendum hunc codicillum in sacristia Fr. Min. fr. *Rogerium* de Parma dicti Ord. ... Actum in domo q. fr. *Lambertini* de Portanova, ubi dictus Nicholaus iacebat, pp. fr. *Rogerio* de Parma et fr. *Guidone* q. dicti fr. Lambertini, ambobus de Ord. Fr. Min. ... Fr. Bonagratia q. d. Guidonis de Savignano not.

14/4146, n. 30. — Orig.

184. Bononiae, 30 novembris 1277.

Testamentum.

D. Fraysenda f. d. Castellani de Sturlitis et uxor Cursini d. Accursi doctoris legum ... reliquid L lib. bon. expendendas per fr. *Pellegrinum* de Bonon. de Ord. Fr. Min. et d. Guidocherium, quos suos commiss. constituit, circa sepult. suam, quam sibi ellegit apud ecclesiam Fr. Min. de Bononia ... Item reliquid iure legati, quidquid inveniretur scriptum in una cedula sigill. sigillo conventus Fr. Min. de Bon. illis personis que fuerunt ibi nominate ... item reliquid p. a. s. conventui Fr. Min. de *Ricardina* III lib. bon. pro missis cantandis ... Voluit hanc suam ultimam voluntatem sigillari sigillo conventus Fr. Min. de Bon. per fr. *Pellegrinum* de Bon. eiusdem Ord. procuratorem ad hoc specialiter ordinatum ... Actum Bononie ... pp. dicto fr. *Pellegrino* de Bononia et fr. *Iacobo* de Castro S. Petri, dicti Ordinis ... Gerardus q. d. Venture da Limani not.

14/4146, n. 32. — Orig.

185. Bononiae, 19 decembris 1277.

Testamentum.

Fr. *Zacharellus* de Penitentia q. Alberti de capella S. Katherine ... reliquid p. a. s. XXIIII lib. bon., de quibus reliquid conventui Fr. Min. de Bononia XII lib. bon.; residuum vero expendi voluit circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl.

Fr. Min. de Bonon. si contingat eum mori in epicopatu Bonon. Item reliquid p. a. s. Fratribus loci de *Crespellano* duas tornat. terre de petia terre v tornat. posit. in curia Mugli, in loco qui dicitur « Dozola », iuxta ... reliquas vero tres tornat. dicte terre p. a. s. reliquid conventui Fratrum Min. de Bononia ... In omnibus vero aliis suis bonis mobilibus et inmobilibus, iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit, et illos intelligit et esse voluit pauperes Christi quos Guardianus Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ellegerit et nominaverit et dixerit. Et ad predicta exequenda, esse voluit et fecit suum commiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, vel illum vel illos quem vel quos ipse Guardianus ellegerit ... totiens sibi videbitur ... ita tamen quod commissarii ellecti a dicto Guardiano debeant facere cum conscilio et expressa voluntate dicti Guardiani, et aliter factum non valeat ... Voluit quod dictum test., quod voluit esse secretum, debeat sigillari sigillo Guardiani Fr. Min. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bon. in *scholis* fr. Min. in presentia fr. *Collumbi*, fr. *Guillelmini* de Bon. sacerdotum qui dixerunt *etc.*, fr. *Iacobi* de Monte Robiano de Marchia, fr. *Dominici* de Bon., fr. *Rugerii* de Parma et fr. *Frederici* portarii, omnib. de dicto Ord. ... Bondì f. Petrizoli Bonincuntri not.

343/5086, n. 7. — Orig.

186. Bononiae, 21 et 22 februarii 1278.

Testamentum.

D. Guido q. d. Iohannis Tonsi ... ellegit suam sepult. apud eccl. et locum Fr. Min. ... Constituit suos commiss. fr. *Guillelmum* d. Merchadantis Petri Mazonis et ... Actum Bononie in domo ecclesie Fr. Min., pp. fr. *Guiglilmino* d. Merchadantis Petri Mazonis, fr. *Iacobo* de Pozale qui dixerunt *etc.*, fr. *Petro* de Zesena, fr. *Daniele* de Novaria, fr. *Petro* de Forlivio, fr. *Iacobo* de S. Iohanne, fr. *Iacobino* de Regio, fr. *Gerardino* de Parma, fr. *Iacobino* de Cremona et fr. *Gregorio* de Placentia, Fratribus Minoribus ...

Sequenti die hoc test. depositum est in sacristia Fr. Min. apud fr. *Petrum* sacristam, pp. fr. *Azone*, fr. *Guidone* de Portanova et fr. *Federico* portonario ... Iacobinus q. Paolini Fabri not.

14/4146, n. 49. — Orig.

187. Bagnarolae, 7 maii 1278.

Testamentum.

D. Aychinus q. Marzii ... dari voluit conventui Fr. Min. de *Ricardina* pro expendendis supra funus suum, quod sibi ellegit apud ecclesiam *S. Francisci de Ricardina*, III lib. bon.; item fr. *Francissco* de Ricardina p. s. necess. v sol. bon.; item fr. *Costablo* de Ord. Fr. Min. p. s. nec xx sol. bon.; item fr. *Bonaventure* de Gipso Ord. Min. xx sol. bon ... Actum in curia Bagnarole in tumba d. Francissci Accursii, pp. fr. *Bonaventura* de Gipso et fr. *Francissco* de Ord. Min. ... Iohannes Ugolini de Lambordinis not.

14/4146, n. 56. — Orig.

188. Bononiae, 31 maii 1278.

Testamentum.

D. Bonusiohannes q. Alberti Enghelesci ... ellegit sibi sepult. apud ecclesiam Fr. Min. ... Actum Bononie ... Albertucius q. Valentini not.

14/4146, n. 62. — Orig.

189. Bononiae, 3 et 6 iunii 1278.

Testamentum.

D. Ysota q. d. Anthonii Amadoris Lazari ... reliquit conventui Fr. Min. de Bon. XL sol. bon.; fr. *Albertino* de Ferraria de dicto Ord. XL sol. bon.; fr. *Albertino* de Parma de dicto Ord. XL sol. bon.; item conventui *Sororum Minorum de Bon.* XX sol. bon.; item sor. *Catherine* de dicto Ord. III lib. bon. ... Actum Bononie in ecclesia S. Francisci Fr. Min., pp. fr. *Albertino* de Parma sacerdote de Ord. Fr. Min. de Bononia qui dixit *etc.*, fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Berardo* de Ferraria, fr. *Paulo* de Ferraria, fr. *Amadore* de Picigotis, fr. *Albertino* portonario et fr. *Guidone* de Bon. sagristano, omnibus de Ord. Fr. Min. de Bononia ...

Die sexta dicti mensis dicta d. Ysota, pp. fr. *Francisco* de Ygnano et fr. *Iacobo* de Castro S. Petri, elegit fr. *Albertinum* de Parma de Ord. Fr. Min. in suum procuratorem ad deponendum hoc suum test. in sacristia Fr. Min.; quod factum est eodem die, pp. fr. *Guidone* sacrista et fr. *Nicholao* barbitonsore ... Bene Predalbini not.

14/4146, n. 64. — Orig.

190. Bononiae, 30 augusti 1278.

Testamentum.

D. Maria f. q. Martini Falchiti, et uxor q. d. Iacobini Vacondei ...: elegit in suos commissarios fr. *Thomaxinum* de Canetulo de Ord. Fr. Min. et ... Actum Bononie ... Hugolinus de Agrestis not.

15/4147, n. 10. — Orig.

191. Bononiae, 1 novembris 1278.

Testamentum.

Fr. Ugolinus de Marano f. q. Gualandini de Marano ... reliquit conventui Fr. Min. V lib. bon.; fr. *Iacobo* de Ysea de dicto Ord. lib. III bon. expendendas in suis necessitatibus ... Elegit in suos commiss. fr. *Albertinum* de Parma de Ord. Fr. Min. de Bononia et ... Actum Bononie ... Michelictus q. Raymundi not.

15/4147, nn. 13 et 14. — Orig. In dorso n. 14 « Et non debeat hostendi alicui preterquam heredibus dicti fr. Ugolini ».

192. Bononiae, 12 ianuarii 1279.

Testamentum.

D. Ghisla f. q. d. Petroboni Buvalelli ... reliquit conventui Fr. Min. civit. Bononie, pro eorum necessitatibus, XII lib. bon.; fr. *Iacobino* Corvo di Placentia de

dicto Ord. xxv lib. bon.; fr. *Iacobino* nepoti dicti fr. Iacobini xv lib. bon.; fr. *Gandolfino* de Mutina de dicto Ord. III lib. bon.; Guardiano qui fuerit tempore mortis sue Fr. Min. de Bononia III lib. bon., fr. *Rugerio* de Parma de dicto Ord. XL sol. bon., fr. *Albertino* de Parma de dicto Ord. xx sol. bon.; fr. *Lambertino* portario de dicto Ord. XL sol. bon.; fr. *Gregorio* de Placentia de dicto Ord. xx sol. bon., fr. *Dominico* muratori de dicto Ord. xx sol bon.: quas quantitates reliquit dictis Fratribus pro eorum necessitatibus et pro oracionibus et missis canendis p. a. s. ... Item *Amate* sorori de Penitentia et sorori *Beatrixie* de Mutina et cuilibet ipsarum x sol. bon. ... Item reliquid xxx lib. bon., in quibus et pro quibus est debitor quarumdam personarum causa mutui, quas vult dari et solvi per commiss. suos infrascriptos illis personis que reperientur in scriptis penes Guardianum Fr. Min. de Bononia, vel penes fr. *Iacobinum* Corvum, vel fr. *Gandolfinum* predictum ... Elegit suam sepulturam apud eccl. Fr. Min., et in suos commiss. Guardianum Fr. Min. qui fuerit tempore mortis sue, et fr. *Iacobinum* Corvum de Placentia ... Voluit hoc test. sigillari sigillo Guardiani Fr. Min. et poni in sacristia ipsorum Fratrum ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Lambertino* portario, fr. *Gandolfino* de Placentia, fr. *Rugerio* de Parma, fr. *Iacobo* Guidonis Calegarii, fr. *Rodulfo* de Faventia, fr. *Gerardino* de Parma, fr. *Troconcino* de Forlivio, fr. *Ugolino* de Ymolla et fr. *Francisco* de Britinorio, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Fr. *Benevenutus* de Lovattis not.

15/4147, n. 18. — Orig.

193. Bononiae, 14 martii 1279.

Codicillus.

Fr. *Petrus* de Castagnolo de Ord. Penitentie ... voluit quod si heredes sui decesserint sine liberis legittimis, bona ipsis relicta debeant venire ad pauperes Christi, quos nominaverit Guardianus Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... Voluit hunc codicillum deponi in sacristia Fr. Min. et sigillari sigillo Custodis seu Guardiani Fr. Min. de Bononia ... Actum Bononie in *claustro secundo* Fr. Min., in present. fr. *Thomaxini* sartoris, fr. *Ubertini* de Forlivio, fr. *Petri* sacrestani, fr. *Artinixii* et fr. *Thomaxini* d. Bonixie, fratrum dicti Ord. Fr. Min. ... Iacobinus q. Ugolini Genani de Castagnolis not.

15/4147, n. 24. — Orig. = Cf. n. 194.

194. Bononiae, 14 martii 1279.

Testamentum.

Fr. *Petrus* de Castagnolo *etc.* (*ut supra*) ... Actum Bononie in *claustro secundo* Fr. Min. in present. fr. *Thomaxini* sartoris, fr. *Ubertini* de Forlivio, fr. *Petri* sacrestani, fr. *Artinixii* et fr. *Thomaxini* d. Bonixie fratrum et presbiterorum, videlicet fr. *Artinixius* et fr. *Tomaxinus*, dict. Ord. et conventus, qui Fratres presbiteri asseruerunt cognoscere *etc.* ... Iacobinus (*ut supra*) not.

15/4147, n. 25. — Orig. = Cf. n. 193.

195. Bononiae, 11 aprilis 1279.

Testamentum.

D. Perinus q. Stepani Naparii ... elegit suam sepult. apud ecclesiam Fr. Min. ... Reliquid Fratribus Min. III lib. bon. pro missis et orationibus faciendis ... In aliis

suis bonis pauperes Christi instituit, quos nominaverit Guardianus Fr. Min. ... Voluit suum testamentum esse secretum, et sigillatum sigillo Guardiani seu Custodis Fr. Min. deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min. in present. fr. *Collumbi*, fr. *Guillelmini* de Bononia, fr. *Rugerii* de Parma, fr. *Petri* de Forlivio, fr. *Gerardini* de Parma, fr. *Bertolomei* de Ferraria, fr. *Ugolini* de Tebaldis et fr. *Gandulfini* de Mutina, omnium de dicto Ord. ... Bondi f. Petrizoli Bonincuntri not.

15/4147, n. 29. — Orig.

196. Bononiae, 22 aprilis 1279.

Testamentum Fr. Petri Tomare, novitii Ordinis Fr. Min.

Fr. *Petrus* q. d. Iacobini Guidonis Tomare et f. d. Adellete uxoris q. predicti d. Iacobini, de Ord. Fr. Min. ... ante annum completum et factam professionem in dicto Ord., bonorum suorum dispositionem in hunc modum facere procuravit ... Reliquit fratri suo fr. *Manfredo* novitio in Ord. Fr. Min. xxx lib. bon.; ... item d. *Boninsegne* not. fratri de Penitentia cl lib. bon., quas vollnit per eum errogari debere in libris Theollogie, sicut placuerit illi qui fuerit p. t. Minister Fr. Min. de Bononia, et secundum eius voluntatem debeant studenti allicui deputari ... Et in omnibus et singulis predictis exequendis constituit et fecit illum, qui erit p. t. Guardianus Fr. Min. de Bonon., suum commiss. Et si dictus Guardianus nollet se intromitere in dicta commissaria, tunc dedit dicto Guardiano licentiam nominandi unum vel plures commiss. qui debeant predicta effectui mancipari ... Et si dicta mater sua Adelleta nuberet vel religionem intraverit, in omnibus suis bonis pauperes Christi sibi heredes instituit quos nominaverit qui p. t. fuerit Minister Fr. Min. ... Constituit insuper fr. *Blaxium* de dicto Ord. suum procuratorem et nuntium specialem ad deponendum presens test. in sacristia Fr. Min. et fatiendum illud sigillari sigillo conventus Fr. Min. ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min., pp. fr. *Azone*, fr. *Collumbo*, fr. *Blaxio*, fr. *Albertino* de Ferraria, fr. *Bartollomeo* de Ferraria, fr. *Iacobo* de Garavaldis de S. Iohanne et fr. *Alberto* q. d. Bonagratie Macalde, omnibus de dicto Ordine ... Aygonus q. d. Mulnarii not.

15/4147, n. 32. — Orig.

197. Bononiae, 30 iunii 1279.

Testamentum.

D. Catherina uxor q. d. Nicholay ... ellegit sibi sepulturam apud eccl. Fr. Min. ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min., pp. fr. *Gerardino* de Cremona, fr. *Iacobino* de Regio, fr. *Petro* de Bergamo, fr. *Ubertino* de Forlivio, fr. *Francisco* de Ygnano, fr. *Benaduxio* de Parma, fr. *Rugerio* de Poetis, fr. *Azone* de Bononia et fr. *Iacobino* nepote magistri Simonis ... Eadem die, loco et testibus, predicta d. Catherina constituit supradictum fr. *Azonem* suum procuratorem ad ponendum suum test. in sacristia Fr. Min.; (quod fr. *Azo* fecit) die xxiiii iulii, pp. fr. *Guidone* d. fr. Lambertini de Portanova, et fr. *Lambertino* f. d. Alberti de Pavanensibus ... Montanisius q. Bertoldi not.

15/4147, n. 41. — Orig.

198. Bononiae, 14 et 21 iulii 1279.

Testamentum.

D. Marina uxor q. d. Francisci f. q. d. Ramisini de Funi ... elegit sibi sepulturam apud eccl. Fr. Min. ... reliquit conventui Fr. Min. XL sol. bon.; item fr. *Azoni* III lib. bon. ... Elegit in suum commissarium fr. *Azonem* de dicto Ord. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Richardino* q. d. Odofredi, fr. *Bonaventura* de Parma, fr. *Guiglielmino* de Bononia, fr. *Aldrevandino* de Portasterii, fr. *Iacobo* de S. Iohanne, fr. *Iohanne* de Azis, fr. *Nicholino* de Strata maiori et fr. *Azone*, omnibus de Ord. Min. ... Eodem die dicta d. Marina constituit fr. *Azonem* suum proc. et actorem specialem specialiter ad deponendum dictum test. in sacristia Fr. Min. et ad faciendum sigillari sigillo conventus Fr. Min. ...

Et die XXI iulii predictus fr. *Azo* deposuit hoc test. in sacristia Fr. Min. apud fr. *Petrum* sacristam dicti loci, pp. fr. *Petro* de Forlivio et fr. *Ghibertino* de Parma ... Iacobus q. Paulini Fabri not.

15/4147, n. 42. — Orig.

199. In Villa Mugli, 25 iulii 1279.

Codicillus.

Codicillus fr. *Zacarelli* de Penitentia q. Alberti de capella S. Caterine ... Actum in Villa Mugli apud rumitorium quod est iuxta eccl. S. Donini de Muglo ... Martinus d. Alberti de Plumatio not.

15/4147, n. 47. — Orig.

200. Bononiae, 1 augusti 1279.

Testamentum.

D. Isnardus q. Petri Isnardi ... elegit suam sepult. apud eccl. S. Francisci Fr. Min. de Bonon. ... reliquit conventui Fr. Min. de Bonon. III lib. bon.; item fr. *Guillelmo* de Ord. Fr. Min. XL sol. bon., et fr. *Azoni* dicti Ord. XX sol. bon. ... In omnibus aliis suis bonis ... pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos nominaverit Guardianus Fr. Min. de civit. Bonon. qui p. t. fuerit ... Voluit hoc suum test. poni in sacristia Fr. Min. sigillatum sigillo conventus dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Rugerio*, fr. *Azone*, fr. *Guillelmo*, fr. *Guillielmo* de Ferraria, fr. *Ugolino* de Ymola, fr. *Thomaxino* de Bon., fr. *Petro* de Veruclo, fr. *Boninsegna* de Ferraria ... Bonusiohannes q. Ariberti not.

15/4147, n. 50. — Orig.

201. Bononiae, 13 augusti 1279.

Commissarius testamentarius designatur.

Cum fr. *Zacarellus* de Penitentia q. Alberti de Capella S. Catherine fecisset testamentum et instituisset sibi heredes pauperes Christi, et in eo testamento et in codicillo reliquisset multa legata conventui Fratrum Min. de Bononia et Fr. Min. de *Crespellano* et aliis personis, et ad predicta exequenda et adimplenda esse voluit suum commiss. Guardianum Fr. Min. de Bononia, qui p. t. fuerit, vel illum vel illos quem vel quos dictus Guardianus elegerit et nominaverit, ita tamen quod commis-

sarii electi a Guardiano debeant facere cum conscilio et voluntate expressa dicti Guardiani, et aliter factum non valeat ... fr. *Gifredus* de Parma, nunc Guardianus Fr. Min. de Bononia, volens adimplere predicta et alia que continentur in test. et codicillo, et providere anime dicti testatoris, fecit et constituit et ordinavit, pro predictis et aliis adimplendis et exequendis, d. Aigonem q. d. Mulnarii not. commissarium cum predicta potestate, auctoritate et licentia ... et omnia alia que dictus Guardianus posset facere, ita possit in omnibus et per omnia exercere, reservato sibi Guardiano et aliis Guardianis de mutatione et cassatione commissariorum et subrogatione et ellectione aliorum in loco predictorum, et alia que continentur in dicto testamento ... Actum Bononie in *capitulo* ecclesie Fr. Min., pp. fr. *Columbo* de Ord. Fr. Min. ... Iacobus q. Paulini Fabri not.

338/5081, n. 78. — Orig. = Cf. nn. 185, 199.

202. Bononiae, 24 augusti 1279.

Testamentum.

D. Samaritana uxor q. d. Gerardini de Castronovo ... reliquit LVI lib. bon. expendendas p. a. s. de voluntate et arbitrio fr. *Columbi* de Ord. Fr. Min. vel Guardiani dicti Ord. ... ita tamen quod de dicta quantitate dentur XX lib. bon. Fratribus de *Crespellano* ... Item reliquid, iure legati, fr. *Collumbo* de Ord. Fr. Min. XX lib. bon.; et si dictus fr. *Collumbus* decederet ante mortem dicte testatricis, quod dicte XX lib. debeant venire in convento (*sic*) Fr. Min. de Bonon. ... In omnibus aliis bonis heredes sibi instituit pauperes Christi ... quos nominaverit dictus fr. *Collumbus* seu Guardianus Fr. Min. ... Eodem die, dicta testatrix fecit fr. *Collumbum* suum procur. ad ponendum hoc test. in sacristia Fr. Min. sigillatum sigillo Guardiani seu Custodis Fr. Min. ... Actum Bononie in domo Fratrum Min., pp. fr. *Maynero*, fr. *Guilielmo* de Ferraria, fr. *Yzilino* de Montefeltro, fr. *Iohanne* de Azis, fr. *Boninsegna* de Ferraria, fr. *Francisco* de Britinoro, fr. *Rogerio* de Parma et fr. *Collumbo* sacerdote qui dixit *etc.*, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Franciscus Cambi Attolini not.

15/4147, n. 54. — Orig. In dorso « Hoc est test. d. Samaritane uxoris q. d. Gerardini de Castronovo, qui fuit frater fr. *Columbi* ».

203. Bononiae, 31 septembris 1279.

Testamentum.

D. Blancaneve f. q. Gratiadei de Placitis ... reliquid fr. *Martino* eius filio de Ord. Fr. Min. C lib. bon. pro suis necessitatibus ... elegit sibi sepulturam apud eccl. Fr. Min. ... reliquid conventui Fr. Min. C sol. bon. ... item fr. *Petro* de Vecla X sol. bon.; item fr. *Rogerio* de Parma X sol. bon.; item fr. *Alberto* de Castagnolo Ord. Fr. Min. X sol. bon. ... Voluit omnia et singula exequenda esse cum expressa voluntate dicti fr. *Martini* filii sui vel, ipso deficiente vel absente, de voluntate Guardiani Fr. Min. ... et voluit hoc test. deponi in sacristia Fr. Min. sigillatum sigillo Guardiani dictorum Fratrum. Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in present. fr. *Guillelmi* de Ferraria sacerdotis, fr. *Petri* de Castagnolo qui dixerunt *etc.*, fr. *Bartolomei* de Prendipartibus, fr. *Alberti* de Azis, fr. *Benaduxi* de Parma, fr. *Antonii* de Bononia, fr. *Dominici* de Bononia et fr. *Bertolini* de Bononia, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondi f. Petrizoli Bonincuntri not.

15/4147, n. 58. — Orig.

204. Bononiae, 20 novembris 1279.

Conventio.

D. fr. *Azinus* de Ord. Fr. Min. et Bertholomeus Cessabovis not. commissarii fr. Henregipti de Guarinis, volentes parcere laboribus et expensis, scientes et cognoscentes se ad hoc teneri, fuerunt in comuni concordia, cum d. Bitino f. q. d. Dionixy de Platixiis coram d. Iohanne Feraloca iudice et assessore comitis Bertholdi Potestatis Bononie, quod c lib. bon. de parte ccxvi lib. bon. quas dictus d. Bitinus debebat dare et solvere dicto fr. Henrigipto de Guarinis, debeant permanere penes dictum d. Bitinum, et apud eum custodiri et salvari, quousque apparuerit verus heres dicti d. fr. Henrigipti, et renuntiaverunt cause quam ei movebant vel movere poterant de dictis ccxvi lib., quousque apparuerit verus heres dicti d. Henrigipti.

1279, 20 novembris. — D. Bitinus q. d. Dionixii de Platixiis volens adimplere preceptum sibi factum per d. Iohannem Feralocham iudicem et assess. d. comitis Bertholdi Bon. Potestatis, qui precepit eidem d. Bitino quod deberet dare et solvere d. fr. *Azino* de Ord. Fr. Min. et Bertholomeo Cessabovis not. c lib. bon. tamquam commissariis d. fr. Henrigipti de Guarinis, de parte et pro parte debiti ccxvi lib. bon., quas dictus d. Bitinus eidem d. fr. Henrigipto dare et solvere tenebatur ... et nolens incidere in penam precepti sibi facti ... dedit, solvit et numeravit et satisfecit predictis dd. fr. *Azino* et Bertholomeo c lib. bon. de parte debiti ccxvi lib. bon. .... promittentes dicti dd. fr. *Azinus* et Bertholomeus, in verbo veritatis et in fide propria, dictam solutionem perpetuo firmam et ratam, et amplius non movere nec moveri facere, per se vel per alios, litem vel questionem, vel causam, de iure vel de facto, nec iura sua alteri committere de dictis c lib. bon. nec de aliis xvi lib. bon., quousque apparuerit verus heres dicti d. fr. Henrigipti ... Que omnia et singula ... promiserunt fr. *Azinus* et Bertholomeus suo proprio nomine et commissario nomine dicti d. fr. Henrigipti perpetuo firma et rata habere et tenere et non contrafacere ... sub pena *etc.* ... Actum Bononie in Pallacio veteri Communis Bononie ... Bitinus Antholini not.

346/5089, n. 88. — Orig.

205. Bononiae, 30 novembris 1279.

Cessio.

Cessio d. Alberti f. d. Frigerii de Marano ... Actum Bononie in *domo* Fr. Min., presente fr. *Bondominico* hostiario dictorum Fratrum et Leone serviente dictorum Fratrum ... Iacobinus f. Ugolini Genarii de Castagnolis not.

16/4148, n. 7. — Orig.

206. Bononiae, 11 ianuarii 1280.

Testamentum.

Magister Gerardinus qui docet pueros ... elegit suam sepulturam apud ecclesiam Fratrum Min. ... reliquid conventui Fr. Min. xx sol. bon. Si quis suorum commiss. nollet esse vel non posset, eligit fr. *Zanellum* q. d. Stephani ... Voluit quod suum testamentum deponatur in sacristia Fr. Min. et sigilletur sigillo Custodis seu Guardiani

dictorum Fratrum, (et ad hoc) constituit suum procur. fr. *Pellegrinum* Guardianum Ord. Fr. Min. de Bononia ... Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Pellegrino* presbitero et guardiano, fr. *Bertholino* f. mag. Albertini de Plumatio, d. fr. *Iacobino* de Regio, fr. *Iuliano* de Padua, fr. *Daniele* de Novaria, fr. *Iacobo* d. S. Iohanne et fr. *Bernardino* de Parma, omnibus de Ord. Fr. Min. de Bononia ... Franciscus Cambii Attolini not.

16/4148, n. 17. — Orig.

207. Bononiae, 22 et 26 ianuarii 1280.

Testamentum.

D. Margarita q. d. Nicholai ... reliquit conventui Fr. Min. III lib. bon. ... item fr. *Alberto* de Placentia XX sol. bon. ... item fr. *Ade* de Castro Britonum Ord. Min. VII lib. bon. ... item fr. *Nicholino* Ord. Fr. Min. X sol. bon. ... elegit suum comiss. fr. *Adam* Ord. Fr. Min. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Nicholino* de Bononia, fr. *Lanbertino* de Strata maiori, fr. *Ventorino* de Cremona, fr. *Bonaventura* Parmense, fr. *Alberto* d. Guidonis de Azis, fr. *Petro* sacrista de Ord. Fr. Min. ...

Eodem die et loco predicta d. Margarita statuit quod suum test. poneretur in sacristia Fr. Min. ... Actum in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Ventorino* de Cremona, fr. *Bonaventura* de Pasipauperis, fr. *Alberto* d. Guidonis de Azis, fr. *Petro* sacristano de Ord. Fr. Min. ... Die XXVI ianuarii hoc test. depositum fuit in sacristia Fr. Min. in presentia fr. *Ubertini* portonarii ... Iacobinus q. Paulini Fabri not.

16/4148, n. 19. — Orig.

208. Bononiae, 16 februarii 1280.

Testamentum.

D. Bonaventura f. q. d. Iacobi Petri Pellegrini ... reliquit conventui Fr. Min. Bonon. pro una refectione, XL sol. bon. ... reliquit *Sororibus de S. Francisco de Strata S. Stephani* V sol. bon. ... Actum Bononie ... Thomas q. Damiani not.

16/4148, n. 25. — Orig.

209. Bononiae, 22 februarii 1280.

Constitutio procuratoris ad testamentum deponendum.

D. Bonacosa q. d. Bolognitti de la Choca ... constituit fr. *Albertinum* de Parma Ord. Fr. Min. suum procurat. ad deponendum test. suum in sacristia Fr. Min. de Bonon. ... Actum in *cella que est inter reflectorium et ecclesiam* S. Francischi de Ord. Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Pellegrino* Guardiano de Ord. Fr. Min. et fr. *Iohannino* de Fulianis de dicto Ord. ... Dominicus Tholomei not.

16/4148, n. 23. — Orig.

210. Romae, 26 februarii 1280.

Facultas tribuitur constituendi procuratores pro Fratribus Min. Provinciae Bononiae.

Venerabili in Christo Patri Dei gratia episc. Ariminen. Matheus miseratione divina S. Marie in Porticu Diaconus Card. salutem in Domino.

Cum Ordinis Fratrum Min., quem gloriosus Christi confessor B. Franciscus instituit, gubernatio sit nobis ab apostolica Sede commissa, paternitati vestre, de qua

plenam in Domino fiduciam obtinemus, presentium tenore committimus, damus et concedimus potestatem ordinandi et constituendi procuratorem seu procuratores, quot, quos et quotiens videritis expedire, in Provincia Bononien. ad recipiendum pretium seu pecuniam que de libris et aliis mobilibus, quibus tam Ordo quam Fratres predicti utuntur, ad Ecclesiam Romanam spectantibus, eorumdem Fratrum usibus deputatis, pretio estimato vendendis, recipienda fuerint, et ad expendendum huiusmodi pretium seu pecuniam in rem licitam, cuius usum Fratribus habere liceat, et in aliis casibus licitis et honestis, secundum constitutionem a sanctissimo patre d. nostro divina providentia summo Pontifice super nonnullis eorumdem Fratrum regulam contingentibus promulgatam [1], ita quod per quotcumque manus pecunia seu pretium huiusmodi transierint aut ad quoscumque pervenerint possint, in re et in casibus predictis expendi; nichilominus pecunia et pretio memoratis, quousque expensa fuerint, pertinentibus ad Eccles. Romanam supradictam; concedentes plenariam potestatem revocandi huiusmodi procuratores quos instituendos duxeritis, et in locum ipsorum, alios subrogandi quotienscumque et quandocumque videritis expedire. Presentibus valituris quousque per Sedem Apost. aut per nos super hoc aliud fuerit ordinatum.

Datum Rome iii kal. martii anno Domini MCCLXXX pontif. predicti d. Nicolai pp. iii anno tertio.

352/5095, n. 89. — Orig. Desunt sigillum et chorda. = Cf. AFH VII, 55-65, 549-51.

211. Bononiae, 29 februarii 1280.

Testamentum.

Fr. Thomaxinus q. d. Vitorii de Portanova ... constituit suos commiss. uxorem suam et fr. *Bonmercatum* de Imola ... reliquit locis *S. Marie de Zagonia*, S. Dominici et ... civit. *Imole* cuilibet eorum x sol. bon. ... Factum et plumbatum fuit hoc test. Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. religiosis viris fratribus *Bonaventura* de Gisso, fr. *Galaxio* de Parma, fr. *Deulayte* de Mutina, fr. *Iacobo* de Puzale, fr. *Francisco* Anchonet., fr. *Abramino* de Cremona, omnibus de Ord. Fr. Min., et fr. *Guilielmo* de Panzonibus Ord. Fratrum de Penitentia ... Raynutius f. Ugolini Frederici de Galisterna not.

16/4148, n. 24. — Orig. In dorso « Test. d. Thome nepotis q. d. Thome episc. Ymolensis ».

212. Imolae, 31 martii 1280.

Testamentum fr. Bartholomaei de Prendipartibus de Bon., novitii Ord. Fr. Min.

Fr. *Bartholomeus* de Prendipartibus de Bononia ... novitius in Ordine Fr. Min., nolens professionem facere in dicto Ordine intestatus, dispositionem rerum suarum per presens test. facere procuravit ... Legavit pro male ablatis incertis xxv lib. bon.; item mandavit, si appareret aliqua persona vel communitas vel collegium, que diceret dictum fr. *Bartholomeum* sibi in aliquo teneri, sive nomine debiti, sive dampni, sive male ablati, et hoc possit de iure ostendere, integre satisfiat sibi per heredes suos; item mandavit quod si post professionem suam, dictus fr. *Bartholomeus* recordaretur de aliquo male ablato, vel debito, teneantur heredes sui, ad simplex verbum sive requisitionem ipsius fr. *Bartholomei*, integre satisfacere illis quibus ipse fr. Bartholo-

[1] Constitutio *Exiit*, d. 14 aug. 1279: BF III, 404-16.

meus mandaverit ... Actum Imole in *orto* Fr. Min., pp. fr. *Alberico* de S. Agatha, fr. *Iohanne* de Parma, fr. *Iohanne* Baruzo de Imola, fr. *Iacobo* de Plastellis de Bononia, fr. *Rolandino* q. d. Symonis Armanni de Bononia, fr. *Iohanne* de Azis de Bononia, fr. *Dominico* de Ravenna, fr. *Petrizolo* de Avesa de Bononia, fr. *Francisco* d. Bartholomei de Schiva de Bononia, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Fr. *Mariscotus* de Ord. Penitentum civ. Imol. not.

16/4148, n. 26. — Orig.

213. Pisis, 7 aprilis 1280.

Exactionis mandatum.

Arlottus et Bindus fratres filii olim et heredes Bonaccursii Dianelli de Florentia, constituerunt Pellacanum Iacobi Benencase, qui moratur Bononie ... ad petendum, exigendum et recipiendum, pro eis et eorum vice et nomine, a fr. *Rogerio* de Parma Ord. Fr. Min. vel alia persona dante, totum et quidquid eisdem Aliotto et Bindo fratribus dare seu restituere vellet, pro aliqua persona seu aliquibus personis, occasione q. patris eorum, vel alia quacumque occasione vel causa, et ad vocandum se pro eis solutum et contentum ... Actum Pisis ... Matheus Brunellus not. de Pisis.

337/5080, n. 144. — Orig.

214. Bononiae, 28 aprilis et 29 augusti 1280.

Testamentum.

D. Nicholaus q. d. Petri Muxulini de Strata maiori ... reliquit conventui Fr. Min. xxv lib. bon. ... constituit suos commiss. fr. *Azonem* de Ord. Fr. Min. et ... reliquit fr. *Azoni* de Ord. Min. xii lib. bon. ...; item sor. *Gregorie* sue amite *de S. Francisco* et sor. *Lambertine* sue consanguinee de predicto *monasterio S. Francisci de Bononia*, cuilibet predictarum xv lib. bon. ... Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Nicholao* barberio, fr. *Angelo* de Apulia, fr. *Ugolino* de Forlivio, fr. *Francischo* de Ignano, fr. *Azone*, fr. *Iacobino* de Sena, fr. *Barthollomeo* de Fusculo, fr. *Iacobino* de Imola, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Eodem die et loco, pp. fr. *Nicholao* barberio, fr. *Angello* de Apulia, fr. *Ubertino* de Forlivio, fr. *Francisco* de Ignano, fr. *Iacobino* de Senis, fr. *Berthollomeo* de Fuscolo, fr. *Iacobino* de Imola, dictus testator constituit suum procuratorem ad deponendum suum test. sigillatum sigillo conventus Fr. Min. in sacristia dictorum Fratrum, fr. *Azonem* Ord. Fr. Min. Qui die xxviii augusti eiusdem anni assignavit dictum test. fr. *Cambio* sacriste Fr. Min., pp. fr. *Lanbertino* portonario, fr. *Alexandro* f. d. Virgilii de S. Iohanne in Persiceto. Iacobinus q. Paulini Fabri not.

16/4148, n. 27. — Orig.

215. Romae, 28 aprilis 1280.

Facultas tribuitur constituendi procuratores pro Fratribus Min.

Venerabilibus in Christo patribus universis archiepiscopis et episc. per Ytaliam constitutis, Matheus miseratione divina S. Marie in Porticu Diaconus Card. salutem in Domino. Cum Ordinis Fratrum Min., quem gloriosus Christi confessor b. Franciscus instituit, gubernatio sit nobis ab apost. Sede commissa, presentium tenore committimus, damus et concedimus unicuique vestrum in solidum, ita quod non sit occupantis conditio melior, potestatem ordinandi et constituendi procuratorem seu procuratores

in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, quos et quot singuli Ministri Provinciales eorumdem Fratrum Min., qui sunt vel erunt pro tempore, in Provinciis sibi commissis, per se vel per alium seu alios duxerint nominandos, et quotienscumque et quandocumque eis videbitur expedire, ad recipiendum pretium seu pecuniam que de libris et aliis mobilibus, quibus tam Ordo quam Fratres predicti utuntur, ad Romanam Ecclesiam spectantibus, usibus Fratrum dicti Ord. in eisdem Provinciis deputatis vel etiam deputandis, pretio estimato vendendis, recipienda fuerint, et ad expendendum de voluntate singulorum Ministrorum predictorum, in Provinciis sibi commissis, vel eorum quibus hoc commissum fuerit per singulos eorumdem in Provinciis ipsis commissis, huiusmodi pretium seu pecuniam in rem licitam, cuius usum Fratribus habere liceat, et in aliis casibus licitis et honestis, secundum constitutionem a sanctissimo patre d. Nicolao divina providentia summo Pontifice super nonnullis predictorum Fratrum regulam contingentibus promulgatam [1]; constituendi quoque unum vel plures procuratores in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, quos et quot eisdem singulis Ministris, vel alii seu aliis quibus hoc commiserint, visum fuerit, ad recipiendum huiusmodi pretium seu pecuniam ab universis et singulis procuratoribus aliarum licterarum nostrarum auctoritate institutis vel instituendis, nec non et quos presentium auctoritate institui vel revocari contigerit, et ad expendendum nichilominus illa in rem licitam et aliis casibus honestis et licitis, ut premittitur, ita quod per quotcumque manus pecunia seu pretium huiusmodi transierit, ad quoscumque pervenerit, possit, in casibus predictis, expendi; nichilominus pecunia et pretio memoratis, quousque expensa fuerint, pertinentibus ad Roman. Ecclesiam supradictam; concedentes vobis et vestrum cuilibet in solidum plenariam potestatem revocandi huiusmodi procuratores quos instituendos duxeritis vel qui instituti fuerint per quemcumque, et in locum ipsorum similiter alios subrogandi quotienscumque singulis prefatis Ministris in Provinciis sibi commissis, vel alii seu aliis quibus hoc commiserint, videbitur expedire. Omnes insuper procuratores aliarum licterarum nostrarum auctoritate per quoscumque seu a quocumque institutos vel instituendos et etiam quos auctoritate presentium contingit constitui, eo ipso intelligimus et a nobis esse volumus revocatos ac nos expresse revocamus ex tunc quo vel a constituentibus ipsos seu a vobis vel vestrum aliquo singuli Ministri per se in sibi commissis Provinciis, sive per alium seu alios, quibus hoc commiserint, eos petierint revocari, vel huiusmodi procuratoribus constitutis vel constituendis denuntiaverint, ut huiusmodi procurationis officio non utantur. Ceterum ideo illos dumtaxat procuratores constitui et illos revocari posse et revocatos intelligi volumus, quos singuli Ministri in commissis sibi Provinciis, vel alius seu alii quibus hoc commiserint, duxerint nominandos, seu revocari petierint vel de quibus denuntiaverint, ut superius est expressum, quia firmiter creditur et speratur quod per eos in hiis sollicitudo diligens adhibebitur et cautela, ut de rebus pretio et pecunia supradictis beneplacitum prefate Romane Ecclesie, cuius sunt, impleatur et fiat. Presentibus valituris quousque per Sedem apost. aut per nos super hoc aliud fuerit ordinatum.

Datum Rome apud S. Petrum IIII kal. maii anno Domini MCCLXXX pontif. predicti d. Nicolai pp. III anno tertio.

352/5095, n. 88. — Orig. Adest chorda a qua pendebat sigillum. = Ed. P. Marchant, *Relectio theol.* sect. 2, p. 24; AFH VII, 1914, p. 62-3.

[1] Constitutio *Exiit:* cf. n. 210.

216. Bononiae, 20 iunii 1280.

Testamentum.

Lambertinus q. d. Zumignani de Bambaglolis de Bon. ... voluit suum test. deponi in sacristia Fratrum Min. sigillatum sigillo Guardiani dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in presentia fr. *Iuliani* de Padua, fr. *Bertolini* de Fregnano, fr. *Lambertini* portarii, fr. *Michaelis* de Fanano, fr. *Ubertini* portarii, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondì f. Petrizoli Bonincuntri not.

16/4148, n. 35. — Orig.

217. Bononiae, 29 iunii 1280.

Testamentum d. Philippi de Marzegonibus, postea fratris Minoris.

D. *Philippus* q. d. Azolini de Marzegonibus ... voluit quod omnia que in suo test. ordinavit, exequerentur de voluntate et consilio Guardiani Fr. Min. de Bononia ... et quod dictum suum test. sigillatum sigillo conventus dictorum Fratrum poneretur in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Iohannis* de Vizulio, fr. *Bartholomei* de Bononia, fr. *Bondominici* portarii, fr. *Nicholay* de Imola, fr. *Iacobi* de Marchia, fr. *Iacobi* de Montebello, fr. *Cilini* de Siclaro, fr. *Zanilini* de Carpo, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondì f. Petrizoli Bonincuntri not.

16/4148, n. 36. — Orig. In dorso « Test. fr. *Philippi* de Marzegonibus ».

218. Bononiae, 1 iulii 1280.

Procuratores pro Fratribus Min. constituuntur.

Fr. T(heodoricus) divina miseratione Cervien. episc. universis Christifidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino.

Caritati vestre presentibus innotescat, nos a ven. patre d. Matheo S. Marie in Porticu Dyac. Card., presentante fr. *Vitali* Ministro Fr. Min. Provincie Bonon., recepisse litteras in hunc modum ... [1].

Volentes igitur commissionem huiusmodi fideliter adimplere, efficaciter exequi et prosequi reverenter, auctoritate litterarum ipsarum facimus, constituimus et ordinamus tenore presentium d. Dominicum de Poetis et d. Aygonem Guidonis Aygonis absentes et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, procuratorem seu procuratores Romane Ecclesie et ipsius d. Cardinalis, quos ipse Minister nobis ad hoc nominavit, dicens sibi expedire videri, ad recipiendum pretium seu pecuniam que de libris et aliis mobilibus, quibus tam Ordo quam Fratres predicti utuntur, ad Romanam Ecclesiam spectantibus, usibus Fratrum dicti Ord. deputatis seu etiam deputandis, pretio extimato vendendis, recipienda fuerint, vel aliunde et undecunque obvenerint, seu ad usum ipsorum Fratrum exhibita fuerint vel legata, et ad expendendum, de voluntate dicti Ministri vel alterius cui duxerit committendum, huiusmodi pretium seu pecuniam in rem licitam, cuius usum Fratribus habere liceat, et in aliis casibus licitis et honestis secundum formam constitutionis seu declarationis a sanctissimo patre d. Nicolao divina providentia summo Pontifice super

[1] Sequuntur litterae card. Matthaei de Ursinis superius editae sub n. 215, p. 81.

nonullis predictorum Fratrum regulam contingentibus promulgate. Et ad recipiendum huiusmodi pretium nomine Romane Ecclesie et ipsius d. Cardinalis ab aliis procuratoribus aliarum terrarum, eiusdem d. Cardinalis auctoritate seu commissione institutis, sive fuerint revocati sive non procuratores ipsi a quibus recepturi sunt pecuniam supradictam, et ad expendendum illam, ut superius dictum est, et ad committendum aliis expendendam, ita quod per quotcunque manus pecunia ipsa transierit, aut ad quoscumque pervenerit, possit in re et casibus predictis expendi; nichilominus pecunia et pretio memoratis, quousque expensa fuerint, pertinentibus ad Romanam Ecclesiam supradictam. Quorum quilibet procuratorum eorum offitio possit uti, donec ad petitionem Ministri ipsius, vel alterius cui commiserit, fuerit revocatus vel fuerit denuntiatum per aliquem predictorum, ut huiusmodi procurationis officio non utatur.

Datum Bononie MCCLXXX indictione octava kalendis iulii. In cuius rei testimonium sigillo nostro presentes fecimus roborari.

337/5080, n. 92. — Orig. Deest sigillum et taeniola pergamen. a qua pendebat.

219. Bononiae, 17 iulii 1280.

Testamentum.

Fr. *Martinus* de Capellis q. d. Ugollini Arriberti ... de Ord. Fr. de Penitentia ... reliquit conventui Fr. Min. V lib. bon. ... Post mortem vero uxoris sue voluit quod domus sua cum solo et edificio posit. Bononie in Androna Iustolli (?) deveniat ad *huniversitatem Fratrum de Penitentia* civit. Bonon. pro ospitando ibi pauperes Christi; et si Fratres ipsius huniversitatis vellent ipsam domum vendere, ipsam teneantur dare suo heredi pro C sol. minus quam alteri persone, et heres suus teneatur ipsam emere et precium dare infra XV dies, facta ei vel domui sue per Ministros dictorum Fratrum denunciatione; et pretium, quod exinde dicti Fratres perceperint, teneantur convertere in alliquam rem inmobilem, usufructus cuius perpetuo perveniant in hutilitatem pauperum Christi ... Voluit suum test. sigillari sigillo Guardiani Fr. Min. et reponi in sacristia dictorum Fratrum. Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Azone* presbitero, fr. *Aldrevandino* Gerardotii, fr. *Thomaxino* de Canitullo, fr. *Allixandro* Virgilii de S. Iohanne in Persexeto, fr. *Matheo* de Mutina, fr. *Bonagratia* fratris Albertini et fr. *Petro* de Strata, omnibus de Ord. Fr. Min. Fr. *Benvenutus* Lovatti not.

16/4148, n. 39. — Orig.

220. Bononiae, 18 iulii 1280.

Testamentum.

D. Agnes q. d. Guezi de Guezis ... elegit sibi sepulturam apud eccl. Fr. Min. ... reliquid fr. *Gandulfino* de Mutina, fr. *Azino* et fr. *Azoni* omnibus de Ord. Fr. Min. III lib. bon. unicuique pro una tunica; item fr. *Francissco* de Guezis de dicto Ord. V lib. bon. pro una tunica ... Voluit hoc suum test. sigillari sigillo Fr. Min. et reponi in sacristia eorum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Azone* sacerdote qui dixit *etc.*, fr. *Scisto* de Britinoro, fr. *Alberto* de Castagnolo, fr. *Iohanne* de Spezana, fr. *Guidone* de Veluclo, fr. *Guiglilmino* de Bononia et fr. *Lanbertino* de Pavanensibus, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Fr. *Benvenutus* Lovatti not.

16/4148, n. 40. — Orig.

221. Bononiae, 20 iulii 1280.

Testamentum.

D. Catelanus de Malavoltis q. d. Alberti reliquid, pro quibusdam male ablatis, XXXII lib. bon. dandas fr. *Simoni* de Marchia de Ord. Min. de conscientia Guardiani de dicto Ord. Min. de Bonon.; et si dictus fr. *Simon* hic non esset, Guardianus qui nunc est vel p. t. erit, ipsas distribuat et det ad suam voluntatem ... Elegit sibi sepulturam apud ecclesiam Fr. Min. ... reliquid Fratribus Min. c sol. bon. ... Voluit suum test. sigillatum sigillo conventus Fr. Min. reponi in sacristia eorum ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Simone* de Marchia, fr. *Berthalomeo* de Prendipartibus, fr. *Gandulffino*, fr. *Iohanne* de Spezano, fr. *Barthalomeo* de Fussco, fr. *Pace* de S. Iohanne in Persexeta, fr. *Stevano* de Campania, et fr. *Bonagratia* de Portasterii ... Bertholomeus Philippi Cessabovis not.

16/4148, n. 38. — Orig.

222. Bononiae, 26 augusti 1280.

Testamentum.

D. Aygonus q. d. Mulnarii Guidonis Aygonis ... elegit sibi sepulturam apud eccl. Fr. Min. ... constituit suos commiss. fr. *Arthinisium* de dicto Ord. ... mandans quod si aliquo tempore appareret fr. *Arthinisio* supradicto, quod esset de bonis dicti testatoris aliqua restitutio facienda, teneantur sui heredes, ad mandatum dicti fr. *Arthinisii*, vel alterius cui ipse hoc committeret, ad dictam restitutionem in integrum faciendam ... Voluit quod hoc test. deponatur in sacristia Fr. Min. sigillatum sigillo conventus Fr. Min., ad quod faciendum fr. *Arthinisium* suum procuratorem constituit ... Actum Bononie in domo dicti testatoris, presente fr. *Thomaxino* de Ord. Fr. Min. ... Albertus q. Venture Matheselani not.

16/4148, n. 42. — Orig.

223. Bononiae, 20 decembris 1280.

De aqua ducendà ad locum Fratrum Min. de Bon.

Reperitur in libro Statutorum Comunis Bonon. in sacramento d. Potestatis infrascriptum capitulum et paragrafum inter cetera, in hunc modum, videlicet:

Item clusam Sapine de S. Rophillo et ramum Sapine et pontes per quos dicta aqua Sapine decurrat ad civitatem manutenebo, et reffici faciam et aptari precise expensis Comunis, quotiens opus fuerit. Salvo quod liceat Fratribus Min. et Predicatoribus habere de dicta aqua Sapine et conducere ad eorum domos, per ramos et conductos dicte aque, vel per novos ramos faciendos, et per eos dictam aquam possint habere, secundum formam Statutorum antiquorum et novorum et Reffommationum de hoc loquentium, et concessionum factarum per Comunem Bonon. predictis Fratribus; et quod nulla putredo fiat in dictis locis et conductis dictorum Fratrum, et quod nullus possit dictis Fratribus accipere aquam per clavicas vel alio modo, et quod notarius qui prehest ad mundandas stratas civitatis, debeat ire et videre quod nullus faciat contra predicta, et si invenerit, condapnentur in tribus libris bon. Comuni Bon. contra facientes. Ego Petrus Uguitionis de Bambaglolis not., ut in dicto libro et sacramento inveni, ita scripsi et exemplavi ...

1280, 20 decembris. — Consilium Sexcentorum et Populi Bonon. fecit d. Bencevene iudex et assessor et vicarius d. Stoldi Berlengerii Iacoppi, vicarii magnifici viri d. comitis Bertoldi Potestatis Bonon., ad sonum utriusque campane et voce preconia in palatio veteri Communis Bonon., more solito, congregari. In quo quidem Consilio inter alia refformatum fuit in hunc modum:

Cum domus et ecclesia Fratrum Min. de Bonon. per Comune et Populum sit constructa, et Fratres ipsius loci aqua que decurrat indigeant vehementer, quid placet Consilio Sexcentorum et populi Bonon. et Comunis, quod expensis dictorum Fratrum possint conducere vel conduci facere aquam eis necessariam ad locum eorum, tam per loca publica quam singulariarum personarum, secundum quod melius et utilius eis videbitur faciendo aqua Rheni, vel Sapina, vel Melonzello aut Ravone, vel de quocumque alio loco, unde melius et commodius haberi poterit, ad sensum et voluntatem dictorum Fratrum vel Guardiani qui nunc est vel p. t. fuerit, vel eius cui hoc duxerit committendum, ut eis videbitur expedire. Et quod nulla persona possit vel debeat immittere vel proycere in dicta aqua aliquam imunditiam vel putredinem, absque voluntate et consensu dictorum Fratrum, ad penam x lib. bon. pro quolibet contrafaciente, quotiens contrafecerit, faciendo postea ipsi Fratres ipsam aquam decurrere et ire ad molendina Comunis Bonon. que sunt in ramo Rheni. Non obstantibus etc.

In Refformatione cuius Consilii placuit toti Consilio, facto partito per dictum d. Bencevenem ad sedendum et levandum, quod propositio predicta sit firma et ratha, valeat et teneat et effectui demandetur, et plenarie in omnibus et per omnia obtineat firmitatem, prout scripta est et lecta fuit in presenti Consilio. Non obstantibus *etc.* ... pp. d. Acursio de Preytis not., Petro Iohanne Iordani not. et Zocholo bannit. Populi, vocatis testibus ... Ego Petrus Uguicionis de Bambaglolis not., ut in dicto libro Refformationum Comunis Bonon. inveni, ita scripsi et exemplavi ...

16/4148, n. 48-49. — Exempl. dupl. In dorso n. 48 « Carta de aqua Sapine que venit ad domum Fr. Min. »; n. 49 « Exempl. reformationis et sacramenti d. Potestatis de conducenda aqua Sapine ad domum Fratrum ».

224. Bononiae, 24 ianuarii 1281.

Testamentum.

Ego Fayta q. d. Petri Tinarelli ... pro anima mea relinquo fr. *Francischo* fratri meo de Ord. Fr. Min. de Bonon. totam partem mihi contingentem tam ex successione quam ex testamento vel ab intestato, sive iure nature vel ex falcidia michi debita, vel quocumque modo vel iure et causa, de hereditate et bonis q. dicti patris mei, tum de domibus quam terris, vineis et quibuscumque possessionibus et creditis et bonis et iuribus quibuscumque presentibus et futuris; si vero dictus fr. *Francischus* non viveret tempore obitus mei, tunc in eum casum, Guidam sororem meam in dicta hereditate mihi heredem instituo, que tamen persolvere debebit de dictis bonis infrascripta legata, videlicet, loco Fr. Min. de Bononia, apud quem mihi sepulturam eligo, xx lib. bon. ... loco Fr. Min. de *Urbeveteri* x lib. bon.; loco Fr. Min. de *Montefraschuni* c sol. bon.; loco Fr. Min. de *Viterbo* x lib. bon.; loco *Montiscompatrum* c sol. bon. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Petro* de Vetula, fr. *Montanario* de Urbeveteri, fr. *Iohanne* de Anania, fr. *Stephano* de Alatro de Ord. Fr. Min. ... qui fr. *Petrus* dixit se cognoscere testatricem.

Et quia dicta testatrix pred. suum test. sive ult. volunt. voluit esse secretam, ideoque ipsam ... deposuit in sacristia Fr. Min. de Bon. et fecit procur. suprascriptum fr. *Iohannem* ad faciendum sigillari dictum test. sigillo dicti Ord. secundum formam stat. com. Bon. Michael Iuliani Bresche not.

16/4148, n. 54. — Orig.

225. Bononiae, 28 ianuarii 1281.

Substitutio procuratorum.

Ven. vir d. Albertus de Galluciis archipresb. ecclesie S. Laurentii in Colina, procurator constitutus et creatus, per publicas patentes litteras infrascripti d. Archiep. datas Bononie IV idus decembris MCCLXXVII, a ven. patre d. Fr. Bonifatio S. Ravvenat. Eccl. archiepiscopo, apost. Sedis Legato, tamquam a patre Christi pauperum, et ipsorum pauperum et pro ipsis pauperibus ... cum asserat se pluribus et variis negotiis prepeditum, adeo quod ad ipsius executionem sibi comissi mandati ... non potest sive posset commode intendere, et ne ipsorum pauperum Christi iura pereant sed pocius conserventur; idcirco ... fecit et constituit ac etiam ordinavit procuratores et nuntios speciales dd. Pasipauperum q. d. Castellani Baiuli et fr. *Benvenutum* Lovatti, et quemlibet eorum in solidum ad intrandum in possessionem corporalem bonorum et hereditatem, ad vendendum ... et ad omnia alia et singula facere que necessaria fuerint et utilia ... promittens ... ratum et gratum habere et tenere quidquid per predictos procuratores factum fuerit in predictis ... Actum Bononie ... Bonvisinus Bolognitti not.

16/4148, n. 52. — Orig.

226. Bononiae, 12 martii 1281.

Testamentum.

Testamentum Francisci q. d. Iacobini Araldini ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Rogerio* de Parma, fr. *Thomasino* de Canitulo, fr. *Gandulfo* de Percavallis sacerdote qui dixit *etc.*, fr. *Bondominico* portario, fr. *Iohanino* de Mantua, fr. *Nicholao* de Portanova ... Eodem die et loco testator constituit suum procurat. ad faciendum sigillari sigillo conventus Fr. Min. de Bon. et ponendum suum test. in sacristia eorum fr. *Bondominicum* de Ord. Fr. Min., in presentia dictorum testium ... Iacobus f. magistri Zunte de Cerveleriis not.

16/4148, n. 56. — Orig.

227. Bononiae, 22 et 25 aprilis 1281.

Testamentum.

D. Alorita q. d. Buvalelli Azonis Angnexie ... reliquid Fratribus Min. morantibus in Portanova XL sol. bon. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. d. fr. *Azone* de Bononia, d. fr. *Petro* q. d. Pacis de Strata S. Donati, f. *Iacobo* q. d. Raynerii de Castro S. Petri, fr. *Iohanne* de Alania, fr. *Michaele* de Polizino, fr. *Thomaxino* sarthore, fr. *Ubertho* portonario ... Eodem die testatrix fecit suum procuratorem ad faciendum sigillari sigillo conventus Fr. Min. de Bon. et ponendum suum test. in sa-

cristia eorum fr. *Azonem* de Ord. Fr. Min., quod ipse fr. *Azo* fecit die xxv aprilis, pp. fr. *Petrizolo* de Thomaris et fr. *Albizo*, de Ord. Fr. Min. ... Bonaventura Papazonus q. d. Bonaiuti not.

16/4148, n. 59. — Orig.

228. Bononiae, 22 et 30 maii 1281.

Testamentum.

D. Bonaparte linarolus q. d. Iohannis ... reliquid de bonis suis, pro male ablatis, x lib. bon. expendendas per suum commiss. de consensu confessoris sui, silicet fr. *Iacobi* de S. Iohanne de Ord. Fr. Min. de Bon. omnibus personis quibus habeo *(sic)* iniuste habuisse et ubi melius videbitur dicto commiss. de consensu sui confessoris ... Reliquid fr. *Rugerio* de Parma de Ord. Fr. Min. pro una capa emenda III lib. bon. ... elegit suam sepulturam apud ecclesiam Fr. Min. ... Voluit suum test. sigillari sigillo conventus Fr. Min. et deponi in sacristia eorum ... Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Pellegrino* de Pollizino Guardiano dicti Ord., fr. *Iacobo* de S. Iohanne sacerdote et fr. *Petro* de Castagnolo, qui asseruerunt *etc.*, fr. *Rugerio* de Parma, fr. *Iacopino* de Regio, fr. *Raynerio* de Zenna, fr. *Bongnetino* de Cremona, fr. *Bartholomeo* Fuschi, omnes predictorum Fratrum ...

Die penultima maii posit. fuit dictum test. in sacristia Fr. Min. in presentia fr. *Petri* sacriste et fr. *Bonaventure* de Fregnano ... Bondominicus q. Iohannis de Cento not.

16/4148, n. 60. — Orig.

229. Bononiae, 11 iunii 1281.

Instrumentum exhibitionis cuiusdam schedulae.

Instrumentum representationis facte per d. fr. *Albertinum* de Parma Ord. Fr. Min. et confessorem q. Rizardi de Riziis, unius folei bombicinis parvi, in quo continentur male ablata ipsius Rizardi et quedam alia ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Rugerio* de Parma et fr. *Blaxio* de Barbaria ... Martinus Iacobi de Canitulo not.

17/4149, n. 1. — Orig.

230. Bononiae, 13 iunii 1281.

Testamentum.

Thomaxinus q. d. Herigiptti de Gueziis ... voluit quod sua bona distribuantur pauperibus Christi quos nominaverit fr. *Petrus* de Vetula suus confessor ... Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Iacobino* de Corvis de Placentia, fr. *Francisscho* de Ferraria, fr. *Ubaldo* de Mutina, fr. *Rolandino* q. d. Simonis Armanni, fr. *Bonaventura* de Fregnano, fr. *Petro* de Vetula, fr. *Lamberto* de Fabianis et fr. *Michaele* de Fregnano ... Iacobus f. Guidonis de Montevellio not.

17/4149, n. 2. — Orig.

231. Bononiae, 13 iunii 1281.

Testamentum.

D. Dalfinus q. d. Michaelis Prioris de Saragotia ... voluit quod sui commissarii omnia facerent de consensu, mandato et voluntate d. fr. *Lanbertini* de Cazanimicis,

d. fr. *Azi* et d. fr. *Blaxii* de Bononia omnium de Ord. Fr. Min. ... Actum Bononie in *secundo claustro* Fr. Min., pp. d. fr. *Pellegrino* Guardiano, d. fr. *Lanbertino* de Cazanimizis, fr. *Maynerio* de Tuscia, fr. *Iacobo* de Gloza, fr. *Vendimiatore* de Ferraria, fr. *Gratiolo* de Mantua, fr. *Iacobo* de S. Iohanne et fr. *Iacobo* de Castro S. Petri, omnibus de Ord. Fr. Min. Simon Iacobini Blanchi not.

17/4149, n. 3. — Orig.

232. Bononiae, 14 iunii 1281.

Testamentum.

Testamentum d. Iohannis q. d. Bartholomei de Baxacomatribus de Strata maiori ... Actum Bononie in *domo Fr. Min. ubi raduntur Fratres,* pp. fr. *Lanbertino* de Cazanimicis, fr. *Michaele* de Fregnano, fr. *Martino* de Parma, fr. *Iacobo* de Cluza, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Petro* de Viruelo, fr. *Simone* de Parma, Fratribus Minoribus ... Cyprianus de Usvergis de Ugiano not.

17/4149, n. 4. — Orig.

233. Bononiae, 14 iunii 1281.

Testamentum.

D. Petrus de Burgo S. Petri ... reliquid conventui Fr. Min. v lib. bon.; item fr. *Gerardino* de Parma Ord. Min. xl sol. bon. ... Constituit suos commiss. fr. *Gerardinum* de Parma Ord. Fr. Min. et fr. *Delay* magistrum lignaminis de Burgo S. Petri ... et si dictus fr. *Gerardinus* non extaret, tunc Guardianum dictorum Fratrum vel quem ipse nominaverit ... Item reliquid fr. *Delay* xx sol. bon.; item fr. *Gilliolo* zavaterio xx sol. bon. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Iacobino* de Regio, fr. *Iacopucio* nepote d. card. Benedicti, fr. *Alberto* de Gozadinis, fr. *Manfredo* de Tomaris, fr. *Bonaventura* miniatore, fr. *Naxinbene* de Bononia, fr. *Bartholomeo* de Feraria, omnibus de Ord. Fr. Min. de Bononia ... Michelictus q. Raymundi not.

17/4149, n. 5. — Orig.

234. Bononiae, 14 et 15 iunii 1281.

Testamentum.

D. Andreas q. d. Bonfiioli de Coloreto ... reliquit conventui Fr. Min. v lib. bon.; item fr. *Azoni* de dicto Ord. iii lib. bon. et illum constituit suum commiss. ... Post mortem uxoris sue, instituit pauperes Christi sibi heredes, quos nominaverit suus commiss., si supervixerit, alioquin quos voluerit ille qui p. t. fuerit Guardianus Fr. Min. ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Michaelle* de Fregnano, fr. *Bonafatio* de Mantua, fr. *Cambio* sacrestano, fr. *Lanbertino* portonario, fr. *Thomaxino* sartore, fr. *Dominico* nepote fr. *Azonis,* fr. *Pace* de S. Iohanne et fr. *Azone* de Ord. Fr. Min. ... Eodem die et loco dictus testator constituit dictum fr. *Azonem* suum procur. ad deponendum suum test. sigillatum sigillo conventus Fr. Min. in sacristia dictorum Fratrum.

Et die xv, in presentia fr. *Petri* de Thomariis, et fr. *Pacis* de S. Iohanne deposuit fr. *Azo* in sacristia Fratrum Min. apud fr. *Cambium* sacrist. h. t. ad faciendum sigillari sigillo conventus ... Panevinus q. Aldrevandi de Panevinis de Zeula not.

17/4149, n. 6. — Orig.

cristia eorum fr. *Azonem* de Ord. Fr. Min., quod ipse fr. *Azo* fecit die xxv aprilis, pp. fr. *Petrizolo* de Thomaris et fr. *Albizo,* de Ord. Fr. Min. ... Bonaventura Papazonus q. d. Bonaiuti not.

16/4148, n. 59. — Orig.

228. Bononiae, 22 et 30 maii 1281.

Testamentum.

D. Bonaparte linarolus q. d. Iohannis ... reliquid de bonis suis, pro male ablatis, x lib. bon. expendendas per suum commiss. de consensu confessoris sui, silicet fr. *Iacobi* de S. Iohanne de Ord. Fr. Min. de Bon. omnibus personis quibus habeo *(sic)* iniuste habuisse et ubi melius videbitur dicto commiss. de consensu sui confessoris ... Reliquid fr. *Rugerio* de Parma de Ord. Fr. Min. pro una capa emenda III lib. bon. ... elegit suam sepulturam apud ecclesiam Fr. Min. ... Voluit suum test. sigillari sigillo conventus Fr. Min. et deponi in sacristia eorum ... Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Pellegrino* de Pollizino Guardiano dicti Ord., fr. *Iacobo* de S. Iohanne sacerdote et fr. *Petro* de Castagnolo, qui asseruerunt *etc.,* fr. *Rugerio* de Parma, fr. *Iacopino* de Regio, fr. *Raynerio* de Zenna, fr. *Bongnetino* de Cremona, fr. *Bartholomeo* Fuschi, omnes predictorum Fratrum ...

Die penultima maii posit. fuit dictum test. in sacristia Fr. Min. in presentia fr. *Petri* sacriste et fr. *Bonaventure* de Fregnano ... Bondominicus q. Iohannis de Cento not.

16/4148, n. 60. — Orig.

229. Bononiae, 11 iunii 1281.

Instrumentum exhibitionis cuiusdam schedulae.

Instrumentum representationis facte per d. fr. *Albertinum* de Parma Ord. Fr. Min. et confessorem q. Rizardi de Riziis, unius folei bombicinis parvi, in quo continentur male ablata ipsius Rizardi et quedam alia ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Rugerio* de Parma et fr. *Blaxio* de Barbaria ... Martinus Iacobi de Canitulo not.

17/4149, n. 1. — Orig.

230. Bononiae, 13 iunii 1281.

Testamentum.

Thomaxinus q. d. Herigiptti de Gueziis ... voluit quod sua bona distribuantur pauperibus Christi quos nominaverit fr. *Petrus* de Vetula suus confessor ... Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Iacobino* de Corvis de Placentia, fr. *Francisscho* de Ferraria, fr. *Ubaldo* de Mutina, fr. *Rolandino* q. d. Simonis Armanni, fr. *Bonaventura* de Fregnano, fr. *Petro* de Vetula, fr. *Lamberto* de Fabianis et fr. *Michaele* de Fregnano ... Iacobus f. Guidonis de Montevellio not.

17/4149, n. 2. — Orig.

231. Bononiae, 13 iunii 1281.

Testamentum.

D. Dalfinus q. d. Michaelis Prioris de Saragotia ... voluit quod sui commissarii omnia facerent de consensu, mandato et voluntate d. fr. *Lanbertini* de Cazanimicis,

d. fr. *Azi* et d. fr. *Blaxii* de Bononia omnium de Ord. Fr. Min. ... Actum Bononie in *secundo claustro* Fr. Min., pp. d. fr. *Pellegrino* Guardiano, d. fr. *Lanbertino* de Cazanimizis, fr. *Maynerio* de Tuscia, fr. *Iacobo* de Gloza, fr. *Vendimiatore* de Feraria, fr. *Gratiolo* de Mantua, fr. *Iacobo* de S. Iohanne et fr. *Iacobo* de Castro S. Petri, omnibus de Ord. Fr. Min. Simon Iacobini Blanchi not.

17/4149, n. 3. — Orig.

232. Bononiae, 14 iunii 1281.

Testamentum.

Testamentum d. Iohannis q. d. Bartholomei de Baxacomatribus de Strata maiori ... Actum Bononie in *domo Fr. Min. ubi raduntur Fratres*, pp. fr. *Lanbertino* de Cazanimicis, fr. *Michaele* de Fregnano, fr. *Martino* de Parma, fr. *Iacobo* de Cluza, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Petro* de Viruelo, fr. *Simone* de Parma, Fratribus Minoribus ... Cyprianus de Usvergis de Ugiano not.

17/4149, n. 4. — Orig.

233. Bononiae, 14 iunii 1281.

Testamentum.

D. Petrus de Burgo S. Petri ... reliquid conventui Fr. Min. v lib. bon.; item fr. *Gerardino* de Parma Ord. Min. xl sol. bon. ... Constituit suos commiss. fr. *Gerardinum* de Parma Ord. Fr. Min. et fr. *Delay* magistrum lignaminis de Burgo S. Petri ... et si dictus fr. *Gerardinus* non extaret, tunc Guardianum dictorum Fratrum vel quem ipse nominaverit ... Item reliquid fr. *Delay* xx sol. bon.; item fr. *Gilliolo* zavaterio xx sol. bon. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Iacobino* de Regio, fr. *Iacopucio* nepote d. card. Benedicti, fr. *Alberto* de Gozadinis, fr. *Manfredo* de Tomaris, fr. *Bonaventura* miniatore, fr. *Naxinbene* de Bononia, fr. *Bartholomeo* de Feraria, omnibus de Ord. Fr. Min. de Bononia ... Michelictus q. Raymundi not.

17/4149, n. 5. — Orig.

234. Bononiae, 14 et 15 iunii 1281.

Testamentum.

D. Andreas q. d. Bonfiioli de Coloreto ... reliquit conventui Fr. Min. v lib. bon.; item fr. *Azoni* de dicto Ord. iii lib. bon. et illum constituit suum commiss. ... Post mortem uxoris sue, instituit pauperes Christi sibi heredes, quos nominaverit suus commiss., si supervixerit, alioquin quos voluerit ille qui p. t. fuerit Guardianus Fr. Min. ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Michaelle* de Fregnano, fr. *Bonafatio* de Mantua, fr. *Cambio* sacrestano, fr. *Lanbertino* portonario, fr. *Thomaxino* sartore, fr. *Dominico* nepote fr. *Azonis*, fr. *Pace* de S. Iohanne et fr. *Azone* de Ord. Fr. Min. ... Eodem die et loco dictus testator constituit dictum fr. *Azonem* suum procur. ad deponendum suum test. sigillatum sigillo conventus Fr. Min. in sacristia dictorum Fratrum.

Et die xv, in presentia fr. *Petri* de Thomariis, et fr. *Pacis* de S. Iohanne deposuit fr. *Azo* in sacristia Fratrum Min. apud fr. *Cambium* sacrist. h. t. ad faciendum sigillari sigillo conventus ... Panevinus q. Aldrevandi de Panevinis de Zeula not.

17/4149, n. 6. — Orig.

235. Bononiae, 14 iunii 1281.

Testamentum.

Iacobus f. q. d. Flamingi ... sepulturam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bononia, circa quam vult expendi c lib. bon. in faciendo tumulo, in baldachino, in luminaribus, in septimo, trigesimo, centesimo, anuali, in missis cantandis et in omnibus aliis secundum quod melius videbitur infrascriptis commis. suis ... Item dari voluit *Dominabus S. Francisci* de Bon. c sol. bon. ... item *capelle S. Marie Nove que est infra secundum claustrum* Fr. Min. pro missis cantandis ibidem pro anima patris et matris sue et sua, et ut sint participes illorum bonorum que ibi fient, in calice, libris et paramentis altaris et sacerdotis c lib. bon.; item fr. *Pelegrino* de Policino Ord. Fr. Min. pro indumentis et suis necessariis x lib. bon.; item pauperibus viduis verecundis ex *Sororibus de Penitentia* x lib. bon. distribuendas inter eas arbitrio commiss. suorum; item Fratribus Min. *studentibus* ad locum *Caldarare* c sol. bon. ... Commiss. suos esse voluit fr. *Pelegrinum* Ord. Fr. Min., fr. Alexium suum patruum ... et si fr. *Pelegrinus* deesset, tunc Guardianus, qui p. t. esset, posit per se vel per alium quidquid facere poterat fr. *Pelegrinus* ... Actum Bononie in *tercio claustro* Fr. Min., pp. fr. *Pelegrino* Guardiano, fr. *Blaxio* de Barbaria, fr. *Aldrovandino* de Portasteri, fr. *Petro* de Strata, fr. *Amadore* Pizocoto, fr. *Bernardino* de Cornazano, fr. *Iacobo* de Buscho, fr. *Zanilino* de Carpo, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Eodem die testator depos. suum test. in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Pelegrino* de Policino et fr. *Bernardino* de Cornazano. Panicalis q. Iohannis Gatti not.

343/5086, n. 17. — Orig.

236. Bononiae, 15 iunii 1281.

Testamentum.

D. Bertholomeus f. q. Gerardini de la Manza ... dari voluit fr. *Rogerio* de Parma de Ord. Fr. Min. de conventu S. Francisci de Bonon. pecuniam sufficientem pro una tunica bona; item fr. *Iohanni* fratris Ugolini de Ord. Fr. Min., nunc de conventu *Ravenne* eiusdem Ord., pecuniam sufficientem pro una bona tunica; item conventui Fr. Min. de Bon. vi lib. bon. ... item fr. *Iacobo* de Plastellis de Ord. Fr. Min. unam tunicam ... Voluit quod sui commiss. exequantur omnia de consilio Guardiani p. t. conventus Fr. Min. S. Francisci de Bon. vel eius de ipso conventu cui idem Guardianus duxerit commitendum. Reliquid d. Marie sue uxori usumfructum, salva rerum substantia, unius petie terre arat. site inter villas S. Georgi et Argelate, ubi dicitur « Ginixellum », iuxta ... fr. *Boninsegnam* not. Ord. Fr. de Penitentia ... Si heredes sui decederent ... substituit eis conventus Fr. Min. et Fr. Pred. de Bononia, ita quod omnia bona hereditatis sue libere perveniant ad dictos Fratres et conventus eorum pro anima ipsius testatoris ... et predicti Fr. Min. et Pred. et eorum conventus vel Guardianus Min. et Prior Pred. possint de ipsis bonis hereditatis sue, eo casu, facere commissarios quos voluerint ... Si quod testamentum, codicillus vel ultima alia voluntas eius reperirentur per eum facta in preterito tempore vel futuro, preter hoc testamentum, illud, illum et illam ullo modo valere voluit ... nisi confectioni ipsius intersint testes scripti duo vel plures Fratres de conventu ipsorum Fratrum Min. de Bononia ... Voluit presens test. secretum esse donec vixerit, et poni et servari in sacristia Fr. Min.

de Bon. sigillatum sigillo conventus seu Guardiani vel Ministri sive Custodis Fratrum Min. de Bononia ... Hec acta fuerunt Bononie in *domo* Fr. Min. *apud ecclesiam* ipsorum Fratrum, pp. dd. fr. *Gerardino* de Gualengis Custode, fr. *Guilielmino* de Bononia, fr. *Maynerio*, fr. *Lambertino* de Cazanimicis, fr. *Iacobo* de Castro S. Petri, fr. *Bernardino* de Cornazano, fr. *Rugerio* de Parma, fr. *Petro* de Castagnolo et fr. *Thomaxino* sartore de conventu dictorum Fr. Min. de Bononia; qui fr. *Gerardinus* et *Guilielminus* sacerdotes asseruerunt *etc.* ... Gobertus q. Gualcherii not.

343/5086, n. 10. — Orig.

237. Bononiae, 16 iunii 1281.

Testamentum.

D. Castellanus q. Pellegrini de Sancto Mame ... reliquid Fratribus Min. de Bonon. XII lib. bon. ... fecit suum commiss. fr. *Blaxium* de Barbaria de Ord. Fr. Min. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Lambertino* portario, fr. *Thomaxino* de Canitulo, fr. *Thomaxino* sartore, fr. *Bolognito* de Bon., fr. *Bernardino* de Cornazano, fr. *Iohanino* de Portanova, fr. *Rolandino* de Portanova ... Iohannes d. Petri pistoris not.

17/4149, n. 7. — Orig.

238. Bononiae, 16 iunii 1281.

Testamentum.

D. Honebene q. d. Benvenuti Bondinate ... reliquid fr. *Bollognito* d. Bonvixini de Ord. Fr. Min. C sol. bon.; item fr. *Rogerio* de Parma de dicto Ord. C sol. bon. ... Si commissarius a se constitutus decederet, eligit in eius locum Guardianum Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Bollognito* d. Bonvixini sacerdote dicti Ord. qui dixit *etc.*, fr. *Ugollo* de Vallega, fr. *Bonaventura* de Savignano, fr. *Paxe* de Parma, fr. *Rugerio* de Parma, fr. *Bernardino* de Cornazano et fr. *Thomaxino* sartore de Ord. Fr. Min. de Bononia ... Eodem die dictus Honebene testator posuit suum test. sigillatum sigillo Guardiani Fr. Min. in sacristia dictorum Fratrum in manu fr. *Cambi* sacristani, pp. fr. *Azino* de Bononia et fr. *Gerardo* de Cremona ... Bondominicus q. Iohannis de Cento not.

17/4149, n. 8. — Orig.

239. Bononiae, 16 iunii 1281.

Testamentum.

D. Benedictus q. Benvenuti ... reliquid duas petias panni biselli quas extimat XXIIII lib. bon. quas expendi et distribui voluit per fr. *Rolandinum*, qui est Minister Societatis S. Marie, in hunc modum, scilicet ubi vissum fuerit ipsi fratri maius oportunum, illis qui sunt de dicta societate tantum et non alibi, et nulli ipsorum possit dare ad plus nisi XX sol. bon., silicet XII lib. bon.; reliquas vero alias XII lib. bon. dictus fr. *Rolandinus* in hunc modum debeat distribuere ... ecclesie Fr. Min. XX sol. bon. ... fr. *Gerardino* de Parma de Ord. Fr. Min. V sol. bon.; item fr. *Gerardino* de Cremona eiusdem Ord. V sol. bon.; item ecclesie S. Marie in Monte de Bonon. unum duplerium qui valeat X sol. bon., et vult quod dictum duplerium stet penes dictum

bon. ... Actum Bononie in *capitulo* ecclesie B. Franciscli, pp. fr. *Guilielmo* de Vintimilia, fr. *Phylippo* de Pavanensibus, fr. *Gregorio* de Apulia, fr. *Iacobo* de Zesena, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Manfredo* de Thomariis, fr. *Bondominico* de Bononia ... Eodem die dictus testator constituit fr. *Gerardinum* de Parma de Ord. Fr. Min. suum proc. ad ponendum suum test. in sacristia ecclesie B. Francischi de Bonon., in presentia fr. *Iacobi* de Zesena et fr. *Iohannis* de Ymola ... Vivianus Bellini de Ferraria not.

17/4149, n. 17. — Orig. In dorso « Test. fr. Thome Tertii Ord. S. Bernardi ».

248. Ceulae, 27 septembris 1281.

Testamentum.

D. Iacobinus f. q. Iacobi Gulfilori qui moratur in curia Ceule ... (post varia legata) in omnibus aliis suis bonis mobillibus et immobillibus, iuribus et actionibus chapitullum et conventum Fr. Min. ecclesie S. Francisci de Bononia suos heredes instituit ... Actum in dicta curia ... Tentius q. Rolandi not.

346/5089, n. 2. — Orig.

249. Bononiae, 13 octobris 1281.

Testamentum.

D. Thomaxina q. d. Iohannis de S. Maria in Duni, et uxor d. Iacobi d. Canonici ... reliquid Fratribus Min. pro missis cantand. x lib. bon.; item conventui Fr. Min. pro eorum necessariis xx lib. bon.; item fr. *Albertino* de Parma de Ord. Min. x lib. bon. p. s. n.; item fr. *Rugerio* de Parma de dicto Ord. xl sol. bon. p. s. n.; item d. *Belixie* sorori de Penitentia v lib. bon. ... elegit sibi sepulturam apud eccles. Fr. Min. Si sui heredes decederent, reliquid pro anima patris sui et matris sue l lib. bon. convent. Fratrum Min. de Bon. ... Constituit suum commiss. Guardianum p. t. dictorum Fratrum ... et voluit suum test. sigillari sigillo Guardiani seu Custodis Fr. Min. et poni in sacristia eorum ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min. in presentia fr. *Albertini* de Parma sacerdotis qui dixit *etc.*, fr. *Petri* de Mutina de Coradis, fr. *Rugerii* de Parma, fr. *Iacobi* de Castro S. Petri, fr. *Thomaxini* de Canitulo, fr. *Toringhini* de Forlivio, fr. *Ugolini* de Maynardis de Ferraria, fr. *Sixti* de Bertinorio et fr. *Petri* de Strata, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondì f. Petrizoli Bonincuntri not.

17/4149, n. 23. — Orig.

250. Bononiae, 10 novembris 1281.

Testamentum.

D. Bertholomea q. d. Galvani de Pertorellis ... reliquid fr. *Gandulfo* de Percavallis de Ord. Fr. Min. de Bonon. eius consanguineo x lib. bon. ... voluit quod omnia a se disposita exequi debeantur de consensu et voluntate dicti fr. *Gandulfi*, vel Guardiani p. t. Fr. Min. ... elegit sibi sepulturam apud eccles. B. Francisci Ord. Min. de Bon., quorum conventui reliquid xii lib. bon. ... Voluit suum test. sigillari sigillo conventus Fr. Min. et poni in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Petro* de Coratibus de Mutina, fr. *Liazario* de Ozano,

fr. *Iacobo* de Castro S. Petri, fr. *Ansaldo* de Butrio, fr. *Gandulfo* de Perchavallis et fr. *Zanilino* de Carpo ... Bernardinus Uguicionis de Bambaglolis not.

17/4149, n. 24. — Orig.

251. Bononiae, 19 maii 1282.

Testamentum fr. Pacis de Pavanensibus, novitii in Ord. Fr. Minorum.

Fr. *Pax* q. d. Alberti de Pavanensibus, novitius Ord. Fr. Min., ante professionem dicti Ordinis per eum factam, ut dixit ... suum presens test. facere procuravit. In primis quidem reliquit, voluit et mandavit quod omnia male ablata, accepta et habita per eum vel dictum eius patrem, quacunque de causa, et omnia et singula que reperirentur ipsum vel eius patrem alicui debere, quacunque occasione, dari et restitui debeant illis personis que aliquid habere vel recipere debeant a predictis, et que ostenderent aliquid habere debere vel recipere occasione aliqua ... constituit suos commiss. fr. *Petrizolum* de Aposa et d. Contissam eius matrem ... In omnibus autem aliis suis bonis mobilib. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit, qui pauperes Christi esse voluit ex nunc omnes quos fr. *Petrizolus* de Aposa et dicta eius mater duxerint nominandos ... Actum Bononie in *capitullo* ecclesie B. Francisci Ord. Fr. Min., pp. fr. *Azino* procuratore constituto ad ponendum presens test. in sacristia Fr. Min., fr. *Gerardino* de Parma, fr. *Phylippo* de Marzegonibus, fr. *Liazario* de Uziano, fr. *Ugolino* de Ferraria, fr. *Lanbertino* de Bambaglolis et fr. *Lanbertino* de Pavanensibus ... Boniacobus Tallamacii not.

17/4149, n. 38. — Orig.

252. Bononiae, 18 iulii 1282.

Testamentum.

D. sor. Gisila f. d. Albertineli medici ... vult dari et expendi circa sepulturam suam, quam elegit apud eccles. Fr. Min., et pro terminis faciendis, VII lib. bon.... item in una toalia ad coperiendum altare maius eccles. Fr. Min. XXX sol. bon.; item in uno vel duobus dupleriis que accendantur ad elevationem Corporis Christi XX sol. bon. ... voluit quod omnia a se disposita exequi deberentur per fr. *Bonaventuram* de Agrestis de Ord. Fr. Min. vel per Guardianum dictorum Fratrum ... reliquit fr. *Bonaventure* de Agrestis, iure legati, V lib. bon.; fr. *Gerardino* de Parma III lib. bon.; fr. *Iacobo* de Agrestis XL sol. bon.; fr. *Ugolino* de Arpinelis XX sol. bon.; fr. *Iohanino* de Portanova X sol. bon.; fr. *Lambertino portonario dominarum* X sol. bon.; fr. *Tomaxino* de Vetula XX sol. bon. ...; item reliquid Raynerio de Agrestis L lib. bon. sub hac conditione, scilicet si intraverit in Ord. Fr. Min. et professionem ibi fecerit, alioquin habeat X lib. tantummodo, et de reliquis XL dentur XV fr. *Bonaventure* de Agrestis, X fr. *Gerardino* de Parma, V fr. *Iacobo* de Agrestis de Ord. Fr. Min. ultra id quod, ut supra, unicuique relictum est, et alie X conventui Fr. Min. de Bononia ... Item sor. *Adelaxie* V sol. bon.; item sor. *Marchixine* III sol. bon.; item sor. *Marie* Longe III sol. bon.; item sor. *Benevenute* III sol. bon. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Gandulfo* de Percavallis, fr. *Iohanne* de Campagna, fr. *Iacopucio* de Campagna, fr. *Iacobo* de Cesena, fr. *Lambertino* portonario, fr. *Pace* de S. Iohanne, fr. *Iacobo* procuratore et fr. *Bonaventura* de Agrestis presbitero qui dixit *etc.* ... Dicta d. sor. *Gisila* constituit fr. *Lambertinum* portonarium ad po-

nendum hoc test. in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Guido* Alberti, fr. *Bologuino* Alberti et fr. *Hugolino* de Regio. ... Nasinbene q. Petri Nasinbenis Scudarii not.

17/4149, n. 45. — Orig.

253. Bononiae, 27 augusti 1282.

Testamentum.

D. donnus Iacobus presbiter et chanonicus Plebis Montis S. Iohannis ... reliquid capitullo et conventui Fr. Min. XL sol bon. pro missis chanendis ... Actum Bononie in capitulo Fr. Min., pp. ... Bertholomeus q. Albertini not.

17/4149, n. 46. — Orig.

254. Bononiae, 7 octobris 1282.

Testamentum.

D. Iacobus q. Iohannis Cresentis de Treciis, volens in Alamaniam progredi ... presens test. condidit ... Reliquid conventui Fr. Min. de Bononia unam marcham auri ad pondus civit. Bononie; item conventui *Dominarum S. Francischi* x lib. bon.; item reliquid d. Eve de Picardia et marito suo Egidio duas marchas auri ad pondus bononiense; hac condicione, quod si contigerit dictam d. Evam mori ante mortem ipsius testatoris ... eius vir habeat unam solam marcham, et reliqua marcha detur conventui Fr. Min. Constituit suos fideicommissarios fr. *Bertholomeum* magistrum Fr. Min. de Bononia et Guardianum qui nunc est vel p. t. fuerit, magistrum Anselmum de Bergamo ... dans eis licentiam agendi, petendi *etc.*; hoc adiecto quod d. Bonon. episcop. aut Templarii sive Hospitalarii sive aliqui Fratres vel ecclexiastice persone non possint aliquid petere de predictis relictis, exceptis legatis suprascriptis que petere possint hii quibus relicta sunt, (secus) cassat relictum et vult quod deveniat ad commiss. suos predictos, quos etiam commiss. vult in aliis suis bonis omnibus esse heredes suos, in bonis que sunt in civit. Bon. et in civit. Padue et in tribus marchis auri cum dimidia que sunt in Polonia. Quos heredes iussit et voluit quod de hereditate et bonis suis faciant id quod fidei eorum commisit ... Solutiones autem dictorum legatorum voluit fieri debere de pecunia sua que est deposita penes infrascriptos, scilicet de VIII marchis auri que sunt penes Fratres Min. de Bon. in sacristia eorum, et de tribus marchis auri que sunt penes d. Blaxium Angelelli et Anthonium nepotem suum et socios ipsorum Padue ... Voluit suum test. poni in sacristia Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Gandulfino* de Mutina, fr. *Petro* sacrista, fr. *Petro* de Capitulo, fr. *Lanbertino* portonario, fr. *Bondominico* portonario, fr. *Boninsegna* de Ferraria et fr. *Blaxio* de Barberia ... Thomax q. d. Bartholomei de Schiva not.

17/4149, n. 47. — Orig.

255. Bononiae, 6 et 8 novembris 1282.

Testamentum.

D. Benvenuta uxor fr. Ugolini de Crespellano ... reliquid fr. *Petro* de Strata de Ord. Min. xx sol. bon. ... item Fratribus Min. de *Crespellano* xx sol. bon. ... constituit suos commissarios Guardianum p. t. Fr. Min. de Bononia, fr. *Azonem* de dicto

Ord. eius filium, fr. *Dominicum* eius nepotem, et fr. *Ugolinum* eius maritum, de Penitentia ... elegit sibi sepulturam apud eccl. Fr. Min. de Bonon. ... reliquit, iure legati, usumfructum et fructus omnium bonorum suorum fr. *Azino* suo filio, et fr. *Dominico* eius nepoti, et sor. *Azoline* eius filie de Ord. S. Clare et sor. *Benedicte* eius filie eiusdem Ordinis ... In omnibus et singulis vero bonis suis mobilib. et inmobilib., iuribus *etc.* conventum Fr. Min. de Bononia in medietate, et pauperes Christi in alia medietate, quos elegerit et dixerit et nominaverit ille qui p. t. fuerit Guardianus Fr. Min., suos heredes instituit et reliquid, qui possit constituere procuratores et actores ad accipiendum, tradendum *etc.* ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. p. fr. *Dominico* muratore de Bononia de Ord. Fr. Min., fr. *Azino* de dicto Ord., fr. *Lanbertino* portonario, fr. *Petro* d. Cambi de Lama, fr. *Barthollomeo* de Gisleriis, fr. *Rolandino* de Armannis, fr. *Alexandro* f. Virgilii de S. Iohanne in Persiceto, fr. *Iacobo* de Ferraria, omnibus Fratribus Min. ... Constituit fr. *Acinum* Ord. Min. suum procuratorem ad ponendum suum test. in sacristia Fr. Min. sigillatum sigillo conventus dictorum Fratrum.

Die VIII novembris, in presentia fr. *Dominici* muratoris de Bonon. et fr. *Bertollini* de Ord. Fr. Min. fr. *Azinus* dep. istud test. penes fr. *Petrum* sacrist. Fr. Min. ad sigillandum sigillo conv. Fr. Min.; qui frater incontinenti eum sigillavit ... Iacobus q. Paulini Fabri not.

17/4149, n. 50. — Orig.

256. Urbeveteri, 18 ianuarii 1283.

Facultas tribuitur instituendi Syndicos pro Fratribus Min.

Martinus episc. Generali et Provincialibus Ministris ac Custodibus universis Ord. Fr. Min. « Exultantes in Domino ». Datum apud Urbemveterem XV kal. februarii pontif. anno secundo.

352/5095, n. 85. — Orig. Adest chorda ser., deest plumbum; in plica « de Curia (?) »; in dorso « Privilegium de procuratoribus faciendis convent. Bon. ». « Fr. Bon. procuratori ». = BF III, 501.

257. Bononiae, 30 martii 1283.

Schedula.

Hec est voluntas d. Rolandini d. Alberti de Arnuxiis, sive cedula quam voluit esse in sacristia Fr. Min. prout continetur in suo testamento ... Voluit quod de CCC lib. bon. quas reliquid p. a. s., si filii sui masculi decederent infra hetatem XIIII annorum, dentur ... item fr. *Thomaxino* de Canitulo XX lib. bon. ... residuum vero distribuatur secundum voluntatem commissariorum suorum ... Morandus q. d. Naxinbenis de Stiglatico not.

337/5080, n. 148. — Orig.

258. Urbini, 8 aprilis 1283.

Testamentum fr. Martini de Bononia, novitii in Ord. Fratrum Min.

Apud locum Fr. Min. de *Urbino* rogatum. — Fr. *Martinus* de Bononia q. Candolfini de Burgo Peradelli, novitius in Ordine Fr. Min., nolens professionem in dicto Ord. facere intestatus ... testamentum facere procuravit ... Voluit quod per Iohannem suum fratrem commiss. suum vendatur totum id quod habet in curia Ceule sive

Raigose, in loco qui dicitur « Mainardo » silicet quartam partem pro indiviso unius petie terre cum domo sive domibus, tumba, puteo et orto posit. in dicta curia iuxta ... et quartam partem pro indiviso unius petie terre aratorie et vineate posit. in dicta curia iuxta ... item quartam partem unius petie terre arat. posit. in dicta curia Ceule, in loco qui dicitur « Vallone », iuxta ... quas res omnes habet dictus fr. *Martinus* pro indiviso cum heredibus q. d. Benintende et nepot. eius, et pretium expendatur in libris ad usum suum donec vixerit, et post mortem suam remaneant Fratribus Min. de Bononia. Item reliquid d. Gasdie matri sue ad habitandum suam partem domorum quas habet pro indiviso cum Iohanne suo fratre in burgo Peradelli iuxta ... que pars est medietas earum domorum. Item reliquid eidem omnes res mobiles quas habet in domo sua, ita quod de eis plenarie fatiat suam voluntatem. Item voluit quod si d. Benecasa sua soror perveniret ad statum viduitatis vel alio quoque modo non posset habitare in domo mariti sui, quod ipsa possit habitare in predicta domo cum predicta matre eius ... In fine vero vite earum proprietas dictorum domorum libere perveniat ad Iohannem fratrem suum; et si dictus Iohannes vel eius heredes molestarent vel inquietarent predictis dominabus habitationem predictarum domorum silicet sue partis, ex nunc privat dictum Iohannem a dicto legato, et tunc sibi heredes in hoc instituit pauperes Christi quos nominaverit ille qui p. t. fuerit guardianus Fratrum Min. de Bon. ... Et predictam venditionem supradictarum rerum fatiat dictus commiss. cum consensu et volentate fr. *Aczini* de Bon. Et si reperiretur alliqua persona que posset ostendere quod dictus fr. *Martinus* ei obligatus esset occasione alicuius mali ablati vel alicuius debiti, voluit quod dictus Iohannes ei teneatur libere satisfacere; quod si non faceret, privat eum a supradicto legato, et tunc predictam medietatem dictarum domorum reliquid matri sue, ad hoc ut ipsa illud fatiat. In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil. iuribus et actionibus sibi heredes instituit pauperes Christi ... quos nominaverit guardianus Fratrum Min. de Bon. ... Ad hec fuerunt presentes fr. *Deutaleve* Guardianus Fr. Min. de *Urbino*, fr. *Iacobus* de Montebello, fr. *Bonaiunta* de Urbino, fr. *Martinus* de Massa, fr. *Vivianus* de Urbino, fr. *Rugerius* de Petratiffi et fr. *Dominicus* de Fano ... *Salinbene* Batalerii de Monteturture frater Ordinis Continentium not.

17/4149, n. 62. — Orig. In dorso « Test. fr. *Martini* de Guastavillanis ».

259. Bononiae, 23 aprilis et 7 septembris 1283.

Testamentum.

D. Milanus dictus Spetiarius ... sepulturam suam sibi ellegit et sepelliri supplicavit et voluit apud ecclesiam B. Francisci Fr. Min. civitatis Bononie, cuius funeris et sepulture et exequiorum et divinorum officiorum, missarum, et alliorum, et in septimo, trigesimo, centesimo die et anniversario, expensas et sumptus necessarios, utilles et honestos fieri voluit, disposuit et mandavit hoc modo, silicet quia emi voluit pannum unum syrichum precii x lib. bon. quod feratur super corpus eius ad sepulturam, et ex eo fiat planeta sacerdotalis ad perpetuum usum et ministerium et cultum divini offitii, quė offeratur ecclesie supradicte, nullo tempore allienanda vel in causam alliam convertenda; item pro cereis, candelis et campanis sonandis et aliis opportunis circa funus et sepulturam suam, expendi voluit x lib. bon.; item in septimo die sepulture sue dari voluit dicto conventui Fr. Min. et of-

ferri vallentia c sol. bon. tam pro missis cantandis quam aliis oblationibus faciendis; item in trigesimo die, totidem et pro eisdem causis; item in centesimo die, totidem et pro eisdem causis; item in anniversario die totidem et pro eisdem causis. Item legavit conventui *Sororum B. Francisci* civit. Bon. xx sol. bon. ... item dari voluit fr. *Petro* de la Vecla de conventu Fr. Min. pro vestibus vel allia quacunque necessitate vel utilitate, xxx sol. bon. ... Commiss. autem suos esse voluit fr. *Nicholaum* eius filium de Ord. Min., et fr. *Peregrinum* de Pollicino filium q. d. Ugolini de eodem Ord. ... Item sor. *Chatelinam* filiam eius de conventu Sororum B. Francisci sibi heredem instituit in eo quod pro ea obtullit dicto conventui, tempore ingressus et assumptionis sue, et insuper in x lib. bon. ... item fr. *Nicholaum* suum filium de Ord. Min. sibi heredem instituit in III lib. bon. prestandis et solvendis eidem vel alteri, cui ipse mandaverit et volluerit, annuatim, toto tempore vite sue, in bonis et de bonis hereditatis dicti testatoris, ab heredibus eius libere, expedite et sine questione, lite vel mollestia, ad hoc, ut illis, et de illis suis necessitatibus et utilitatibus valeat providere ... Et si aliquod testamentum vel cuiuscunque alterius generis ultima volumptas, post presentem ultimam volumptatem, ab eo facta appareat ... vallere noluit nisi in ipsa ... scripti essent testes dumtaxat Fr. Min. conventus bononiensis ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min., pp. fr. *Petro* de Strata S. Donati, fr. *Iacobo* de Allidoxiis, fr. *Iohanne* de Azzis, qui omnes dixerunt se cognoscere *etc.*, fr. *Iohanne* de Spezano, fr. *Ugolino* de Maynardis, fr. *Iacobo* de Aglania, fr. *Iohanne* fratris Ugolini, et fr. *Thomaxino* de Canetulo, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Sigillatum fuit h. t. in sacristia Fr. Min. civit. Bononie sigillo conventus predictorum Fratrum per fr. *Petrum* de Strata S. Donati procuratorem ipsius d. Milani ad hoc specialiter constitutum, et in dicta sacristia depositum, secundum formam statutorum seu ordinamentorum factorum per fratres Loderengum et Chatellanum, sub MCCLXXXIII die septima setembris, pp. fr. *Petro* de S. Maria in Strata et fr. *Iohanino* de Portanova. ... Iohannes Guidonis specialis not.

343/5086, n. 3. — Orig.

260. Bononiae, 22 maii 1283.

Testamentum d. Alberti de Bambaglolis, volentis Ordinem Fratrum Min. intrare.

D. Albertus q. d. Zumignani de Bambaglolis de capella S. Ysaie ... volens pro Christi amore et in remissionem omnium suorum peccatorum ac pro anime sue salute in sancta religione B. Francisci intrare, ac residuum vite sue regulari subicere discipline, per presens nuncupativum test. sine scriptis, res et bona sua disposuit in hunc modum. In primis quidem reservavit sibi ipsi de bonis suis CL lib. bon. pro libris emendis, quos libros mandavit, post eius obitum, remanere conventui Fr. Min. de Bononia ... et ad exigendas dictas CL lib. bon. constituit suam commiss. d. Recheldam eius matrem, vel procuratores Fr. Min. de Bon. tunc temporis existentes, unum vel plures, ad predicta omnia et singula exequenda, de bonis dicti testatoris, sine contradicione alicuius persone. Item voluit et disposuit quod omnia a se accepta et habita illicito modo, restituantur et solvantur illis a quibus apparuerit eum habuisse, item quod omnia debita que debet alicui ex aliqua causa, de bonis ipsius solvantur et restituantur, et pro hiis omnibus et singulis exequendis et adimplendis omnia sua bona obnoxia et obligata reliquit ... Actum Bononie in *scolis*

Fr. Min., pp. fr. *Lambertino* de Bambaglolis, fr. *Iohanino* de Guazonibus de Cremona, fr. *Bonsavere* de Bretenorio, fr. *Rolandino* de Portanova, fr. *Yvano* de Forlimpopulo, fr. *Uberto* de Savoretis, fr. *Lambertino* de Arpinellis, fr. *Thomaxino* sartore et fr. *Guilielmino* de Bonon. procuratore Fratrum dicti Ord. asserente noscere *etc.* ... Hugolinus de Agrestis not.

343/5086, n. 11. — Orig.

261. Bononiae, 4 iunii 1283.

Testamentum.

D. Iacobina q. d. Boniiacobi Guidonis Tuscii ... reliquit Fratribus Min. de Bonon. III lib. bon. ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min., pp. fr. *Francisco* de Castagnolo, fr. *Petro* de Castagnolo, fr. *Ubertino* de Forlivio, fr. *Allexandro* de S. Iohanne, fr. *Bartholomeo* de Gisleris, s. *Iacobo* de Faventia, fr. *Rogerio* de Poetis, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Bonaventura Viviani not.

18/4150, n. 3. — Orig.

262. Bononiae, 5 iunii 1283.

Testamentum d. Gandulfi de Landulfis, ingredientis Ordinem Fratrum Min.

D. *Gandolfus* f. q. d. Partis de Landulfis ... atendens omnia huiusmodi esse vana, transitoria et caduca, et ideo volens se transferre ad frugem melioris vite ... suum test. ... facere procuravit. Primo quidem p. a. s. et suorum parentum reliquid ccx lib. bon. expendendas in libris deputandis sibi ad usum suum in vita sua, et post mortem suam, vult ipsos remanere conventui Fr. Min. de Bonon. Suum vero commiss. esse voluit Guardianum Fr. Min. conventus civit. Bononie, qui nunc est vel p. t. fuerit, dans et concedens eidem commissario licentiam et liberam potestatem alios commiss. unum vel plures, constituendi ... ad suam voluntatem, quibus commissariis concessit licentiam et liberam potestatem vendendi et exigendi de suis bonis ad voluntatem dicti Guardiani, usque ad dictam quantitatem ccx lib. bon. ... Voluit et mandavit hoc test. secretum esse et quod, sigillatum sigillo Guardiani predicti, deponatur in sacristia Fr. Min. civit. Bonon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Gandulfo* Petri Cavalli, fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Petro* de Coradis, fr. *Nicolao* de Cremona, fr. *Pace* de S. Iohanne, fr. *Gilbertino* de Parma, fr. *Lambertino* de Pavanensibus, fr. *Bonaventura* de Agrestis, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Iacobinus Advocati not.

343/5086, n. 12. — Orig.

263. Bononiae, 8 iunii 1283 et 18 martii 1284.

Testamentum.

D. Borghese q. d. Zannis Gislini ut uxor d. Zacharie Gardi ... iussit dari, iure legati, fr. *Albertino* de Parma de Ord. Min. xx sol. bon. adiutorium ad unam capam emendam ... reliquid conventui Fr. Min. VI lib. bon. pro missis canendis usque ad annum ... constituit fr. *Albertinum* de Parma suum procuratorem de Ord. Fr. Min. ad deponendum suum test. in sacristia Fr. Min., sigillatum sigillo conventus dictorum Fratrum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Berthollomeo* de Prendipar-

tibus, fr. *Barthollomeo* de Roma, fr. *Iacobo* de Zesena, fr. *Petro* de Lama, fr. *Ubertino* de Parma, fr. *Francisco* de Castagnolo et fr. *Albertino* de Parma, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die XVIII martii MCCLXXXIIII dictus fr. *Albertinus* posuit dictum test. penes fr. *Petrum* sacristam de Ord. Fr. Min., in presentia fr. *Iacobini* de Placentia de Ord. Min., fr. *Liazarii* de Olziano et fr. *Castellani* de Samaritanibus ... Iacobus q. Paulini Fabri not.

18/4150, n. 4. — Orig.

264. Bononiae, 9 iunii 1283.

Testamentum.

D. Grimaldinus q. d. Nicolay de Castello Bonon. de Alberis ... reliquid fr. *Raymondino* V lib. bon., fr. *Albertino* de Parma XL sol. bon., fr. *Zanillino* XL sol. bon., fr. *Francisco* de Schiva III lib. bon., fr. *Ugolino* de Regio XL sol. bon. et Guardiano Fr. Min. III lib. bon. pro una tunica ... item fr. *Ugolino* de Ord. Min. filio meo, singulis annis, X lib. bon. pro suis necessitatibus relevandis, tam in vestimentis quam in aliis, sicut ipse ab heredibus voluerit postulare ... item *Sororibus de S. Francisco* XX sol. bon. ... Constituo meos commiss. Guardianum Fr. Min. de Bon., fr. *Ugolinum* filium meum et fr. *Raymondinum* de Ord. Fr. Min. lectorem Bonon. ... eligo meam sepult. apud eccl. Fr. Min. et volo quod meum test. sigilletur sigillo Guardiani vel conventus Fr. Min. et deponatur in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *claustro* Fr. Min., pp. fr. *Raymondino* lectore, fr. *Petro* de Mutina sacrista, fr. *Alberto* de Azis, fr. *Bonaventura* de Savignano, fr. *Iohanne* de Spezano, fr. *Francisco* de Guezis, fr. *Iohanne* d. Ugolini Gualcherii not. fr. *Iacobino* de Placentia, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Arnulfus Iohannini Lamfranchini not.

18/4150, n. 5. — Orig.

265. Bononiae, 11 iunii 1283.

Testamentum.

Sor. Hodierna q. Bonachose de Sirano ... p. a. s. et circa sepulturam suam reliquid et expendi voluit C sol. bon. et sepult. suam elegit ad domum Fr. Min. de Bonon. ... Iure legati reliquid fr. *Guilielmino* III lib. bon.; item reliquid Fratribus Min. de Bononia III tornat. terre minus III tabulas p. a. s., et est ipsa terra aput tumbam que fuit d. Nicholai de Aposa ... Commiss. suum esse voluit fr. *Guilielminum* predictum de Ord. Fr. Min.; et si contingeret eum mori ante quam predicta facta essent, elegit Guardianum de dicta domo qui p. t. fuerit Guardianus Bonon., nisi alium eligeret ipse fr. *Guilielminus*, cui potestatem dedit eligendi quemcumque voluerit ... In omnibus aliis bonis mobilib. et in mobilib., iuribus et actionibus quas habet, Zannum de Mantua servientem Fratrum Min. sibi heredem instituit ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Guilielmino* presbitero qui dixit *etc.*, fr. *Lambertino* de Brochaglindosso de Ord. Min. ... Eodem die ipsa testatris fecit suum procurat. dictum fr. *Guilielminum* ad faciendum poni h. t. in sacristia Fr. Min. et faciendum sigillari ipsum ... Michael q. Calcagni not.

343/5086, n. 6. — Orig.

266. Bononiae, 24 iulii 1283.

Testamentum.

D. Manza q. d. Alberti de Greco de Mantua, et uxor d. Alberti de Adigeriis de Ferraria ... elegit sibi sepult. apud eccl. Fr. Min. illius civitatis in qua moriretur, quorum conventui reliquid VI lib. ferar. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Pellegrino* de Bon., fr. *Bonazunta* de Mantua, fr. *Ugolino* de Maynardis, fr. *Purchito* de Spinolis de Janua, fr. *Manfredo* de Senis, fr. *Federico* de Zesena, fr. *Francisco* q. mag. Venantii et fr. *Ugolino* q. d. Grimaldini de Castello ... Petrus q. Petrizoli Tranchedi not.

18/4150, n. 10. — Orig.

267. Bononiae, 27 septembris 1283.

Testamentum.

D. Capoana uxor q. d Amei de Acis ... constituit fr. *Albertum* de Ord. Fr. Min., eius filium, in suum commiss. vel quem vel quos eligere ipse voluerit ... In omnibus suis bonis d. Giliam filiam suam heredem instituit, hac condicione, quod usumfructum et redditum omnium bonorum suorum dare debeat ei vel illis cui placuerit predicto fr. *Alberto* suo filio vel cui commiserit predictus fr. *Albertus*; et si predictus fr. *Albertus* voluerit quod dicta bona vendantur, dicta d. Gilia teneatur vendere et debeat ei cui placuerit dicto fr. *Alberto*, et pro precio quod placuerit fr. *Alberto*, et precium inde sumptum dare et distribuere teneatur sicut placuerit et ubi voluerit dictus fr. *Albertus* ... Elegit suam sepult. apud eccl. S. Francisci Ord. Min. de Bonon. ... Voluit suum test. sigillari sigillo Custodis sive conventus Fr. Min. et poni in eorum sacristia ... Actum Bonon. in ecclesia Fr. Min. in present. fr. *Petri* de Strata, fr. *Gandolfini* de Mutina, fr. *Petri* de Coradis, fr. *Gerardini* de Cremona, fr. *Guillilmini* de Bonon., fr. *Bertholini* de Bonon., fr. *Alberti* d. Guidonis de Acis ... Auliverius q. Ioannis Martelli not.

18/4150, n. 16. — Orig.

268. Bononiae, 3 octobris 1283.

Testamentum.

D. Mezovilanus Bonzagni ... dari voluit conventui Fr. Min. de S. Francischo X lib. bon. ... item *Sororibus de S. Francischo* XX sol. bon. ... item reliquid D lib. bon. pro rebus incertis et male ablatis, expendendas albitrio *(sic)* Prioris Fr. Pred. et Guardiani Fr. Min. de Bononia ... Actum Bononie ... Nicholaus q. Thomaxini de Ugiano not.

18/4150, n. 20. — Orig. In dorso « 1284 ind. XII die [....] novembris, Arnulfus Iohanini [....] sindicus Fratrum Min. de Bon. pruduxit ista instrumenta in modum probationis in (causa) quam habet contra heredes q. d. Mezovilani, term. ad opponendum VIII dierum ».

269. Bononiae, 8 octobris 1283.

Testamentum.

D. Ysabetta q. d. Petrizoli de Albirolis et uxor d. Alberti q. d. Thomaxini Ramponis ... reliquid fr. *Guillilmino* de Bon. Ord. Fr. Min. p. s. n. III lib. bon., fr. *Albertino* de Parma XL sol. bon., fr. *Petrizolo* de Apposa XL sol. bon., fr. *Zanilino* de

dicto Ord. xx sol. bon., et conventui Fr. Min. x lib. bon. pro missis cantandis; item sor. *Agnisine* de Dominabus S. Francisci xx sol. bon.; item conventui *Dominarum S. Francisci* xxx sol. bon. ... Item reliquid x lib. bon. pro uno baldachino emendo, qui debeat portari super corpus ipsius, de quo debeat fieri una planeta cum qua misse debeant celebrari apud eccl. Fr. Min. ... Elegit sibi sepult. apud eccl. Fr. Min. ... constituit suos commiss. fr. *Albertinum* de Parma et fr. *Petrizolum* de Apposa, vel ipsis decedentibus, Guardianum p. t. Fr. Min. ... Voluit suum test. sigillari sigillo Guardiani seu conventus Fr. Min. et poni in sacristia eorum ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min. in present. fr. *Guillilmini* de Bononia sacerdotis, fr. *Zanilini* de Carpo, fr. *Bartholomei* de Portasterii qui dixerunt *etc.*, fr. *Iacopini* de Corvis de Placentia, fr. *Bonacursii* magistri lignaminis, fr. *Pacis* de Brixia et fr. *Gerardi* de Butrio, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondi f. Petrizoli Bonincuntri not.

18/4150, n. 21. — Orig.

270. Bononiae, 8 octobris 1283.

Testamentum.

D. Alena q. d. Aldrevandini de Prendipartibus ... voluit quod suum test. deponatur in sacristia Fr. Min. autenticatum et sigillatum ... Voluit quod xii lib. bon. expendantur in uno samito sive baldachino, qui deferatur super corpus suum ad ecclesiam, et de eo fiat una planeta et remaneat ad eccl. S. Francisci de Fr. Min., et ibi vult quod sua sepultura sit ... Reliquid sor. *Iohanne* de S. Francisco xl sol. bon. ... Si sui heredes decederent, eis succedere debeat Guardianus vel Minister Fr. Min. qui p. t. fuerit ... Constituit suum commiss. Guardianum vel Ministrum Fr. Min. ... reliquid fr. *Petro* de Vecla de Ord. Fr. Min. xl sol. bon., fr. *Zanilino* dicti Ord. xx sol. bon., fr. *Bartholomeo* de Prendipartibus eiusdem Ord. xx sol. bon. ... Actum Bononie ... pp. fr. *Petro* de Vecla et fr. *Bartholomeo* de Portasterii, ambobus de Ord. Fr. Min. Ego Bonus Iohannes d. Strelle not. ... scripsi, et dictus fr. *Petrus* de Vecla et ego not. cognoscimus dictam testatricem.

18/4150, n. 22. — Orig.

271. Bononiae, 13 novembris 1283.

Testamentum.

D. Dulce q. d. Petrizini et uxor Iacobini de Tebaldis ... relinquid fr. *Petro* de Vecla Ord. Min. xl sol. bon., fr. *Dominico* d. Gerardi de Portanova dicti Ord. xx sol. bon., fr. *Landulfo* d. Zacharie dicti Ord. xx sol. bon., fr. *Azino* nepoti fr. *Azonis* dicti Ord. xx sol. bon., fr. *Petro* de Strata dicti Ord. xx sol. bon., fr. *Francisco* de Marchia dicti Ord. x sol. bon., fr. *Ugolino* de Tebaldis dicti Ord. xx sol. bon., fr. *Rolandino* d. Simi dicti Ord. xx sol. bon., fr. *Raymundino* dicti Ord. x sol. bon.; item c sol. bon. expendendos et distribuendos in pauperibus Fratribus Ord. Fr. Min. ad sensum et arbitrium Guardiani dicti Ord. qui est vel p. t. erit, et quod infrascripti mei commiss. teneantur dare dictos denarios dicto Guardiano ad expendend. ad suam voluntatem in predictis pauperibus Fratribus ... elegit sibi sepulturam apud ecclesiam Fr. Min. de Bonon. et constituit suos commiss. Guardianum p. t. Fr. Min. et fr. *Azinum* nepotem q. fr. *Azonis* de dicto Ord. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Petro* de Castagnolo, fr. *Bonaventura* de Fregnano, fr. *Philipo* de Marzego-

nibus, fr. *Petro* de Strata, fr. *Landulfo* d. Zacharie, fr. *Petro* de Veruclo, et fr. *Dominico* de Portanova, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Dicta d. Dulce in present. dictorum testium dedit h. s. t. sacrestano Fr. Min., ut poneretur in sacristia sigillatum sigillo Custodis Fr. Min. ... Pax f. Lambertini de Calderariis not.

18/4150, n. 27. — Orig.

272. Bononiae, 14 novembris 1283.

Testamentum.

D. Cambius q. d. Iohannis de Ulmetula ... reliquid cc lib. bon., de quibus circha suam sepulturam expendi voluit xxvi lib. bon. ad arbitrium commiss. suorum, quos esse voluit d. Benincasam eius uxorem et Ministros Fratrum *de Penitentia* de Bononia qui p. t. fuerint. Et si dicti Ministri Fratrum de Penitentia dictam dominam in aliquo molestarent in dicta commissaria, quod illa domina possit ... elligere alium vel alios commissarios ... de consilio et voluntate fr. *Gandulfi* de Percavallis et fr. *Petri* ipsius testatoris filii Ord. Fr. Min. de Bononia, et Guardiani conventus Bon. qui p. t. fuerit Ord. Fr. Min., si predicti fratres *Gandulfus* et *Petrus* tunc non viverent. Item voluit quod de dictis xxvi lib. bon. expendantur in uno panno de seta xii lib. bon., qui pannus remaneat conventui Fr. Min. Residuum vero dictorum xxvi lib. bon. voluit expendi in archa eius facienda et aliis necessariis sepulture eius ... Elegit suam sepult. apud eccl. B. Francisci Ord. Fr. Min. de Bon. ... Voluit quod sui commiss. omnia exequantur de consensu et voluntate fr. *Gandulfi* de Percavallis, fr. *Petri* filii ipsius testatoris Ord. Fr. Min. et Guardiani p. t. dictorum Fratrum ... Reliquid conventui Fr. Min. xx lib. bon. pro missis cantandis, et alias x pro una pietanza ... reliquid fr. *Bartolomeo* sacre Teologie Professori Ord. Min. iiii lib. bon.; item fr. *Gandulfo* de Percavallis dicti Ord. iiii lib. bon. expendendas in necessitatibus sue persone; item fr. *Bertolino* de Bon. dicti Ord. iiii lib. bon. expendendas in necessitatibus sue persone ... Residuum vero dictarum cc lib. bon. dari voluit fr. *Petro* predicto dicti testatoris filio Ord. Fr. Min. pro necess. sue persone ... Voluit suum test. sigillari sigillo Guardiani Fr. Min. et poni in sacristia eorum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* de Fulianis sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Iacobo* de S. Iohanne in Persiceto sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Bonaventura* de Agrestis, fr. *Petro* de Canitulo, fr. *Alberto* de Azis, fr. *Ugolino* d. Grimaldini de Castello et fr. *Iacobino* Corvo de Placentia, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Dictus d. Cambius testator fecit suum proc. fr. *Petrum* de Canitulo Ord. Min. ad deponendum suum test. in sacristia Fr. Min. ... Bartholomeus d. Bologniti not.

18/4150, n. 28. — Orig.

273. Bononiae, 6 decembris 1283.

Testamentum.

D. Iohanna q. d. Galvani de Perthorellis ... voluit emi unus panus syrici ad portandum super corpus suum ad tumullum, qui panus remanere debeat ad sacristiam Fr. Min., de quo fieri debeat una planeta ad serviendum altaribus ipsius ecclesie ... reliquid fr. *Gandulpho* de Perchavallis Ord. Min. de Bononia, suo consanguineo, xv lib. bon. ... item conventui Fr. Min. pro missis cantandis xx lib. ... elegit sibi sepult. apud eccl. B. Francisci Ord. Min., et voluit quod commiss. sui omnia fa-

cere teneantur expresso consensu et voluntate dicti fr. *Gandulphi* eius consanguiney, alioquin sit vanum et nullius valoris ... dando predicto fr. *Gandulpho* plenam licencentiam et auctorit. ponendi unum vel plures commiss. ad predicta exequenda ... Si heredes sui decederent ... pauperes Christi sibi heredes instituit, quos nominaverit fr. *Gandulphus* predictus; et si mortuus esset, tunc Guardianus Fr. Min. de Bon. p. t. omnia predicta distribuat inter pauperes Christi, et possit facere, quod facere poterat predictus fr. *Gandulphus*, unum vel plures commiss. ad predicta exequenda. Item voluit quod si sui heredes non solverent legata infra annum ... vel impedirent commiss. ad adimplenda predicta ... priventur medietate hereditatis ... que medietas perveniat ad pauperes Christi, danda et distribuend. per predictum fr. *Gandulphum* seu Guardianum, si dictus fr. *Gandulphus* non viveret ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. dd. fr. *Iohanne* de Oziano presbitero, fr. *Francisco* de Vandolis presbitero, asserentibus noscere *etc.*, fr. *Francisco* Ianuense, fr. *Gerardo* de Butrio, fr. *Boncumtino* de Cremona, fr. *Dominico* de Musolinis, fr. *Bonagratia* sacrista ... Eodem die et loco dicta d. testatrix constituit fr. *Gandulfum* de Percavallis suum proc. ad faciendum muniri sigillo conventus Fr. Min. suum testamentum et ad deponendum in sacristia Fr. Min. ... Hugolinus de Agrestis not.

18/4150, n. 30. — Orig.

274. Bononiae, 10 decembris 1283.

Testamentum.

D. Michael q. d. Raynaldini qui fuit de Ceretulo ... reliquid x lib. bon. quas voluit expendi p. a. s. ad voluntatem fr. *Bonaventure* de Savignano de Ord. Min. in hunc modum: c sol. ad voluntatem ipsius fratris, residuum vero sicut inferius continetur ... circa suam sepult. xl sol. bon. ... In omnibus aliis suis bonis mobilib. et inmobilib., iuribus *etc.* sibi heredem Laurentium q. Bonacursii suum nepotem instituit, et precepit quod dictus Laurentius dare teneatur illi vel illis, cui vel quibus fr. *Bonaventura* predictus voluerit et mandaverit, predictos c sol. bon. et alia legata ... ad terminum dandum per dictum fr. *Bonaventuram* ... et si dare noluerit, tunc voluit quod de dictis bonis pervenire debeant ad pauperes Christi xxv lib. bon. Ad predicta omnia et singula facienda sibi commissarios ellegit illum vel illos, quem vel quos dictus fr. *Bonaventura* duxerit nominandos ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Petro* sacristano, fr. *Landulfo* de Bononia, fr. *Porcello* de Genua, fr. *Nicholao* de Munarolis, fr. *Frederico* de Cexena, fr. *Iohanne* de S. Columbano, fr. *Pace* de S. Iohanne in Persaceto et fr. *Bonaventura* sacerdote, qui cognovit *etc.* ... Dictus testator dep. suum test. penes fr. *Petrum* sacristanum Fr. Min. ... Bonvisinus Bolognitti not.

18/4150, n. 31. — Orig.

275. Bononiae, 13 decembris 1283.

Testamentum.

Ego Gardinus q. d. Alberici de Gardinis, doctor legum civ. Bon. ... relinquo p. a. mea c lib. bon. expend. hac forma, silicet l lib. bon. omnibus volentibus dicere et ostendere eis male accepisse, et eis credatur arbitrio Custodis et Guardiani Fratrum Min. de Bon. qui p. t. fuerint. Et quod si reperiretur aliquos plus petere

vel aliquid plus deberi ex persona mea vel dicti mei patris ... ultra dictam quantitatem, quod ostenderint verum esse predictis Custodi et Guardiano, quod de bonis meis tantum accipiatur per predictos Custodem et Guardianum usque ad integram satisfactionem; et quod cridetur per civit. et burgos et committat. Bon. quod si accepi ab aliquo vel habui aliquid inhonestum male ablatum, quod compareant coram predictis Custode et Guardiano et ipsi integre de bonis meis satisfacere debeant, et eisdem potestatem vendendi, alienandi de bonis meis usque ad integram satisfactionem predictorum concedo, vel alii vel aliis cui commisserint, constituens me bona mea possidere nomine predictorum Custodis et Guardiani et eius cui vel quibus commiserint usque ad integram satisfactionem, et in eo casu possint et debeant eorum auctoritate ingredi possess. bonorum omnium meorum sine voluntate heredis vel heredum meorum et sine licentia et requisitione alicuius iudicis. Item Fratribus Min. de Bonon. unum pannum de siricho cum decessero, extimationis XII lib. bon., qui portari debeat super corpus meum de predictis C lib. relinquo ... Reliquos autem dictarum C lib. volo expendi circha sepult. meam, quam michi eligo apud eccl. Fr. Min. de Bon. vel alibi, ubicumque decederim, ad locum dictorum Fr. Min. arbitrio commiss. meorum infrascriptorum, silicet Custodis et Guardiani Fr. Min. de Bonon. qui nunc sunt vel p. t. erunt, vel alium quem elligerint ... Item relinquo uxori mee domum quod fuit d. Ultramontane posit. in burgo Peradelli iuxta Fratres Min. de Bon. et iuxta viam publicam ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Maynerio* Guardiano Fr. Min., fr. *Gandulfino* de Mutina, fr. *Guilelmo* de Bononia, fr. *Petro* de Coradis de Mutina, fr. *Bonagratia* de Bononia, fr. *Bonaventura* de Agrestis de Bonon., fr. *Francisco* de Castagnolo, fr. *Federico* de Zexena ...

Eodem die dictus d. Gardinus dep. h. s. test. in sacristia Fr. Min. sigillatum sigillo Guardiani dicti Ord., pp. fr. *Petro* de Coradis de Mutina, fr. *Maynerio* Guardiano, fr. *Bonagratia* de Bonon., fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Landulfo* de Bonon. ... Baldoinus q. d. Zampoli de Corvis not.

18/4150, n. 32. — Orig.

276. Bononiae, 20 ianuarii 1284.

Apocha.

Fr. *Iacobus* f. q. d. magistri Gerardini et fr. *Iohannes* eius frater fuerunt confessi habuisse et recepisse a d. Petrizino Iacopini Mutti solvente, in dotem et dotis nomine d. Guide eius filie, sponse et uxoris dicti fr. *Iacobi*, LX lib. bon. ex instrumento Bartholomey Gerardi Mutti not. facto in domo dictorum fratrum, pp. fr. *Michaele* q. d. Raynerii de Seravalle ... Ego Bombolognus Nicholay not. ut in libro memorialium sub anno 1284 ... qui est apud cameram actorum populi Bon. inveni, fideliter exemplavi.

18/4150, n. 38. — Exemplum.

277. Bononiae, 31 ianuarii 1284.

Testamentum.

D. Iacobina q. d. Pellegrini de Parma et uxor d. Donrighi draperii ... reliquid XL sol. bon. Guardiano p. t. Fr. Min. pro missis et oracionibus faciendis ... item fr. *Albertino* de Parma dicti Ord. XL sol. bon. pro suis necessit. et missis cantandis ... item

reliquid xii lib. bon., de quibus debeat emi una planeta sive baldachinus, de quo debeat fieri dicta planeta, et debeat deponi et dari Fratribus Min. de Bonon., cum qua debeat divinum officium cellebrari ... elegit sibi sepulturam apud eccl. Fr. Min. ... constituit suos commissarios Guardianum qui p. f. fuerit Fr. Min. de Bononia, vel quem vel quos dictus Guardianus elegerit ... Voluit suum test. deponi in sacristia Fr. Min. sigillatum sigillo Guardiani vel conventus dictorum Fratrum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in present. fr. *Albertini* de Parma sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Guidonis* de Zapulino, fr. *Allexandri* de S. Iohanne, fr. *Martini* de Burgo Pratelli, fr. *Bonaventure* infirmerii de Fanano, fr. *Guidonis* de Forlimpopolo, fr. *Iohannis* de S. Columbano, fr. *Petri* de S. Martino de Apposa, omnium de Ord. Fr. Min. Bondi f. Perizoli Bonincuntri not.

18/4150, n. 39. — Orig.

278. Bononiae, 11 februarii 1284.

Transactio absolutoria.

Fr. *Iohannes* f. q. d. Gerardini Ferrarii de Ord. Fr. *de Penitentia*, de capella S. Caterine, per se suosque heredes fecit fr. *Iacobo* suo fratri finem et remissionem et pactum et transationem ... de ulterius non petendo de omni iure et actione et de omni eo quod ad eum spectabat et spectare poterit in bonis q. dicti Gerardini eorum patris nomine et occasione institutionis, et nomine et occasione institutionis vel testamenti q. d. Benvenute f. q. Rolandini et uxoris dicti fr. *Iohannis* ... et hoc quia dictus fr. *Iacobus* dedit et solvit dicto fr. *Iohanni* xxx lib. bon. ... Actum Bononie pp. fr. *Rellito* de Tamsiis (?) not., fr. *Ricardo* drapperio q. Thomaxini qui fuit de Parma, fr. *Thomaxio* q. Iacobi bechario et fr. *Bernardo* qui fuit de Parma drapperio ... Guido Segnoriti not.

18/4150, n. 41. — Orig. cf. n. 276.

279. Bononiae, 14 februarii 1284.

Testamentum.

D. Palmeria q. d. Ugolini Guidonis Ubaldi et uxor q. d. Roberti ... reliquid p. a. s. xx lib. bon., de quibus dari voluit fr. *Pellegrino* de Ord. fr. Min. xl sol. bon. ... Residuum vero expendi voluit circa funus et sepult. suam et pro missis cant. apud eccl. Fr. Min., Fr. Predic. ... Deficiente commissario a se constituto, elegit in eius locum Guardianum Fr. Min., vel quem vel quos ipse elegerit ... Actum Bononie in scolis Fr. Min., pp. fr. *Pellegrino* supradicto, fr. *Bertholino* de Burgo Pradelli, fr. *Alberto* de Azis, fr. *Thomasino* q. Azolini, fr. *Nicholao* de Ymola, fr. *Gerardo* de Butrio et fr. *Rolandino* q. d. Simonis Armanni et fr. *Bonaventura* infirmerio ... Dicta d. Palmeria constituit dictum fr. *Pellegrinum* suum proc. ad ponendum dictum test. in sacristia Fr. Min. ... Thomas q. Ursolini not.

18/4150, n. 42. — Orig.

280. Bononiae, 25 februarii 1284.

Testamentum fr. Raynerii de Samaritanis, novitii Ord. Fr. Min.

Fr. *Raynerius* q. d. Lanbertini de Samaritanis de Ord. Fr. Min. novitius ... nolens decedere intestatus, dispositionem omnium bonorum suorum per pres. test. ... facere

procuravit. In primis quidem reliquid c lib. bon. de quibus emantur sibi libri, quorum usum habeat in vita sua, et post mortem suam obveniant conventui Fr. Min. de Bononia, vel si libris non indigeret possint expendi in aliis, ubi melius visum fuerit sibi et infrascriptis commiss. suis. Item voluit et mandavit quod testamentum q. d. Lambertini sui patris, et quidquid continetur in eo, quantum est pro sua parte effectui demandetur, sive in debitis, sive in legatis, sive in aliis relictis pro anima et male ablatis, in omnibus et per omnia ... Constituit suos commiss. Ministrum Provintie Bononie, Custodem et Guardianum qui nunc sunt vel p. t. erunt.; et si de dicta commissaria nollent se inmiscere vel intromitere vel non possent, dedit eis et cuilibet eorum in sollidum licentiam et liberam potestatem nominandi unum vel plures alios commissarios ... volens et mandans quod omnia predicta executioni mandentur infra sex menses a die professionis ipsius testatoris ... Actum Bononie in loco Fr. Min. *in capella infirmorum*, pp. fr. *Bartholomeo* magistro et professo in Theologia, fr. *Gerardino* Gualingho, fr. *Bonavintura* de Burgo, fr. *Pellegrino* de Pollicino, fr. *Iohannino* de Portanova, fr. *Iohanne* de Bergondia, fr. *Bonavintura* de Savignano et fr. *Iacopino* Corvo, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Eodem die dictus testator fecit suum proc. fr. *Pellegrinum* de Pollicino ad ponendum s. t. in sacristia Fr. Min. ... Martinus q. Iohannis Gerardi not.

18/4150, n. 43. — Orig.

281. Bononiae, 8 aprilis 1284.

Testamentum fr. Benzevennis de Burgo Palleae, novitii Ord. Fr. Min.

Fr. *Benzevenne* q. Benincase lanaroli de Burgo Pallee de Ord. Fr. Min. novitius et nondum professus, habens caparonem usque ad cingulum, nolens decedere intestatus suum test., quod voluit esse secretum ... in hunc modum disponere procuravit ... reliquid CLXXX lib. bon. pro libris sibi necessariis emendis in Teologia, medietas quorum librorum reliquid quod debeant pervenire conventui Fr. Min. de Bononia, et alia medietas conventui Fr. Min. in quo decederet, qui sit de administratione Provincie de qua sunt Fratres conventus civit. Bononie, existendo de ipso conventu, et si non esset de dicto conventu, voluit quod omnes dicti libri debeant pervenire et remanere conventui Fr. Min. de Bononia ... reliquid d. Pellegrine eius matri, iure legati, donec vixerit, habitationem domus sue, quam habet in Burgo Pallee ... post mortem vero suam voluit quod dicta sua domus pervenire debeat ad d. Bonumdominicum suum fratrem; et si dictus Bonusdominicus decederet sine liberis masculis legittimis, voluit quod dicta sua domus perveniat et pervenire debeat, iure legati, et p. a. parentum suorum, conventui Fr. Min. de Bononia ... Constituit suos commiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit vel quem vel quos dictus Guardianus elegerit ... Voluit quod s. t. sigilletur sigillo Guardiani seu conventus Fr. Min. et deponatur in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie *in capella infirmarie* Fr. Min. in present. fr. *Blaxii* de Barbaria sacerdotis et fr. *Iacobi* de Cesena, qui dixerunt *etc.*, fr. *Petri* de Vecla, fr. *Thomaxini* sartoris, fr. *Guillelmi* de Asti, fr. *Octoboni* de Laudo, fr. *Michilini* de Bononia et fr. *Sallamonis* de Parma ... Bondì f. Petrizoli Bonincuntri not.

18/4150, n. 47. — Orig.

282. Bononiae, 13 maii 1284.

Prior Fratrum Praedic. committit vices suas Guardiano Fratrum Min. super quodam legato.

Fr. Guido de Cochonato Prior conventus Fr. Pred., commissarius testamenti d. Mezovilani q. Bonzamgni, una cum d. Guardiano conventus Fr. Min. de Bononia, ad distribuendum et dandum de bonis ipsius d. Mezovillani D lib. bon. pro male ablatis incertis, ut dixit contineri in testamento ipsius, scripto manu Nicholai de Ozano not., cum dictus Prior sit multis et variis negotiis impeditus, et oportet ad presens ipsum ire ad Capitulum provincialem in Lombardiam, commisit vices suas in totum de dicta commissaria d. Guardiano Fr. Min. de Bononia, ut possit dictum legatum petere et exigere et recipere ab heredibus dicti d. Mezovillani et a suis debitoribus, et dictam pecuniam distribuere et dare sicut melius et utilius videbitur ad exhonerand. seipsos et animam ipsius d. Mezovillani ... et promittens se ratum et firmum habere quidquid dictus d. Guardianus fecerit ... Actum Bononie in capitulo Fr. Pred. ... Iacobinus de Turri not.

346/5089, n. 44. — Orig. cf. nn. 268, 284.

283. Bononiae, 29 maii 1284.

Testamentum fr. Petri, novitii Ord. Fr. Min.

Fr. *Petrus* q. d. Antonii merzarii novitius de Ord. Fr. Min. et nondum professus, nolens decedere intestatus *etc.* ... reliquid CC lib. bon., de quibus voluit quod emantur sibi libri necessarii ad usum suum in dicto Ord., qui libri post mortem suam debeant remanere conventui Fr. Min. de Bononia, et si libri non essent empti ante mortem suam, voluit quod de residuo dicte pecunie emantur libri qui remaneant dicto conventui ... Si d. Gasdia eius amita commissaria sua decederet vel negligens esset in executione sui test., tunc facit suos commiss. Guardianum p. t. Fr. Min. de Bononia, vel quem vel quos dictus Guardianus elegerit ... Voluit suum test. sigillari sigillo Guardiani vel Custodis Fr. Min. et poni in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min. in presentia fr. *Bonaventure* de Agrestis, fr. *Iacobi* de Cesena, fr. *Bonagratie* sacriste, fr. *Rugerii* de Poetis, fr. *Iohannis* de S. Collumbano, fr. *Landulfi* d. Zacharie et fr. *Iacobi* Magistre ... Bondi f. Petrizoli Bonincuntri not.

18/4150, n. 49. — Orig.

284. Bononiae, 3 iunii 1284.

Adiudicatio cuiusdam legati Fratribus Min. tamquam Christi pauperibus.

Fr. *Maynerius* Guardianus conventus Fr. Min. de Bononia executor testamenti q. d. Mezovilani de Mezovilanis, una cum Priore Fr. Pred. de Bononia, suo nomine et dicti Prioris, ex potestate sibi tradita a dicto testatore, et voluntate dicti Prioris et auctoritate super hoc a dicto Priore suo consocio sibi commissa, protestatur et dicit quod vult et sibi placet quod legatum D lib. bon. relictum pauperibus Christi in testamento d. Mezovilani predicti pro male ablatis incertis, debeatur, tamquam Christi pauperibus, Fratribus Min. de Bononia et conventui dictorum Fratrum, nominando ipsos Fratres tamquam Christi pauperes et indigentes, et volendo ipsos quibuscumque aliis

preferri, ita quod deinceps pro dicto petendo, exigendo et otinendo ceteris prefe rantur, super hoc plenam potestatem concedendo eisdem ut in rem suam. Deinceps constituit procuratores ut possint agere experiri pro dicto legato otinendo, et omnia facere que ipse idem facere posset, et quillibet verus dominus in re propria ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. ... Nicholaus q. Angellini not.

346/5089, n. 83. — Orig. cf. nn. 268, 282.

285. Bononiae, 14 iunii 1284.

Testamentum fr. Landulfi, novitii Ord. Fr. Min.

Fr. *Landulfus* q. d. Zacharie Gerardi Alberici novitius et ante professionem suam ... suum test. facere procuravit ... Reliquid xL lib. bon. dandas et solvendas uni vel pluribus pauperibus Christi p. a. s. et pro male ablatis; item reliquid III lib. bon. annuatim dandis et solvendis uni vel pluribus pauperibus Christi p. a. s. in remissionem suorum peccatorum quandiu vixerit, et illi intelligentur esse pauperes Christi quem vel quos dictus testator nominaverit ... Item reliquid omnibus personis totum illud quod probabunt dictum testatorem sibi teneri debere, ex certo vel incerto male ablato et sui heredes solvere teneantur, et si post sex menses cessaverint solvere, facta eis denunciatione per creditorem, ex nunc privat illum vel illos contrafacientem in tantumdem eius quod deberet, quod applicare debeat dicto creditori, et nihilominus dictum suum debitum repetere possit. In omnibus aliis suis bonis mobil. et inmobil. iuribus *etc.* Iohannem, Gerardum et Gratianum suos fillios sibi heredes instituit equalibus portionibus ... et si omnes decesserint sine legittimis filliis, tunc medietas omnium suorum bonorum deveniat ad d. Ugolinum suum fratrem, et allia medietas distribuatur p. a. s. per Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. erit inter pauperes Christi. Dictis autem suis filliis dedit tutorem dictum Ugolinum suum fratrem ... Voluit quod suum test. sigilletur sigillo Guardiani Fr. Min. et ponatur in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Iohanino* de Cesena, fr. *Pace* de S. Iohanne in Persiceto, fr. *Ugolino* de Castello, fr. *Benamato* sacristano, fr. *Sabatino* de Sabatinis, fr. *Nicholao* de Guastavillanis, fr. *Guasparino* d. Bonfigloli de Tigrano (?), fr. *Bonaventura* de Agrestis, fr. *Dominico* de Ravenna, fr. *Petro* de Lana, fr. *Alberto* de Bombaglolis ... Angellinus q. Oddonis not.

Ego fr. *Bonamatus* interfui confessioni facte de dictis suis filiis et heredibus institutis, ut suprascriptum est, et ideo me in testem subscripsi. Ego fr. *Bonaventura* de Agrestis interfui *etc.* Ego fr. *Petrus* de Lana interfui *etc.* Ego fr. *Albertus* de Bambaglolis interfui *etc.*

18/4150, n. 51. — Orig.

286. Bononiae, 17 iunii 1284.

Testamentum fr. Guasparini de Burgo Peradelli, novitii Ord. Fr. Min.

Fr. *Guasparinus* q. d. Bonfigloli Stephani de Burgo Peradelli de Ord. Fr. Min. novitius et nondum professus et existendo in probatione ... suum testamentum, quod voluit esse secretum, in hunc modum disponere procuravit. In primis quidem, de bonis suis voluit quod quandocunque alliqua persona apparuerit, a qua pater dicti testatoris, vel eius antecessor, aut dictus testator extorserit seu habuit aliquid nomine usurarum, aut malo modo sive indebite, eidem plenarie restituatur, arbitrio Guar-

diani Fr. Min. de Bonon. qui nunc est vel p. t. fuerit, cuius iudicio seu mandato stetur in omnibus que circa restitutionem ipsam seu ipsas fuerit faciendum. Et omnibus ab eo recipere debentibus, quacunque de causa, obligat expresse omnia sua bona quandiu ei vel eis fuerit integre satisfactum. Et totum illud quod dictus Guardianus dixerit, decreverit seu ordinaverit super dicta restitutione illi vel illis qui recipere debent vel habere reliquid et legat cum legittimis expensis factis secundum quod dixerit et decreverit dictus Guardianus, ut supra dictum est. Item voluit quod cxx lib. bon. expendantur inter pauperes Christi arbitrio Ministri seu Guardiani p. t. Fr. Min. de Bon. ... quos dictus Minister seu Guardianus nominaverint. Item matrem suam d. Benincasam sibi heredem instituit in c. sol. bon. et de hiis sit tacita et contenta ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil. iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos Guardianus Fratrum Min de Bon. p. t. ellegerit et nominaverit ... Fecit suos commiss. d. Passipoverum d. Castellani Baioli et Guardianum p. t. Fratrum Min. de Bon. vel quem vel quos dictus Guardianus nominaverit ... Voluit hoc suum test. sigillari sigillo Guardiani seu Custodis Fr. Min. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *refectorio* Fr. Min. in present. fr. *Petri* Provincialis sacerdotis, fr. *Landulfi* d. Zacharie, qui dixerunt *etc.*, fr. *Zacharie* d. Antonii de Munarolis, fr. *Landulfi* de Cazanimicis Parvis, fr. *Gratioli* de Mantua, fr. *Amadaxii* de Riciis, fr. *Iacobi* de Ferraria et fr. *Ubertini* portarii, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondì f. Petrizoli Bonincuntri not.

18/4150, n. 52. — Orig.

287. Bononiae, 8 iulii 1284.

Permutatio iurium circa bona quae fuerunt fr. Bompetri olim novitii in Ord. Fratrum Min.

Cum hoc esset quod fr. *Bonpetrus* q. Buvalelli de Bonpetris de Argelle Ord. Min. existente novicio in dicto Ordine, in suo testamento scripto manu Bondi Petrizoli Bonincontri not. instituisset sibi heredes pauperes Christi in quadam petia terre partim aratorie et partim prative in curia de Argele XXII tornat. et tercie partis alterius et V tabul. in loco qui dicitur « Via senterii » ... item in quadam alia petia terre partim aratorie et partim prative cum domo cuppata et murata, in curia dicte terre de Argelle, que est XVIII tornat. minus XV tabul. ... item in quadam petia terre aratorie XII tornat. in villa Roncagle ... item in quadam alia petia terre aratorie IIII tornat. cum domo cuppata et murata, quae est super ea, in dicta villa Roncagle ... et usumfructum dictarum petiarum terre reliquisset d. Ghisle uxori q. d. Buvalelli de Bonpetris ad vitam, et dominium et proprietatem pauperibus Christi de dictis petiis terre, et post mortem dicte d. Ghisle reliquisset d. Iohanne eius filie usumfructum tertie partis dictarum petiarum terre, et dominium et proprietatem pauperibus Christi; predicta d. Ghisla et d. Iohanna eius filia dederunt et concesserunt d. Pascipaupero q. d. Castellani Baioli procuratori Fr. Min. conventus de Bononia pauperum Christi recipienti procuratorio nomine, pro predictis, omne ius quod habent seu habere sperant in usumfructum dictarum petiarum terre de Argele, et remiserunt eidem omne usumfructum quod habent seu habere sperant in fucturum in predictis petiis terre de Argelle, et hoc ideo quia predictus d. Pascipauper procurator predictorum Fratrum pauperum Christi pro utilitate ipsorum, dedit et concessit et tradidit predictis dominabus Gisle et Iohanne et Bittino de Pacibus, de voluntate dictarum dominarum, omne

ius quod habent seu habere sperant in dominio et proprietate dictarum petiarum terre de Roncagle, et proprietatem dictarum petiarum terre de Roncagle concessit predictis dominabus et Bittino. Que omnia et singula supradicta promiserunt predicti contrahentes ... attendere et observare *etc.* sub pena c lib. bon. ... Actum Bononie ... Thomax f. q. Alberti Fabri not.

18/4150, n. 55. — Orig. Cf. n. 173.

288. Bononiae, 14 iulii 1284.

Testamentum.

D. Thomaxina f. q. d. Zandonati de Mallavoltis ... reliquid de bonis suis CLXX lib. bon., de quibus reliquid XV lib. bon. pro uno callice emendo, qui debeat remanere penes Fratres Min. Bonon. pro missis cellebrandis; item X lib. bon. pro uno baldachino qui debeat portari super corpus ipsius, et postea debeat fieri de ipso ornamentum planete et aliorum paramentorum; item fr. *Albertino* de Parma de Ord. Fr. Min. p. s. n. III lib. bon., fr. *Francisco* de Agnano dicti Ord. III lib. bon., fr. *Azino* dicti Ord. XL sol. bon., fr. *Lambertino* portario XX sol. bon., fr. *Nicholao* suo nepoti dicti Ord. C sol. bon., fr. *Petro* de Vecla dicti Ord. XX sol. bon., fr. *Bertholomeo* de Prendipartibus dicti Ord. XX sol. bon., fr. *Artinixio* dicti Ord. XX sol. bon., fr. *Zacharie* suo nepoti dicti Ord. X lib. bon.; item sor. *Iuxiane* de Ord. S. Francisci XX sol. bon.; item *Dominabus S. Francisci* XX sol. bon. ... item pro septima, tricesima, centesima et anniversario faciendis, Fratribus Min. XXV lib. bon. ... item cuilibet conventui Ord. Fr. Min. Provincie Bononie XXX sol. bon. pro missis cantandis; item cuilibet loco Fr. Min. comitatus Bononie XX sol. bon. pro missis cantandis ... residuum circa sepult. suam quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... item p. a. s. reliquid Fratribus Min. pro *infirmaria*, unam culcidram cum uno plumacio et uno fiscone et una cultra et quatuor linteamina ... Voluit esse suos commiss. illos quos nominaverint fr. *Albertinus* de Parma, fr. *Azinus* et fr. *Zacharias* eius nepos de Ord. Fr. Min., et si non vixerint, quos elegerit Guardianus dictorum Fratrum ... Voluit suum test. sigillari sigillo Guardiani seu Custodis Fr. Min. et deponi in sacristia eorum ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min. in present. fr. *Zacharie* de Munarolis sacerdotis et fr. *Nicholay* cantoris de S. Marino, qui dixerunt *etc.*, fr. *Thomaxini* de Parma, fr. *Plaxinii* de Placentia, fr. *Iacobi* de Cesena, fr. *Petri* de S. Martino de Apposa, fr. *Gerardini* de Parma et fr. *Bonaventura* de Valle Appose, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondi f. Petrizoli Bonincuntri not.

18/4150, n. 56. — Orig.

289. Bononiae, 19 augusti 1284.

Testamentum.

D. Anthonius q. d. Ysnardi de Munarolis ... reliquid C lib. bon., de quibus dari voluit fr. *Aspectato* nepoti suo, pro suis necessit. X lib. bon., fr. *Blaxio* lectori III lib. bon., fr. *Albertino* de Parma de Ord. Fr. Min. III lib. bon., fr. *Matheo* fratris Boninsegne III lib. bon., fr. *Lanbertino* portario *Dominarum de Ord. Min.* XX sol. bon. ... reliquum autem dari voluit et expendi per suos commiss. circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. et pro septimis, tricesimis, centesimis et anniversario, et pro M missis celebrandis ante XXX dies. Item de aliis suis bonis

dari voluit fr. *Zacharie* et fr. *Nicholao* suis filiis pro necess. eorum annuatim donec vixerint, cuilibet eorum VI lib. bon. ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et immobil., iuribus *etc.* Bartolomeum eius filium pupillum sibi heredem instituit; et si contingerit eum mori in pupillari etate, tunc reliquid cuilibet filiorum suorum C lib. bon. ... et in residuo substituit pauperes Christi quos dicti fr. *Zacharias* vel fr. *Nicholaus* duxerint nominandos, et si non vixerint, quos nominaverit Guardianus p. t. Fratrum Min. de Bon. Si autem moriatur post 14 annos sine filiis legittimis, voluit quod d. Adhelmata eius uxor sit usufructuaria omnium bonorum suorum donec vixerit ducens celibem vitam in domo sua ... Insuper voluit quod post mortem ipsius Bertolomei, quandocumque decesserit sine filiis legittimis, debeat dari cuilibet filiorum suorum, scilicet fr. *Zacharie* et fr. *Nicholao*, tot libros qui valeant CC lib. bon.; item, in dicto proximo casu, C lib. bon. voluit expendi in uno calice et in uno missali et paramentis tam sacerdotis quam altaris, pro *altari B. Marie Virginis* ecclesie Fr. Min. de Bononia. Item in dicto prox. casu C lib. bon. expendantur inter pauperes Christi de civit. Bon. qui non sint de Ord. Fratrum Min., quos fr. *Zacharias* aut fr. *Nicholaus* duxerint elligendos, aut Guardianus p. t. Fratrum Min. de Bon., si dicti Fratres non vixerint. In residuo autem omnium bonorum suorum substituit ei pauperes Christi ... qui per fr. *Zachariam* et fr. *Nicholaum* fuerint nominati, si vixerint, et si non vixerint, quos Guardianus p. t. Fratrum Min. de Bon. nominaverit ... Et ad predicta omnia et singula exequenda ... fecit suos commiss. d. Adhelmatam uxorem suam et quem vel quos fr. *Zacharias* et fr. *Nicholaus* eius filii nominaverint ... Et si dicti commiss. et Fratres decederent ante executionem dicti test., tunc esse voluit suos commiss. Guardianum p. t. Fratrum Min. de Bon. aut quem vel quos dictus Guardianus ellegerit ... qui Guardianus possit, totiens sibi videbitur, alium seu alios substituere ... Voluit quod hoc testamentum sigilletur sigillo Guardiani seu Custodis Fr. Min. et deponatur in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in domo Fr. Min. *in capella iuxta infirmariam*, in present. fr. *Albertini* de Parma sacerdotis, fr. *Thomaxini* de Vecla sacerdotis, qui cognoverunt testatorem, fr. *Mathei* de Marchia, fr. *Symonis* de Viterbio, fr. *Petri* de Veruclo, fr. *Iohannis* de Bergondia, fr. *Guidonis* de Veruclo, fr. *Gratioli* de Mantua ... Bondì f. Petrizoli not.

18/4150, n. 58. — Orig.

290. Bononiae, 29 augusti 1284.

Testamentum fr. Castellani de Samaritanis, novitii Ord. Fr. Min.

Fr. *Castellanus* q. d. Lambertini de Samaritanis de Ord. Fr. Min., novitius et nondum professus, nolens decedere intestatus, suum test. fecit ... Voluit quod si reperiretur quod dictus suus pater in aliquo teneatur alicui persone, quacunque occasione, sive ipse testator teneatur occasione testamenti patris sui, sive alia quacumque causa, quod de parte sibi contingente debeat omnibus personis integre satisfieri ... reliquid CL lib. bon., de quibus debeant sibi emi libri necessarii ad studendum, quorum usum sibi reservat et habere voluit in vita sua, sicut placuerit prelatis suis; post mortem vero suam, voluit quod dicti libri perveniant ad conventum Fr. Min. de Bononia ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* d. Mateldam eius matrem sibi heredem instituit ... Fecit suos commiss. Ministrum, Custodem et Guardianum Fr. Min. de Bonon. qui nunc sunt vel p. t. fuerint, sive illos quos predicti aut alter eorum elegerit ... Voluit quod suum test. sigillatum sigillo

Guardiani seu Custodis Fr. Min. ponatur in sacristia dictorum Fratrum .. Actum Bononie in sacristia Fr. Min. in present. fr. *Pellegrini* de Pollicino sacerdotis, fr. *Raynerii* de Samaritanis, fr. *Pacis* de S. Iohanne, fr. *Martini* de Guastavillanis, fr. *Guidonis* de Veruclo, fr. *Iohannis* de Cesena, fr. *Rolandini* de Armannis, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondì f. Petrizoli Bonincuntri not.

18/4150, n. 59. — Orig.

291. Bononiae, 31 augusti 1284.

Testamentum.

D. Albertus q. d. Rodulfi Vilaniti de Gisso ... reliquit fratribus *Petro* Yecle et *Landulfo* d. Zacharie de Ord. Fr. Min. de Bonon., cuilibet eorum pro una capa emenda XL sol. bon. ... elegit sibi sepulturam apud eccl. Fr. Min. ... constituit suos commiss. Guardianum qui p. t. fuerit Fr. Min. ... Post mortem d. Borghe eius uxor. voluit quod de hereditate eidem relicta expendi debeat et distribui per Guardianum Fratrum Min. de Bon. et Priorem Fr. Predic. qui p. t. fuerint, in pauperes Christi ubi dicti(s) Guardiano et Priori p. a. ipsius visum fuerit ... et voluit suum test. sigillari sigillo Guardiani loci Fr. Min. et poni in sacristia eorum ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Naxinbene* de Bononia, fr. *Federico* de Cessena, fr. *Bartholomeo* de Prendipartibus, fr. *Ugolino* de Castello, fr. *Petro* de Bononia, fr. *Castellano* de Samaritanis, fr. *Bertholomeo* de Ghixileriis et fr. *Landulfo* d. Zacharie de Ord. Fr. Min. de Bononia ... Bondominicus q. Iohannis de Cento not.

18/4150, n. 60. — Orig.

292. Bononiae, 21 septembris 1284.

Testamentum.

D. Ymegla q. d. Zanis de Rivo ... elegit sibi sepulturam apud eccl. B. Francisci Ord. Fr. Min. de Bonon. ... Si non habuerit filios, vult quod domus sua vendatur ... et precium in usus pauperum Christi distribuatur, quos pauperes vult esse quos nominaverit Guardianus Fratrum Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... Si sui commiss. esse nollent vel non potuerint, in suum commissarium eligit Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, vel quem vel quos dictus Guardianus nominaverit ... Reliquid d. fr. *Gerardino* de Cremona XX sol. bon., quem constituit suum proc. ad faciendum poni suum test. in sacristia Fr. Min. et sigillari sigillo Guardiani dictorum Fratrum ... Actum Bononie in domo Fr. Min., pp. d. fr. *Gerardino* de Cremona presbytero, qui asseruit *etc.*, d. fr. *Gerardo* de Butrio, fr. *Iacobo* de S. Iohanne, fr. *Pace* de S. Iohanne, fr. *Iohanne* de Varignana, fr. *Lamberto* de Fabianis, fr. *Petro* merzario de Bononia ... Franciscus Cambi Attolini not.

19/4151, n. 1. — Orig.

293. Bononiae, 21 septembris 1284.

Testamentum.

D. Henrigiptus clericus q. d. Rustigani de Rustiganis ... reliquid L lib. bon. dandas et expendendas circa funus et sepult. suam, quam esse voluit et ellegit apud locum et ecclesiam Fr. Min. de *Ricardina;* item de predicta quantitate Fratribus Min. de

Bon. c sol. bon.; residuum vero reliquid distribuend. in pauperibus Christi et locis religiosis et ubi melius videbitur d. Gisline matri sue, si viveret, et Guardiano Fr. Min. de *Ricardina*, vel ei quem ipse Guardianus tunc ellegerit commissarium ad predicta exequenda, quos suos commiss. constituit ... In omnibus aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* conventum *Dominarum et Sororum monasterii S. Francisci de Bon.* de strata S. Stephani sibi hered. instituit, quibus dedit plenam et liberam licentiam et potestatem et generalem administrationem ipsam hereditatem totam vendendi, alienandi et distribuendi pro animabus testatoris predicti et parentum suorum, secundum quod voluerint et eis placuerit, de conscientia et volunt. et conscilio Guardiani Fratrum Min. de Bon. qui p. t. fuerit. Et voluit ipse testator quod d. Abbatissa dicti loci, que p. t. fuerit, tunc possit et valeat retinere et habere de dicta hereditate c sol. bon., ut p. a. ipsius testatoris intercedere et orare debeat ad Dominum Iesum Christum. Et voluit quod h. t. s. ponatur in sacristia Fratrum Min. ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min., pp. fr. *Paxe* de S. Iohanne, fr. *Petrizolo* de Faventia, fr. *Bartholomeo* de Portasterii, fr. *Dominico* de Portanova, fr. *Bertolino* de Portasterii, fr. *Iacobo* de Cesena, fr. *Ubertino* de Forlivio ... Bonaventura Viviani not.

19/4151, n. 2. — Orig.

294. Bononiae, 5 decembris 1284.

Testamentum.

Fr. *Iacobus* f. q. fr. Tonsi de Luca, de capella S. Martini de Cazanimicis ... reliquid Fr. Min. in recommendatione missarum v lib. bon. ... item pauperibus *societatis S. Marie que congregatur in scholis Fr. Min.* III lib. bon. ... item fr. *Ade* de Ord. Fr. Min. p. s. n. v lib. bon.; item fr. *Gerardino* de Parma dicti Ord. XL sol. bon. ... item *Fratribus tertii Ordinis* pro uno lecto VI lib. bon.; item pauperibus Fratribus de dicto Ord. v lib. bon.; item cuilibet commiss. suorum pro eorum mercede XXX sol. bon. Fecit suos commiss. Ministros Fratrum tertii Ord. qui nunc sunt vel p. t. fuerint ... elegit sibi sepulturam apud eccl. Fr. Min. ... Voluit hoc test. sigillari sigillo Guardiani seu Custodis Fr. Min. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min. in present. fr. *Gerardini* de Parma, qui dixit *etc.*, fr. *Ioannis* de S. Agatha, fr. *Landulfi* de S. Ypolito, fr. *Nicholai* de S. Marino, fr. *Lamberti* de Fabianis, omnium de Ord. Fr. Min. ... fr. *Iacobi* q. Gerardini de tertio Ord., fr. *Iohannis* q. Lei de dicto Ord. et fr. *Iacobi* Vergilini de dicto Ord. ... Bondi f. Petrizoli Bonincuntri not.

19/4151, n. 8. — Orig.

295. Bononiae, 13 decembris 1284.

Testamentum.

D. Guida q. d. Symonis fr. *Iacobini* Gratioli et uxor Landi ... reliquid fr. *Petro* de Vecla de Ord. Fr. Min. suo confessori IIII lib. bon. ... item conventui Fr. Min. v lib. bon. ... item fr. Iacobo de Strata suo fratri reliquid quod toto tempore sue vite habere debeat quartam partem pensionis omnium domorum suarum ... donec dicto fratri placuerit, et de dicta pensione non mollestabitur nec inquietabitur ab abate suo ... aliam quartam partem dicte pensionis, si heredes sui decederent, reliquit conventui Fr. Min. ... Constituit suos commiss. d. Agnesinam suam matrem et Guardia-

num Fr. Min. qui p. t. fuerit, vel illum vel illos quos dictus Guardianus ellegerit seu nominaverit ... Voluit suum test. deponi in sacristia Fr. Min. et sigillari sigillo Guardiani vel Custodis dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Petri* de Vecla, fr. *Pellegrini* de Pollicino, fr. *Iohannis* de Spezano, fr. *Francisci* de Ferraria, fr. *Iacobi* de S. Iohanne, fr. *Iohannini* de Cesena, fr. *Iohannis* de Mutina, omnium de Ord. Fr. Min. Bondì f. Petrizoli Bonincuntri not.

19/4151, n. 9. — Orig.

296. Bononiae, 13 decembris 1284.

Testamentum.

D. Agnexina q. d. Benaxay de Passipoveris ... constituit suos commiss. fr. Iacobum de Strata suum filium, et Guardianum p. t. Fr. Min., vel quem vel quos dictus Guardianus elegerit ... Voluit suum test. deponi in sacristia Fr. Min. sigillatum sigillo Guardiani seu Custodis dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min. in pres. fr. *Petri* de Vecla, fr. *Pellegrini* de Pollicino, fr. *Iohannis* de Spezano, fr. *Francisci* de Ferraria, fr. *Iacobi* de S. Iohanne, fr. *Iohannini* de Cesena, fr. *Iohannis* de Mutina, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondì f. Petrizoli Bonincuntri not.

19/4151, n. 11. — Orig.

297. Bononiae, ... 1285.

Testamentum.

D. Gerardus q. d. Benvenuti ... reliquid conventui Fr. Min. xx sol. bon. ... constituit suos commiss. Guardianum p. t. Fr. Min. ... Actum Bononie in *scollis* Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* de Vigo, fr. *Armanno* Theothonico, fr. *Landulfo* de Cazanimicis Pizollis, fr. *Bonaventura* de Valdeapose, fr. *Iohanne* de Mutina, fr. *Iohanne* de Ugiano et fr. *Sisto* de Bretenorio, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Petrus olim Gregorii d. Albertonis not.

19/4151, n. 12. — Orig.

298. Bononiae, 27 ianuarii 1285.

Testamentum.

D. Amphelixia uxor d. Bonfigloli q. d. Mercadantis Artuxini ... reliquid Fratribus Min. xxv lib. bon. pro reccomendatione missarum, et septima die, tricesima, centesima et anniversario ... item fr. *Sixto* de Ord. Fr. Min. c sol. bon. pro suis necessariis ... elegit suam sepult. apud eccl. Fr. Min. ubicunque decesserit in civitate vel comitatu Bononie ... voluit quod heres suus debeat dare predicto fr. *Sixto*, omni anno donec vixerit, III lib. bon. pro suis necessariis ... constituit suos commiss. Guardianum qui p. t. fuerit Fr. Min., dictum fr. *Sixtum* et fr. *Albertinum* de Parma de Ord. Fr. Min. ... In omnibus aliis suis bonis mobilib. et inmobilib., iuribus *etc.* filium suum Merchadantem heredem instituit, et si contigeret ipsum decedere sine filiis legittimis ... reliquid de bonis suis fr. *Sixto* predicto, si vixerit, L lib. bon.; et si dictus fr. *Sixtus* non viveret, deveniant conventui Fr. Min. de Bononia ... Voluit suum test. sigillari sigillo Guardiani seu Custodis Fratrum Min. et poni in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min. in pres. fr. *Sixti* de Bertinorio sacerdotis, qui

dixit *etc.*, fr. *Vindimiatoris* cantoris, fr. *Guidonis* de Veruclo, fr. *Iohannis* de Azis, fr. *Ugolini* de Castello, fr. *Alberti* de Bambaglolis, fr. *Antonii* de Forlivio, fr. *Benedicti* de Parma et fr. *Landulfi* de Cazanimicis Parvis, omnium de Ord. Fr. Minorum ... Bondì f. Petrizoli Bonincuntri not.

19/4151, n. 14. — Orig.

299. Bononiae, 16 februarii 1285.

Testamentum.

D. Ugolinus q. Raymundini de Burgo Peradelli ... reliquid fr. *Albertino* de Parma pro una tunica III lib. bon. ... item circa funus et sepult. suam XII lib. bon., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... item conventui Fr. Min. XII lib. bon. pro septima die, tricesima, centesima et anniversario ... Si sui heredes aut aliquis eorum mollestarent vel inquietarent d. Raynucinam eius uxorem quin possit uti et frui bonis suis, secundum voluntatem dicti testatoris ... vel turbarent quin dicta legata non solverentur, privat eos sive illum a parte hereditatis sue sibi contingente tamquam ingratos vel ingratum, et tunc illum qui contrafecerit solummodo in XX sol. bon. sibi heredem instituit, et dicta sua pars hereditatis perveniat ad pauperes Christi, quos Guardianus p. t. Fr. Min. de Bon. nominaverit. Et ad predicta omnia et singula exequenda esse voluit et fecit suos commiss. Guardianum p. t. Fr. Min. ... Voluit suum test. sigillari sigillo Guardiani seu Custodis Fr. Min. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in pres. fr. *Albertini* de Parma sacerdotis, fr. *Benamati* sacriste sacerdotis, qui dixerunt *etc.*, fr. *Nicholay* cantoris, fr. *Pacis* de S. Iohanne, fr. *Zacharie* de Munarolis, fr. *Bertolini* de Burgo Peradelli, fr. *Petri* de Lana, fr. *Landulfi* d. Zacharie, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

19/4151, n. 16. — Orig.

300. Bononiae, 16 februarii 1285.

Testamentum.

D. Henrigiptus q. Manfredi de Sala ... reliquid XIII lib. bon., de quibus reliquid C sol. bon. circa sepulturam suam, quam elegit apud ecclesiam Fr. Min., si contingat ipsum decedere in civitate Bononie ... residuum vero reliquid fr. *Bonaventure* de Savignano de Ord. Fr. Min. pro suis necessitatibus ... constituit suos commiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit et dictum fr. *Bonaventuram* de Savignano, vel quem vel quos ipsi elegerint ... Voluit suum test. sigillari sigillo Guardiani seu Custodis Fr. Min. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min. in presentia fr. *Bonaventure* de Savignano sacerdotis, fr. *Nicholay* cantoris, fr. *Lambertini* de Bambaglolis, fr. *Zacharie* de Munarolis, fr. *Iacobi* de Pozale, fr. *Petri* de Castagnolo, fr. *Landulfi* de Cazanimicis et fr. *Iohannis* de Spezano de Mutina, omnium de Ord. Fr. Min. Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

19/4151, n. 17. — Orig. = Cf. n. 307.

301. Bononiae, 26 februarii 1285.

Testamentum.

D. Iacobus q. d. Michaelis Contoli ... reliquid conventui Fr. Min. III lib. bon. pro missis et oracionibus ... constituit suum commiss. Guardianum qui p. t. fuerit Fr. Min.

vel quem ipse elegerit ... Voluit suum test. deponi in sacristia Fr. Min. sigillatum sigillo Custodis Fr. Min. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Landulfo* q. d. Zacharie, fr. *Benamato* sacristano, fr. *Zacharia* de Munarolis, fr. *Roberto* de Appulia, fr. *Petro* de Lana, fr. *Iohanne* de Vigo, fr. *Iohanne* de Varegnana, fr. *Bartholomeo* de Ferro (?) ... Angellinus q. Oddonis not.

19/4151, n. 18. — Orig.

302. Bononiae, 3 martii 1285.

Donatio causa mortis.

D. Andreas q. d. Deotecomandi de Assisio, nunc scolaris Bononie ... reliquid xxv lib. bon. Fratribus Min. pro indumentis; item p. a. s. reliquid xxv lib. bon. expendendas circa funus et sepult. suam et cereis et candelis et aliis rebus necessariis, prout videbitur Guardiano Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. ... constituit suos commiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... et rogavit et supplicavit dicto Guardiano quod in morte sua debeat ipsum induere de habitu Fr. Min. ... Item rogat Guardianum quod de xxv lib. relictis pro sepultura debeat facere cantari missas ... Voluit hanc donationem causa mortis esse secretam et sigillari debere sigillo Guardiani seu Custodis aut conventus Fr. Min. et poni in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *claustro* Fr. Min. in present. fr. *Maynerii* Guardiani, fr. *Vindimiatoris* cantoris, fr. *Iohannis* de Spezano, fr. *Lambertini* de Bambaglolis, fr. *Pacis* de S. Iohanne in Persezeto et fr. *Iohannis* de S. Collumbano, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

19/4151, n. 19. — Orig. In dorso « Nihil ad presens pro nobis ».

303. Bononiae, 13 martii 1285.

Testamentum.

D. Ysabella, cui dicitur Sourana, q. Yvani et nunc uxor Francischi Spadarii ... reliquid fr. *Gandulfino* de Mutina de Ord. Fr. Min. iii lib. bon. pro una tunica, fr. *Sixto* dicti Ord. p. s. n. xx sol. bon., fr. *Gerardino* de Parma xx sol. bon. ... conventui Fr. Min. xx sol. bon.; item eidem conventui pro missis cantandis v lib. bon. ... elegit suam sepult. apud eccl. Fr. Min ... constituit suos commiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit et fr. *Gandulfinum* de Mutina ... Voluit quod suum test. sigilletur sigillo Guardiani seu Custodis aut conventus Fr. Min. et deponatur in sacristia Fr. Min. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in present. fr. *Gandulfini* de Mutina sacerdotis qui dixit *etc.*, fr. *Gilini* de Regio, fr. *Benamati* de Fanano, fr. *Lambertini* portarii, fr. *Lamberti* de Fabianis, fr. *Iohannis* de Mutina, fr. *Nicholay* de Ymola, omnium de Ord. Fr. Min. et fr. *Guidonis* q. Alberti ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

19/4151, n. 21. — Orig.

304. Bononiae, 30 martii 1285.

Testamentum.

D. Francisca f. q. d. Petri Saglitoris becharius *(sic)* ... dari voluit Fratribus Min. pro missis cantandis v sol. bon. ... ellegit sepult. suam apud eccl. Fr. Min. ... Actum Bononie ... Bonaventura de Varis not.

19/4151, n. 22. — Orig.

305. Bononiae, 13 aprilis 1285.

Testamentum.

D. Ghisla q. d. Petroboni Buvalelli ... elegit sibi sepult. apud eccl. S. Francissi ... legavit fr. *Iacobino* Corvo de Ord. Min. x lib. bon., fr. *Gandulfino* de Mutina dicti Ord. L sol. bon., fr. *Bertholino* de Plumacio de Ord. Min. L sol. bon. ... item legavit fr. *Gandulfino* et fr. *Bertholino* de Plumacio de Ord. Min. XII lib. bon. distribuendas secundum quod eis melius videbitur, eosque suos commiss. instituit ... Voluit suum test. sigillari sigillo Guardiani seu conventus Fratrum Min. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Homine* Bononienssi asserente nosere predictam testatricem, fr. *Iohanne* de Vigo, fr. *Bonaventura*, fr. *Benamato* de Fanano, fr. *Landulfo*, fr. *Alberto* de Batagluciis, fr. *Iohanne* de Spezano ... Iohannes Petri Inghellerii not.

19/4151, n. 24. — Orig.

306. Bononiae, 14 aprilis 1285.

Testamentum.

D. Vicentia q. d. Gerardi Figlocarii de Bononia et uxor d. Angellini de la Tubata ... reliquid loco Fratrum Min. de Bon. XL sol. bon. ... Si heredes sui decederent, voluit quod omnia bona eorum locis Fratrum Min. et Predic. debeant pervenire ... Actum Bononie in *scola* Fr. Min., pp. fr. *Gerardino* de Cremona, fr. *Iacobo* de Cesena, fr. *Iohannino* de Cesena, fr. *Henrico* de Allamania, fr. *Armano* de Allamania, fr. *Iacobino* de Galleria, fr. *Lamberto* de Fabianis de Bonon. ... Dicta testatrix fecit fr. *Benamatum* suum procuratorem ad deponendum suum test. in sacristia Fr. Min. de Bon. sigili Guardiani eiusdem loci munimine roboratum ... Azo q. Gerardi de Vargnana not.

19/4151, n. 26. — Orig.

307. Bononiae, 16 aprilis 1285.

Testamentum.

D. Henrigiptus q. Manfredi de Sala ... elegit sibi sepult., si Bononie decesserit, apud eccl. Fr. Min. ... dari voluit Fratribus Min. XX sol. bon. ... Item reliquid unam petiam terre prative ... vendend. ad sensum et volunt. infrascript. suorum commiss., quos esse voluit Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit et fr. *Bonaventuram* de Gisso ... pro satisfactione male ablatorum. Item reliquid predicto fr. *Bonaventure* de Gisso III lib. bon. de denariis qui habebuntur de predicta petia terre, pro emendo sibi unam tunicam ... Voluit suum test. sigillari sigillo Custodis Fr. Min. et poni in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Landulfo* q. d. Zacarie de S. Ypolito, fr. *Guidone* de Zapolino, fr. *Nicholao* de Sanguineo, fr. *Francisco* de Guetis, fr. *Francisco* de Schiva, fr. *Bonagratia* de Bononia et fr. *Bonaventura* de Gisso ... Iacobus d. Bonavolte (?) piliparii not.

19/4151, n. 27. — Orig. = Cf. n. 300.

308. Bononiae, 19 aprilis 1285.

Testamentum.

Fr. Armannus q. d. Ardizonis de Rustiganis de Ord. Militie B. Marie ... voluit suum test. deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari suo sigillo et sigillo Custodis dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Bertholomeo* doctore in Theologia, fr. *Iohanne* Custode dictorum Fratrum, fr. *Petro* sacrista, fr. *Petrobono* de Padua, fr. *Bertholomeo* de Prendipartibus, fr. *Gandulfo* de Perchaglis, fr. *Landulfo* d. Zacharie et fr. *Roberto* de Apulea ... Tomasinus de Guercis not.

19/4151, n. 28. — Orig.

309. Bononiae, 23 aprilis 1285.

Testamentum.

D. fr. *Bonazunta* q. d. Martini de Christianis de Capella S. Antholini ... ellegit sibi sepult. apud eccl. Fr. Min. ... Relinquid conventui Fr. Min. IIII lib. bon. pro adiutorio unius pietantie ... item relinquid *ecclesie Fratrum de Penitentia* IIII lib. bon., quas voluit distribui et expendi ad sensum et voluntatem Ministrorum dictorum Fratrum; item relinquid *societati S. Marie* XL sol. bon., de quibus voluit fr. *Rolandinum* Ministrum dicte Societatis habere X sol. bon. ... suos commiss. reliquid fr. *Franciscum* de Sebiva et fr. *Bonumjacobum* Benzevennis ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Blaxio* de Barbaria, fr. *Sixto* de Britinorio, fr. *Francisco* de Ygnano, fr. *Nicholao* de Ymola, fr. *Petro* de Ferraria, fr. *Petro* sacrista, fr. *Iacobo* de Alidosiis ... Iacobus f. magistri Zunte de Cerveleriis not.

19/4151, n. 29. — Orig. In dorso « Test. fr. *Bonazunte* de Christianis medici ».

310. Bononiae, 25 aprilis 1285.

Testamentum Fratris Matthaei q. d. Bongerardi, novitii Ord. Fr. Min.

Fr. *Matheus* q. d. Bongerardi de Ord. Fr. Min., novitius et adhuc existens in probatione et nondum professus, volens saluti sue anime providere et nolens decedere intestatus ... suum test. quod voluit esse secretum ... in hunc modum disponere procuravit. In primis quidem voluit et reliquid quod omnes usure et omnia male ablata restituantur pro parte sibi contingente de hereditate q. dicti sui patris, et in hoc agravat et condempnat heredem suum et commissarium quod faciat cridari per civitatem Bononie et alibi nominatim requirat personaliter sive sigillatim ubi dictus suus pater in aliquo teneretur alicui nomine usurarum et male ablatorum. Item in medietate medietatis que restabit a restitutione usurarum, non computando remissionem sibi factam de usuris, d. Mantoanam eius matrem sibi heredem instituit, ita tamen quod annuatim provideat sibi et providere teneatur in III lib. bon. p. s. n., vivente viro suo. Item voluit quod pars heredit. relicte dicte sue matri post mortem dicte sue matris, expendatur in libris necessariis dicto fr. *Matheo,* si viveret, sive fr. *Ugolini* de Tebaldis, si non viveret. Post mortem vero ipsorum voluit quod dicti libri perveniant conventui Fr. Min. de Bon., et si non essent libri empti, voluit quod dicta quantitas pecunie perveniat conventui Fr. Min. de Bon. pro libris emendis. In alia autem medietate medietatis Marchesellum suum fratrem et filias Nicholay q. sui fra-

tris sibi heredes instituit in stirpes et non in capita. Et si contigeret dictos Marchexellum et filias q. Nicholay sui fratris movere questionem aliquam de tertia parte heredit. sui patris sibi testatori contingente ... ex nunc privat eos ab eo quod sibi reliquid et voluit quod dicta medietas heredit. eis relicta perveniat ad d. Mantoanam eius matrem cum eadem condictione sibi supra in alio legato relicta ... Item iure institutionis reliquid conventui Fr. Min. de Bon. c sol. bon. Item voluit et reliquid quod alia medietas dicte hereditatis cum remissione sibi facta de usuris, debeat expendi in libris necessariis ad usum suum; post mortem vero suam voluit quod dicti libri perveniant ad conventum Fr. Min. de Bon.; et si dicti libri non essent empti, voluit quod dicta medietas hereditatis perveniat ad conventum Fr. Min. de Bonon. pro libris emendis, qui libri non possint vendi nec alienari, sed debeant ad usum Fr. Min. perpetuo deputari ... In omnibus vero aliis suis bonis mobilibus vel inmobil., iuribus et actionibus d. Passipoverum q. d. Castellani Baioli, *procuratorem* Fr. Min. auctoritate d. Pape Martini, sibi heredem instituit ... et suum commiss. constituit ... Voluit suum test. sigillari sigillo Guardiani seu Custodis aut Conventus Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum, ita quod per Fratres dicti Ord. dicta sua ultima voluntas sic publicata et sigillata debeat presentari, ita quod ei scripture et Fratribus fides habeatur, et suum sigillum non fecit apponi quia non habebat. Actum Bononie in sacristia Fr. Min. in present. fr. *Bonaventure* de Agrestis sacerdotis qui dixit *etc.*, fr. *Bartolomei* de Pontecurvo, fr. *Federici* de Padua, fr. *Petri* de Coradis sacriste, fr. *Federici* de Cesena, fr. *Nicholay* portarii, omnium de Ord. Fr. Min., et fr. *Guillelmi* de Panzonibus testibus ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

19/4151, n. 30. — Orig. In dorso « La tera [....] pertene a Frai per questo testamento si è venduda per LX lib. La charta si fe [....] ».

311. Bononiae, 10 maii 1285.

Venditio.

Iohannes q. d. Rolandini Tonsi ... dedit et vendidit d. Iohanni q. d. Uguicionis de Argele edificium cuiusdam domus posit. super terreno d. Gaudini iudicis et Iacobi filii eius in parochia S. Iuliani, extra seralium sive circulam strate S. Stephani, iuxta stratam public. et iuxta *Dominas de S. Francisco* et iuxta ipsum d. Gaudinum ... pro precio III lib. et X sol. bon. ... Actum Bononie ... pp. ... Thomas f. [...] Alberti Fabri not.

19/4151, n. 32. — Orig.

312. Bononiae, 10 maii et 15 iunii 1285.

Sententia lata contra haeredes Guasparini q. Bonfigloli, qui intravit Ordinem Min.

In Christi nomine. Amen. Nos Iohannes de Ras[uriis] iudex et Franceschus q. Gracie milex presidentes officio Ext. pro com. Bon., cognitores peticionis facte a Marchuzio q. d. Buvalelli de Azzis, cuius tenor talis est: Agit Marchuzius q. d. Buvalelli de Azis contra hered. *Guasparini* f. q. Bonfigloli Stephani, petens ab eo c. lib. bon. quas dictus Marchuzius dedit d. Benincase uxori q. Bonfigloli tutris *(sic)* filii sui *Guasparini* predicti, ut dixit contineri instrumento tutelle scripto manu Gerardi Petri Ferari not., dante et solvente doctis nomine et pro docte Lazarine sororis dicti Marchuzii et sponse et future uxoris dicti *Guasparini*, quam quantitatem dicta tutris,

tutorio nomine, pro eo promisit restituere dicte Lazzarine vel suis heredibus aut cui de iure restituere debuerit in omnem eventum restituende dotis, cum matrimonium (non) sit completum, hac occasione, quia dictus *Guasparinus* intravit Ordinem Fratrum Min. Item petit penam dupli a predicto *Guasparino* in qua incidit. Item petit expensas factas, quas facit x lib. bon., et de faciendis autem protestatur. Salvo iure adendi, minuendi et [...]di, ex[tatis?] namque dictis heredibus et nemine comparente ad defensionem dictorum heredum, usque ad mensuram dicte quantitatis in libello petitam.

Lecta et pronunciata fuit hec sententia in pallatio veteri comunis Bon. per dictos dominos sub anno 1285 ind. xiii die 10 madii, pp. ...

Eodem anno, die, loco et indict. dicti dd. preceperunt Zino Pandeboni nuncio com. Bon. quod det tenutam predicto Marchuzio vel eius procur. de tanto quod valeat quant. predictam, primo mobilium, secundo immobilium, salvo iure omnium.

Eodem anno et indict. retulit dictus nuncius dedisse tenutam de mandato dictorum dd. exequendo interlocutoriam ab ipsis latam, dicto Marchucio [...] de uno archobancho et de uno tinacio et de una domo posit. in burgo Peradelli in capella S. Laurenzii Portosterii, *iuxta campum Fratrum Min.* iuxta viam publ. et iuxta Albertum Sanutum sartorem, pp. ... Nicholaus Phylippi Guillelmi not.

In Christi nomine. Amen. Nos Iohannes de Rasuriis iudex *etc. (ut supra)...* cuius tenor talis est: Coram vobis dd. qui prehestis offic. Ext. petit Marchucius q. d. Buvalelli de Azis, quatenus auctoritate vestri offic. et com. Bon. adiudicetis et eidem in solut. detis in bonis et de bonis hered. *Guasparini* f. q. Bonfigloli Stephani, que fuerunt dicti *Guasparini* tantum quantum valeat c lib. bon., quas dictus Marchuzius dedit d. Benincase uxori q. Bonfigloli Stephani et tutricis *(sic)* filii sui *Guasparini*, ut dixit contineri *etc.* solvente pro docte futura d. Lazarine uxoris dicti *Guasparini*, quam doctem dicta tutris, tutorio nomine, pro eo promisit restituere dicte d. Lazarine vel suis heredibus *etc.* in eventum restituende doctis, cum matrimonium non sit completum, occasione quia dictus *Guasparinus* intravit in Ordinem Fratrum Min. Et predicta petit omni iure quo melius petere posset, auctoritate plurium instrumentorum; facta quoque proclamatione in pall. veteri com. Bon. ... quod si quis habet ius, cartam, cautionem vel preceptum in dictis bonis, vel qui ea bona defendere vellet, ad terciam diem coram nobis debeat comparere, alioquin procedemus in ipsa peticione secundum formam iuris; et eciam similiter cridam fecisse ... ante domum habit. dictorum hered. [...] quod si quis habet ius *etc.*, et nemine comparente qui aserat se ius habere in dictis bonis [...] dicta bona defendere vellet, excepto dicto d. Marchuzio quam *(sic)* suam obtulit peticionem. Et dato curatore *etc.* ... et visis et auditis *etc.* ... et super hiis habito conseilio sapientis viri d. Iacobi Septemvictis iudicis, et habita per nos eciam plena et solempni deliberatione, Dei nomine invocato, auctoritate nostri offic. et com. Bon. exequendo formam dicti conseilii, sentenciamus et adiudicamus et in solut. damus dicto d. Marchucio, in bonis et de bonis hered. supradicti d. *Guasparini*, tantum quantum valeat c lib. bon., et pro dicta quantitate damus et adiudicamus in solut. domum unam posit. in capella S. Laurenzii in burgo Peradelli, iuxta *campum Fratrum Min.*, iuxta Albertum Sanutum sive sartorem et iuxta viam publ. ext. per supradictos extimatores c lib. bon. Item tantum quod valeat xiv lib. bon. nomine expensarum, facta taxatione a dictis dominis. Et pro dicta quantit. sentenciamus et pronunciamus et in solut. adiudicamus in bonis et de bonis predictorum hered., silicet unum tinacium et unum archobanchum iii lib. bon., salvo *etc.*

Lecta et pronunciata fuit hec sentencia in pall. veteri com. Bon. per dictos dd. sedentes pro tribunalli, pp. ... sub anno Domini 1285 ind. XIII die 15 iunii.

Die 15 iunii. Preceptum fuit Bonzagni Bernardini nuncio com. Bon. quod det tenutam et in corporalem possess. inducat predictum Marchucium de predictis bonis sibi adiudicatis in solut., secundum formam sentencie sibi facte.

Eodem die. Retulit dictus nuncius se dedisse tenutam et in corporalem possess. induxisse predictum Marchucium de omnibus dictis rebus et possess. sibi adiudicatis in solut., pp. ... Nicholaus Philippi Guillelmi not.

19/4151, n. 33. — Orig. = Cf. n. 286.

313. Bononiae, 16 maii 1285.

Testamentum.

D. Guiielminus q. Gerardi ... reliquid de bonis suis XXX lib. bon., de quibus dari voluit *Sororibus Pizocharis de Ordine et que secuntur vitam B. Francissi, de Bon.* III lib. bon. ... item conventui Fr. Min. XL sol. bon. expendendos in ornamentis dicte ecclesie ... Residuum vero distribui et expendi iussit tam circa funus et sepulturam ipsius, quam sibi ellegit apud eccl. B. Francisci, quam allibi, ubi melius et utilius visum fuerit commissariis suis, inter pauperes Christi ... Item voluit et mandavit quod omnes ususfructus unius petie terre aratorie quam habet in curia terre Policini iuxta *etc.* que est III tornat., dentur et solvantur annuatim et perpetuo, pro anima ipsius et restitucione omnium ab eo indebite receptorum, *Sororibus Pizocharis de Ord. et que faciunt et secuntur vitam B. Francisci, de Bon.*, que nunc sunt et p. t. fuerint, illis specialiter que videbuntur commiss. suis esse in maiori paupertate et necessitate, et quod dicta petia terre non possit perpetuo vendi vel allienari modo aliquo, ingenio sive causa, sed sit semper deputata ad usum dictarum *Pizochararum*, et sit semper dicta petia terre in cura et guardia et fructus ipsius Custodis et Ministri Sororum *Pizochararum* qui nunc sunt et p. t. fuerint, vel Guardiani Fr. Min. de Bon. qui nunc est et p. t. fuerit, si dicti Custos et Minister dictarum Sororum Pizochararum non essent ... Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Albertino* de Parma, fr. *Iohanino* de Portanova, fr. *Guidolino* de S. Iohanne in Persiceto, fr. *Landulfo* de Bonon., fr. *Guidone* de Zapolino, fr. *Bertolomeo* q. [..ymathey] de Strata S. Stephani et fr. *Urbano* portonario ... Bonusiohannes q. Rolandini Scarnanaze not.

342/5085, n. 72. — Orig.

314. Bononiae, 19 maii 1285.

Testamentum fr. Vincentii de Foscardis, novitii in Ord. Fratrum Min.

Fr. *Vicentius* q. Gaboardi de Foscardis de Ord. Fr. Min., novitius et nondum professus et adhuc existens in probatione, nolens decedere intestatus ... suum test. quod voluit esse secretum ... in hunc modum disponere procuravit ... In primis quidem de bonis suis voluit quod omnia male ablata restituantur pro parte sibi contingente de hereditate q. dicti sui patris, per heredem suum infrascriptum, illis personis que reperirentur ab eo aliquid recipere debere occasione male ablatorum. Item d. Adhelaxie matri sue reliquid iure institutionis X lib. bon., et de hiis esse voluit tacitam et contentam. In omnibus vero aliis bonis suis mobilibus et inmobil., iuribus *etc.* d. Passipoverum q. d. Castellani Baioli sibi heredem instituit, rogans eum per

fideicomissum, quod extimationem dicte hereditatis, faciendam per duos homines ellectos per Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, infra duos menses restituere debeat Guardiano Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... Fecit suos commiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. vel quem vel quos ipse Guardianus elegerit ... Voluit suum test. deponi in sacristia Fr. Min. sigillatum sigillo Guardiani seu Custodis aut conventus dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min. in present. fr. *Bartolomei* de Portasteri, fr. *Gerardini* de Parma sacerdotum, qui dixerunt *etc.*, fr. *Gerardi* de Butrio, fr. *Iohanini* de Cesena, fr. *Benamati* sacriste, fr. *Iohannis* de S. Collumbano et fr. *Lamberti* de Fabianis, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

19/4151, n. 34. — Orig.

315. Bononiae, 28 maii 1285.

Testamentum.

D. Domandata f. q. Benedicti ... reliquid de bonis suis c lib. bon. de quibus *etc.* ... residuum vero dictarum c lib. bon. expendi voluit et distribui voluit et mandavit hoc modo, silicet medietas conventui Fr. Min. et alia medietas conventui Fr. Pred. de Bon.; item reliquid iure legati d. Lombardie eius nepti domum unam in qua nunc moratur dicta d. Lombardia, posit. in capella S. Barbatiani sive SS. Petri et Marcellini iuxta *etc.* ... et voluit quod dicta d. Lombardia pro anima ipsius testatricis et d. Manfredini olim mariti ipsius testatricis teneatur et debeat solvere atque dare xxi lib. bon. infrascripto modo, silicet annuatim conventui Fr. Min. de Bon. iii lib. bon. pro cappis emendis seu aliis necessariis ad voluptatem ipsorum Fratrum et conventus, donec dicte xxi lib. bon. integre fuerint persolute, et quod predicta domus et casamentum, que superius eidem d. Lombardie lègavit, remaneat et sit predictis Fratribus et conventui obligata, donec completa fuerit solucio dictarum xxi lib. bon., et quod predicti Fratres et conventus possint et debeant annuatim dictam quantitatem iii lib. bon. a dicta d. Lombardia seu eius heredibus exigere et eam seu eius heredes ad ipsam quantitatem solvendam cogere secundum modum supra dictum, donec dicte xxi lib. bon. fuerint eisdem integre persolute ... Actum Bononie ... Bonfiglolus q. Anthonii not.

336/5079, n. 273. — Orig.

316. Bononiae, 25 iunii 1285.

Testamentum.

D. Bolognitus q. d. Petrizoli de Ygnano ... voluit quod omnia ab eo minus licite accepta vel habita, et precipue quecumque scripta sunt per fr. *Sixtum* de Ord. Fr. Min. eius confessorem ... restituantur de bonis suis illis personis a quibus eum vel dictum suum patrem per dictam scripturam fr. *Sixti* predicti vel aliter quomodocumque, dum tamen infrascriptis commiss. ad fidem adhibendam sufficere videretur, attenus apparuerit habuisse ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. pro missis canendis et aliis orationibus faciendis p. a. s. lib. vi bon. ... item fr. *Francischo* de Ygnano de dicto Ordine iii lib. bon.; item fr. *Sixto* dicti Ord. suo confessori iii lib. bon.; item fr. *Zannillino* dicti Ord. socio dicti fr. *Francischi* xx sol. bon. ... elegit suam sepult. apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... constituit suos commiss. predictos fratres *Francischum* et *Sixtum* de Ord. Fr. Min. ... Actum Bononie in camera ipsius testatoris,

pp. fratribus supradictis *Francischo* et *Sixto*, fr. *Zannillino* de Carpo, fr. *Nicholao* de Bretinorio de Ord. Fr. Min. ... Petrizolus Iacobini Albanisie not.

19/4151, n. 38. — Orig.

317. Bononiae, 27 iunii 1285.

Testamentum.

D. Galliana q. d. Philippi d. Alberti Munsi de Asinellis et uxor q. d. Alberti de Cazanimicis ... elegit sibi sepult. apud eccl. Fr. Min. ... reliquid fr. *Lambertino* de Cazanimicis de Ord. Fr. Min. x lib. bon. pro suis necessitatibus; item fr. *Albertino* de Parma dicti Ord. pro una cappa III lib. bon.; item fr. *Zanilino* pro suis necess. xx sol. bon. ... Constituit suos commiss. fr. *Lambertinum* de Çazanimicis, fr. *Albertinum* de Parma Ord. Fr. Min. et Guardianum qui p. t. fuerit dictorum Fratrum ... Voluit quod suum test. sigilletur sigillo Guardiani seu Custodis aut conventus Fr. Min. et deponatur in sacristia dictorum Fratrum. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in present. fr. *Pellegrini* de Pollicino, fr. *Henrici* de Perticonibus sacerdotum, qui dixerunt *etc.*, fr. *Lambertini* de Cazanimicis, fr. *Albertini* de Parma, fr. *Bonagratie*, fr. *Albertini*, fr. *Sullimanni* d. Sulimanni, fr. *Dominici* de Faventia, fr. *Philippi* de Marcegonibus, fr. *Pacis* de S. Iohanne, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

19/4151, n. 39. — Orig.

318. Bononiae, 18 iulii et 4 septembris 1285.

Testamentum.

D. Marchexana q. d. Pellegrini Danielis et uxor Petri Gandulfini ... reliquid d. fr. *Iohanino* de Portanova III lib. bon. p. s. n.; item conventui Fr. Min XL sol. bon. pro missis celebr.; item d. fr. *Gandulfino* Fratrum dicti Ord. x sol. bon. ... elegit sibi sepulturam apud eccl. S. Francisci Ord. Min. de Bon., si contingerit mori in civitate Bonon. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. d. fr. *Iohanino* de Portanova presbitero qui asseruit *etc.*, d. fr. *Petro* de Strata, fr. *Gandulfino* de Mutina, fr. *Petro Martino* Yspano, fr. *Gerardo* de Butrio, fr. *Iohanne* de Cassio, fr. *Lambertino* portario ...

Eodem die supradicta testatrix constituit predictum d. fr. *Iohanninum* de Portanova suum procur. ad faciendum poni h. s. t. in sacristia Fr. Min. sigillatum sigillo Custodis seu Guardiani dictorum Fratrum. Die IV septembris MCCLXXXV, supradictus d. *Iohanninus* presentavit predictum test. fr. *Petro* de Mutina sacrist. Ord. supradicti, sigilland. sigillo conventus, pp. fr. *Bonaventura* de Burgo, fr. *Lambertino* portario et fr. *Nicholao* barbario ... Franciscus Cambi Attollini not.

19/4151, n. 41. — Orig.

319. Bononiae, 19 iulii 1285.

Codicillus.

D. Coradinus de Savignano legum doctor ... ad executionem anime et omnium que continentur in test. et codicill. vult quod debeat esse Prior Fratrum Heremitanorum de Mutina una cum Guardiano Fr. Min. de *Mutina*, et Priore Fr. Predic. de Mutina qui p. t. fuerint, et cum fr. *Petro* de Bononia de Ord. Fr. Min. de *Crespelano* ...

quos suos commiss. et executores in dicto test. reliquid ... Actum Bononie ... pp. fr. *Bartholomeo* et fr. *Bonaventura* de Savignano de Ord. Fr. Min. de Bon. qui asseruerunt *etc.* ... Bonfantinus q. Michaelis de Fabro not.

19/4151, n. 42. — Orig.

320. Bononiae, 19 et 22 iulii 1285.

Testamentum.

D. Zanbonus q. Brunitti ... dari voluit conventui Fr. Min. pro eorum necessitatibus et pro missis canendis x lib. bon.; item *Dominabus S. Francisci* x sol. bon. ... circa sepulturam suam, quam ellegit apud eccl. Fr. Min., expendi voluit xv lib. bon.; item vult expendi in setimis, trigeximo, centeximo et annuali suo in pane, vino et rebus comedendis et dandis conventui Fr. Min. de Bonon. xv lib. bon.; item *Fratribus de Penitentia* civit. Bononie pro auxilio rerum oportunarum *ecclesie eorum S. Andree* xx sol. bon. ... item fr. *Gandolfino* de Mutina de Ord. Fr. Min. pro suis necessit. vi lib. bon. ... Fecit suos commiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit et fr. *Gandolfinum* de Mutina dicti Ord. ... In omnibus autem suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* filios suos et filias ex sua uxore nascituras sibi heredes instituit; si autem alliquos filios vel filias non habuerit ex dicta uxore sua, tunc pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos dictus fr. *Gandolfinus* si vixerit, vel Guardianus Fr. Min. de Bon. p. t. nominaverit, et non allios ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Francisco* de Ignano sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Gandolfino* de Mutina, fr. *Iacobo* de Cesena, fr. *Petro* de Veruclo, fr. *Iohanne* de Spezano, fr. *Vicentio* de Cremona, fr. *Iohanne* de Varignana, fr. *Zinollino* de Carpo, omnibus de Ord. Min. ...

Die xxii iulii testator dedit h. s. t. fr. *Benamato* (?) de Ord. Min. sacristano Fr. Min. de Bon. sigillatum munimine sigilli Guardiani dictorum Fratrum, pp. fr. *Grimaldo* de Bonpetris et fr. *Alberto* Cognoxentis de Ord. Fr. de Penitentia ... Fr. *Bonaventura* Lovatti not.

19/4151, n. 43. — Orig.

321. Bononiae, 20 augusti 1285.

Testamentum.

D. Iacobina q. d. Petri Cani de Maranensibus et uxor q. d. Iacobi Tusci ... reliquid fr. *Bollognino* cap. S. Leonardi x sol. bon.; item fr. *Gerardino* de Parma x sol. bon.; item fr. *Bonagratie* q. d. Albertini de Bonon. xx sol. bon.; item sor. Bellisie v sol. bon. ... fecit suum commissarium Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, vel quem vel quos ipse elegerit ... Voluit h. s. t. poni in sacristia Fr. Min. de Bon. sigill. sigillo Custodis dictorum Fratrum ... Actum Bononie ... pp. d. fr. *Landulfo* q. d. Zacharie et fr. *Bonacapto* d. Laurencii de Ord. Fr. Min. Angellinus q. d. Oddonis not.

19/4151, n. 44. — Orig.

322. Bononiae, 22 augusti 1285.

Testamentum.

D. Samaritana q. d. Benvenuti Rollandini qui fuit de Podio Maximatici ... reliquid c lib. bon., de quibus ... reliquid *Dominabus S. Francisci* pro oracionibus xx sol.

pon. ... Relliquos vero expendi iussit circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. S. Francisci Fr. Min. ... secundum quod placuerit commiss. eius infrascripto, pro missis cant. et oracion. faciendis et pro septimo die, trigessimo, centessimo et anniversario cellebrandis ... constituit suum commiss. Guardianum Fr. Min. vel quem vel quos ipse Guardianus nominaverit, qui non possit exequi sine consensu dicti Guardiani. Si heredes sui impedirent dictum Guardianum vel ellectum ab eo ad predicta omnia exequenda, vel non solverent omnia prout superius scripta sunt ad mandatum et voluntatem dicti Guardiani vel ab eo ellecti, infra annum a morte dicti testatoris, ex nunc privat eos ab omni sua successione et emolumento et utilitate quam possent habere ex dicto testamento, et ex nunc instituit pauperes Christi sibi heredes, illos videlicet quos dictus Guardianus duxerit nominandos et elligendos ... Voluit quod suum test. deponatur in sacristia Fr. Min. sigillatum sigillo Custodis dictorum Fratrum ... Actum Bononie ... pp. fr. *Albertino* de Parma de Ord. Fr. Min. qui dixit *etc.*, et fr. *Landulfo* q. d. Zacharie, fr. *Gerardino* de Parma, fr. *Landulfo* d. Partis de Cazanimicis, fr. *Iohanne* portonario et fr. *Alliverio* de Bononia, omnibus de Ordine Fr. Min. Angellinus q. Oddonis not.

19/4151, n. 45. — Orig.

323. Bononiae, 13 octobris 1285.

Testamentum d. Iacobi de Galeria, oblati Monasterii S. Clarae.

D. Iacobus qui nominatur Gerlus de Galeria f. q. Girardi ... cupiens, intendens et volens dispositionem status vite sue providere et salubriter pro anime sue salute facere et in melius commutare, et se et sua Deo et *monasterio Sororum Minorum S. Francisci Ord. S. Clare Bonon.* sive prope Bonon. offerre et dedicare, ante offersionem et dedicationem huiusmodi faciendam, dispositionem omnium bonorum suorum per suum testamentum facere procuravit in hunc modum ... Reliquid conventui Fr. Min. de Bonon. L lib. bon.; item *conventui et monasterio Sororum Minorum Ord. S. Francisci et S. Clare de Bonon.* sive prope Bonon. reliquid pro a. s. duas partes omnium et singularum domorum, terarum et quorumlibet immobilium suorum positorum in terra et curia, pertinenciis et districtu terre Galerie comitatus Bonon.; item medietatem residue tercie partis eorundem bonorum monasterio Sororum S. Agnetis de Bonon.; item aliam medietatem residue tercie partis conventui Fratrum Heremitanorum S. Iacobi de Strata S. Donati, ita tamen et hac condicione adiecta et expresse servanda, quod si *conventus Sororum monasterii supradicti Ord. Min. S. Francisci et S. Clare de Bonon.* sive prope Bonon. elegerint, maluerint et accetapuerint *(sic)* et sibi et pro ipso monasterio et eius conventu reservare habere et retinere dictas duas partes tercie partis et ipsam terciam partem totam dictorum bonorum relictas et relictam monasterio S. Agnetis et conventui Fratrum Heremitanorum S. Iacobi, licite et libere habere et tenere sibi possint predicti *conventus et monasterium Sororum S. Francisci Ord. S. Clare*, solvendo in eo casu CC lib. bon. monasterio S. Agnetis et CC conventui Fratrum Heremitanorum S. Iacobi infra unum annum post [mortem] dicti testatoris ... Dari voluit fr. *Iohanni* de S. Columbano, fr. *Ugolino* de Castello et fr. *Iacobo* de Galeria, omnibus de Ord. Fr. Min., unicuique pro suis necessit. III lib. bon. ... item Fratribus Min. de loco *Curie Argelate* pro eorum necessit. X lib. bon. ... constituit suos commiss. Guardianum qui p. t. fuerit Fr. Min. loci *Curie Argelate* et fr. *Iacobinum*

de Galeria de Ord. Min. ... In omnibus autem et singulis suis bonis mobilib. et inmobilib., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit, illos videlicet quos elegerint et nominaverint predicti Guardianus et fr. *Iacobinus* sui commiss. vel his *(sic)* ex eis qui tunc viveret ... Et hanc suam asseruit esse ultim. volunt., quam valere voluit ... ita quod nullum aliud test. codicill. et ult. voluntas prevalere possit huic test. vel preiudicare in aliquo ... non obstantibus *etc.* Et insuper voluit et mandavit inviolabiliter observari quod per dedicacionem et oblacionem [....] quam [....] de se et suis bonis monasterio supradicto *Sororum Minorum Ord. S. Francisci Ord. S. Clare* huic test. seu ult. volunt. [....]qua parte in aliquo vel aliquibus derogetur quin totaliter et per omnia executioni et effectui demandetur post eius obitum ... Voluit h. s. t. sigillari sigillo Custodis seu Guardiani Fr. Min. de Bonon. et poni per fr. *Ugolinum* de Castello suum procur. in sacristia dictorum Fratrum ... Hec acta fuerunt Bononie in ecclesia B. Francisci Fr. Min. *ante hostium sacristie ipsius ecclesie,* pp. fr. *Uberto* de Arcellis, fr. *Iacobo* de S. Iohanne in Persiceto, fr. *Boncorino* de Cremona, fr. *Francisco* de la Schiva, omnibus notis presbiteris, et fr. *Iacobino* de Galeria et fr. *Ugolino* de Castello, omnibus de Ord. Fr. Min., fr. *Guidone* de Zapulino, fr. *Iacobino* de S. Anna et fr. *Lambertino* Pavanense et fr. *Iohanne* de Spezanio, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Ego Nicolaus f. q. Ugolini Gualcherii not. ut in rogationibus q. dicti patris mei inveni fideliter scripsi et in publ. formam redegi.

19/4151, n. 48. — Exemplum.

324. Imolae, 29 octobris 1285.

De Cruce praedicanda contra Petrum regem Arragonum.

Bernardus miseratione divina episcopus Portuensis Apostolice Sedis Legatus. Religiosis viris in Christo sibi dilectis Ministris Fratrum Min. in Provinciis Thuscie et Bononie infra Legationis nostre terminos constitutis, salutem in eo in quo est vera salus.

Litteras sanctissimi patris nostri d. Martini pp. IV recepimus sub hac forma: Martinus episc. ven. fratri Bernardo episc. Portuensi apostolice Sedis Legato. « Solebat hactenus ». Data apud Urbemveterem II non. iunii pontif. anno quarto [1].

Nos itaque quibus infra legationis nostre terminos predicandi verbum crucis per nos et alios ex literarum ipsarum forma datur auctoritas, nequentes ob aliorum negotiorum onus nobis in partibus Romaniole ab ipsa apost. Sede commissum, ad predicandum huiusmodi Crucis misterium in singulis locis dicte legationis personaliter interesse, ac volentes per vos et alios vestri Ordinis viros ydoneos, quos ad hoc nominandos duxeritis seu etiam eligendos in civitatibus et dioc. infra legationis nostre terminos et decretas vobis provincias constitutis, per huiusmodi verbum eo sollicitius et studiosius predicari, quo fiducialius speramus et credimus in virtute Domini nostri Iesu Christi, qui pro liberatione humani generis in crucis patibulo mortem subiit temporalem, huiusmodi negotium suscipere felicitatis augmentum; vobis qua fungimur in hac parte committimus et districte precipiendo mandamus, quatenus, attendentes prudenter et sollicite cogitantes quantum expediat huiusmodi expeditioni succursus, quam grave per hoc immineat Terre sancte discrimen ac Ecclesie Romane iactura,

---

[1] Potthast, n 22149: cf. BF III, 519.

et in istis partibus christiana Religio quantis subiaceat detrimentis, iusta datam vobis a Deo gratiam populis earumdem provinciarum ad relevanda christiane fidei ac christianitatis ac non Terre sancte ac ecclesie Romane predictorum dispendia et dapnosa pericula contra Petrum rebellesque prefatos, per vos ac alios viros vestri Ordinis ydoneos quos ad hoc nominandos duxeritis, ut premisimus, seu etiam eligendos, predicetis solepniter ac publice verbum crucis, et eam tam vos quam ipsi per vos nominandi seu, ut premittitur, eligendi, quibus tenore presencium committimus vices nostras auctoritate nostra quibuslibet recipere volentibus, undecumque originem traxerint, largiri curetis illam suorum peccatorum de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, postquam signum dicte crucis assumpserint, veniam exinde habituris, quam in literis ipsis, iusta earum formam, eiusdem crucis negotium fideliter assumentibus et exequentibus studiose in eiusdem Terre sancte succursum, prefatum lateranense concilium pollicetur. Vos autem in dicto negocio vobis commisso sic fideliter, sic sollicitis operibus laboretis, quod a Deo, cuius in hac parte agitur, sollicitudini vestre proveniat condigne retributionis premium, et a nobis immo pocius ab apost. Sede, que suas nobis in istis partibus vices dedit, actio gratiarum. Data Ymole IIII kal. novembris pontif. d. Martini pp. anno quarto.

352/5095, n. 82. — Exempl. non authenticatum.

325. Bononiae, 12 novembris 1285.

Testamentum.

D. Bolnixia q. d. Iacobini de Riciis et uxor q. d. Zacharie de Graidanis ... dari voluit fr. *Blaxio* de Barbaria de Ord. Min. pro una tunica III lib. bon. ... elegit sibi sepult. apud eccl. Fr. Min. ... fecit suos commiss. ... et fr. *Blaxium* de Barbaria de Ord. Min., qui si decederet, ei substituit fr. *Franciscum* de Agnano eiusdem Ord. ... Voluit suum test. sigillari sigillo Guardiani seu Custodis aut conventus Fr. Min. et deponi in sacristia eorum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in present. fr. *Blaxii* de Barbaria sacerdotis, fr. *Petri* de Castagnolo, qui dixerunt *etc.*, fr. *Petri* de Strata, fr. *Nicholay* barberii, fr. *Petrizoli* de Faventia, fr. *Nicholay* Sanguinei, fr. *Petri* de Veruclo et fr. *Philippi* de Marcegonibus, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

19/4151, n. 49. — Orig.

326. Bononiae, 18 novembris 1285.

Codicillus.

D. Sullimannus q. d. Martini ... reliquid fr. *Sullimanno* eius filio de Ord. Fr. Min., iure legati, CL lib. bon. pro libris et aliis rebus sibi necessariis, ultra id quod ei reliquid in suo testamento; quas CL lib. bon. reliquid et voluit dictus d. Sullimannus quod heredes sui teneantur et debeant solvere et dare dicto fr. *Sullimanno* infra sex menses post obitum suum; et si non solverent, dampnat dictos heredes suos in duplum dicte pecunie quantitatis, nomine pene, dandas pauperibus Christi ... quos Guardianus Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ellegerit et nominaverit ... Voluit h. codic. sigillari sigillo Guardiani seu Custodis aut conventus Fr. Min. et poni in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in present. fr. *Vindimiatoris* sacerdotis, fr. *Zacharie* de Munarolis sacerdotis, fr. *Landulfi* d. Zacharie,

qui dixerunt *etc.*, fr. *Benamati* sacriste, fr. *Andree* de Sena de Tollomeis et fr. *Boncorini* de Cremona, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

19/4151, n. 52. — Orig.

327. Bononiae, 7 decembris 1285.

Testamentum.

D. Belleza f. q. d. Boniohannis de Corbelariis ... reliquid fr. *Iacobo* de S. Iohanne in Persiceto de Ord. Min. xx sol. bon. p. s. n. ... In omnibus alliis suis bonis mobilib. et inmobilib., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos nominare vollueril et eligere fr. *Iacobus* de S. Iohanne in Persiceto Ord. Min. vel Guardianus p. t. Fr. Min. ... Volens et mandans pres. test. sygnari sygillo Guardiani et Conventus Fr. Min. de Bon. et poni in sacristia dictorum Fratrum. Ad illud depon. et sygilandum in dicta sacristia fr. *Iacobum* predictum suum procur. fecit. Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Iacobino* de Ghaleria, fr. *Francischo* de Schiva, fr. *Petrizolo* de Faventia, fr. *Nicholao* d. Anthonii Munarolli, fr. *Anthonio* de Regio, fr. *Iacobo* de S. Iohanne in Persiceto, et fr. *Albertino* de Parma, qui dixit *etc.* ... Albertus q. Venture Matheselani not.

19/4151, n. 55. — Orig.

328. Bononiae, 12 decembris 1285.

Testamentum.

D. Prendiparte specialis in Bononia f. q. d. Mercadantis de Ulgiano ... reliquid Fratribus et conventui Fr. Min. de Bon. xxv lib. bon. ... item Fratribus Min. morantibus apud *Varegnanam* et Fratribus Min. morantibus ad *Crespelanum*, Fratribus et conventui Min. de *S. Iohanne in Persiceto*, Fratribus et conventui Minorum de *Argelata*, Fratribus et conventui de *Caldararia*, Fratribus et conventui de *Ricardina*, cuilibet predictorum locorum et conventuum x lib. cere reliquid pro divino officio celebrando; item fr. *Petro* de Coradis sacristano Fr. Min. de Bon. x lib. bon.; item *Dominabus S. Francisci* xx sol. bon. Sepult. suam, quando decesserit, voluit esse et sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., circa quam sepult. et in septimo, trigesimo, centesimo et annuali voluit et mandavit omnia bene et decenter fieri secundum quod melius videbitur d. Guardiano Fr. Min. de Bon., Guardiano Fr. Min. de *Caldararia*, qui fuerint p. t., et fr. *Petro* de Coradis nunc sacrist. Fr. Min. de Bon., quos suos constituit et ellegit commiss. distributores et executores omnium predictorum et infrascriptorum. In omnibus aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos ipsi commiss. ellegerint et nominaverint ... Voluit h. t. sigillari sigillo conventus Fr. Min. vel Guardiani dicti conventus et deponi in sacristia eorum ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Iacobo* de Pozale, fr. *Benedicto* de Parma, fr. *Francisco* de Feraria, fr. *Boncorino* de Cremona, fr. *Lambertino* Pavanense, fr. *Antonio* de Mediolano, fr. *Petro* sacristano, qui asseruit *etc.*, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Bonaventura Viviani not.

19/4151, n. 57. — Orig.

29. Bononiae, 29 ianuarii 1286.

Testamentum.

Sor. *Romengarda* de Ord. Fratrum de Penitentia, uxor q. fr. Bonfigloli ... reliquid lib. bon., de quibus dari voluit fr. *Bonaventure* Agresti de Ord. Min. xxx sol. bon. esiduum vero expendi voluit circa sepult. suam, quam elegit apud eccl. Fr. Min., per ommiss. suos quos ellegit Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, vel quem ipse nominaerit ... Si heredes sui usuras fecerint vel impedirent quod dicte x lib. p. a. s. relicte non ersolverentur per commiss. suos infra annum post mortem suam, in quolibet ipsorum asuum privat eos ab hereditate et pauperes Christi civit. Bon. sibi heredes instituit ... uos nominaverit Guardianus Fr. Min. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. . *Iohanne* de Mutina, fr. *Antonio* de Regio, fr. *Antonio* de Cremona, fr. *Petrizolo* e Faventia, fr. *Iacobino* de Galleria, fr. *Bonaventura* de Fregnano, fr. *Bonaventura* gresti sacerdote qui dixit *etc.*, et fr. *Petro* de Castagnolo, qui a testatrice constiuitur suus procurator ad ponendum h. s. t. in sacristia Fr. Min., omnibus testibus e Ord. Fr. Min. ... Fr. *Bonaventura* Lovatti not.

20/4152, n. 1. — Orig.

30. Bononiae, 8 februarii 1286.

Testamentum.

D. Richildina f. q. d. Bonacose de Tusschis ... elegit sibi sepult. apud eccl. Fr. Iin. Bon. ... dari voluit sor. *Benvenute* Pizocare xiv sol. bon.; item conventui Fr. Iin. Bon. pro missis canendis iiii lib. bon. ... item fr. *Gerardino* de Parma Ord. 'r. Min. p. s. n. xl sol. bon., quem fr. *Gerardinum* constituit suum procur. ad poendum suum test. in sacristia Fr. Min. sigillatum sigillo conventus dictorum Frarum ... Constituit suos commiss. Guardianum Fratrum Min. qui p. t. fuerit ... Actum ononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Lanbertino* de Bononia, fr. *Nicholao* de Romaiola, fr. *Petro* de Castagnolo, fr. *Iohanne* de Spezano de Mutina, fr. *Gerardo* de utrio, fr. *Petro* Parvullo de Bononia et fr. *Gerardino* de Parma, omnibus de Ord 'r. Min. ... Michael Guidonis de Fusschis not.

20/4152, n. 6. — Orig.

31. S. Mariae in Strata, 1 martii 1286.

Constitutio syndici et actoris.

Convocatis et congregatis religioso et discreto viro d. Thomaxio nunc abbate . Marie in Strata Ord. Cysterciensis, Bon. dioc., Monacis suis et Fratribus ipsius Moasterii ad capitulum more solito ... qui d. Abbas, Fratres, capitulum et conventus ... onstituerunt ... et creaverunt fr. Albericum de Ragnis de Ordine ipsorum sindicum t actorem ... ad recipiendum omnem dationem et concessionem puram, liberam vel ondicionalem, pactionalem, temporalem et perpetuam quam d. Dominicus Poete civ. on. facere vellet et voluerit ipsi d. Abbati, Fratribus et Monasterio ... et ipsi eorum yndico, nomine ipsorum et suorum successorum recipienti et stipulanti *de loco de Caldararia,* ubi nunc Fratres Minores morantur, cum omnibus domibus, edifficiis in o loco existentibus vel que fuerint pro tempore, et de tota illa petia terre aratorie

et vineate, que est circa quantitatem CLXXX tornat., posita circa ipsum locum, cum domo una cuppata super ipsum locum posita et aliis omnibus que ibi fuerint pro tempore, et cum XL tornat. terre prative tantum de parte illius petie terre prative que est de subtus dictam petiam terre, iuxta pratum ipsius Dominici, cum conditionibus appositis et specificatis in instrumento ipsius locationis, dationis *etc.* scripto manu Bonaventure Viviani not., quando contigerit Fratres Minores recedere a dicto loco de *Caldararia* et stare per triennium non reversuri; et ad promittendum nomine ipsius d. Abbatis, Fratrum suorum, capituli et conventus dicti Monasterii S. Marie in Strata ... quod ipsi et successores eorum tenebunt et habebunt in predicto loco de Caldararia, ubi nunc Fratres Minores morantur, facere continue morari et esse sex Fratres eorum Ordinis, de quibus ad minus tres eorum erunt sacerdotes pro divino ibi semper officio celebrando, et ad promittendum, si dictum Monasterium in dicto loco de Caldararia fratres vel sacerdotes sui ordinis habere noluerit, quod ipse d. Abbas presens et qui fuerit pro tempore, Monasterium et Conventus predicti Ord. de Cystello sive S. Marie in Strata, in ipso loco de Caldararia, ubi nunc Fratres Min. morantur, perpetuo eligent, ponent et facient ibi esse continue sex clericos laycos, de quibus ad minus quatuor ex ipsis erunt sacerdotes, et alii duo erunt in sacris ordinibus constituti, pro sancto semper ibidem divino officio celebrando, qui continuam ibidem residentiam facere teneantur et debeant, non habendo aliquid aliud beneficium, nec acquirendo stando ibi, et propter hoc habere debeant dictam possessionem, videlicet CLXXX tornat. terre aratorie et vineate que est circa ipsum locum, et alias XL tornat. prati, ut dictum est, tantum, et ad promittendum et consentiendum, si d. Abbas presens vel qui p. t. fuerit, vel ipsum Monasterium fuerint in predictis et circa predicta negligentes vel remissi, ita quod non fiant vel observentur in totum, tunc et in eo casu quod predictus locus de Caldararia, ubi nunc Fratres Min. morantur, cum omnibus edifficiis ibidem existentibus et dicta petia terre aratorie et vineate que est CLXXX tornat. et domo super ipsam posita, et aliis XL tornat. terre prative supra nominatis et dictis, libere sine aliquo impedimento, cum omnibus suis iuribus et actionibus, eo modo et forma quo vel qua dicitur et declaratur in eis et secundum condiciones et pacta atque modos quos ipse d. Dominicus exponere voluit in predictis, perveniat ad d. Episcopum qui est vel p. t. fuerit et ad Episcopatum Bononie ... Actum infra loca Monasterii S. Marie in Strata in parlatorio ipsius Monasterii, pp. ... Bonaventura Viviani not.

335/5078, n. 138. — Orig. = Cf. nn. 333, 334, 335.

332. Bononiae, 6 martii 1286.

Testamentum.

D. Ugutio q. d. Guidonis Bonamici de Galegata ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. XX sol. bon. ... Voluit suam ult. volunt. secretam esse et deponi in sacristia Fratrum Min. conventus Bon. ... Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Pellegrino* Guardiano dicti conventus, fr. *Amadore* de Pizigotis, fr. *Alberto* de Azzis, fr. *Benedicto* de Parma, fr. *Ghibertino* de Parma, fr. *Iohanne* de Mutina, et fr. *Salamone* de Parma ... Iohannes Baldutii de Saxuni not.

20/4152, n. 9. — Orig.

333. Bononiae, 25 aprilis 1286.

Monasterio Sororum S. Clarae Bon. quaedam assignantur bona pro Fratribus Min. de Caldararia.

Cum hoc sit quod in Curia Burgi Panicalis dioc. Bononie, in contrata et loco, ubi dicitur *Caldararia*, fuerit et sit constructus et ordinatus locus sive ecclesia in dicta contrata *Caldararie* ad honorem et reverentiam gloriose Marie Virginis per d. Berofaldinum de Geremiensibus et d. Bolnisiam eius neptem, ut ea intentione quod septem Fratres Min. ibidem perpetuo ad celebrationem divini officii morarentur, et post mortem ipsorum d. Berofaldini et d. Bolnisie sue neptis predicti septem Fratres ibidem permanere non poterant nec volebant, eo quod ex predicto d. Berofaldino et d. Bolnisia non remanserat aliquis qui dictis Fratribus in suis necessitatibus provideret, nec etiam vicinia dicti loci eisdem Fratribus poterat providere propter paupertatem ipsarum rerum victualium et defectum, et sic dictus locus quasi erat dimissus et derelictus. Unde d. Dominicus Poete campsor, civis Bononie, considerans et videns ipsum locum sic deseri et relinqui, et quod tantum bonum perdebatur propter inopiam et defectum elemosinarum pro substentatione dictorum Fratrum, nec erat aliquis qui predictis Fratribus compateretur et eorum necessitatibus subveniret, predictus Dominicus Poete per gratiam D. N. Iesu Christi et reverentiam gloriose Virginis Matris eius, Beati Francisci et beate Clare, requisivit et humilime supplicavit pluribus vicibus et temporibus reverendo fr. *Vitali* Ministro Fr. Min. in Provincia Bononie et Custodibus et Guardianis dictorum Fr. Min. et etiam Diffinitoribus capitulorum suorum, secundum quod pro temporibus extiterunt, ut ipsi in predicto loco de *Caldararia* conventum perpetuum ordinarent, disponentes quod *quatuordecim* Fratres Minores ad minus ibidem continuam residenciam facerent et haberent ad divinum officium celebrandum secundum ipsorum Fr. Min. ordinem, ad animarum personarumque omnium in dicta contrata morancium utilitatem perpetuam et salutem. Cuius supplicationibus et devotis rogaminibus ob reverenciam Dei Patris, beate Marie Virginis matris eius (*sic*) beati Francisci et beate Clare, considerantes etiam ipsi Fratres ipsius Dominici bonam voluntatem et devotam intencionem quam in predictis gerebat, et etiam pensantes quod locus predictus inceptus et ordinatus fuerat per predictos d. Berofaldinum et d. Bolnisiam suam neptem, quorum intencio servabatur, et circa divinum officium et in Fratrum numero suscipiebat augmentum, consenserunt firmantes in eorum provinciali capitulo, de licentia et voluntate fr. *Bonagratie* de S. Iohanne, tunc tocius Ord. Min. Fr. Generalis Ministri, et sicut ibidem ordinatum extitit et firmatum ita factum fuit et abinde observatum, et nunc ibidem studium permanet et conventus, et sic divina opitulante gratia erit perpetuo observatum et factum. Nunc vero ipse Dominicus Poete considerans gratiam sibi divinitus datam in predictis et ab ipsis Fratribus liberaliter sic concessam, ne videretur in vanum et vacuum ipsam gratiam recepisse, Deo vel hominibus collussisse, vult et sibi placet ita providere, disponere et ordinare, quod propter inopiam sive defectum elemosinarum nunquam dictus conventus ab ipso loco removeri possit vel debeat separari. Et quia layci quacunque affectione vel dispositione videantur astricti, facile consueverunt

mutationem et alterationem recipere, quod evenire non possit, videns et cogitans quod per religiosam personam, seu religiosum collegium magis fore[t] utile et durabile, et predicta et infrascripta expediri et fieri posse[nt], quia per Fratres Min. non possunt infrascripta recipi, fieri vel tractari, forte eorum ordinationibus vel constitutionibus et regula inhibentibus; ideo pro meliori, tuciori et honestiori et securior via et modo, ut predicta et infrascripta serventur, et pro remedio peccatorum omnium dd. Berofaldini de Ieremiensibus, Guidonis sui filii et d. Bolnisie neptis ipsius d. Berofaldini et antecessorum suorum, eo quia fuerint inceptores et fundatores tanti boni et pii loci, et pro remedio peccatorum ipsius Dominici, filiorum suorum, parentum suorum ... tam mortuorum quam vivorum ... dat, concedit, dedicat et asignat fr. *Iohanni* de Feraria familiari, nuncio et sindico atque procuratori Monasterii *Dominarum inclusarum ecclesie S. Francisci de Bonon. Ord. S. Clare,* positi Bon. extra circlam civitatis Bon., de cuius sindacatu et procuratione constat ex instrumento scripto manu mei Bonaventure Viviani not., et d. *Guillielme* abbatisse dicti Monasterii, presente toto suo conventu ad hoc specialiter congregato et convocato, volente hoc et consenciente et acceptante pro se ipsis et earum sororibus et futuris omnibus earumdem: petiam terre aratorie et vineate cum una domo cuppata super ipsam posita, positam in curia Burgi Panicalis in contrata ubi dicitur Caldararia, que petia terre cum vinea, absque loco predicto in quo habitant Fratres qui est sibi contiguus et coniunctus, esse potest circa quantitatem CLXXX tornat. et eius tales confines: desuper adest via per quam itur de Pelloso ad Canoclam, de subtus adest alia via per quam itur de Doxolo ad Canoclam, a mane adest Pellosolus pro parte et Doxolus pro parte, via mediante, et a sero adest alia via que decurrit ante locum ubi habitant dicti Fratres, et locus predictus ubi morantur dicti Fratres Min. circumdatus est a tribus lateribus dicta petia terre. Item unam aliam petiam terre prative positam in dicta curia et contrata de subtus predictam petiam terre, via mediante, que est quantitatis CCXL tornat. et eius tales esse confines: desuper vadit via predicta per quam itur de Doxolo ad Canoclam, de subtus sunt possessiones Lambertinorum, a mane fluit Doxolus et a sero ipse Dominicus. Et predicta eisdem dedit ad habendum, tenendum, possidendum, utendum et fruendum, et quidquid dicto Monasterio et ipsis *Dominabus sive Sororibus* et earum successoribus perpetuo placuerit faciendum, cum omnibus et singulis que dicte res habent super se et supra se seu intra se in integrum, et cum omni iure et actione et ratione, usu, comodo et utilitate sibi ex eis vel pro eis rebus aliquo modo pertinente sive spectante de iure vel de facto ... salvis semper omnibus pactis, modis et conditionibus infrascriptis et inferius denotatis: et predicta omnia et singula facit, dat, dedicat et assignat, eo quia dictus syndicus nomine dictarum *Sororum et Dominarum Monasterii et Conventus S. Francisci* pro eis et eis succedentibus, et ipsa d. Abbatissa et alie Sorores eiusdem conventus ibidem presentes ad dictum capitulum ad hoc specialiter congregate in ecclesia earum ad sonum campanelle, ut moris est, earum proprio nomine et earum successurarum monast. predicti et convent. earum, sponte et voluntarie ad hoc inducte deliberatione super predictis pluries et pluries habita et tractatu, sicut dixerunt et veraciter affirmarunt, videntes, cognoscentes et sperantes firmiter in predictis et infrascriptis utilitatem animarum suarum et successurarum suarum maximam consequi et participes esse apud Deum tanti boni, et eo quia ipse Dominicus Poete ex nunc concedit et vult quod predicte Domine sin-

gulis annis habeant et habere debeant de fructibus dictarum possessionum vi lib. bon. pro una pietancia facienda in conventu in die mortuorum sive eo die quando sollempnia mortuorum celebrantur, promiserunt sollempniter dicto d. Dominico stipulanti et recipienti suo nomine et nomine eorum omnium quibus duxerit [....] dum et fidem certissimam ab ipsis Sororibus et sindico predicto recip. super animas ipsarum et successurarum suarum fideliter et sollicite facere procurari dictas possessiones, et fructus omnes qui provenerint et percipientur ex dictis possessionibus, singulis annis et congruis temporibus, exceptis dictis vi lib. bon. concessis pro pietancia, dabunt et consignabunt, et dari et consignari facient integre et in totum, bona fide, sine fraude et omni exceptione et occasione remota, Fratribus Minoribus sive conventui Fr. Min. qui p. t. morabuntur et stabunt in dicto loco de *Caldararia*, sive alii vel aliis cui vel quibus commiserit vel deputaverit Minister Provincialis vel Custos vel Guardianus dicti loci, quandiu ibi erit conventus vel ad minus septem Fratres Min., pro elimosina et necessitatibus et substentatione conventus Fr. Min. ibidem morancium, et pro remedio animarum omnium supradictorum, et etiam pro remedio animarum *Dominarum conventus S. Francisci* et earum successurarum. Et ad predicta omnia et singula infrascripta exequenda et perpetuo facienda, dictum sindicum et conventum dictarum Dominarum et successuras earum et ipsum terenum totum astringit et obligat, ita quod semper omnes fructus et quidquid provenerit ex dictis possessionibus expendatur et distribuatur et detur in necessitatibus et utilitatibus et subventionibus Fratrum Min. ibidem morancium et in reparatione dicti loci, et non aliter vel alibi. Et ad hoc ut predicta omnia et singula bene, sollicite et sanctissime fiant et exequantur secundum quod dicta fuerint et ordinata, ipse partes, de comuni concordia et una voluntate, ordinaverunt et firmaverunt quod quandocumque videbitur Ministro de Provintia Bononie, Custodi vel Guardiano Fr. Min. de Bononia cum deliberatione et provisione quatuor de discritis Fratribus Min. de conventu Bononie elligendis et nominandis per ipsum Ministrum, Custodem et Guardianum, quod predicte dd. *Sorores S. Francisci de Bonon.* erunt negligentes vel remisse, vel facere noluerint [....] in predictis vel circa predicta que facienda, disponenda et ordinanda forent, secundum quod scriptum est supra, de quarum negligentia vel remissione credatur et stetur solo simplici dicto Ministri, Custodis et Guardiani, sine aliqua conditione, vel duobus eorum; et tunc liceat predictis Ministro, Custodi et Guardiano de Bononia, secundum quod fuerint p. t., cum deliberatione, consilio et provisione quatuor discretorum Fratrum de Conventu Bonon. unum providum et discretum hominem eligere et habere, qui possit et valeat dictas possessiones aliis dare et concedere de voluntate et conscientia dictorum Ministri, Custodis, Guardiani et quatuor discretorum Fratrum alicui monasterio vel loco ecclesiastico vel religioso de civit. Bononie vel districtu ad omnia et singula predicta facienda, complenda et exequenda, cui homini ab ipsis taliter electo ipse Dominicus Poete ex nunc concedit, committit et dat plenam et liberam potestatem atque bayliam de ipsis terris et possessionibus locandis, dandis et concedendis secundum dispositionem et voluntatem dictorum Fratrum pro predictis omnibus et singulis faciendis, complendis et exequendis, secundum quod scripta fuerunt superius et secundum quod dicte *Sorores Domine de S. Francisco* facere poterant et debebant ... Et si predictum monasterium, cui taliter predicta commissa fuerint, videretur predictis Ministro, Custodi et Guardiano de conventu

Bonon. vel hiis qui p. t. fuerint, negligentiam habere in predictis et circa predicta facienda, ut supra dictum est, iterum et iterum et [....] quatenus opus fuerit, possint predicta committere alii bono et discreto viro qui faciat predicta cum alio monasterio vel loco religioso, secundum quod decreverint Minister Provincialis, Custos et Guardianus, qui fuerint p. t., et eis videbitur faciendum. Item si contigerit Fratres Min. recedere a dicto loco de *Caldararia* omnino et stare per triennium non reversuri, nisi esset occasione guerre vel periculi Fratribus inevitabilis, ita quod ibi non sit conventus vel ad minus sex Fratres de dicto Ordine ibidem continuam vel quasi residentiam facientes, tunc et in eo casu disposuit, voluit et ordinavit quod fructus omnes qui provenerint et percepti fuerint ex dictis possessionibus infra dictum tempus trium annorum, libere perveniant ad dictas *Dominas de S. Francisco*, que postea omnes illos fructus, sine diminutione, dare debeant et resignare Ministro de Provincia Bon., Custodi et Guardiano Fr. Min. de Bononia, aliam medietatem in comuni concordia simul et non separatim singulis annis dare debeant et distribuere inter pauperes Christi religiosos et religiosas personas viduas, orphanos et alias miserabiles personas in civit. Bonon. et eius episcopatu tantum, ita quod de ista medietate Fratres Min. in specie vel genere aliquid habere non possint ullo modo. Et postea dictum locum de *Caldararia*, ubi nunc Fratres Min. morantur, cum omnibus domibus edifficiis in eo loco existentibus vel que fuerint p. t. et cum tota illa petia terre aratorie et vineate, que est circa CLXXX tornat., posita circa ipsum locum et cum domo predicta super ipsum locum posita et aliis omnibus que ibi p. t. fuerint, et cum XL tornat. terre prative tantum de illa alia petia terre prative, que est de subtus dictam petiam terre positam iuxta dictum pratum, qui nunc est ipsius Dominici a latere sero illius petie terre prative que erat cum predictis XL tornat., CCXL tornat. libere concedit et reliquid fr. Alberico de Bagnis sindico Monasterii S. Marie in Strata Ord. Cister. stipulanti et recipienti nomine et vice dicti Monasterii et pro ipso Monasterio et d. Thomaxio nunc Abbate dicti Monast. et suorum successorum, ad habendum, tenendum, possidendum ... cum omni iure et actione ... hac condicione aposita et specificata, quod ipse d. Abbas presens et qui fuerit p. t. et ipsum Monasterium et successores teneantur et debeant in dicto loco de *Caldararia*, ubi nunc Fratres Min. morantur, facere continuo morari et esse sex Fratres eorum ordinis, de quibus ad minus tres eorum sint sacerdotes pro divino celebrando officio ... et si d. Abbas presens et qui p. t. fuerit ... et successores in dicto loco de *Caldararia* de suis Fratribus sive de ipso Ordine habere vel tenere nollent, liceat Abbati qui fuerit p. t. ... in ipso loco de *Caldararia* perpetuo elligere et ponere et facere ibi esse continue sex clericos laycos, de quibus ad minus quatuor ex ipsis sint sacerdotes, et alii duo sint in sacris ordinibus constituti, pro sancto semper divino celebrando officio ... qui sacerdotes et clerici non habeant nec habere possint aliquid aliud beneficium, nec etiam acquirere stando ibi; qui sacerdotes et clerici continuam ibidem residentiam facere teneantur et debeant habendo dictam possessionem, ut dictum est, silicet CLXXX tornat. terre aratorie et vineate, que est circa dictam domum, locum sive ecclesiam dictorum Fratrum, et alias XL tornat. terre prative, ut dictum est tantum ... Et si dictus Abbas vel qui fuerit p. t. vel ipsum Monasterium ... in predictis vel circa predicta fuerint negligentes vel remissi ... tunc et in eo casu ... predictum locum de *Caldararia* cum omnibus ibidem existentibus ... ex nunc dat et reliquid Albergipto de Benvignonibus sindico et actori ven. patris

d. Ottaviani Bonon. episc. recipienti ... ad habendum, tenendum ... hac condicione apposita quod ipse d. Episcopus et sui successores et Episcopatus Bon. teneantur et debeant in dicto loco de *Caldararia,* ubi nunc Fratres Min. morantur, facere continue morari et esse sex clericos laycos *etc.* (*ut supra*) ... Et si d. Episcopus presens et qui fuerit p. t. vel ipsum *(sic)* Episcopatus in predictis ... fuerint negligentes vel remissi ... in eo casu predictum locum ... ex nunc concedit et dat sindico capituli Canonicorum Canonice S. Petri de Bonon. ... ad habendum, tenendum ... hac condicione apposita quod ipsi Canonici et qui fuerint p. t. et Capitulum Bonon. et successores eorum teneantur et debeant in dicto loco de *Caldararia,* ubi nunc Fratres morantur Min., facere continue morari et esse sex clericos laycos *etc.* (*ut supra*) ... Et si dicti Canonici presentes et futuri et dictum Capitulum in predictis et circa predicta ... fuerint negligentes vel remissi ... tunc et in eo casu semper liceat Ministro Fr. Min. de Prov. Bonon., Custodi et Guardiano de conventu Bonon. de Ord. Min., qui p. t. fuerint, elligere unum bonum hominem et habere, qui possit et valeat dictum locum de *Caldararia* cum predictis possessionibus apprehendere, tenutam intrare, et alii locare et dare et concedere loco ecclesiastico vel religioso de civit. Bon. vel districtu pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis et adimplendis, ut supra dictum est. Et d. Abbas de S. Maria in Strata ... vel d. Episcopus Bon. ... vel Canonici vel Capitulum Bon. vel quilibet alius vel alii, ad cuius vel quorum manus dictus locus de *Caldararia,* ubi nunc Fr. Min. morantur et sunt, et alie domus ibidem posite et constructe vel construende pervenerint, fuerint [....] destructe vel dissipate, prostrate, in toto vel in parte, aut vastate, quod ipsi teneantur ad refectionem et restaurationem, et quod non possint ipsa edifficia aliquo modo vendere, alienare vel obligare, vel alicui alteri concedere vel dare, vel in aliquem alium clericum vel secularem transferre, et quod non possint ipsa edifficia de ipso loco trahere vel trahi facere, vel portare vel portari facere, nec alicui consentire de ipsis edifficiis trahendis vel portandis, in toto vel de parte, aliquo modo vel ingenio quod dici possit vel excogitari; et si contra factum fuerit, aliquo casu vel modo, voluit quod ad refectionem et integram restauracionem teneantur contrafacientes ... Item voluit quod quocienscunque et quandocunque predicta omnia et singula non fierent vel observarentur per predictum Abbatem ... vel per d. Episcopum Bon. ... sive per Canonicos vel Capitulum Bon., in eo casu semper liceat Ministro Fr. Min. de Provincia Bonon., Custodi et Guardiano de conventu Bon. de Ord. Min., qui p. t. fuerint, eligere unum bonum hominem et discretum et habere, qui possit et valeat dictum locum de *Caldararia* cum predictis CLXXX tornat. terre arat. et vineate, et domo sive domibus in ipsa [sitis] et positis, et aliis XL tornat. terre prative suprascriptis apprehendere posse et tenutam intrare et alii locare, dare et concedere loco ecclesiastico vel religioso de civit. Bon. vel districtu, pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis et adimplendis, ut supra dictum est ... Ceterum si casus evenerit quod Fratres Min. a loco predicto de *Caldararia* recedere omnino contigerit et stare per triennium non reversuri, nisi esset occasione guerre vel alterius periculi inevitabilis, ita quod ad dictum Monasterium de S. Maria in Strata vel ad aliquem predictorum locorum, ipse locus de *Caldararia* perveniret seu devolvatur et perventus fuisset, tunc in eo casu voluit, concedit et ordinat quod d. Abbatissa *Monasterii S. Francisci de Bonon.* que nunc est vel p. t. fuerit, et conventus ipsius Monasterii possint et valeant et debeant sine aliquo obstaculo illas ec

tornat. terre prative iuxta Doxolum predictas, vendere et alienare ad requisitionem et de voluntate Ministri Generalis tocius Ord. Fr. Min., Ministri de Provincia Bonon., Custodis et Guardiani conventus Fr. Min. de Bonon., in eorum presencia vel trium eorum ad minus, secundum quod eis placuerit et cui voluerint. Medietatem eius precii quod ex dictis cc tornat. terre prative accipietur et habebitur ipsa d. Abbatissa et eius conventus possint et valeant et debeant dare et consignare vel dari et consignari faciant Fratribus Min. et conventui de Bonon. pro relevatione necessitatis eorum et pro substentatione ipsorum atque indigentia; reliqua vero medietas eius precii... dari debeat et distribui per Ministrum Provincialem de Prov. Bon., Custodem et Guardianum conventus Fratrum Min. de Bon., simul et non separatim et in comuni concordia, inter pauperes Christi religiosos et religiosas personas, viduas et orphanos, infirmos et alias miserabiles personas civit. Bonon. et districtus, ita quod de ista ultima medietate dicti precii Fr. Min. in genere vel specie, aliquid habere non possint vel debeant ullo modo; et predicta reliquid facienda fidei eorum et super animas ipsorum. Et quia ipse Dominicus Poete omnia predicta et quelibet predictorum suo gaudere cupit effectu, et debere sic perpetuo observari, adimpleri et fieri in singulis punctis et capitulis suprascriptis, voluit ipsa omnia et singula per supradictos et quemlibet eorum, de quibus habetur mentio in predictis, aut per sollempnes sindicos et procuratores eorum et cuiuslibet eorum, et ex ipsorum stipulationum promissionibus firmare et observare debere. Ideo fr. *Iohannes* de Ferraria, nuncius et familiaris et sindicus et procurator dicte d. *Guilielme* Abbatisse et Sororum suarum Monast. et conventus S. Francisci de Bon. Ord. S. Clare, de voluntate et consensu et mandato ipsius d. Abbatisse et Sororum suarum conventus ipsius, in ipso capitulo existentium et volentium predicta contrahi et presens instrumentum fieri secundum formas et condiciones superius expressas et dictas... sollempniter promisit nomine et vice ipsius d. Abbatisse Monast. et conventus S. Francisci de Bon. Sororum eiusdem Monast. et successurarum suarum, sine aliqua exceptione iuris vel facti, se obbligando dicto d. Dominico Poete, pro se et suis heredibus stipulanti... quod ipsa d. Abbatissa presens et que fuerit p. t. et ipsum Monasterium... fideliter et sollicite facient procurari dictas possessiones, et fructus omnes qui provenerint et percipientur ex dictis possessionibus, singulis annis et congruis temporibus, exceptis sex lib. bon. quas habere debent pro pietancia facienda in conventu, dabunt et consignabunt et dari facient integre et in totum, bona fide, sine fraude, omni occasione remota, Fratribus Min. sive conventui Fr. Min. qui p. t. morabuntur et stabunt in loco dicto de *Caldararia,* sive alii vel aliis cui vel quibus commiserit Minister Provincialis vel Custos vel Guardianus dicti loci, quandiu erit conventus Fr. Min. vel ad minus septem Fratres, pro elemosina et substentatione conventus Fr. Min. ibidem morancium, et omnia alia et singula que scripta sunt superius, modis et forma comprehensis in eis, casu et modo advenientibus superius enaratis. Et sic dictus sindicus de licentia et mandato ipsius d. Abbatisse presentis et Sororum suarum ad hoc specialiter convocatarum et conventus ipsarum, corporaliter iuravit ad sancta Dei Evangelia super animas et in animabus ipsius Abbatisse presentis et earum que fuerint p. t. Sororum suarum presencium et futurarum, precise et inviolabiliter observare et adimplere omnia et singula suprascripta... Item acto et dicto inter dictum Dominicum Poete ex una parte, et dictum Fr. *Iohannem* sindicum *Dominarum Monast. S. Francisci,* nomine dicti Monasterii, ex alia parte, quod si

contigerit prefatum Monast. non observare et non adimplere omnia et singula predictorum, quod incontinenti cadat a dominio, possessione et detentatione dictarum rerum et possessionum, et dominium et possessio et detentatio deveniat ad eas personas incontinenti, secundum quod dictum est superius, ita quod eorum auctoritate liceat eis accipere dominium et possessionem et detentationem sine contradictione aliqua ... Item acto et dicto per ipsum Dominicum Poete, quod semper intendit et sibi reservat quod possit et valeat, quandiu vixerit, ipsas possessiones locare et dislocare et uti secundum quod nunc facit et fecit, et fructus dictarum possessionum disponere, ordinare et tractare secundum quod sibi videbitur faciendum, toto tempore vite sue, tam circa Fratres quam alios pios usus, et circa pauperes Christi. Et non intelligens quod *Domine sive Sorores S. Francisci de Bonon.* habere debeant dictas VI lib. bon. pro pietancia, quandiu predicta noluerint exercere, facere et operari solito more, et in hoc solum omne arbitrium reservavit. Acta et facta sunt omnia et singula *in ecclesia Dominarum S. Francisci extra circlam strate S. Stephani*, pp. d. Federico de Scala doctore legum, d. Guidotto de Lamandinis ... Bonaventura Viviani not.[1].

337/5080, n. 1. — Orig. = Cf. nn. 331, 334, 335.

334. Bononiae, 25 aprilis 1286.

Sorores monast. S. Clarae Bon. procuratorem constituunt ad quaedam bona recipienda eidem monasterio assignata pro Fratribus Min. de Caldararia.

Congregatis et convocatis d. *Guilielma* abbatissa et sororibus *Monasterii S. Francisci de Strata S. Stephani prope Bonon. Ord. S. Clare* ad capitulum more solito specialiter ad infrascripta facienda et exercenda, in qua quidem congregatione et convocatione interfuerunt infrascripte Domine et Sorores, videlicet ipsa d. *Guilielma* Abbatissa, sor. *Phylippa* de Bononia, sor. *Zolita*, sor. *Christiana*, sor. *Lambertina* de Poetis, sor. *Agnesina* de Ramponibus, sor. *Elia* de Zoanezonibus, sor. *Lucia* de Gisleriis, sor. *Zecilia* de Gozadinis, sor. *Azolina*, sor. *Barbara* de Artinixiis, sor. *Francisca* d. Perolini, sor. *Antonia* de Corvolinis, sor. *Diadema* de Gozadinis, sor. *Lambertina* de Muxolinis, sor. *Paulina*, sor. *Gisla*, sor. *Bonaventura* de Medicina, sor. *Iussiana* de Senzarazone, sor. *Iohanna* de S. Iohanne, sor. *Caracosa* de Gisleriis, sor. *Iohanna* de Parma, sor. *Aghata*, sor. *Antonia* de Benvignonibus, sor. *Pacifica*, sor. *Iustina* de Parma, sor. *Iohanna* de Panico, sor. *Bartholomea* de Gardinis, sor. *Margarita*, sor. *Caterina*, sor. *Iohanna* de Campania, sor. *Antonia* de Poetis, sor. *Clara*

---

[1] Huic contractui refertur sequens instrumentum in eadem membrana conscriptum: *1286, 26 aprilis*. — « D. Dominicus Poete post celebrationem predicti contractus, volens et desiderans ipsa omnia et singula que scrip[ta...], dicta et specificata in suprascripto instrumento, sic fieri, exequi, compleri et observari debere secundum quod scripta sunt in dicto instrumento, nullo obstante casu et modo advenientibus in dicto instr. enaratis, tradidit et dedit fr. Alberico de Ragnis sindico monast. et conventus S. Marie in Strata Ord. Cystercien., Bon. dioc., nomine et vice dicti monast. recipienti, tenutam et corporalem possess. de predicta petia terre arat. et vineate et de omnibus domibus et edifficiis in ea existentibus et dictis XL tornat. terre prative subtus dictam petiam terre posit., secundum modos et formas et condiciones scriptas, dictas et specificatas supra in dicto instrumento ... Actum in curia Burgi Panicalis in contrata Caldararie in predictis possessionibus et locis, pp. ... Bonaventura Viviani not. ».

de Poetis, sor. *Marsibilia* d. Azolini, sor. *Marsibilia* d. Fabri, sor. *Clara*, sor. *Maria*, sor. *Tramontana*, sor. *Iacobina* de Castro Britonum, sor. *Thomaxina* de Galuciis, sor. *Benedicta*, sor. *Iacobina* de Porta, sor. *Beatrixia* de Feraria, sor. *Humilia* de Regio, sor. *Victoria*, sor. *Clara* de Pizogottis, sor. *Philippa* de Faventia et sor. *Sophya* de Marchia. Que quidem d. *Guilielma* Abbatissa predicta, Sorores, capitulum et conventus, nomine et vice earum et dicti Monasterii, constituerunt et ordinaverunt fr. *Iohannem*, qui fuit de Ferraria, nuncium et familiarem dicti Monast. presentem earum et dicti Monast. sindicum, actorem et procuratorem et nuncium specialem ad recipiendum omnem dacionem, promissionem et concessionem puram et liberam ... temporalem et perpetuam, quam d. Dominicus Poete civ. Bonon. facere vellet et voluerit eisdem Abbatisse et Sororibus et Monasterio et sindico earum et procuratori predicto, nomine ipsius Monast. et conventus, de una petia terre arat. et vineate cum una domo cuppata super ipsam terram posit. in curia Burgi Panicalis in contrata *Caldirarie*, que petia est circa quantitatem CLXXX tornat. absque loco ubi nunc habitant Fratres Minores; confines cuius sunt: desuper currit via per quam itur de Pelosolo ad Canoclam, de subtus est alia via per quam itur de Doxolo ad Canoclam, a sero adest alia via que decurrit ante domum et locum ubi nunc Fratres Min. morantur, et CCXL tornat. terre prative posit. subtus dictam viam iuxta Doxolum, et iuxta Lambertinos, et iuxta ipsum d. Dominicum Poete, secundum condiciones et pacta, conventiones atque modos quos ipse Dominicus voluerit apponere in predictis, et ad promittendum ipso Dominico ... super animas et in animabus ipsius d. Abbatisse et dictarum Sororum et successurarum suarum, quod fideliter et sollicite facient procurari dictas possessiones, et fructus omnes qui provenerint et percipientur ex dictis possessionibus, singulis annis et congruis temporibus, exceptis VI lib. bon. quas habere debent pro pietancia facienda in die mortuorum, dabunt et consignabunt et dari facient integre et in totum, bona fide, sine fraude, omni occasione remota, Fratribus Min. sive conventui Fr. Min. qui p. t. morabuntur et stabunt in loco dicto de *Caldararia*, sive alii vel aliis cui vel quibus commiserit Minister Provincialis vel Custos vel Guardianus dicti loci, quandiu ibi erit conventus Fr. Min. vel ad minus septem Fratres pro elemosina et substentatione conventus Fr. Min. ibidem morancium, et ad obligandum et astringendum ipsam Abbatissam, Sorores et conventum dictarum Dominarum et successurarum suarum ad predicta omnia et singula infrascripta exequenda et perpetuo facienda, ita quod semper omnes fructus et quidquid provenerit ex dictis possessionibus expendatur et detur in necessitatibus et utilitatibus et subventionibus Fr. Min. ibidem morancium et in reparatione dicti loci, et ad promittendum id attendere et observare quod ordinabitur et videbitur Ministro de Provincia Bonon., Custodi et Guardiano Fr. Min. de Bonon. cum deliberatione et provisione quatuor discretorum Fr. Min. de conventu Bononie, faciendum de predictis possess. si ipsa Abbatissa, Sorores et successure ipsarum essent negligentes et remisse, vel facere nolent vel non observarent predicta, et ad omnia et singula facienda et exercenda que in predictis et quolibet predictorum necessaria fuerint vel oportuna ... Actum Bononie *in ecclesia Dominarum S. Francisci extra circlam strate S. Stephani*, pp. d. Federico de Scala doctore legum ... Bonaventura Viviani not.

337/5080, n. 2. — Orig. = Cf. nn. 331, 333, 335.

335. Burgi Panicalis, 26 aprilis 1286.

Syndicus monasterii S. Clarae Bon. in possessionem mittitur quorumdam bonorum de quibus supra sub. nn. 333, 334.

D. Dominicus Poete post celebrationem contractus initi et facti cum fr. *Iohanne* qui fuit de Ferraria, nuncio et familiare atque sindico *Dominarum monaster. et conventus S. Francisci,* nomine ipsius *monast. et conventus Ord. S. Clare,* de una petia terre aratorie et vineate que est CLXXX tornat. absque loco ubi nunc morantur Fratres Min., et de alia petia terre prative in eodem loco de subtus dictam petiam terre, que est CCXL tornat., sicut scriptum est in instrumento ipsius dationis et concessionis, scripto manu mei not., volens et desiderans ipse Dominicus ea omnia et singula que in dicto instr. scripta sunt sic fieri et observari debere in totum, nulla exceptione obstante, induxit, tradidit atque dedit dicto fr. *Iohanni* ... tenutam et corporalem possessionem de ipsa petia terre arat. que est CLXXX tornat. cum omnibus domibus edifficiis super ipsam positis, posita in curia Burgi Panicalis in contrata *Caldararie* iuxta vias ab omnibus lateribus, et de alia petia terre prative que est CCXL tornat. cum suis confinibus de subtus dictam petiam, secundum modos et formas et condictiones appositas, dictas et specificatas in instrumento scripto manu mei not., accipiendo et capiendo ipsum sindicum per manus et inducendo ipsum per ipsam petiam terre et per blada ibidem nata, et subsequenter per dictum pratum, ambulando per eum, dando sibi etiam de terra eorum in manibus ipsius sindici ... Actum in curia Burgi Panicalis in contrata Calderarie ... Bonaventura Viviani not.

337/5080, n. 2. — Orig. = Cf. nn. 331, 333, 334.

336. Bononiae, 2 maii 1286.

Testamentum.

D. Thomaxina f. q. d. Vandi becarii et uxor d. Francisci Gatti ... dari voluit cuilibet loco religioso civit. Bon., ubi morantur Fratres seu Sorores, III lib. bon.; item conventui Fr. Min. III lib. bon. ... item fr. *Albertino* de Parma dicti Ord. p. s. n. XX sol. bon. ... item fr. *Gerardino* Gualengo dicti Ord. X sol. bon. ... Voluit suum test. sigillari debere sigillo Guardiani seu Custodis Fr. Min. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min. in present. fr. *Albertini* de Parma sacerdotis qui dixit *etc.,* fr. *Gerardini* Gualenghi, fr. *Iacobi* de Plastellis, fr. *Benedicti* de Parma, fr. *Alberti* de Gozadhinis, fr. *Allexandri* de S. Iohanne, fr. *Ugolini* de Feraria, fr. *Iohannis* de Ymola, et fr. *Boninsegne* de Ferraria, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

20/4152, n. 13. — Orig.

337. Bononiae, 6 maii 1286.

Testamentum.

Fr. *Iacobinus* barberius frater de Penitentia f. q. d. Petri de capella S. Marie Maioris ... reliquid conventui Fr. Min. XX sol. bon. ... item ecclesie *S. Andree Fratrum de Penitentia* X sol. bon. pro libris vel aliis rebus oportunis ipsi eccl.; item *Ministris Fratrum de Penitentia,* qui nunc sunt vel p. t. fuerint, XX sol. bon., quos

expendi debeant inter Fratres pauperes et Sorores Ord. de Penitentia; item fr. *Gerardino* de Parma et fr. *Gerardino* de Cremona, cuilibet v sol. bon. pro missis canendis ... fecit suos commiss. fr. *Guilielmum* Panzonèm ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Bonaventura* de Fregnano, fr. *Francisco* de Ygnano, fr. *Nicholao* Sanguineo, fr. *Benamato* sacristano, fr. *Alixandro* de S. Iohanne et fr. *Rugerio* de Panigo; et est positum in sacristia Fratrum Min. de Bon. ... Fr. *Callamon* de Callamonibus de Butrio not.

20/4152, n. 14. — Orig.

338. Bononiae 29 maii et 6 iunii 1286.

Testamentum.

D. Iohannes Aldrovandini de Montearmato ... reliquid xxx lib. bon., de quibus ... reliquid fr. *Boniacobo* de Ord. Fr. Min. xx sol. bon.; item fr. *Albertino* de Parma dicti Ord. xx sol. bon. ... item Fratribus Min. de Bonon. III lib. bon.; item fr. *Rolandino* x sol. bon.; item *Societati S. Marie scolarum Fratrum Min.* xx sol. bon.; item *nunciis dicte societatis* IV sol. bon. ... Residuum vero voluit expendi circa funus et sepult. suam et ubi melius et utilius visum fuerit p. a. s. infrascriptis commiss. suis. Sepulturam suam sibi ellegit apud eccl. Fratrum Min. de Bon. ... Commiss. suos esse voluit fr. *Boniacobum* q. d. Michaelis de Ord. Min. ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Albertino* de Parma, fr. *Petro* sacristano, fr. *Manfredo* de Tomariis, fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Bertholomeo* de Portasterii, fr. *Iohanne* de Porta, fr. *Gandulfo* d. Buvalelli et fr. *Matheo* de Bongerardis, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

1286, 6 iunii. Predictus d. Iohannes deposuit dictum test. sigillatum sigillo conventus Fr. Min. de Bon. in sacristia dictorum Fratrum, pp. fr. *Albertino* de Parma, fr. *Zacharia* f. q. d. Antonii de Munarolis et fr. *Francisco* de Feraria, omnibus de Ord. Min. Thomas f. q. Alberti Fabri not.

20/4152, n. 16. — Orig.

339. Bononiae, 30 maii 1286.

Venditio.

D. fr. *Francus* f. q. d. Iacobini de Gueziis ... vendidit ... Guillelmino q. Gerardi domum unam cum solo et edificio posit. in contrata burgi S. Ysaie civit. Bon. iuxta hered. q. d. Guidonis Guezii cum medietate sponde muri ipsius domus posit. a latere sero inter ipsum et hered. predicti q. d. Guidonis et iuxta Rolandinum q. d. Bartholomei de Gueziis de super et a mane iuxta eundem venditorem et fratrem eius nomine Barthol[....] cum medietate sponde sive muri ipsius domus a latere mane protendendo ad filum superius usque ad locum sive partem Rolandini q. d. Barthol[omei] de super et iuxta viam publ. de subptus ... pro precio cxx lib. bon. ... Actum Bononie ... Bonvisinus Bologniti not.

20/4152 n. 18. — Orig. In dorso « Carte iura et instrumenta de orto superiori Fratrum Min. de Bon. ».

340. Bononiae, 20 iunii 1286.

Testamentum fr. Guidoctini de Prendipartibus, novitii in Ord. Fratrum Min.

D. fr. *Guidoctinus* f. q. d. Comitis de Prendipartibus, constitutus in Ord. Fr. Min. infra tempora probationis et ante tempus professionis, volens suum condere test., id

sic disponere procuravit. Primo quidem p. a. s. reliquid de suis bonis x lib. bon. expendendas arbitrio infrascript. suorum commiss., quos esse voluit Ministrum Provintie Bon. et Guardianum conventus Bon. et fr. *Pellegrinum* de Pollicino et fr. *Bertolomeum* eius fratrem. Item voluit quod si reperiretur ullo tempore quod ipse alicui teneatur in aliquo aliqua ratione, et possit probabiliter hostendi, de bonis suis integre satisfiat arbitrio et voluntate dictorum suorum commiss., quibus dedit plenam licentiam et liberam potestatem vendendi, alienandi et obligandi de suis bonis cuicumque voluerint, usque ad integram satisfationem totius eius quod reperiretur ipse alicui debere, aliqua de causa; quod si dicti commissarii per se nollent hoc facere, possint quos voluerint unum vel plures ad predicta facienda constituere ... reliquid d. Palmerie sue uxori habitationem unius domus site (iuxta) *cymiterium* Fratrum Min., iuxta heredes Azolini Vitalis et iuxta uxorem Marcutii de Azis, usque vixerit, (et) post mortem dicte domine voluit dictam domum esse Fratrum Min., eo quod edificata est in casamento ipsorum Fratrum ... Actum Bononie in *domibus* Fratrum Min. in domo que dicitur *barbaria*, pp. fr. *Pellegrino* de Pollicino, fr. *Francisco* de Ygnano, fr. *Iohanne* portario, fr. *Rugerio* de Poetis, fr. *Salamone* de Parma, fr. *Bonaventura* de Fregnano, fr. *Bertholomeo* q. d. Comitis de Prendipartibus et fr. *Alberto* de Azis, qui omnes asseruerunt *etc.*

Eodem die dictus d. fr. *Guidoctinus*, pp. supradictis testibus, fecit suum procuratorem specialem ad faciendum supradictum test. deponi in sacristia Fr. Min. et ad omnia facienda que in predictis fuerint opportuna, d. fr. *Pellegrinum* de Pollicino ... Gerardus Dentamis not.

20/4152, n. 22. — Orig.

341. Bononiae, 18 iulii 1286.

Testamentum.

D. Sibilina f. q. Zanelli Fabri ... dari voluit Fratribus Min. pro missis xx sol. bon. ... item fr. *Petro* de Strata x sol. bon.; item fr. *Dominico* de Ord. Min. v sol. bon. ... elegit sibi sepulturam apud eccl. Fratrum Min. ... reliquid fr. *Francisco* suo filio de Ord. Min. iure institutionis III lib. bon.; item fr. Zanello et Coradino suis filiis, cuilibet eorum III lib. bon. ... Voluit dictum suum test. esse secretum et sigillari debere sigillo Custodis Fratrum Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in present. fr. *Blaxii* de Barbaria sacerdotis, fr. *Landulfi* d. Zacharie, fr. *Gandulfini* de Mutina, fr. *Benzevennis* de Mutina, fr. *Petri* sacriste, qui confessus fuit dictum test. depositum esse penes se, fr. *Alberti* de Castagnolo, fr. *Ubertini* portarii, fr. *Iohanini* de Portanova et fr. *Allexandri* de S. Iohanne in Persezeto, omnium de dicto Ordine ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

20/4152, n. 23. — Orig.

342. Bononiae, 18 iulii 1286.

Testamentum.

D. Azelina f. q. Raynaldi ... elegit suam sepult. apud eccl. Fr. Min. ... reliquid fr. *Cambio* de Ord. Min. III lib. bon. p. s. n.; item fr. *Landulfo* d. Zacharie de dicto Ord. xx sol. bon.; item fr. *Albertino* de Parma de dicto Ord. xx sol. bon.; item fr. *Petro* de Vecla xx sol. bon. p. s. n. ... item pro subtelaribus Fratrum de *infir-*

maria Fr. Minorum de Bonon. seu pro aliis necessitatibus xx sol. bon. ... constituit suos commiss. Sororem *Iacobinam* suam filiam et Guardianum Fr. Min. vel quem vel quos ipse elegerit ... Voluit hoc test. sigillari sigillo Custodis Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in present. fr. *Lambertini* de Bambagiolis, qui dixit *etc.,* fr. *Iacobi* de Feraria, fr. *Petri* de Castagnolo, fr. *Sullimani* d. Sullimani, fr. *Iohannis* de S. Collumbano, fr. *Guidonis* de Tuschis et fr. *Landulfi* d. Zacharie, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

20/4152, n. 24. — Orig.

343. Bononiae, 30 augusti 1286.

Venditio.

Fr. *Franchus* q. d. Iacobini Guezi Belline ... vendidit ... d. Pasipovero q. d. Castelani casamentum unum posit. in burgo S. Ysaye, iuxta Rolandinum d. Bertholamey Guezi Belline a duobus lateribus, iuxta stratam burgi S. Ysaye et iuxta Guillelmum ... quod casamentum esse dixit et convenit xxxii clusos et duas partes alterius clusi ... pro precio xix sol. bon. pro quolibet cluso, quod capit in summa xxxi lib. et viii den. bon. ... Actum Bononie ... Petrus de Floranis not. [1].

20/4152, n. 26. — Orig. In dorso « Instrumenta orti ».

344. Bononiae, 6 et 8 octobris 1286.

Testamentum.

Fr. *Iohannes* qui fuit de Firmo f. q. Henrici, qui nunc moratur Bononie in capella S. Crucis, de Ord. Fr. de Penitencia ... reliquid cccxx lib. bon., de quibus dari voluit fr. *Francissco* filio suo de Ord. Fr. Min. p. s. n. cc lib. bon.; et si ipse fr. *Franciscus* premoriretur ante ipsum testatorem, voluit quod Fratres Min. Provintie *Grecie,* de quorum Provintia ipse est, habeant de dictis cc lib. c lib. bon.; residuum vero ipsarum cc lib. dari voluit conventui Fratrum Min. civit. Bon., silicet c lib. bon.; item voluit dari conventui Fr. Min. de civit. Bonon. xxx lib. bon.; item *Sororibus Minoribus de Bonon.* v lib. bon. ... item *Fratribus et Sororibus pauperibus de Ord. Penitentum* civit. Bon. inter omnes iiii lib. bon.; item presbitero S. Andree dictorum Fratrum v sol. bon.; item fr. *Homodeo* de Asti de Ord. Min. xl sol. bon. ... item cuilibet *Ministro Fratrum Penitencie* civit. Bon., qui fuerint tempore mortis sue, xxx sol. bon. ... Residuum vero expendi voluit circa sepulturam suam, quam ellegit apud eccl. Fr. Min. et allibi ubi melius visum fuerit commiss. suis infrascriptis pro anima sua,

---

[1] Huic venditioni refertur sequens petitio: — « Agit Pritonus q. Rolandini Pritonis et heres ipsius d. Rolandini [contra] d. Pascipauperem d. Castellani Baioli, a quo petit et advocat unum casamentum posit. in burgo S. Ysaye, iuxta d. fr. *Franchum* et iuxta heredes d. Bertolomei de Guecis et iuxta viam publ., quod dicit fuisse in bonis et de bonis q. Guecii de Gueciis tempore obligationis et obligatum et ypotecatum esse et fuisse dicto Pritoni et d. Rolandino suo patri pro quantitate et in quant. xlvi lib. bon. nomine sortis, et nomine pene in quantit. x lib. bon., in quam inciderunt, quia ad terminum non solverint, quas idem d. Guecius una cum d. Allexandro de Giso et d. Domandato q. Bonefidei not. dicto d. Rolandino dare et solvere promiserunt, ex causa mutui, ad certum terminum iam ellapsum ... et petit expensas etc. et predicta petit omni modo quo melius potest ». *20/4152, n. 26.* — *Orig.* In dorso « Instrumenta orti de Gueciis [....] Fratrum Min. ».

quos commiss. ellegit et esse voluit *Ministros Fratrum Penitencie* civit. Bon. et d. Adelaxiam uxorem suam, quibus dedit licentiam accipiendi, vendendi et allienandi tantum de bonis suis, quod predicta possint totaliter adimplere, que fieri voluit intra sex menses post obitum suum, de consilio et consensu et voluntate fr. *Francissci* filii sui de Ord. Min., quod si de consilio ipsius fr. *Francissci* non facerent predicta vel facere neglexerint, vult quod ipse filius habead potestatem alios commiss. elligendi ad suam voluntatem. Si autem ipse filius suus absens esset tempore mortis sue, vult quod dicti commiss. predicta gerant de consilio et voluntate Guardiani Fr. Min. civit. Bon. qui p. t. fuerit; item reliquid Iacobine filie sue docis ratione CCXXV lib. bon.; que si moriretur antequam nuberet, vult quod d. Bertholomea filia sua et uxor Petri Merlity habeat de dicta quantitate CXXV lib. bon. ... allias vero C lib. bon. de residuo dictarum CCXXV lib. bon. vult distribui per dictum fr. *Francisscum* filium suum ... Actum Bononie in *barbaria* Fr. Min., pp. fr. *Francissco* de Ancona, fr. *Petro* converso, fr. *Petro* de Nicolinis, fr. *Iacobo* Agresti sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Martino* de Valdelaposa, fr. *Iohannino* de Cesena, fr. *Antonio* de Regio, omnibus de Ord. Fr. Min., et fr. *Guilielmo* de Ord. Fr. Penitentie de Panzonibus ...

Die VIII octubris testator deposuit h. s. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manu fr. *Petri* de Mutina sacristani, pp. fr. *Iohanne* de Spezano et fr. *Castellano* de Samaritanis de Ord. Min. ... Fr. *Bonaventura* Lovatti not.

336/5079, n. 209. — Orig.

345. Bononiae, 6 novembris 1286.

Testamentum.

D. Bernardus q. Rodulfi ... reliquid pauperibus *societatis S. Marie, que nunc quoadunatur in scolis Fr. Min. de Bonon.*, XL sol. bon. p. a. s., quos vult distribui inter predictos pauperes per fr. *Rolandinum* de Valis de Penitentia dicte societatis, si viserit, sin autem, per Sapientes dicte societatis qui p. t. erunt ... item fr. *Rolandino* de Valis Ministro *societatis que nunc in scolis Fr. Min. de Bonon. coadunatur*, XL sol. bon. p. a. s.; item *Sororibus de S. Francisco* pro misis et oracionibus dicendis p. a. s. V sol. bon.; item conventui Fr. Min. pro misis et oracionibus dicendis C sol. bon. ... item fr. *Iacobo* de Alidoxiis de S. Iohanne de Ord. Fr. Min. C sol. bon.; item fr. *Guasparino* de dicto Ord. XV sol. bon.; item fr. *Laurentio* de Montefeltro de Predela (?) de dicto Ord. XX sol. bon. ... Suos commiss. elegit ... et fr. *Rolandinum* de Capella S. Iorii ... Voluit quod presens test. ponatur in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigiletur sigilo Custodis seu conventus dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Iacobo* de Porto, fr. *Petro* de Coradis, fr. *Lanbertino* de Banbaiolis, fr. *Bologn̄ito* de Burgo Peradelli, fr. *Iohanne* de S. Columbano, fr. *Rogerio* de Poetis et fr. *Iacobo* de Alidoxiis de S. Iohanne, omnibus de Ord. Fratrum Min. ... Finus f. d. Egidii Bixilerii not.

20/4152, n. 29. — Orig.

346. Bononiae, 21 decembris 1286.

Codicillus.

Codicillus d. Gardini de Gardinis legum doctoris ... Actum Bononie ad domum Fr. Min., videlicet *in parlatorio infra portam*, pp. fr. *Petrizolo* de Aposa Guardiano

Fr. Min., fr. *Iohanne* de Spezano, fr. *Iacobo* de Sexena, fr. *Iohanne* portario, fr. *Mansueto* de Montesorbo et fr. *Petro* de Ymola ... Quam ultimam voluntatem dicto Guardiano ipse testator propriis manibus tradidit iubens eam sigillo conventus Fratrum Min. de Bon. sigillari et in eorum sacristia deponi, quod per predictum Guardianum et me infrascriptum not. factum fuit. Baldoinus q. d. Zampoli de Corvis not.

20/4152, n. 36. — Orig. = Cf. n. 275.

347. Bononiae, 29 decembris 1286.

Testamentum.

D. Michelda f. q. d. Bencevenis salaroli ... elegit sibi sepult. apud eccles. Fr. Min. ... reliquid Fratribus eiusdem eccl. pro missis cantandis XL sol. bon. ... item fr. *Iacobo* de Agrestis XV lib. bon., volens et mandans quod heredes sui, usque ad triennium post mortem dicte testatricis, sibi satisfaciant, dando ei annuatim V lib. bon.; item fr. *Bonaventure* de Agrestis III lib. bon.; item fr. *Iohannino* de Portanova X sol. bon.; item fr. *Gerardino* de Parma X sol. bon. ... constituit suos commiss. fr. *Bonaventuram* de Agrestis et fr. *Iacobum* de Agrestis suum filium, seu Guardianum qui p. t. fuerit Fr. Min. conventus de Bononia, si predicti Fratres non superviverent in morte dicte testatricis ... Si completo anno post mortem dicte testatricis, sue heredes vel altera obviaret vel nollet solvere test. suum, postquam denunciatum eis vel ei fuerit per commiss. suos ... in eo casu privat eas seu eam hereditate, et instituit sibi pauperes Christi, quos nominaverint predicti sui commiss. seu Guardianus Fratrum Min. qui p. t. fuerit, si predicti Fratres non superviverent ... Voluit h. t. sigillari sigillo Guardiani seu Custodis sive conventus Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Paulo* de Forlinpovulo, fr. *Iohanne* de Casi, fr. *Sulumano* d. Sulumani, fr. *Hubertino* de Euria, fr. *Guilielmo* de Plamonte, fr. *Thomasio* de Tuderto et fr. *Bonaventura* de Agrestis sacerdote et fr. *Lanbertino* portanario, qui cognoscunt *etc.* ... Nascinbene q. Petri Schudarii not.

20/4152, n. 35. — Orig.

348. Bononiae, 29 ianuarii 1287.

Syndico Fratrum Min. Bon. traditur portio cuiusdam terreni pro certa pecuniae quantitate quibusdam Fratribus relicta.

D. Zacharias q. d. Gardi Gosberti heres pro duabus partibus d. Rodulfi q. d. Bolognitti Zanzi ... dedit et tradidit in solutum iure proprio, in perpetuum d. Passipovero q. d. Castellani Baioli, syndico, yconimo et procuratori magistri fr. *Bartholomei* Ministri Fr. Min. in Provincia Bonon. et dicti Ord., ut constat instrumento syndicatus scripto manu Bonaventure Viviani not. in MCCLXXXVI, XIIII octobris ... syndicario nomine dicti Ministri et Ordinis dictorum Fratrum et nomine infrascriptorum Fratrum de dicto Ord. recipienti, duas tornat. et duas partes alterius unius petie terre aratorie posit. in curia Ulmetule in loco qui dicitur « Pecula », iuxta ... que petia terre fuit de bonis q. dicti d. Rodulfi, ad habendum, tenendum, possidendum et quidquid dicto Ministro, Fratribus et Ordini et eorum successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum ... et hoc nominatim pro XXXVII lib., XIII sol. et VIII denar. bon. pro duabus partibus XX librarum bon. relictarum a dicto d. Rodulfo fr. *Iacobo* de Iseo, et III lib.

bon. fr. *Petro* de Vecla, et c sol. bon. fr. *Lambertino* portonario, et III lib. bon. fr. *Iacobo* procuratori, et xxv lib. bon. fr. *Azoni* de dicto Ord. Fr. Min. p. a. s. in test. (suo)... Actum Bononie sub porticu Pallatii veteris comunis Bon. a latere mane, iuxta discum memorialium. Henrigiptus f. q. Feliciani not.

346/5089, n. 47. — Orig.

349 Bononiae, 1 februarii 1287.

Reformatio Consilii populi Bon. de sigillo testamentorum in sacristia Fratrum Min. depositorum.

Conscilium populi et masse populi comunis Bonon. fecit sapiens et discretus vir d. Albertinus Buxus, iudex et assessor atque vicarius nobilis militis d. Conradi de Monte Magno laudabil. Capitanei populi Bonon., in pallatio novo comunis Bonon. campane sonitu et voce preconia, ut moris est, congregari ... in quo quidem conscilio proposuit infrascripta, super quibus petiit consilium exhiberi.

Item quid placet conscilio de quadam petitione, cuius tenor talis est. « A Vobis d. Capitaneo, Anzian. et Consul. populi Bonon. supplicat *Guardianus* Fr. Min. Cum in ordinamentis dd. fratrum Lottorenghi et Catthellani contineatur quod si quis vult condere testamentum vel aliam ultimam voluntatem, quam secretam velit esse, possit eam condere in domo Fr. Min. et deponere sigillatam sigillo Custodis Fr. Min. in sacristia ipsorum, et propter absentiam Custodis dictorum Fratrum sigillum ipsius plerumque haberi non possit nec potuerit hinc retro, set sigillata sunt sigillo conventus ipsorum Fratrum Min. de Bonon., quod Vobis placeat in conscilio populi Bonon. proponere et facere reformari quod omnia et singula testamenta et alie cuiuscumque generis ultime voluntatis *(sic)* que reperientur et reperta et reperte sunt, et que presentabuntur per sacristanum dictorum Fratrum, facta et facte secundum formam iuris, et sigillata vel sigillate sigillo conventus predictorum Fratrum valeant et teneant et habeant plenum robur auctoritate presentis reformationis, sicut sigillata vel sigillate forent sigillo Custodis Fratrum Min., non obstantibus dicto ordinamento Fratrum Lodorenghi et Cathellani et alio statut. et ordin. comunis et popul. Bonon. *etc.* ».

In reformatione cuius conscilii et masse populi placuit toti conscilio, facto partito per dictum d. Vicarium de sedendo ad levandum, quod predicta propositio sit firma et rata, valeat et teneat et effectui demandetur in totum, in omnibus et per omnia, prout scripta est et lecta fuit in presenti conscilio, auctoritate presentis conscilii, ordin. dictorum fratrum Lodorenghi et Cathellani et etiam stat. reformat. provis. vel aliis ordin. comunis et populi Bonon. non obstantibus ... Rolandinus Paxini Iohannis not.

346/5089, n. 1. — Orig. = Cf. n. 350.

350. Bononiae, 7 februarii 1287.

Praecedentis reformationis confirmatio.

Conscilium populi et masse populi civit. Bon. fecit nobilis miles d. Conradus de Montemagno capitaneus honorabilis dicti populi in pallatio novo com. Bon. ... congregari in quo ... reformatum fuit, ut infra patet. — Sub anno MCCLXXXVII, VII februarii. — Item facto partito per dictum d. Capitaneum ad scrutinium cum fabis albis et nigris datis hominibus dicti conscilii per banittores et nunt. populi ... placuit ponentibus

fabas albas, que fuerunt CCCVII, numeratas per duos ex Ancianis in presentia dicti conscilii, quod reformatio populi facta die prima februarii prox. preter., que loquitur de sigillis et sigillandis testamentis et ultimis voluntatibus depositis et deponendis in sacristia Fr. Min. conventus Bonon., que supra scripta est, valeat et teneat et sit firma in qualibet parte sui, non obstantibus *etc.* ... Fabe nigre in contrarium posite fuerunt numero L ... Yvanus q. Bentevogli not.

346/5089, n. 1. — Orig. = Cf. n. 349.

351. Caldarariae, 18 februarii 1287.

Testamentum fr. Ieremiae de Castello, novitii in Ord. Fr. Min.

D. fr. *Ieremias* q. d. Nicholai de Castello, novicius et nondum professus, sicut dixit, in Ordine Fr. Min, ubi nunc est constitutus, cupiens et desiderans de hiis bonis que habet vel si qua supersunt, testamentum ... facere, taliter ordinavit, videlicet: primo et principaliter confirmat et ratificat in totum instrumentum dationis et offersionis et traditionis ab eo factum in persona Zanini olim Guidonis de Mantoa ... yconimi, syndici, procuratoris et actoris Romane Ecclesie, ellecti, nominati et declarati per fr. *Bartholomeum* Ministrum in Provincia Bonon., ratione administrationis sibi commisse recipientis nomine Romane Ecclesie, sicut scriptum est manu mei Bonaventure Viviani not.; et omnia que in ipso instrumento continentur ratificat et confirmat *etc.* In omnibus aliis suis bonis mobilibus et inmobilibus *etc.* ... pauperes Christi sibi heredes instituit, illos precipue quos Custos vel Guardianus Fr. Min. de conventu Bonon. aut Minister de Provintia Bonon., qui sunt vel p. t. erunt, dixerint esse pauperes Christi et nominaverint et declaraverint esse pauperes Christi; et sic illos esse intelligit, dicit et declarat esse pauperes Christi et non alios ... et hanc asseruit et dixit esse suam ult. voluntatem et dispositionem et velle valere ... et vult ipsam dispositionem secreto teneri et deponi in sacristia Fr. Min. de Bonon. et sigillari debere cum sigillo Ministri vel Guardiani aut conventus. Actum in *Caldararia in loco Fr. Min. de Caldararia,* in *capitulo* ipsius loci, pp. fr. *Iohanne* de Olzano nunc Guardiano dicti loci, fr. *Nicolao* d. Antonii Mulnaroli de ipso Ordine, fr. *Francisco* de Schiva, fr. *Petro* de Lana, fr. *Vicentio* de Foscardis, fr. *Bertolino* de Pollicino, omnibus de Ord. Min., asserentibus *etc.,* et Ugolinello q. Ardoini de Casaliclo Idicis test. ... Bonaventura Viviani not.

Eodem die ... ipse fr. *Ieremias* constituit dictum Ugolinellum suum procur. ad deponend. dictum test. in dicta sacristia, ut dictum est, eo quia ipse fr. *Ieremias* asseruit se pati in crure et quia est sub obedientia constitutus.

20/4152, n. 42. — Orig.

352. Bononiae, 9 martii 1287.

Testamentum.

D. Iohannes q. d. Bonaventure Homoboni ... elegit sibi sepult. apud eccl. B. Francisci de Ord. Min. ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Andrea* de Senis, fr. *Francischo* de Parma, fr. *Philippo* de Marzigonibus, fr. *Rogerio* de Panicho, fr. *Ugolino* de Feraria, fr. *Petro* de Coradis, fr. *Alexandro* de S. Iohanne, fr. *Albertino* de Parma, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Eodem anno et die dictus testator dedit h. s. t. fr. *Petro* sacriste Fr. Min. sigillandum et ponendum in sacristia dictorum Fratrum,

pp. fr. *Ugolino* de Castello, fr. *Ugolino* de Maynardis de [Feraria] et fr. *Rogerio* de Panicho, de Ord. Fr. Min. ... Iohannes Guidonis not.

20/4152, n. 46. — Orig.

353. Bononiae, 11 martii 1287.

Testamentum.

Testamentum d. Guidonis q. Victorii ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Lambertino* de Porta, fr. *Rolandino* Armanni, fr. *Bonaiuto* de Parma, fr. *Castellano* de Samaritanis, fr. *Peregrino* de Regio, fr. *Bencevenne* de Mutina, fr. *Iacobo* de Vernaza, et fr. *Petro* sacristano ... Lambertinus Guallandi not.

20/4152, n. 47. — Orig.

354. Bononiae, 29 martii 1287.

Testamentum.

Soror *Iuliana* q. d. Cambii de Castagnolo ... reliquid fr. *Francisco* de Castagnolo suo fratri de Ord. Min. xxv lib. bon.; item fr. *Petro* de Castagnolo de dicto Ord. xx sol. bon.; item fr. *Martino* de Coloreto de dicto Ord. xx sol. bon.; item fr. *Petro* de Vecla de dicto Ord. xx sol. bon.; item *ecclesie S. Andree Fratrum de Penitentia* v sol. bon.; item p. a. s. reliquid xl sol. bon. qui debeant dari et expendi per comiss. suos inter *pauperes Sorores de Penitentia;* item reliquid circa funus et sepult. suam c sol. bon., quam sibi ellegit apud eccl. Fratrum Min. In omnibus aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit, quos Guardianus p. t. Fr. Min. et fr. *Franciscus* suus frater dixerint et nominaverint, si dictus fr. *Franciscus* tunc vixerit, et si non vixerit, illos quos dictus Guardianus dixerit. Et ad predicta exequenda esse voluit et fecit suos commiss. Guardianum Fratrum Min. qui p. t. fuerit et fr. *Franciscum* suum fratrem, vel quem vel quos ipsi nominaverint ... Voluit h. t. sigillari debere sigillo Custodis aut Guardiani Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia ipsorum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in presentia fr. *Petri* de Vecla, fr. *Petri* de Castagnolo, qui dixerunt *etc.*, fr. *Rugerii* Poete, fr. *Iohannis* de Spezano, fr. *Antonii* de Peregrino, fr. *Andree* de Mutina, fr. *Philippi* de Marzegonibus et fr. *Naximbenis* d. Philippi ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

20/4152, n. 49. — Orig.

355. Bononiae, 1 aprilis 1287.

Testamentum.

D. Constanza q. d. Thomaxini de Pizicotis ... reliquid cc lib. bon., de quibus reliquid circa funus et sepult. suam in cereis et candelis et in uno panno altaris ad *altare maius S. Francisci*, quam sepult. sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. ... item fr. *Iacobino* de Prendipartibus de Ord. Fr. Min. x lib. bon.; item fr. *Nicholao* de Pizicotis et fr. *Amadori* eius filio de Ord. Min., cuilibet eorum pro una tunica iii lib. bon.; item fr. *Bertolomeo* de Prendipartibus pro una tunica iii lib. bon.; item fr. *Iacobo* de Pozale p. s. n. xx lib. bon.; item fr. *Naximbeni* iii lib. bon. p. s. n.; item sor. *Symone* sue nepti de Ord. S. Francisci v lib. bon.; item sor. *Clare* de Ord. S. Francisci xx sol. bon.; item sor. *Francisce* sorori de Penitentia xx sol. bon.; item

conventui Fr. Min. pro missis x lib. bon. ... fecit suos commiss. Guardianum Fr. Min. et fr. *Iacobum* de Pozale ... Voluit h. t. sigillari debere sigillo Custodis aut Guardiani Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in presentia fr. *Iacobi* de Pozale, fr. *Bertolomei* de Prendipartibus, qui dixerunt *etc.*, fr. *Zacharie* de Munarolis, fr. *Iohannis* de Spezano, fr. *Bertolomei* de Ghisileriis, fr. *Rugerii* Poete, fr. *Abraam* de Cremona, fr. *Antonii* de Peregrino et fr. *Petri* de Ymola, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

20/4152, n. 50. — Orig.

356. Bononiae, 15 aprilis 1287.

Testamentum.

D. Manbilia d. Dominici q. Dominici de Mazerazano ... voluit ultimam suam voluntatem deponi in sacristia Fr. Min. de Bonon. et eam sigillari sigillo Prioris seu Guardiani seu conventus Fr. Min. dicti Ord. et conventus ... Actum Bononie ... Petrus q. Francisci not.

336/5079, n. 159. — Orig.

357. Bononiae, 18 aprilis 1287.

Testamentum.

D. Guillielmus doctor legum f. q. d. Guillielmi de Rombodevino ... reliquid p. a. s. c lib. bon., quas expendi et dari voluit L lib. bon. in cereis, candelis et in sepult. et super sepult. ipsius testatoris et inter pauperes Christi ad voluntat. et arbitrium commiss. suorum, quos elligi[t], constituit et facit fr. *Pellegrinum* de Bon. de Ord. Fratrum Min. de Bon. ... voluit suam sepult. esse ad locum Fr. Min. S. Francischi de Bonon. Item voluit et iussit quod alie L lib. bon. expendi et dari debea[n]t p. a. s. inter pauperes Christi et ad restitutionem male ablate et accepte *(sic)* ... et si non sufficeret supradicta pecunia, possint et debeant dicti sui commis. accipere et vendere tantum de suis bonis quod satisfaciant et adimpleant supradicta mala ablata ... non obstante hereditate *(sic)* ipsius quod non possint predictis commiss. obviare nec contradicere ... Item reliquid p. a. s. Decretales suas ad *armarium Fratrum Min. de Bon.* et de inde non possint alienari per aliquem, modo aliquo vel ingenio ... Constituit d. fr. *Pellegrinum* de Ord. Fr. Min. suum procuratorem ad ponendum suum test. in sacristia dictorum Fratrum Min. sigillatum sigillo proprio dicti testatoris et sigillo Fr. Min. secundum formam statutorum Bononie ... Actum Bononie in loco Fr. Min. in *capella secundi claustri*, pp. d. fr. *Pellegrino* de Bononia, fr. *Bonmercato* de Bonon., fr. *Filippo* de Buschittis de Mutina, fr. *Nicholao* de Aciguitis, fr. *Bertholomeo* nepoti fr. *Pellegrini* predicti, fr. *Bonaventura* infirmario et fr. *Zanillino* de Carpo de Mutina, et sunt omnes Fratres Min. de Ord. S. Francischi de Bon. Palmirolis Manigoldi not.

20/4152, n. 51. — Orig.

358. Bononiae, 22 aprilis 1287.

Testamentum fr. Rodulfini de Tuschis, novitii in Ordine Fr. Min.

Fr. *Rodulfinus* q. d. Gerardi de Tuschis, novitius de Ord. Fratrum Min. ... nolens decedere intestatus, bona sua omnia in hunc modum disponere procuravit. Primo

quidem voluit et reliquid quod omnia male ablata sua, si qua sunt, et patris sui et suorum parentum debeant restitui et dari illis personis, cui restitui debent, per suos heredes ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min. in present. fr. *Manfredini* de Montesorbo, fr. *Gerardini* de Mutina, fr. *Iacobi* de Ymola, fr. *Gabrielis* de Monteflore de Marchia, fr. *Boninsigne* de Ferraria, fr. *Ugolini* de Castello, fr. *Bertolomei* de Prendipartibus et fr. *Alberti* de Azonibus presbiteri qui asseruit *etc.*, omnium de Ord. Fr. Min. ... Fr. Iohannes olim Livaldi not.

20/4152, n. 52. — Orig.

359. Bononiae, 7 maii 1287.

Testamentum.

D. Iacobina q. d. Cavrioli ... reliquid fr. *Raynerio* de Genoa de Ord. Min. III lib. bon. pro missis cantandis et oracionibus faciendis ... item ecclesie S. Francissi de Ord. Min. de Bon. c sol. bon. pro missis cantandis et oracionibus faciendis ... Actum Bononie in *ecclesia S. Francisi in loco ubi datur penitentia*, pp. fr. *Gandulfino* de Mutina, fr. *Guidone* de Zapulinis, fr. *Zanilino* de Mutina (?), fr. *Alberto* de Azis, fr. *Ugolino* de Castelo, fr. *Nicholao* barberio, fr. *Lambertino* de Bambaglolis, fr. *Dominicho* muratore et fr. *Raynerio* de Genoa qui asseruit *etc.* ... Poxitum fuit in sacristia Fr. Min. de Bonon. per fr. *Raynerium* de Genoa ad hoc specialiter constitutum. ... Mellonus q. Albertucci not.

20/4152, n. 54. — Orig.

360. Bononiae, 9 maii 1287.

Testamentum.

Pallamades, cui dicitur Lambertinus, f. q. Gratiani ... reliquid fr. *Ugolino* de Tebaldis de Ord. Fr. Min. XX sol. bon. ... Voluit suum test. sigillari debere sigillo Custodis aut Guardiani Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in presentia fr. *Ugolini* de Tebaldis, fr. *Francisci* de Schiva, qui dixerunt *etc.*, fr. *Amadoris* de Picigotis, fr. *Recupri* de Senis, fr. *Iohannis* portarii de Vico, fr. *Grazioli* de Mantua, et fr. *Iacobi* de Feraria, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

20/4152, n. 55. — Orig.

361. Bononiae, 12 maii 1287.

Testamentum.

D. fr. *Albertus* q. Gandulfi de Placentia Ord. de Penitentia ... reliquid de suis bonis V lib. bon. expendendas circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., in missis celebr. ad volunt. commiss. suorum infrascriptorum ... item reliquid *ecclesie S. Andree Fratrum de Penitentia* XX sol. bon. pro ornamentis altaris et structione ecclesie ... In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et inmobilibus, iuribus *etc.*, presentibus quam futuris, pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos nominaverint Custodem *(sic)* Fr. Min. de Bononia qui p. t. fuerit et Ministrum *(sic)* Fratrum Ord. de Penitentia qui est vel p. t. fuerit, et predictos Custodem et Ministrum, qui sunt vel p. t. fuerint, suos voluit esse commissarios ...

Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. d. fr. *Gerardino* de Cremona presbitero qui asseruit *etc.*, d. fr. *Martino* de Guastavilanis, d. fr. *Iohanne* de S. Columbano, fr. *Lambertino* portario, fr. *Castelano* de Samaritanis, fr. *Iohanne* portario de Montefeltro, et fr. *Petro* de Feraria ...

Eodem anno et die dictus testator, pp. fr. *Martino* de Guastavilanis, fr. *Iohanne* de S. Columbano, fr. *Lambertino* portario, fr. *Castelano* de Samaritanis, fr. *Iohanne* portario de Montefeltro et fr. *Petro* de Feraria, constituit fr. *Gerardinum* de Cremona suum procuratorem ad faciendum poni suum test. in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo Custodis seu Guardiani dictorum Fratrum ... Franciscus Cambii Attolini not.

20/4152, n. 56. — Orig.

362. Bononiae, 12 maii 1287.

Testamentum.

D. Algarda f. q. d. Iohannis Bonagente ... elegit sibi sepult. apud eccl. Fr. Min. ... reliquid fr. *Blaxio* de Barbaria p. s. n. III lib. bon. ... In omnibus vero aliis suis bonis mobilibus et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos Guardianus Fratrum Min. qui p. t. fuerit ellegerit et nominaverit. Et ad predicta omnia et singula exequenda esse voluit et fecit suum commiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, vel quem vel quos dictus Guardianus nominaverit ... Voluit suum test. sigillari debere sigillo Custodis aut Guardiani Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in present. fr. *Blaxii* de Barbaria qui dixit *etc.*, fr. *Albertini* de Parma, fr. *Boncorini* de Cremona, fr. *Andree* de Mutina, fr. *Iohannis* de Mutina, fr. *Thomaxii* de Ymola, fr. *Antonii* de Pellegrino, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

20/4152, n. 57. — Orig.

363. Bononiae, 29 maii 1287.

Adiudicationis sententia.

Sententia presidentium officio causarum novarum com. Bon. ad discum Cervi, qua Iohanni Ugolini curatori Thomaxii filii et hered. q. fr. Gambaldi et fr. *Nicholao* q. d. Iacobi de Gambaldis datur et adiudicatur in solutum in bonis et de bonis Zanini q. Pellegrini de Sacha de Altedo tantum quantum valeat CXCII lib. bon., quas dictus Zaninus dare et solvere tenebatur dictis fr. Gambaldo et *Nicholao* ex causa mutui, et tantum quantum valeat C sol. bon. nomine expensarum *etc.* ... Lecta et pronuntiata fuit dicta sententia per dictos dominos pro tribunali sedentes, pp. dicto fr. *Nichola (sic)* et Iohanne curatore dicti Thomaxii ... sub anno Domini 1287 die 29 maii. Zacharias q. Raynaldini not.

20/4152, n. 58. — Orig.

364. Bononiae, 25 iunii 1287.

Testamentum.

D. Blaxia f. q. d. Zamboni de Callixano et uxor d. Iacobini de Rasuris ... dari voluit conventui Fr. Min. unum corbem frumenti... item fr. *Iacobo* de Podiali p. s. n.

xxxv sol. bon. ... item Guardiano qui p. t. fuerit Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. p. s. n. ... item fr. *Bolognino* de Campo Bon. III sol. bon. ... constituit suos commes. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit et fr. *Iacobum* de Pozale ... Voluit suum test. sigillari debere sigillo Custodis aut Guardiani Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *ecclesia* Fr. Min. in present. fr. *Iacobi* de Pozale, qui dixit *etc.*, fr. *Iohannis* de Spezano, fr. *Petri* de Corradis, fr. *Lambertini* de Bambaglolis, fr. *Zamboni* de Argelle, fr. *Francisci* de Agnano, fr. *Petri* de Castagnolo et fr. *Alberti* de Strata maiori ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

21/4153, n. 3. — Orig.

365. Bononiae, 6 augusti 1287 et 13 aprilis 1288.

Testamentum.

D. Richeldina f. q. d. Bricii ... reliquid conventui Fr. Min. XL sol. bon. ... item fr. *Iohannino* de Portanova XL sol. bon. pro necessit. sue persone ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Iohannino* de Portanova sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Ugolino* de Ferraria, fr. *Castellano* de Samaritanis, fr. *Guillelmo* de Curtemigla, fr. *Lambertino* portario, fr. *Alberto* de Soldaderiis, fr. *Bonaventura* de Valeapose, et fr. *Bertolomeo* de Gipso, omnibus Ord. Fr. Min. ... Eodem die et loco dicta testatrix constituit fr. *Iohanninum* de Portanova suum procuratorem ad deponendum h. s. t. in sacristia Fr. Min. conventus Bon. et faciendum sigillari sigillo ipsius conventus ...

Die XIII aprilis MCCLXXXVIII dictus procurator posuit h. t. in sacristia Fratrum Min. conventus Bon. penes fr. *Ugolinum* de Castello sacristam dicti conventus, et sigillari fecit sigillo dicti conventus, pp. fr. *Lambertino* portario de Gipso, fr. *Thadeo* de Gipso et fr. *Matheo* de Saragoza ... Bartholomeus d. Bolognitti not.

21/4153, n. 6. — Orig.

366. Bononiae, 3 novembris 1287.

Testamentum.

D. Maria f. q. Lambertini Vulpis de Ceola ... reliquid p. a. s. XII lib. bon. expend. circa funus et sepult. suam et alibi ubi melius et utilius videbitur commiss. suis, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos Guardianus Fratrum Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Iacobus* de Pozale ellegerint et nominaverint, aut alter eorum. Et ad predicta omnia et singula exequenda esse voluit et fecit suos commiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Iacobum* de Pozale ... Voluit s. t. sigillari debere sigillo Custodis aut Guardiani Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia eorum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in present. fr. *Iacobi* de Pozale, qui dixit *etc.*, fr. *Iohannis* de Spezano, fr. *Lambertini* de Bambaglolis, fr. *Lambertini* Cafeti, fr. *Zanilini* de Carpo, fr. *Matei* f. Sanoti (?), fr. *Andree* de Senis et fr. *Petri* de Lana, omnium de Ord. Min. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

21/4153, n. 16. — Orig.

367. Bononiae, 8 ianuarii 1288.

Testamentum.

D. Antonius q. Lanfranchini ... reliquid fr. *Iacobo* de Pozale de Ord. Fr. Min. p. s. n. V lib. bon. ... item conventui Fr. Min. pro missis canendis XL sol. bon. ...

item c sol. bon. viduis pauperibus nobilibus quas fr. *Iacobus* de Pozale nominabit ... item reliquid pro male ablatis incertis, quod omni anno per fr. *Iacobum* predictum, hinc ad quatuor annos, debeant dari xx corb. frumenti ubi videbitur ipsi fr. *Iacobo* ... Constituit suos commiss. predictum fr. *Iacobum* de Pozale ... vel quem vel quos ipse nominaverit ... Voluit s. t. sigillari debere sigillo Custodis aut Guardiani Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *capitullo* Fr. Min. in present. fr. *Iacobi* de Pozale, qui dixit *etc.*, fr. *Iacobi* de Cesena, fr. *Sallamonis* de Parma, fr. *Petri* de Lana, fr. *Guidonis* de Tuschis, fr. *Castellani* de Samaritanis, fr. *Gallieni* de Bertinorio et fr. *Andree* de Mutina ... Bondi f. q. Petrizoli Bonincuntri not.

21/4153, n. 24. — Orig.

368. Bononiae, 17 ianuarii 1288.

Testamentum.

D. Trepaldus f. q. d. Symonis de Vado ... Syme, que dicitur Simina, filie sue reliquit iure institutionis DC lib. bon. ... Et si dicta Simina decesserit sine filiis legittimis, voluit et mandavit, in eo casu, quod si unum monasterium Fratrum vel Sororum Religiosarum factum fuerit, infra decem annos, in partibus Planorii, dictum monasterium habere debeat totam hereditatem dicte Symine ... Suos commiss. constituit d. Bonifatium de Lauglano canon. Bonon. ... Voluit et gravavit heredes suos quod male ablata et legata omnia solvere debeant, infra unum annum legata relicta ad pias causas, medietatem aliorum infra annum et dimidium, aliam vero medietatem infra tertium annum a die obitus dicti testatoris. Et si non solverint ad dictum terminum, ex nunc privat eos hereditate, et in hoc casu conventum Fr. Pred. et conventum Fr. Min. de Bononia et Monasterium de Musiglano sibi heredes instituit ... Actum Bononie ... Dominicus Mascaronis not.

346/5089, n. 84. — Orig. = Cf. n. 373.

369. Bononiae, 18 ianuarii 1288.

Testamentum.

D. Alda (uxor) q. d. Napuleonis de Monzoni et f. q. d. Petri de Sala ... reliquid p. a. s. CL lib. bon. et pro animabus dicti sui viri Napuleonis et filiorum suorum distribuendas hoc modo: VIII lib. bon. pro duabus capis dandis Fratribus Min., quibus magis fuerint opportune, et hoc declaretur arbitrio Guardiani ... Reliquos autem expendi voluit tam circa funus et sepult. suam quam alias ubi melius et utilius visum fuerit ... per fr. *Raynerium* de Ianua Ord. Min. ... quos esse voluit suos commiss. ad predicta omnia exequenda ... Actum Bononie in *scola* Fr. Min., pp. fr. *Nicholao* de Azoguidis, fr. *Ugolino* de Castello, et fr. *Bonagratia* presbitero de Bonon. de dicto Ord., qui dixerunt *etc.*, fr. *Iohanne* de Azis, fr. *Philippo* de Marchia Ancon., fr. *Antonio* de Pellegrino, fr. *Petro* de Lana, fr. *Petro* de Ferraria, et fr. *Tadeo* de Tolomeis, Fratribus dicti Ordinis ... Ugolinus Miglazius not.

21/4153, n. 29. — Orig.

370. Bononiae, 18 ianuarii 1288.

Venditio.

D. fr. *Franchus* f. q. d. Iacobini de Guezis et d. Lodoycus q. d. Marchisini ... vendiderunt ... d. Yacho q. Ysau unam petiam terre arat. posit. in curia Crevalcorii in loco qui dicitur « Sablonaria », iuxta ... pro precio III lib. bon. ... Actum Bononie in domo dicti d. *Franchi* venditoris ... Bulgarus de Nigris not.

20/4153, n. 30. — Orig.

371. Bononiae, 22 ianuarii 1288.

Testamentum.

D. Franciscus d. Alberti de Monseverio ... elegit sibi sepult. apud ecclesiam Fr. Min. ... reliquid conventui Fr. Min. de Bonon. III lib. bon. ... Actum Bononie in domo Fr. Min., pp. fr. *Gandolfino* de Mutina, fr. *Tomaxino* de Lambertaciis, fr. *Antonio* de Pellegrino, fr. *Rugerio* de Poetis, fr. *Martino* de Guastavillanis, fr. *Benzevenne* de Mutina ... Zacharellus q. d. Petri de Gisso not.

21/4153, n. 26. — Orig.

372. Bononiae, 22 ianuarii 1288.

Testamentum.

D. Prior f. q. d. Rolandini de Tebaldis ... reliquid p. a. s. C lib. bon., de quibus expendi voluit circa funus et sepult. suam XXV lib. bon., quam sibi elegit aput eccl. Fr. Min. ... reliquid d. fr. *Raymundino* lectori pro missis cantandis et oracionibus faciendis V lib. bon.; item fr. *Landulfo* d. Zacharie, fr. *Ugolino* de Tebaldis, fr. *Petro* de la Vetula, fr. *Albertino* de Parma, fr. *Rolandino* q. d. Symonis Armanni, pro missis cant. et oracionibus faciendis, cuilibet predictorum XL sol. bon.; et si quis eorum non viveret tempore mortis sue, voluit quod illa quantitas pecunie quam sibi reliquid, distribuatur per commiss. suos uni vel pluribus ex pauperioribus Fratribus de Ord. Fratrum Min. ... reliquid conventui Fr. Min. pro missis V lib. bon.; item fr. *Petro* de la Strata de Ord. Min. X sol. bon.; item *Monasterio Dominarum S. Francisci* pro missis cantandis et oracionibus faciendis X sol. bon.; item reliquid sor. *Bone* de Penitentia XX sol. bon.; item fr. *Petro* de Tertio Ord. X sol. bon.; item d. fr. *Zanelo* fratri sor. *Bone* XX sol. bon.; item fr. *Francisco* fratri sor. *Bone* de Ord. Min. X sol. bon. Item voluit quod heredes sui universales teneantur et debeant dare fr. *Raymundino* predicto, omni anno donec vivet, X sol. bon. Item reliquid pro male ablatis suis incertis C lib. bon. dandas et distribuendas per fr. *Raymundinum* predictum vel per Guardianum Fratrum Min. qui p. t. fuerit, secundum quod ei melius et utilius videbitur p. a. s. ... constituit suos commess. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, fr. *Ugolinum* de Tebaldis, fr. *Raymundinum* predictum ... Si sui heredes vel aliquis ipsorum ... impedirent quo minus omnia et singula suprascripta et infrascripta executioni mandentur, privat eos a sua hereditate et eam vult pervenire ad pauperes Christi ... quos Guardianus p. t. Fratrum Min. duxerit nominandos ... Voluit s. t. esse secretum et deponi in sacristia Fratrum Min. et sigillari sigillo Custodis dictorum Fratrum et suo proprio sigillo eiusdem testatoris ... Actum Bononie in domo Fr.

Min. in *barbaria* dictorum Fratrum, pp. fr. *Raymundino* lectore, fr. *Landulfo* d. Zacharie, fr. *Tadeo* portario dominarum, fr. *Azolino* de Britinorio, fr. *Bartholomeo* d. Azolini de Manzolino, fr. *Landulfo* de Landulfis, fr. *Nicolao* de Guastavillanis, fr. *Guilielmo* Dominici Oneste, fr. *Iacobo* de Ymola, et fr. *Ubertino* portario ... Iacobus f. magistri Zunte de Cerbeleris not.

21/4153, n. 33. — Orig.

373. Bononiae, 25 ianuarii 1288.

Mandatum de quodam legato solvendo.

Reverendus vir d. Bonefatius de Lauglano Bononien. Canonicus declaravit et solvi mandavit quedam legata et relicta pro anima, que d. Trepaldus q. d. Symonis de Vado, in suo testamento, commisit fidei dicti d. Bonefatii solvenda et distribuenda inter infrascriptas personas et loca et licet nominata non sint ex nomine in test. ipsius d. Trapaldi, scripto manu mei not. infrascripti; et inter cetera que inter dicta legata et relicta pro anima continentur, tale declaravit et mandavit solvi legatum: item si fiet unum monasterium Fratrum vel Sororum Religiosorum vel Religiosarum, infra x annos a die obitus ipius d. Trepaldi in partibus Planorii, CL lib. bon. pro hedificatione et evidenti utilitate ipsius monasterii ... Actum in domo Canonice Bononie, ubi moratur dictus d. Bonefatius ... Dominicus Mascaronis not.

337/5080, n. 5. — Orig. = Cf. n. 368.

374. Bononiae, 9 februarii 1288.

Testamentum.

D. Bonagratia f. q. d. Gerardi de Monseverio ... reliquid ecclesie *S. Andree Fratrum de Penitentia* III lib. bon. expendendas in hornamento ipsius ecclesie ... item conventui Fr. Min. de *Faventia* pro missis xx sol. ... item reliquid circa funus et sepult. suam xx lib. bon., de quibus debeant expendi x lib. bon. in uno palio quod debeat remanere apud eccl. Fr. Min. de Bononia, et reliquas x debeant expendi minutim inter pauperes Christi, quando seppelietur, usque ad quantitatem M pauperum, siliect cuilibet unus denarius parvus, et circa sepult. suam quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Gratiadeum et Petrum suos filios heredes instituit. Et si ambo decesserint in pupillari etate, tunc reliquid d. Franciscе sue filie de bonis suis, iure legati, III tornat. terre vineate posit. in curia Casalicli in loco qui dicitur « Costarasa », hac conditione quod vendi non possint donec ipsa d. Francischa vixerit ... et voluit quod perveniant ad Ymeldam eius filiam si vixerit, et si non vixerit, perveniant ad pauperes Christi ... quos Guardianus Fratrum Min. de Bon. qui p. t. fuerit, et fr. *Lambertinus* de Bambaglolis et eius uxor ellegerint et nominaverint ... Residuum vero bonorum suorum, quod restabit, reliquid d. Marchexane sue uxori, quod ex eo habeat decentem victum et vestitum cum una famula ... et superfluum quod restabit ab expensis suis, voluit quod dicta eius uxor cum commiss. suis debeat dare et distribuere per contratas inter pauperes verecundos et in maritando pauperes feminas. Post mortem vero uxoris sue voluit quod dicta bona sua debeant vendi et distribui p. a. s. per Guardianum Fratrum Min. qui p. t. fuerit, quem, in dicto casu, cum infrascripto fr. *Lambertino* de Bambaglolis, suum commiss. esse voluit, ubi melius

et utilius eis videbitur ... Et ad predicta omnia et singula relicta p. a. exequenda esse voluit et fecit suos commiss. fr. *Lambertinum* de Bambaglolis de Ord. Min. et d. Marchexanam eius uxorem. Quibus commiss. et Guardiano in predicto casu, dedit plenam licentiam et liberam potestatem, propria auctoritate, sine contradictione heredum et sine requisitione iudicis ... possessionem bonorum suorum intrandi et tenutam accipiendi, vendendi, alienandi *etc.* ... Voluit suum test. sigillari debere suo sigillo et sigillo Custodis aut Guardiani Fr. Min. de Bon., et deponi in sacristia eorum ... Actum Bononie in domo dicti testatoris in present. fr. *Lambertini* de Bambaglolis sacerdotis qui dixit *etc.*, fr. *Petri* de Castagnolo, fr. *Tadei* de Bononia, fr. *Iacobi* de Placentia, fr. *Iacobi* de Regio, fr. *Petri* de Ferraria et fr. *Viviani* de Bagnacavallo, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondì q. d. Petrizoli Bonincuntri not.

21/4153, n. 36. — Orig. = Cf. nn. 376, 380.

375. Bononiae, 10 februarii 1288.

Testamentum.

D. Ysota uxor d. Zacharelli not. q. Petri de Gisso ... reliquid fr. *Gandolfino* x sol. bon. pro suis necessariis ... Actum Bononie in ecclexia Fr. Min., pp. fr. *Petro* Pitito de Aposa, fr. *Zanilino* de Mutina, fr. *Bertolomeo* de Prendipartibus, fr. *Antonio* de Parma, fr. *Rugerio* de Panicho, fr. *Bertolomeo* d. Antolini de Manzolino et fr. *Gandolfino* de Mutina ... Iohannes q. Gerardini not.

21/4153, n. 37. — Orig.

376. Bononiae, 14 februarii 1288.

Codicillus.

D. Bonagratia q. d. Gerardi de Monseverio ... voluit hos suos codicillos sigillari debere suo sigillo et sigillo Guardiani seu Custodis Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in domo testatoris in present. fr. *Lambertini* de Bambaglolis, qui dixit *etc.*, fr. *Zanilini* de Carpo, fr. *Iacobi* de Placentia, fr. *Rambalducii* de Albaris et fr. *Marchi* de Monte Longo comitatus Florentie, omnium de Ord. Min. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

21/4153, n. 38. — Orig. = Cf. nn. 374, 380.

377. Bononiae, 20 februarii 1288.

Testamentum.

D. Maria uxor q. d. Guizardi barberii ... elegit sibi sepult. apud domum Fr. Min. ... reliquid Fratribus Min. de Bon. c sol. bon. ... insuper de bonis suis reliquid iure legati Gratiadeo Guilielmi vetrarii unam petiam terre vineate posit. in guardia civit. Bon., in loco qui dicitur « Valle Melonzelli » ... ita tamen quod si contingeret dictum Gratiadeum mori sine liberis, voluit et mandavit quod dicta vinea perveniat et pervenire debeat ad pauperes Christi, quos pauperes Christi esse voluit et ex nunc nominat et eligit conventum Fr. Min. et Pred. de Bononia ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. d. fr. *Iacobo* de Agrestis, d. fr. *Ugolino* de Castello, fr. *Galieno* de Bretinorio, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Petro* de Ymola, fr. *Iohanne* de Ymola et fr. *Iacobino* de Regio, omnibus de Ord. Min. ...

Eodem die dicta d. Maria fecit d. fr. *Iacobum* de Pozale suum procurat. ad faciendum poni dictum test. in sacristia dictorum Fratrum et sigillari sigillo Guardiani conventus dictorum Fratrum ... Iohannes q. Guillelmi Butrigari not.

21/4153, n. 39. — Orig.

378. Bononiae, 2 et 5 martii 1288.

Testamentum.

D. Vivianus Becharius draperius f. q. Nigri de Burgo Galerie ... reliquid conventui Fr. Min. p. m. celebr. III lib. bon.; item fr. *Blaxio* de Ord. Fr. Min. reliquid iure legati, pro una capa emenda, XX sol. bon. ... item fr. *Rolandino* de Ord. Penitentie, qui moratur de Punta Morandi, X sol. bon. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Blaxio* de Barbaria, de Ord. Fratrum Min., qui dixit *etc.*, fr. *Romeo* de Aragonia, fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Barthollomeo* de Prendipartibus, fr. *Barthollomeo* portonario, fr. *Francischino* de Rimeno et fr. *Guilielmo* Dominici Oneste, omnibus de Ord. Min. ...

Eodem die et anno, pp. fr. *Romeo* de Aragonia, fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Barthollomeo* de Prendipartibus, et fr. *Barthollomeo* portonario, omnibus de Ord. Min., dictus testator constituit d. fr. *Blaxium* de Barbaria de Ord. Min. suum procurat. ad deponendum suum test. in sacristia Fr. Min. et ad faciendum ipsum sigillari sigillo conventus Fratrum Min. ...

1288, die 5 martii. — D. fr. *Blaxius* de Ord. Min. ... deposuit dictum test. penes fr. *Petrum* sacristam Ord. Fratrum Min. et sigillavit ipsum sigillo conventus Fratrum Min., pp. fr. *Barthollomeo* portonaro et fr. *Lambertino* portonaro, de Ord. Fr. Min. ... Iacobinus f. q. Paulini Fabri not.

21/4153, n. 42. — Orig.

379. Bononiae, 3 martii 1288.

Testamentum.

D. Gislina f. q. d. Henrigipti noclerii et uxor q. d. Rustigani ... reliquid XL lib. bon., de quibus iussit dari X lib. pauperibus quibus pater suus in suo test. reliquid, et precipue illis pauperibus quos Guardianus Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Rogerius* de Poeta seu alter ipsorum nominaverit ... reliquid fr. *Rogerio* de Poeta IIII lib. bon. ut oret p. a. ipsius ... item circa funus et sepult. suam XV lib. bon., quam sepult. sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bonon. Residuum vero dari et distribui voluit pauperibus Christi per commiss. suos infrascriptos, et illis pauperibus tantum detur quos dixerit et nominaverit fr. *Rogerius* de Poeta et Guardianus Fratrum Min. qui p. t. fuerit, et non aliis. Et ad predicta omnia exequenda voluit et fecit suos commiss. *Ministros Fratrum Penitentie de Bonon.* qui p. t. fuerint ... In omnibus aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* conventum *Dominarum et Sororum Monasterii S. Francisci de Bonon.* de Strata S. Stephani sibi heredem instituit, quibus dedit plenam et liberam licentiam potestatem et generalem administrationem ipsam hereditatem totam vendendi, dandi et alienandi et distribuendi pro animabus testatricis predicte et parentum suorum atque mariti sui, secundum quod voluerint et eis placuerit, de conscientia, voluntate et consilio Guardiani Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit. Et voluit ipsa testatrix quod d. Abbatissa dicti loci, que p. t. fuerit, tunc possit

et valeat retinere et habere de ipsa hereditate c sol. bon., ut pro anima ipsius testatricis intercedere et orare debeat ad Dominum Iesum Christum ... Voluit h. t. sigillari debere sigillo Guardiani Fr. Min. de Bon. vel conventus ipsius loci et deponi in sacristia dictorum Fratrum Min. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Iacobo* de Pezoleo, fr. *Thomaxino* de Lambertaciis, fr. *Romeo* Yspano, fr. *Iohanne* de Cypro, omnibus presbiteris de Ord. Fr. Min., fr. *Ubertino* de Forlivio, fr. *Petro* Dominici, fr. *Ugolino* de Castello, fr. *Allexandro* Virgilii, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Bonaventura Viviani not.

21/4151, n. 43. — Orig.

380. Bononiae, 12 martii 1288.

Obligatio de male ablatis et usuris restituendis.

D. Bonagracia q. Gerardi ... volens anime sue providere saluti et facere plenam restitutionem suorum male ablatorum, fuit conteptus *(sic)* et confessus atque asseruit habuisse et recepisse, nomine usurarum, a d. Guillelmo de Fontana VII lib. bon. et a Saglimbene de Sichis XV lib. bon. Promisit per se et suos heredes ... quantitates predictas solvere et restituere, sive vivat et ab hac infirmitate convaleat, sive decedat; volens et iubens quod dicta male ablata sive usure restituantur per fr. *Lambertinum* de Bambaglolis de Ord. Fratrum Min., dans et concedens ipsi fr. *Lambertino* licentiam liberam elligendi et nominandi aliquam personam vel personas aliquas ad hec omnia et singula executioni mandand.; dans eciam et concedens persone vel personis elligende vel elligendis per dictum Fratrem, licentiam, liberam potestatem et arbitrium vendendi et allienandi de bonis suis pro predictis omnibus et singulis adimplendis ... promittens omnia et singula rata habere, tenere et observare, neque de iure vel de facto contra facere vel venire, sub pena dupli dicte quantitatis pecunie ... pro quibus omnibus et singulis observandis obligavit omnia bona sua ... Actum Bononie in domo dicti d. Bonagracie, pp. dicto d. fr. *Lambertino* et fr. *Mansueto* de Montesorbo de Ord. Fr. Min. ... Petrus Uguicionis de Bambaglolis not.

21/4153, n. 44. — Orig. = Cf. nn. 374, 376.

381. Bononiae, 13 aprilis 1288.

Apocha.

D. Zaninus d. Guidonis, qui fuit de Mantua, sindicus generalis conventus Fr. Min. de Bononia, ut dixit, de consensu et voluntate d. fr. *Pelegrini* Guardiani dictorum Fratrum ibidem presentis et volentis, fuit confessus et contentus habuisse et recipisse ab Uguccione f. q. d. Iohannis de Argile et herede dicti sui patris X lib. bon. pro parte legati CXX lib. bon. relictarum per dictum eius patrem predicto conventui Fr. Min. et Pred. de Bononia in suo testamento, solvente dictus Ugucio *(sic)* pro sua parte tantum dicti legati, salvo et reservato dicto conventui omne suum ius in rexiduo dicti legati contra dictum Uguccionem et Ysnardum eius fratrem ... Actum Bononie in *capitullo* dicti conventus, pp. ... Iacobus f. Uberti de Nugareto not.

21/4153, n. 46. — Orig.

382. Bononiae, 17 aprilis 1288.

Testamentum.

D. Berta f. d. Aldrovandini Bonalberti ... reliquid C lib. bon., de quibus reliquid cuilibet collegio Sororum de civit. Bononie vel iuxta civit. per medium miliare III sol. bon.; item conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cantandis V lib. bon. ... reliquid fr. *Iohannino* de Portanova de Ord. Min. p. s. n. IIII lib. bon.; item fr. *Iohanni* de Imola infrascrip. commiss. XL sol. bon. p. s. n.; item cuilibet loco Fr. Min. de comitatu Bonon. p. m. cant. p. a. s. X sol. bon. ... residuum vero dictorum denariorum ... iussit expendi circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. B. Francisci, et alibi sicut melius et utilius videbitur commiss. suis infrascriptis, quos instituit et esse voluit fr. *Iohanninum* de Portanova et fr. *Iohannem* de Ymola Ord. Fr. Min., quibus dedit licentiam et liberam potestatem, per generale mandatum, accipiendi tantum de bonis suis quod possint integre solvere et satisfacere omnia presentis test. legata, vendendi, alienandi *etc.* ... Si autem predicti commiss. nolent vel non possent per se facere contempta in presenti test., voluit et iussit quod possint eis unum et plures alios commissarios subrogare ad eorum voluntatem ... In omnibus aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus et actionibus Collegium Fr. Min. et Collegium Fr. Pred. de Bonon. equis porcionibus sibi heredes instituit, quam hereditatem voluit et iussit vendi, et per procuratores predictorum Collegiorum in eorum necessitatibus expendi ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Zanellino* de Carpo procuratore Fratrum, fr. *Lambertino* portario de Strata maiori, fr. *Petro* Gallienii, fr. *Francisco* de Ygnano, fr. *Francisco* d. [.....] Raynerii, sacerdotibus qui dixerunt *etc.*, fr. *Iacobo* de Cessena, fr. *Rugerino* de Panico, et fr. *Guidone* de Tuschis, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Eodem die ... et coram dictis testibus d. Berta predicta fecit et constituit fr. *Lambertinum* portarium predictum suum procurat. ad deponendum hoc test. in sacristia Fratrum Min. conventus Bonon. et faciendum sigillari sigillo dicti conventus ... Bertholomeus d. Bologniti not.

343/5086, n. 5. — Orig.

383. Bononiae, 18 aprilis 1288.

Apocha.

D. Passipauper q. d. Castelani Bagloli iudex, sindicus generalis conventus Fr. Min. de Bononia, ut dixit, sindicario nomine dicti conventus fuit confessus et contentus habuisse et recepisse ab Uguicione f. et herede q. d. Iohannis de Argile X lib. bon. pro parte legati CXX lib. bon. relictarum per dictum eius patrem predicto conventui Fr. Min. et Pred. de Bononia in suo testamento, solvente dictus Uguicio *etc. (ut supra sub n. 381)* ... Actum Bononie in pallacio veteri com. Bon., pp. ... Iacobus f. Uberti de Nugareto not.

21/4151, n. 47. — Orig.

384. Bononiae, 18 aprilis et 17 iunii 1288.

Testamentum.

D. Pellegrina f. q. d. Robini Dolciti et uxor q. d. Benincase de Burgo Palee .. reliquid p. a. s. XL lib. bon., de quibus dari voluit fr. *Bencevenni* suo filio de Ord

Fr. Min. x lib. bon. causa emendi libros et allia sibi necessaria in dicto ordine ... reliquid conventui Fr. Min. III lib. bon. p. m. cantandis p. a. s.; item d. fr. *Gandolfino* de Mutina de Ord. Min. xx sol. bon.; item voluit quod dentur circha funus et sepult. sua(m) VI lib. bon., in candelis, cereis et aliis necess., quam sepult. sibi ellegit et voluit quod sit apud eccl. beati S. Francissi ... Reliquas vero dictarum XL lib. voluit quod distribuantur inter pauperes Christi et loca religiosa p. a. s. ad voluntatem commiss. suorum, quos commiss. ad predicta omnia et singula facienda esse voluit et ellegit dd. Bondominichum et fr. *Bencevennem* eius filios; et si contigerit dictos suos commiss. mori antequam dictum test. mandaretur effectui, instituit Guardianum Fratrum Min. qui p. t. fuerit suum commiss., quibus commiss. dedit et concessit *etc.;* item reliquid iure legati fr. *Bencevenni* de Ord. Min. eius filio xx lib. bon. pro suis necessitatibus in dicto Ordine faciendis, quas xx lib. bon. dicta testatrix dixit quod dictus *Bencevenne* eius filius sibi reliquid et dedit quando intravit dictum Ordinem ... Actum Bononie in *scolis* conventus Fr. Min., pp. fr. *Gandolfino* de Mutina, procuratore incontinenti a dicta testatrice constituto ad ponendum et poni faciendum dictum test. in sacristia dictorum Fratrum et ad faciendum sugilari sugillo dicti conventus et Guardiani dicti Ord., fr. *Zane* de Spezano, fr. *Galieno,* fr. *Iacobo* de Placentia, fr. *Bertholino* de Policino et fr. *Bertholomeo* de Gisso, omnibus de Ord. Min. ...

Die XVII iunii fr. *Gandolfinus* de Mutina Ord. Min., procurat. dicte testatricis, posuit ipsum t. in sacristia dictorum Fratrum, pp. dd. fr. *Ugone* de Furlivio et fr. *Bertholomeo* de Gisso ... Ioannes Perini not.

21/4153, n. 48. — Orig.

385. Bononiae, 23 aprilis 1288.

Testamentum.

D. Guilielminus f. q. d. Zandonati de Malavoltis ... expendi voluit circa funus et sepult. suam, quam esse voluit et ellegit apud eccl. Fr. Min., XXV lib. bon. ... reliquid fr. *Iacobo* de Pozale Ord. Fr. Min. xx sol. bon.; item conventui Fr. Min. xxx sol. bon. ... constituit suos commiss. d. Bolnixiam eius uxorem et d. fr. *Iacobum* de Pozale Ord. Fr. Min. ... Actum Bononie ... Blaxius Ubaldini de Stiglatico not.

21/4153, n. 51. — Orig.

386. Bononiae, 26 aprilis et 27 maii 1288.

Testamentum.

D. Lucia f. q. d. Iohannini barberii et uxor q. Naxinbenis piscatoris ... reliquid L lib. bon., de quibus reliquid xx lib. pro uno samito emendo qui debeat portari super corpus ipsius, quod debeat poni in una cassa et indui de una stamegna, de quo samito debeat fieri una planeta, et insuper v lib. bon. pro ornamento ipsius planete, que debeat remanere apud Fr. Min. de Bon. p. m. cellebrandis; reliquas vero XXV lib. voluit expendi circa funus et suam sepult., silicet [in] cereis, candelis et aliis necessariis dicte sepulture, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min., et residuum reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cantandis ... Item reliquid de bonis suis fr. *Iacobo* de Pozale de Ord. Min. p. s. n. x lib. bon.; item fr. *Naxinbeni* suo fratri de dicto Ord. IIII lib. bon.; item fr. *Rodulfo* de Fabianis de dicto Ord. IIII lib. bon.; item fr. *Gerardino* de Cremona de dicto Ord. IIII lib. bon.; item fr. *Iohannino* de Portanova

de dicto Ord. IIII lib. bon.; item sor. Bone sue nepti et f. Iacobini Berreete x lib. bon.; et si contingeret ipsam decedere ante quam habeat dictas x lib., voluit quod diete x lib. perveniant ad conventum Fratrum Min. de Bon. Item sor. Paciliche et sor. Katharine, cuilibet earum xx sol. bon.; item cuilibet testi qui testis fuerit in presenti testamento reliquid v sol. bon. ... constituit suos commess. fr. *Iacobum* de Pozale de Ord. Min. et Guardianum Fratrum Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Iacobi* de Pozale, qui dixit *etc.*, fr. *Naxinbenis* fratris testatricis, fr. *Francisci* de Feraria, fr. *Sullimanni* d. Sullimanni, fr. *Antonii* de Parma, fr. *Lambertini* Cafeti, fr. *Petri* de Lana, fr. *Rugerii* de Panico, fr. *Iohannis* de S. Collumbano et fr. *Iohannis* de Spezano ...

Die xxvii maii fr. *Iacobus* de Pozale procurator diete d. Lucie deposuit in sacristia Fr. Min. et in manibus fr. *Ugolini* de Castello sacriste dedit h. t. sigillatum sigillo Guardiani Fratrum Min. de Bon., pp. fr. *Gandolfino* de Mutina, fr. *Rodulfo* de Faventia et fr. *Tadeo* de Burgo S. Ysaie ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

21/4153, n. 52. — Orig.

387. Bononiae, 26 aprilis 1288.

Testamentum.

Magister Lanfrancus q. d. Lanfranchi de Pistorio, qui nunc moratur in terra Conflenti districtus Bonon. ,.. reliquid *etc.* ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos Guardianus Fratrum Min. de Bon. ellegerit et nominaverit. Et ad predicta omnia et singula exequenda et apprehendenda, nomine pauperum, esse voluit et fecit suum commiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, vel illum quem dictus Guardianus nominaverit ... Voluit s. t. sigillari debere sigillo Custodis aut Guardiani Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min. in present. fr. *Pellegrini* de Pollicino, qui dixit *etc.*, fr. *Guidonis* de Tuschis, fr. *Iohannis* de Marcha, fr. *Petri* de Castagnolo, fr. *Iacobi* de Placentia, fr. *Bertolomei* de Manzolino, fr. *Andree* de Mutina, omnium de Ord. Min. et fr. *Raynerii* de Penitentia de Ghisileriis ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

21/4153, n. 53. — Orig.

388. Romae, 30 aprilis 1288.

Privilegium exemptionis Fratribus Minoribus tribuitur.

Nicolaus episc. Generali et Provincialibus Ministris ac universis Fratribus Ord. Fr. Min. « Quia nonnulli ». Datum Romae apud S. Petrum II kl. maii Pontif. anno primo.

352/5095, n. 79. — Orig. cum plumbo pend. e chorda ser. In dorso « Provintie Bononiensis de exemptione »; « Nicholaus IIII qui fuit Frater Minor »; « Bulla exemptionis d. Nicholay quod immediate sumus sub Romano Pontifice, ita quod nulli debemus respondere »; sub plica « ⸘ ». = BF IV, 17.

389. Bononiae, 6 maii 1288.

Testamentum.

D. Robina q. d. Calcagni ... elegit sibi sepult. apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... reliquid fr. *Bonaventure* de Agrestis x sol. bon.; item fr. *Bonaventure* d. Michaelis

Calcagni III lib. bon. p. s. n. ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* sibi heredes instituit pauperes Christi quos elegerint et nominaverint commiss. sui infrascripti, includens in pauperibus pupillos, viduas et orphanos; constituit suos commiss. fr. *Bonaventuram* d. Michaelis Calcagni et Guardianum Fr. Min. conv. Bon. qui p. t. fuerit ... Voluit s. t. sigillari debere sigillo Guardiani seu Custodis Fr. Min. de Bonon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Nicholino* de Ord. Fr. Min. et fr. *Bonaventura* Agrestis sacerdote, qui dixit *etc.* ... Naxinbene q. Petri Schudari not.

21/4153, n. 54. — Orig. = Cf. n. 401.

390. Bononiae, 8 maii 1288.

Testamentum.

Fr. Guramonte f. d. Iohannis de Baxacomatribus ... commiss. suam esse voluit d. sor. Gerardinam eius uxorem ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min. de Bonon. et depoxitum in sacristia dictorum Fratrum per fr. *Nicholinum* d. Michaellis, procuratorem ad ponendum ipsum in dicta sacristia specialiter constitutum, in presentia mei not. et testium infrascriptorum, in manibus fr. *Petri* de Mutina sacristani, sigillatum sigillo Guardiani dictorum Fratrum, in present. fr. *Nicholai* d. Milani, fr. *Iacobi* de Agrestis, fr. *Naxinbenis* de Pozale, fr. *Iohannis* de Mutina, fr. *Iacobini* de Parma, fr. *Lamfranchini,* fr. *Alberti* de Banbaglolis, fr. *Francischini* de Regio, fr. *Francischi* de Bonon. et fr. *Nicholini* d. Michaellis de Butrio sacerdotis, qui asseruit *etc.;* et h. t. voluit dictus testator esse secretum ... Allamannus q. d. Laurentii Segnorelli not.

21/4153, n. 55. — Orig.

391. Bononiae, 10 maii 1288.

Testamentum.

D. Rodulfus q. Raynerii Buzanigre ... reliquid x lib. bon., quas expendi voluit circa funus et sepult. suam, et alibi ubi melius videbitur commiss. suis, quam sibi ellegit apud ecclesiam *Dominarum S. Francisci* ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.,* d. Bertam eius uxorem sibi hered. instituit. Post mortem vero dicte sue uxoris voluit quod medietas bonorum suorum debeat vendi per commiss. suos et dari p. a. s. ubi melius et utilius eis videbitur ... Fecit suos commiss. Guardianum q. p. t. fuerit Fr. Min. ... Voluit h. t. sigillari debere sigillo Custodis aut Guardiani Fr. Min. et deponi in sacristia dictorum Fratrum. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Bonifatii* de Lambertatiis, qui dixit *etc.,* fr. *Gerardini* de Cremona, fr. *Zacharie* d. Antonii, fr. *Guidonis* de Tuschis, fr. *Bertolomei* de Manzolino, fr. *Martini* de Guastavillanis et fr. *Rugerii* Poete ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

21/4153, n. 56. — Orig.

392. Reate, 14 maii 1288.

Fratres Minores ad alias Religiones transeuntes, dignitates et officia habere prohibentur.

Nicolaus episc. Generali et Provincialibus Ministris ac universis Fratribus Ord. Fr. Min. « In vestri Ordinis »... Datum Reate II id. maii pontif. anno primo.

352/5095, n. 80. — Orig. cum chorda ser. sine plumbo. In dorso « Provincie Bononiensis de apostatis »; in plica « P. Eug. ». — BF IV, 20.

393. Bononiae, 25 et 26 maii 1288.

Testamentum fr. Alle Sichi, novitii in Ord. Fr. Min.

Fr. *Alle* f. d. Iohannis q. d. Bonzoanis Petri Sichi, novicius in Ordine Fr. Min. et emancipatus a dicto suo patre, nolens decedere intestatus ... hoc suum test. facere procuravit ... Reliquid p. a. s. conventui Fratrum Min. de Bon. c sol. bon. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Amadore* de Pixicotis de Bononia, fr. *Guidone* de Tusschis, fr. *Iohanne* de Monteferetro, fr. *Francisco* de burgo Peradelli, fr. *Bonaventura* de Trentino, fr. *Dominico* muratore, fr. *Azzino* de Bononia et fr. *Martino* de Guastavillanis, qui dixit *etc.* ...

Die xxvi maii dictus testator deposuit test. suum in sacristia Fr. Min. penes fr. *Ugollinum* de Castello sacrist. Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Martino* de Guastavillanis, fr. *Francissco* de Castagnolo et fr. *Zacharia* de Artinixiis ... Gandulfinus Mathey Benintendi not.

21/4153, n. 59. — Orig.

394. Bononiae, 10 et 11 iunii 1288.

Testamentum.

D. Yvanus f. q. d. Bataglutii not. ... reliquid clxxx lib. bon., de quibus dari et distribui voluit in missis cantandis p. a. patris sui apud eccl. Fratrum Min. x lib. bon.; item conventui Fr. Min. de Bon. iii lib. bon.; item fr. *Gerardino* de Gualenghis Ord. Fr. Min. pro una capa v lib. bon.; item voluit quod dentur et distribuantur ad volunt. supradicti Fratris v lib. bon., quas habere debebat fr. *Guido* de Gixileriis de dicto Ord. pro una capa ... residuum distribui voluit in missis cantandis apud eccl. Fr. Min. et apud eccl. S. Marie Maioris ... Item voluit quod si non reperirentur aliqui ex supradictis legatariis suis, vel sui heredes quibus non possint restitui supradicta legata et dari, quod illa legata omnia expendantur, per commiss. suos, in missis cant. pro animabus eorum, apud eccl. Fratrum Min. ... Actum Bononie in *claustro* Fr. Min., pp. fr. *Gerardino* de Gualengis, fr. *Pelegrino* de Policino, fr. *Ansaldo* de Butrio, fr. *Bonaventura* de Savignano, fr. *Philipo* de Marzegonibus, fr. *Francisco* de Vandolis, fr. *Aspectato* de Panzonibus, fr. *Matheo* de Saragoza, omnibus de Ord. Fr. Min., et fr. Buvalello q. Petroboni de Ord. tertio Humiliatorum ... qui fr. *Gerardinus* asseruit *etc.*

Die xi iunii dictus testator deposuit s. test. in sacristia Fr. Min. in manu fr. *Ugolini* q. d. Grimaldini de Castello de Ord. Fr. Min. sacristani dictorum Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Lambertino* portanario et fr. *Petro* infirmerio ... volens ipsum muniri sigillo Ordinis secundum formam stat. Fr. Iohannes Livaldi tertii Ord. Humiliatorum not.

22/4154, n. 1 . — Orig.

395. Bononiae, 19 iunii 1288.

Testamentum.

D. Bonifacius f. q. d. Lambertini de Acharixiis ... reliquid l lib. bon., de quibus dari et expendi voluit circa suam sepult., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min., ubi iacet

d. Alda olim uxor sua videlicet, in cereis, candelis *etc.,* xxv lib. bon.; residuum vero vult expendi inter pauperes Christi ... qui vadunt hostiatim et verecundosos, per commiss. suos, eo die ubi sepellietur ... Item reliquid conventui *Sororum Minorum strate S. Stefani* x lib. bon. ... facit suos comiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit et d. Benvenutam uxorem suam et quemlibet eorum in solidum, ita tamen quod dicta domina facere debeat cum conscilio et voluntate predicti Guardiani ... In omnibus et singulis vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos dixerit et voluerit dictus Guardianus ... Voluit s. t. poni in sacristia Fr. Min. et sigillari sigillo dicti testatoris et sigillo Custodis vel Guardiani dictorum Fratrum ... Actum Bonon. in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Peregrino* de Policino, qui dixit *etc.,* fr. *Lambertino* portonario feminarum, fr. *Nicolao* d. Millani specialis, fr. *Alberto* de Soldaderiis de Strata maiori, fr. *Ubertino* portonario, fr. *Barthollomeo* de Gossadello, fr. *Landulfo* q. d. Zacharie, omnibus de Ord. Min. ... Iacobus q. Paulini Fabri not.

22/4154, n. 4. — Orig.

396. Bononiae, 2 iulii et 4 octobris 1288.

Testamentum.

D. Ugollinus q. d. Zacharie Gerardi Alberici ... reliquid p. a. s. uni vel pluribus pauperibus cxxx lib. bon. dandas et distribuendas secundum quod videbitur fr. *Landulfo* suo fratri de Ord. Min. et ille vel illi intelligantur pauperes quem vel quos dictus fr. *Landulfus* duxerit nominandos ... item cuidam pauperi mullieri de S. Georgio (de Plano), quam sit et cognosit dictus fr. *Landulfus,* III lib. bon. ... Et ad predicta omnia exequenda fecit suum commiss. dictum fr. *Landulfum* suum fratrem de Ord. Min., dans ei licentiam *etc.* ... In omnibus autem alliis suis bonis mobilibus et inmobil., iuribus *etc.* Iohannem Gerardum et Gracianum fillios dicti fr. *Landulfi* sibi equalibus portionibus heredes instituit ... Voluit h. t. sigillari sigillo Custodis seu Guardiani Fr. Min. et poni in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Petro* de Castagnolo, fr. *Bentivoglo* Gentilis de S. Severino, fr. *Bonacosa* Severini de S. Severino, fr. *Bonfantino* Bonazunte Richi Martini de Bonon. sacerdote, qui dixit *etc.,* fr. *Rugirino* f. Comitis Bonifacii de Panico, fr. *Andrea* q. Gerardini de Mutina, fr. *Iohanne* et fr. *Ubertino* portonariis ...

1288, IIII octobris dictus d. Ugollinus deposuit dictum s. t. penes fr. *Petrum* sacristam Ord. Fr. Min. de Bon. in sacristia dictorum Fratrum, prout dictus fr. *Petrus* fuit confessus et contentus se habuisse et recepisse, pp. fr. *Alegro* de Castro S. Petri et fr. *Bertholino* de Pollicino de Ord. Min. ... Angellinus q. d. Oddonis not.

22/4154, n. 5. — Orig.

397. Bononiae, 3 iulii 1288.

Testamentum.

D. Zolitta f. q. d. Simolini de Ligapassaris et uxor d. Ugucionis de Principibus ... reliquid LX lib. bon., de quibus reliquid fr. *Gandulfino* de Mutina c sol. bon. pro suis necessit.; item fr. *Iacobo* de Pozale XL sol. bon. ... residuum vero expendi voluit circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... Si d. Adhelaxia sua filia et heres decederet sine filiis legittimis sibi substituit pauperes Christi ... quos

commiss. sui ellegerint et nominaverint ... constituit suos commiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Gandulfinum* de Mutina, vel quem vel quos ipsi ellegerint ... Voluit s. t. sigillari debere sigillo Guardiani seu Custodis Fr. Min. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie ... in pres. fr. *Gandulfini* de Mutina, qui dixit *etc.*, fr. *Giramontis* de Mantua, fr. *Uberti* de Sadolittis de Mutina, fr. *Rugerii* de Poetis, fr. *Petri* de Argellata, fr. *Castellani* de Samaritanis, fr. *Rugerini* de Panico et fr. *Iohannis* de Mutina, omnium de Ord. Min. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

22/4154, n. 6 — Orig.

398. Bononiae, 16 iulii 1288.

Testamentum.

Soror *Bona* f. q. Stephani ... reliquid L lib. bon., de quibus reliquid VI lib. bon. expendendas per commiss. suum, prout sibi videbitur circa funus et sepult. suam et in cereis et candelis, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... item fr. *Petro* de Strata Ord. Min. p. s. n. XL sol. bon.; item fr. *Dominico* muratori dicti Ord. XL sol. bon.; fr. *Bonoiacobo* d. Michaelis de Portanova dicti Ord. XX sol. bon.; fr. *Iacobo* Magistre dicti Ord. XX sol. bon.; fr. *Bolognito* d. Bonvixini dicti Ord. XX sol. bon.; fr. *Bertolino* de burgo Peradelli dicti Ord. XX sol. bon.; fr. *Lambertino* portario dicti Ord. X sol. bon.; fr. *Tadeo* portario dicti Ord. X sol. bon.; fr. *Blaxio* fratri fr. *Mansueti* dicti Ord. XX sol. bon. Item cuilibet *heremitorio* sive *conventui* Fr. Min. *Custodie* civ. Bonon. XX sol. bon. ... item ecclesie *S. Andree Fratrum de Peninitentia* XX sol. bon. expendendos in laborerio dicte ecclesie sive in luminaria, prout melius videbitur Ministris Fratrum de Penitentia. Residuum vero expendi voluit in die septima, trigesima, centesima et anniversario faciend. apud eccl. Fratrum Min. de Bon. Et ad predicta omnia et singula exequenda esse voluit et fecit suum commiss. fr. *Franciscum* de Ord. Min. suum fratrem vel quem vel quos ipse nominaverit, cui commiss. et aliis, a dicto fr. *Francischo* ellectis sive elligendis, ex nunc dat plenam licentiam *etc.* Item de aliis suis bonis i. leg. reliquid X lib. bon. Iohanne f. fr. Zanelli sui fratris. Item fr. *Francischo* suo fratri i. leg. reliquid p. s. n. et aliis prout ei videbitur et secundum quod dicta testatrix sibi dixit ad penitentiam et in credentia XXX lib. bon. ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos dictus fr. *Franciscus* dixerit et nominaverit ...

Eodem die testatrix constituit d. Zaninum et Gerard[inum (?)] qui morantur cum Fratribus Min. et quemlibet eorum, ad ponendum dictum test. in sacristia Fr. Min. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Landulfi* d. Zacharie, fr. *Iacobi* de Feraria, qui dixit *etc.*, fr. *Mansueti* de Montesorbo filio *(sic)* Bonaventure, fr. *Gufredi* d. Grimaldi de Fregnano, fr. *Andree* de Anuratis (?) de Mutina, fr. *Iohannis* de Mantua, fr. *Iacobi* de Placentia et fr. *Francisci* Stephani, omnium de Ord. Min. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

22/4154, n. 7. — Orig. In dorso « Test. sor. *Bone* de Penitentia q. Stephani ».

399. Bononiae, 23 iulii 1288.

Testamentum.

D. Thomaxina f. q. d. Aliotti magistri Salatielis Martini Pape ... voluit h. t. secretum esse et in sacristia Fr. Min. eccl. S. Francisci civit. Bon. deponi et conser-

vari ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit c sol. bon. p. m. celebrandis p. a. s. ... item cuilibet conventui Religiosorum et Religiosarum civit. Bon. et suburbiorum, qui vadat pro helemosinis, legavit vi sol. bon. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. ecclesie S. Francisci in present. fr. *Peregrini* Bonon. sacerdotis Ord. Fr. Min., qui asseruit *etc.*, fr. *Lanbertini* de Banbaglolis sacerdotis, fr. *Iacobi* de Zesena sacerdotis, fr. *Dominici* de Ravenna sacerdotis, fr. *Lanbertini* portarii, fr. *Iacobi* Placentini, fr. *Nicolai* de Mulnarolis, fr. *Zirini* de Panico et fr. *Bartolomei* de Policino, omnium Ord. Fr. Min. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

22/4154, n. 9. — Orig.

400. Bononiae, 28 et 31 augusti 1288.

Testamentum.

D. soror Francisca f. q. d. Guilielmi vetrarii ... elegit sib. sepult. apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... reliquid Fratribus Min. xv lib. bon. p. m. cantandis et oracionibus faciendis ... item fr. *Gandulfino* de Mutina Ord. Min. xl sol. bon.; item fr. *Azzino* nepoti fr. *Azzonis* dicti Ord. Min. xl sol. bon.; item fr. *Petro* sacristano de Mutina dicti Ord. xl sol. bon., item fr. *Lambertino* portonario dicti Ord. x sol. bon. ... Fecit suos commiss. fr. *Azzinum* et fr. *Gandulfinum* de Mutina predictos et Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit; et si predicti fratres *Azzinus* et *Gandulfinus* nollent vel non possent se intromittere de predictis, tunc voluit dictum Guardianum predicta et infrascripta posse facere ipse solus. Si heredes sui decesserint sine liberis legittimis, tunc voluit quod omnia bona sua pervenire debeant ad pauperes Christi quos Guardianus Fratrum Min. qui p. t. fuerit duxerit elligendos ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Nicholao* de Brittinorio presbitero, et fr. *Landulfo* q. d. Zacharie, qui asseruerunt *etc.*, fr. *Phylippo* Marcegonis, fr. *Nicholao* de Azzoguidis, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Thadeo* de Burgo S. Ysaie, fr. *Iohannino* d. Bonfigloli de Ymola, omnibus de Ord. Min. ...

Die ultima mensis augusti d. Zaninus, qui fuit de Mantua, qui moratur cum Fr. Min. de Bonon., procurator ad ponendum h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon., deposuit illud penes fr. *Ugolinum* de Castello sacristanum, pp. fr. *Bonfantino* de Bononia et fr. *Landulfo* q. d. Zacharie, fratribus dicti Ord. Min. ... Arpinellus q. d. Ugolini de Follia not.

22/4154, n. 12. — Orig.

401. Bononiae, 17 septembris 1288.

Codicillus.

Constat d. Robinam f. q. d. Iohannis, qui dicebatur Calcagnus, et uxor. q. d. Nicholay de Rodaldis fecisse test. scriptum manu Naxinbenis q. Petri Scudarii not., quod quidem test. approbat in totum pres. codicillo ... reliquid de bonis suis in auxilium sepulture, quam sibi ellegit apud locum Fr. Min. tam pro se quam pro fratre suo d. Michaelli defuncto, xl sol. bon. ... Voluit dictum codicill. esse secretum et sigillari debere sigillo Guardiani seu Custodis Fratrum Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Bonaventure* q. d. Michaellis Calcagni presbiteri, qui dixit *etc.*, fr. *Alberti* de Banbaglolis Ord. Min., fr. *Rugirii* de Panico dicti Ord., fr. *Petri* de Lana dicti Ord., fr. *Mathioli* de Ymola dicti

Ord., fr. *Dominici* de Ravena dicti Ord. et fr. *Ugolini* de Castello dicti Ord., qui procurator est ad deponendum dictum t. in sacristia (Fr. Min.) ... Martinus Rossellus q. Bellini not.

22/4154, n. 14. — Orig. = Cf. n. 389.

402. Bononiae, 28 novembris 1288.

Testamentum.

D. Nicholaus q. Ardenghi ... elegit sibi sepult. apud eccl. Fr. Min. ... reliquid conventui Fr. Min. xx sol. bon. ... item pauperibus *Societatis scole que congregatur in scolis Fr. Min.* x sol. bon. ... Et si aliquis hered. suorum mollestaret seu inquietaret d. Agnexiam suam uxorem de sibi relictis, illum privat a sua hereditate ... et voluit quod pars hereditatis illius qui contrafecerit perveniat ad pauperes Christi ... quos Guardianus Fratrum Min. de Bon. qui p. t. fuerit ellegerit et nominaverit. Fecit commiss. suos ... et fr. *Iacobinum* Barberium ... et voluit s. t. sigillari debere sigillo Custodis aut Guardiani Fratrum Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie sub *porticu claustri* Fr. Min. in present. fr. *Rufini* de Placentia sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Rugerii* Poete, et fr. *Lambertini* portarii, omnium de dicto Ord., fr. *Nicholay* Iacobi Gambaldi, fr. *Benzevennis* d. Ugolini et fr. *Gerbini* d. Alberti Saglinbrighe ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

22/4154, n. 17. — Orig. In dorso « Item fecit aliud testamentum ».

403. Bononiae, 1 decembris 1288.

Codicillus.

D. Milanus spetiarius ... sciens se test. fecisse scriptum manu Iohannis Guidonis specialis not., quod quidem sigillatum et depositum fuit in sacristia Fratrum Min. de Bon., et etiam sciens post test. predictum codicillum fecisse scriptum manu Guidonis Antonii not., predictum test. et codicill. obtinere voluit in omnibus et per omnia firmitatem, excepto *etc.* ... Voluit h. s. codicillum esse secretum, et in sacristia Fr. Min. eccl. S. Francisci deponi et conservari ... Actum Bononie in *claustro infirmarie* Fr. Min. eccl. S. Francisci in present. fr. *Lanbertini* Bon., fr. *Ubertini* de Forlivio portarii, fr. *Petri* de Vetula, qui asseruit *etc.*, fr. *Petri* de Varegnana, fr. *Guilielmini* de Placentia, fratris *(sic)* fr. *Adigerii* de Parma, et fr. *Petri* de Feraria, omnium Ord. Fr. Min. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Bux. de Parma not.

22/4154, n. 18. — Orig. = Cf. n. 259.

404. Bononiae, 31 ianuarii 1289.

Testamentum.

D. Ugolina f. q. Ursi et uxor Gratiani ... reliquid fr. *Iacobo* de Pozale de Ord. Fr. Min. III lib. bon. p. s. n. ... item conventui Fr. Min. III lib. bon. p. m. ... constituit suos commiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Iacobum* de Pozale vel illum aut illos quem vel quos dictus Guardianus et fr. *Iacobus* ellegerint et nominaverint ... Voluit s. t. sigillari debere sigillo Guardiani Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in pres. fr. *Iacobi* de Pozale sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Pepi* de Forlivio, fr. *Adigherii* de Parma, fr. *Ber-*

tolini de Plumazo, fr. *Zamboni* de Argelle, fr. *Lambertini* de Bambaglolis, fr. *Guidonis* de Zapolino, et fr. *Rolandini* d. Armanni, omnium de Ord. predicto ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

22/4154, n. 24. — Orig.

405. Bononiae, 25 februarii 1289 et 28 novembris 1290.

Testamentum.

D. Thomax Bonandini ... p. a. s. reliquid xxv lib. bon., de quibus voluit expendi tantum sicut fuerit oportunum circa funus et sepulturam suam, quam ellegit apud eccl. B. Francisci Ord. Fr. Min. conventus Bon. ... constituit suos commiss. Guardianum qui p. t. fuerit Fr. Min. conventus Bon., fr. *Iohanninum* de Portanova dicti Ord. et d. Mariam uxorem dicti testatoris; et si dicti Fratres comiss. non possent vel nolent superesse dicte comisarie, loco eorum possint semel et pluries alios substituere in dicta comisaria ad eorum voluntatem ... reliquid conventui Fr. Min. p. m. cantandis iiii lib. bon. ... item Guardiano qui p. t. fuerit comiss. presentis testamenti, vel substituto ab eo, iii lib. bon. p. n. sue persone; item fr. *Iohannino* de Portanova Ord. Fr. Min. p. n. sue persone iii lib. bon.; item fr. *Azino* Ord. Fratrum Min. conventus Bon. xx sol. bon.; item fr. *Zanellino* de Carpo Ord. Fratrum Min. conventus Bon. x sol. bon. ... item reliquid conventui Fr. Min. de Bonon., Lambertino Bologniti Canuti not. et d. Guilielmine sue nepti et Filipo pro se et Francisco suo fratre q. d. Guidonis iud. de Machagnanis pro una parte omnia iura sua que habet in quodam suo loco quod est aput Caybolam, qui modo est in com. Bon., quem accepit in solutum a Comuni Bonon. tamquam de bonis d. Iacobi negoxantis pro cxxi lib. bon.: hoc modo, silicet quod conventus Fr. Min. predictus habeat medietatem dicte quantitatis pecunie, solvendo vi lib. bon. pro testamento q. d. Mathelde sue sororis ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos Guardianus Fratrum Min. conventus Bon. qui p. t. fuerit, duxerit nominandos et elligendos et non alios ... Et voluit h. t. esse secretum toto tempore vite sue et deponi in sacristia Fratrum Min. conventus Bon. et sigillari sigillo ipsius conventus ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Filippino* de Mediolano, fr. *Zanellino* de Carpo, fr. *Azino* de S. Petro Marcellino, fr. *Iohannino* de Portanova, sacerdotibus qui dixerunt *etc.*, fr. *Gerardino* de Allerariis, fr. *Bertolino* de Pollicino, fr. *Ugolino* de Feraria, fr. *Gratiolo* de Mantua et fr. *Amadore* de Pizigotis ...

1290 die xxviii novembris fr. *Iohanninus* de Portanova Ord. Fr. Min. procur. dicti testatoris posuit h. t. in sacristia Fr. Min. penes fr. *Ugolinum* de Castello sacristanum dictorum Fratrum, pp. fr. *Iacobo* de Vernatia et fr. *Nicholao* de Bertinorio Ord. Fr. Min. ... Bertolomeus d. Bologniti not.

22/4154, n. 26. — Orig.

406. Bononiae, 5 martii 1289.

Testamentum.

(De quodam loco pro Fratribus Min. alicubi construendo, vel de ampliando conventu Fratrum S. Ioannis in Persiceto).

D. Philippus f. q. d. Aldrevandini de Sala ... reliquid cuilibet conventui Fr. Min. Provintie Bonon. xl sol. bon.; item cuilibet herimitorio eorumdem Fratrum Prov.

Bon. xx sol. bon., qui distribuantur per Custodes predictis conventibus et herimitoriis ... item voluit et mandavit quod per commiss. suos assignentur cuilibet Custodi Fr. Min. Prov. Bon. xx lib. bon., qui Custodes distribuant eas viris et mulieribus religiosis honestis et professis, sicut secundum Dominum melius eis videbitur, Fratribus Min., Monachis et Monachabus nigris tamen exceptis ... item cuilibet heremito vel heremite habitanti continue intra parietem celle sue v sol. bon.; item cuilibet fratri et etiam cuilibet sorori professo vel professe commoranti in civ. Bonon. vel districtu, cuiuscumque religionis, v sol. bon., exceptis Monachis et Monachabus nigris; item cuilibet Fratri de Ord. Min. Prov. Bon. x sol. bon. p. s. n. exequendis ... item reliquid cuilibet commiss. suorum xxv lib. bon. si infrascripta ecclesia et locus Fr. Min. construeretur, et si non construeretur, tunc reliquid cuilibet commiss. suorum x lib. bon.; item fr. *Matheo* fr. Boninsegne p. s. n. III lib. bon.; item fr. *Landulfo* nepoti suo de Ord. Min. p. s. n. et libris cc lib. bon. ... item legavit c lib. bon. expendendas circa funus et sepult. suam arbitrio commiss. suorum, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. secus *altare capelle S. Agathe* sibi deputate et ordinate per conscilium discretorum Fratrum conventus Bonon., et ponantur ibi ossa patris et matris sue, de quibus c lib. ematur unum pallium de quo debeat fieri una planeta pretii et extimationis xxv lib. bon., que debeat in perpetuo remanere in dicta capella S. Agathe ad divinum officium celebrandum p. a. patris et matris sue ... item voluit quod super una de possessionibus suis debeat hediflicari et construi, ubi melius placebit commiss. suis, domus una Fr. Min. sive ecclesia, in qua quidem ecclesia et domo debeant morari in perpetuum et continue x Fratres Min., qui Fratres habeant de bonis suis, victum et vestitum et omnia necessaria et etiam pro loci hediflicatione, salvo tenore constit. predictorum Fratrum. Et si legata suprascripta et infrascripta impedirent loci hediflicationem et necessariam Fratrum prestationem, tunc et in eo casu, predicta legata, exceptis male ablatis, cassat et irritat arbitrio commiss. suorum, ad hoc ut dicta ecclesia et locus penitus construantur. Et si hanc gratiam sibi fecerint dicti Fratres, quos rogat eisque supplicat tota devotione qua potest, tunc et in eo casu reliquid conventui Fr. Min. de Bon. DC lib. bon. p. a. s. et missis cantandis. Si autem predicti Fratres non acceptarent facere predictum locum sive hediflicationem, tunc et in eo casu, cassat et irritat legatum DC lib. bon. predictis Fratribus relict. et *Monasterium et Conventum Monialium Ord. S. Clare de Bon.* sibi heredem instituit in MD lib., hac condictione, quod pro predicta hereditate et legato teneantur in perpetuum tenere et substentare cum omnibus necessariis unum sacerdotem cum uno clerico, qui sacerdos teneatur et debeat cellebrare divinum offitium p. a. s. et patris et matris sue in capella vel ecclesia, quam voluit construi super una possessionum suarum in pulcriori et meliori situ quem ellegerint commiss. sui ... et voluit et iussit et mandavit precise et districte quod dictum monasterium et conventus, nec per se nec per aliquem alium vel aliam personam, possit petere aliquid de bonis suis ultra predictas MD lib. bon. occasione seu ratione falcidie ... aut quacunque alia ratione, et si hoc attemptare presumpserit, ex nunc cassat et irritat dictam hereditatem de MD lib. bon., et dictum monasterium et conventum S. Clare, in dicto casu, heredem instituit in x lib. bon., et in his ipsum iussit esse tacitum et contentum. Rogans etiam Ministrum Fr. Min. Provincie Bonon. qui p. t. fuerit, ut post obitum suum quam citius poterit fieri faciat quod quilibet sacerdos Fratrum predicte sue Provincie dicat unam missam p. a. s., et clerici vigiliam pro defunctis, layci vero c *Pater noster,* sicut pro uno fratre fieri consuevit;

et si hoc fecerint tunc reliquid conventibus et heremitoriis predicte Provincie CL lib. bon. Item voluit et mandavit quod per commiss. suos provideatur de una possessionum suarum valoris MD lib. bon., si non fieret locus sive ecclesia Fratribus suprascripta, de cuius redditibus sic provideatur secundum formam Ord. Fr. Min., quod proventus et fructus possessionis predicte assignentur et deputentur in subsidium, in ampliationem et augmentum unius *conventus Fratrum S. Iohannis in Persezeto,* secundum quod poterit melius fieri, compesato cursu ipsorum, habundantia et carastia rerum et statu Fratrum. In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit, et illos intelligit et esse voluit pauperes Christi quos commiss. sui dixerint, ellegerint et nominaverint, et non alios, non habito respecto ad utilitatem sui Ordinis, nec etiam ad aliquam propriam utilitatem vel ad utilitatem aliquorum suorum parentum vel amicitie, sed ut melius et utilius, pro salute anime sue et patris et matris sue, eis videbitur, et de hoc eos rogans et eis suplicans humiliter et devote, sicut B. Maria Magdalena rogavit altissimum Creatorem, quod ista debeant effectui demandare. Reliquid etiam super animabus eorum omnia supradicta, et in eorum bonis et puris conscientiis habendo semper Deum pre oculis, ita quod anima sua et patris et matris sue veniam consequantur. Et ad predicta omnia et singula exequenda esse voluit et fecit suos commiss. fr. *Bertolomeum* sacre Scripture professorem, et Custodem et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerint ... Voluit s. t., quod voluit esse secretum, sigillari debere suo sigillo et sigillo Custodis aut Guardiani Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *domo barbarie* Fr. Min. in press. fr. *Mathei* de Pozale, fr. *Bertolini* de Plumazo sacerdotum, qui dixerunt *etc.*, fr. *Allexandri* de S. Iohanne in Persezeto, fr. *Petri* Galieni de Bertinorio, fr. *Petri* de Nicholittis de Ferraria, fr. *Bertolini* de Pollicino, fr. *Dominici* nepotis fr. *Azini*, fr. *Lambertini* portarii dominarum et fr. *Landulfi* de Cazanimicis, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

343/5086, n. 4. — Orig.

407. Bononiae, 6 martii 1289.

Testamentum.

Fr. Zacharellus de Saliceto f. q. d. Grimaldi de tertio Ord. Humiliatorum civit. Bon. ... dari voluit conventui Fr. Min. X lib. bon.; item *Monasterio Dominarum S. Francisci de Bon.* X sol. bon.; item domui Fratrum tertii Ord. Humiliatorum civit. Bon. III lib. bon., de quibus emi voluit unum lectum ad usum pauperum infirmorum ... item fr. *Petro* de Castagnolo de Ord. Min. XL sol. bon.; item fr. *Petro* Raynaldi X sol. bon. ... Ordinavit et voluit quod d. Maria sua filia annuatim, donec vixerit, debeat dare et solvere conventui Fr. Min. de Bon. duas corbes frumenti in festo Nativitatis de fructibus possessionum sibi relictarum ... constituit suos commiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit ... Voluit s. t. esse secretum et positum in sacristia Fr. Min. cum sigillo Custodis seu Guardiani vel conventus dictorum Fratrum Min. ... Actum Bononie in *domo* Fr. Min., pp. fr. *Francisco* de Ygnano sacerdote de Ord. Fr. Min. de Bon., fr. *Phylippo* de Marzegonibus sacerdote eiusdem Ord., fr. *Petro* Pizinino de S. Martino de Aposa, fr. *Rugerio* de Poetis, fr. *Petro* de Castagnolo, qui asserue-

runt *etc.*, fr. *Dampniele* de Novaria, fr. *Tadeo* de Burgo S. Ysaie, fr. *Amselimo* (?) de Parma, et fr. *Iohanne* de Ymola de dicto Ord. Fr. Min. ... Guido Segnoriti not.

22/4154, n. 27. — Orig.

408. Bononiae, 10 martii 1289.

Testamentum.

D. Ymeldina uxor q. d. Otolini de Panico ... elegit sibi sepult. apud eccl. Fr. Min. ... reliquid fr. *Thomaxino* suo filio de Ord. Min. p. s. n. xxxiii lib. bon.; item fr. *Bertolino* de Plumazo de dicto Ord. xx sol. bon.; item fr. *Gandulfino* de Mutina de dicto Ord. x sol. bon.; item fr. *Artinisio* de dicto Ord. x sol. bon. ... item sor. Adhelasie de Pregatuli unam camisiam de lana et lino et unam bendam ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobilibus, iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos commiss. sui ellegerint. Commissarios suos esse voluit et fecit fr. *Thomaxinum* suum filium de Ord. Min. et fr. *Bertolinum* de Plumazo de dicto Ord. vel alium quem dicti Fratres elligere voluerint. Et si predicti fratres *Thomaxinus* et fr. *Bertolinus* non viverent vel non essent presentes, ita quod predicta que in h. t. continentur non possent executioni mandare, tunc constituit suum commiss. Guardianum Fratrum Min. de Bon. qui p. t. fuerit vel illum quem dictus Guardianus ellegerit ... Voluit s. t. sigillari sigillo Custodis aut Guardiani Fr. Min. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie ... pp. fr. *Thomaxino* de Vetula et fr. *Bertolino* de Plumazo sacerdotibus de Ord. Min., qui dixerunt *etc.* ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

22/4154, n. 29. — Orig.

409. Bononiae, 15 aprilis 1289.

Testamentum.

D. Mixina q. Rodulfini de Funi ... reliquid Fratribus Min. c sol. bon. ... fecit d. magistrum Aldibrandum suum procur. ad ponendum s. t. in sacristia Fr. Min. de Bononia et eum faciendum sigilari ... Actum Bononie ... Iohannes Nicolay de Bertalia not.

22/4154, n. 35. — Orig.

410. Bononiae, 19 et 23 aprilis 1289.

Testamentum.

D. Iohannes q. d. Gandulfini ... reliquid cc lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. x lib. bon. ... item conventui Fr. Min. de *S. Iohanne in Persiceto* v lib. bon.; item fr. *Ubertino* de Forlivio iii lib. bon.; item fr. *Bernardino* de Cornazano iii lib. bon.; item fr. *Gandulfino* de Mutina v lib. bon.; item fr. *Azzino* de Bonon. iii lib. bon.; item fr. *Alle* v lib. bon., qui omnes Fratres sunt de Ord. Min. Item reliquid fr. *Martino* eius fratri de Ord. Min. l lib. bon., scilicet v lib. bon. omni anno a die mortis sue usque ad x annos; et si dictus fr. *Martinus* vixerit ultra x annos post obitum dicti testatoris, reliquid eidem fr. *Martino*, de aliis suis bonis, v lib. bon. singulis annis, quibus vixerit, ultra illos c sol. bon., quos eidem fratri d. Gasdia eius mater in suo test. reliquid, quos heredes sui eidem Fratri sol-

vere teneantur. Item reliquid fr. *Bonaventure* de Fanano et fr. *Petro* infirmariis et fr. *Iohanni* de Ymola coquinario infirmorum, omnibus de Ord. Min., cuilibet eorum xxx sol. bon. ... Item reliquid conveatui Fr. Min. de Bonon. tempore mortis sue, pro una pietanza, xii lib. bon.; item reliquid fr. *Lanbertino* et fr. *Zanillino* portariis dominarum, fr. *Mansueto* et fr. *Iohanni* de Ymola coquinariis et fr. *Petro* receptori forasteriorum et fr. *Iacobo* de Placentia helemosinario, fr. *Thadeo* sartori et fr. *Bertholomeo* portario, omnibus de Ord. Min., cuilibet eorum x sol. bon.; item fr. *Andree* de Foroiulli Ord. Min. xl sol. bon.; item fr. *Iohanni*, fr. *Alberto* et fr. *Ameo* de Azis, omnibus de Ord. Min., cuilibet eorum xl sol. bon.; item fr. *Lanbertino* et fr. *Alberto* de Banbaiolis Ord. Min., cuilibet eorum iii lib. bon.; item fr. *Iohanni* procuratori conventus Fr. Min. de *Ferraria* xl sol. bon. ... Residuum vero expendi voluit per commiss. suos circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud ecclesiam S. Francissci Fr. Min. de Bonon. ... Constituit suos commiss. fr. *Martinum* suum fratrem de Ord. Min. et Iacobum q. d. Benintendi ... Voluit et mandavit quod filii sui masculi vitam eorum dirigant et conducant ad sensum comiss. suorum predictorum, quod si contrafecerint privat eos ab hereditate sua ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Lanbertino* portonario, fr. *Pepo* de Forlivio, fr. *Zanillino* de Carpo, fr. *Bonfantino* de Bonon., fr. *Dampniele* de Novaria, fr. *Ugollino* de Castello, fr. *Allexandro* de S. Iohanne et fr. *Naxinbene* de Pozale, omnibus de Ord. Min. ...

Die xxiii aprilis dictus testator deposuit t. s. coram fr. *Zanillino* de Carpo et fr. *Ubertino* de Forlivio Ord. Min., fr. *Pepo* sacristano conventus de Bon., sigillatum sigillo conventus dictorum Fratrum ... Gandulfinus Mathey Benintendi not.

22/4154, n. 36. — Orig.

411. Bononiae, 15 maii 1289.

Testamentum.

D. Cicillia f. q. d. Ugolini de Callonico et uxor q. d. Cavazechi not. ... reliquid iure legati p. a. s. Fratribus Min. pro missis cant. xl sol. bon. ... Item reliquid sor. *Berte* pizocare xl sol. bon. ... Item reliquid iure legati Albertoni f. q. d. Cavazechi domum suam, quam in burgo S. Cathecatheline *(sic)* habet iuxta *etc.* ... et si dictus Albertonus decederet sine filiis, tunc dicta domus pervenire debeat et esse de ecclesia et conventu Fr. Min. et Pred. de Bon. et de ecclesia et Rectore eccl. S. Catheline hoc modo, quod dicti Fratres et Rector ... teneantur et debeant vendere dictam domum et precium dividere per tertium, et quilibet teneatur et debeat p. a. s. missas dicere et cellebrare, salvo quod de dicto precio teneantur, ante divisionem, dare conventui dd. S. Mathie c sol. bon. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. S. Francischi, pp. Fratribus Min. nominatis, scilicet d. fr. *Bertholino* d. Pollicino, d. fr. *Gallieno* de Bretenorio, d. fr. *Nicholao* de Mulnarolis, d. fr. *Henrico* de Brixia, d. fr. *Nicholao* de Sanguineis, d. fr. *Zanillino* de Carpo, d. fr. *Ugolino* de Mainardis de Feraria, omnibus de Ord. supradicto ... Palmirolus Manigoldi not.

22/4154, n. 40. — Orig.

412. Bononiae, 20 maii et 19 iunii 1289.

Testamentum.

Vicencius q. d. Iacobini d. Alberti Benvignonis ... reliquid conventibus Fr. Min. de Bonon. ... Dominarum *S. Francisci*, Fratribus de *Crespelano* de Ord. Min., Fr. Min.

de *Varignana*, Fr. Min. de *Caldararia*, Fr. Min. de *Ricardina*, Fr. Min. de *Runchis*, Fr. Min. de *S. Iohanne in Persiceto*, Fr. Min. de *Fanano*, scilicet cuilibet persone conventuum et locorum predictorum v sol. bon. ... Reliquid fr. *Rugerio* de Poetis de Ord. Min. xl sol. bon. ... item sor. *Antonie* de Benvignone de Ord. S. Clare, sor. *Lambertine*, sor. *Masconixiae* et sor. *Margarite* de Poetis de Ord. S. Clare, scilicet cuilibet dictarum dominarum x sol. bon. ... sor. *Poverine* de Ord. S. Clare, que stat *Ymole*, x sol. bon. ... Sepult. vero suam esse vult et eligit apud eccl. B. Francisci de Ord. Min. et expendi voluit circa dictam sepult. arbitrio commiss. suorum infrascriptorum; et in septima die, trigesimo, centesimo et anniversario die reliquid expendi vi lib. bon., scilicet in quolibet termino. Item reliquid Guardiano Fr. Min. de Bon. qui erit tempore mortis sue, pro laborerio commissarie, vi lib. bon. ... In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et inmobil. *etc.* sibi heredes instituit pauperes Christi ... silicet viduas, orfanos *etc.* ... ita tamen quod inter predictos non debeat habere aliquid vel distribui alicui conventuum seu locorum vel personarum superius nominatarum in speciali vel comuni ... nec intelligit nec vult nec sibi placet quod Templarii Hospitalarii S. Iohannis et Alamanni seu alterum collegium vel domus de ultra mare debeat habere aliquid de dictis suis bonis, vigore alicuius privilegii sibi concessi vel quod [...] concederetur ab apost. Sede ... sed per suos commiss. vult distribui sua bona ut dictum est. Quos quidem suos commissarios esse voluit et elegit ex nunc et et huius test. executores Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit ... Voluit hanc suam ultimam voluntatem esse secretam et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et roborari secundum formam ordinamentorum dominorum fratrum Lodorenghi et Catelani de Ord. Militie B. M. V. Gloriose ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Bonaventura* de Fregnano, fr. *Alle* de Sicchis, fr. *Zacharia* de Artinixiis, fr. *Ubertino* portonario, fr. *Iohanne* de Strata S. Donati, fr. *Peppo* de Forlivio et fr. *Rogerio* de Poetis et fr. *Nicolao* de Bertinorio sacerdote, qui asseruit *etc.*, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die xviii iunii testator consignavit fr. *Peppo* de Forlivio sacriste Fr. Min. de Bon. predicto s. t. sigillatum sigillo conventus Fr. Min. et ipsius testatoris, in sacristia predicta, pp. fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Ubertino* portonario et fr. *Bonifacio* de Lambertaciis ... Iacobinus Rolandi Benvignonis not.

22/4154, n. 41. — Orig.

113. Bononiae, 24 maii 1289.

Testamentum.

D. Iacobus q. d. Guilelmi Davilis ... reliquid p. a. s. xl lib. bon., de quibus reliquid Fratribus Min. de Bon. p. m. celebr. xx sol. bon. ... reliquos vero vult dari et expendi circa funus et sepult. suam arbitrio commiss. suorum, quam sepult. sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... constituit suos commiss. fr. *Petrizolum* de Aposa de Ord. Fr. Min. et Guardianum dictorum Fratrum conventus civit. Bon. qui p. t. erit Guardianus dicti conventus, et alium et alios quem et quos dicti Fratres duxerint eligendos ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit, illos videlicet quos dictos fr. *Petrizolus* et dictus Guardianus duxerint nominandos ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. d. fr. *Gandulfino* de Mutina presbitero, qui dixit *etc.*, fr. *Giramonte* de Mantua, fr. *Philippo* de Marcegonibus, fr. *Ubertino* de Forlivio, fr. *Bartholomeo* fratre d. Birioli, fr. *Iaco-*

bino de Placentia, omnibus de conventu Fr. Min. civit. Bon. ... Bartholomeus Bonacursii Guidonis Arpinelli not. ...

22/4154, n. 42. — Orig.

414. Ravennae, 8 iunii 1289.

Testamentum fr. Thomasii de Ganbaldis, nov. in Ord. Fr. Min.

Quoniam ego fr. *Thomaxius* f. q. fr. Ganbaldi de Ganbaldis de Bononia, sanus mente et corpore, cupiens introire regulam B. Francischi et Deo adque B. Francischo in loco Fr. Min. et cum ipsis Fratribus perpetuo servire, volens ante professionem aliquam per me factam dicto Ord. dispositionem rerum et bonorum meorum salubriter providere, idcircho per pres. testamentum bona mea procuravi disponere in hunc modum. In quo instituo meos fideicommiss. fr. *Cambium* de Bon. de Ord. Min. et sor. Samaritanam matrem meam, ad dandas et distribuendas p. a. m. et patris mei de meis bonis xxx lib. bon. denariorum bollegninorum parvorum, pro quibus denariis habendis do eis licentiam vendendi tantum de meis bonis usque ad dictam quantitatem ... de quibus denariis dicti fideicommiss. mei teneantur et debeant emere libros pro mea necessitate. Post hobitum vero meum volo et iubeo quod dicti libri deveniant ad armarium conventus Bononie ... Et hec est ultima mea voluntas, et sic placuit michi destinare. Actum Ravenne *in loco Fr. Min. de Ravenna*, pp. fr. *Petro* de Canedulo Guardiano, fr. *Bartholomeo* de Prindipartibus, fr. *Viviano*, fr. *Francischo* de la Sciva, fr. *Petro* de Bononia, fr. *Iacobo* de Bonon. et fr. *Vitale* de Ravenna ... Rodulfinus q. Bonzannis not.

22/4154, n. 44. — Orig.

415. Bononiae, 9 et 10 iunii 1289.

Testamentum.

D. Michilina uxor Iacobini et f. q. Iohannis Vicentii ... reliquid unam suam domum cum omnibus rebus que sunt in ipsa domo posit. in cap. S. Marie de Muradellis iuxta *etc.*, que domus et res debeant vendi per commiss. suos. Quos comiss. suos esse voluit Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit et fr. *Gandulfinum* de Mutina de dicto Ord., vel quem vel quos ipsi nominaverint ... et de pretio quod ex eis percipietur debeat ... expendi circa funus et sepult. suam et alibi ubi melius et utilius p. a. s. videbitur commiss. suis, quam sepult. sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. ... Actum Bononie ... pp. fr. *Gandulfino* de Mutina sacerdote de Ord. Min., qui dixit *etc.*, et fr *Bonaventura* de Fregnano de dicto Ord. ...

Die sequenti fr. *Gandulfinus* de Mutina de Ord. Min. procur. dicte d. Micheline ... deposuit h. t. in sacristia Fr. Min. sigillatum sigillo Guardiani Fratrum Min. de Bon. in manibus fr. *Pepi* sacriste, in presentia fr. *Lambertini* de Bambaglolis et fr. *Bertolomei* portarii ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

22/4154, n. 45. — Orig.

416. Bononiae, 13 iunii 1289.

Testamentum.

D. Romengarda uxor d. Bonazunte de Sassuni et f. q. d. Ungarelli de Gargognano ... reliquid conventui Fr. Min. xx sol. bon. ... Et hanc suam ult. voluntatem

asseruit esse velle et ceteris alliis ultimis voluntatibus per eam factis prevalere et specialiter allio test. scripto mei not. manu, depoxito et sugilato in sacristia Fratrum Min. de Bon. ... Et voluit h. s. t. sigillari sigillo Custodis seu Guardiani Fratrum Min. de Bon. et deponi per ipsam testatricem, in sacristia predictorum Fratrum penes Fratres Minores sacristanos dicte sacristie, sive per fr. *Francischum* de Ygnano proc. ipsius. Actum Bononie *in scolis* Fr. Min., pp. fr. *Zanillino* de Carpo, fr. *Bonaventura* de Fregnano, fr. *Pace* de Ferraria, fr. *Nicholao* Sanguineo, fr. *Ugone* de Forlivio, fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Francisco* de Ygnano et fr. *Zacharia* de Arthenixiis ... Petrus q. Francischi not.

22/4154, n. 46. — Orig.

417. Bononiae, 7 iulii 1289.

Testamentum.

D. Placidia uxor q. d. Prindipartis de Cantarellis ... elegit sibi sepult. apud eccl. Fr. Min. ... reliquid fr. *Azino* de Ord. Fr. Min. XL sol. bon. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Philippo* de Marcegonibus, fr. *Alexandro* de S. Iohanne in Persecceto presbitero, fr. *Petro* f. q. d. Dominici de Capella S. Martini de Aposa, fr. *Bartholomeo* portario de Bononia, fr. *Bernardino* de Cornazano, fr. *Iacobo* de Placentia et fr. *Gulielmino* de Placentia, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Bartholomeo Bonacursii Guidonis not.

338/5081, n. 118. — Orig.

418. Bononiae, 13 iulii 1289.

Testamentum.

D. Bolnixia uxor d. Boniohannis Zannis Tuschi ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cantandis III lib. et x sol. bon. Item reliquid p. a. cuiusdam sui filii Ugolini IV lib. bon. p. m. cant.: conventui Fratrum Min. de Bon. medietatem, et aliam medietatem conventui Fratrum Predic. de Bon.; item fr. *Gerardino* de Cremona de Ord. Fr. Min. III lib. et x sol. bon. p. s. n.; item fr. *Homodeo* de Asti, de Ord. Min. III lib. et x sol. bon. p. a. d. Burghe Binardi sue ciane; item fr. *Iohanni* de Sedezariis dicti Ord. IIII lib. bon. pro una capa; item fr. *Iacobo* de Agrestis dicti Ord. III lib. bon. ... dixit et voluit quod si predicti Fratres nominati, silicet. fr. *Gerardinus* et fr. *Homodeus* et Fratres *Iohannes* et *Iacobus* decederent ante mortem ipsius testatricis, tunc et in eo casu voluit pervenire dicta legata ad conventum Fr. Min. de Bon. Et si vivi essent, quod ubicunque essent, mittantur eis dicta legata ... Voluit h. s. t. esse secretum et positum in sacristia Fratrum Min. de Bon. et sigillatum sigillo ipsius conventus ... et constituit suum procurat. fr. *Iacobum* de Agrestis ad ponendum dictum test. in dicta sacristia Fratrum Min. Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Iacobo* de Agrestis, qui asseruit *etc.*, fr. *Bollognito* d. Bonvixini, fr. *Ugolino* de Feraria, fr. *Anselmo* de Parma, fr. *Iohanne* de Strata S. Donati de Bononia, fr. *Bertholino* de Pollicino, fr. *Mansueto* de Romaniola et fr. *Guillelmo* de Asti ... Martinus q. d. Iohannis Gerardi not.

22/4154, n. 48. — Orig.

419. Bononiae, 18 et 19 augusti 1289.

Testamentum.

D. Oriastella f. q. Eppi Cultellerii ... p. a. s. reliquid c sol. bon. expend. circa funus et sepulturam suam quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. ... Item p. a. fil. sui et patris sui xv lib. bon., que debeant dari et distribui per comiss. suos inter pauperes Christi ... quos comiss. sui ellegerint et nominaverint. Et ad predicta omnia et singula exequenda fecit suos comiss. fr. *Iacobum* de Pozale de Ord. Min., vel illum quem ipse ellegerit; et si dictus fr. *Iacobus* non viveret, tunc et in eo casu constituit suum comiss. Guardianum Fr. Min. de Bonon. qui p. t. fuerit, vel quem dictus Guardianus ellegerit ... Voluit s. t. sigillari debere sigillo Custodis aut Guardiani Fr. Min. sive conventus et deponi in sacristia Fr. Min. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Iacobo* de Pozale sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Amadore* de Picigotis, fr. *Antonio* de Parma, fr. *Ugolino* de Ferraria, fr. *Petro* de Castagnolo, fr. *Anselmo* de Parma, fr. *Matiolo* de Ymola et fr. *Aliotto* de Parma, omnibus de Ord. Min. ...

Die sequenti fr. *Iacobus* de Pozale procur. dicte testatricis deposuit h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. in pres. fr. *Zacharie* de Artinisiis et fr. *Bertolomei* de Gisso portarii de Ord. Min. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

22/4154, n. 53. — Orig.

420. Reate, 1 septembris 1289.

Crucem sumentibus eiusdemque Crucis negotio subvenientibus indulgentiae et privilegia conceduntur.

Nicolaus episc. episcopo Tripolitano. — Egressus de partibus orientis rumor oribilis etc. [1].

Nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, et illa quam nobis Deus licet indignis ligandi atque solvendi contulit potestatem, omnibus de partibus illis vere penitentibus et confessis, qui pro necessitate presenti terre sancte predicte vivifice crucis assumpto signaculo ad prelium Domini contra Saracenos preliandum predictos in personis propriis et expensis infra annum post faciendam eis predicationem huiusmodi immediate sequentem accesserint, plenam peccatorum suorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, veniam indulgemus et in retributionem iustorum salutis eterne pollicemur augmentum. Eis autem qui non in propriis personis illuc accesserint sed in suis tantum expensis, iux(t)a quantitatem et facultatem suam, viros ydoneos infra annum destinaverint supradictum illic iuxta providentie tue arbitrium moraturos; et illis similiter qui licet in alienis expensis, in propriis tamen personis asumpte peregrinationis laborem infra idem tempus efficaciter prosequentur, plenam suorum concedimus veniam peccatorum. Huiusmodi quoque remissionis volumus esse participes, iuxta quantitatem subsidii et devotionis affectum, omnes qui ad subventionem ipsius negotii de bonis suis congrue ministrabunt. Personas insuper, familias et bona eorum postquam crucem susceperint, sub beati Petri et nostra protectione

[1] Sic. Quod deest habes apud Raynaldum, *Annales,* ad hunc annum, n. 66, in quo editur Bulla eodem die eidemque episcopo data, deque eadem re tractans, sed a nostra plurimum diversa.

suscipimus et sub diocesanorum suorum defensione consistant. Quod si quisquam contra presumserint, per diocesanum loci ubi fuerit per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescantur. Si qui vero illuc proficisscentium ad prestandas usuras iuramento tenentur astricti, creditores eorum per te vel alios, sublato appellationis obstaculo, eadem districtione compellas ut iuramenta huiusmodi penitus relaxantes, ab usurarum ulterius exactione dexistant. Si autem quisquam creditorum eos ad solutionem coegerit usurarum, ipsum ad restitutionem earum, appellatione remota, simili districtione compellas. Iudeos quippe ad remitendas ipsis usuras per secularem compelli precipimus potestatem, et donec eas remiserint ab omnibus Christi fidelibus tam in mercimoniis quam aliis sub excomunicationis pena eis iubemus communionem omnimodam denegari. Porro ut predicti crucesignati eo exequantur libentius et ferventius votum suum quo pluribus fuerint favoribus communiti, presentium auctoritate concedimus ut iidem illis immunitate ac privilegio gaudeant que in generali crucesignatorum in terre sancte subsidio indulgentia continentur, atque per Sedis apostolice literas vel legatorum ipsius extra suas dioc., nisi ille que ab eadem Sede obtente fuerint de indulto huiusmodi mentionem fecerint, non valeant conveniri, dummodo parati existant coram suis ordinariis de se querelantibus respondere, quos per te ac illos quos ad hoc duxeris deputandos ab hiis ecclesiastica censura deffendi, cessante appellationis obstaculo, volumus, qui eosdem contra indultum huiusmodi presumpserint temere molestare. Ceterum ad huiusmodi ardui et salubris negotii efficaciam pleniorem, ut tu et iidem deputati convocare possitis cleros et populos ad quemcumque volueritis locum ydoneum et ibidem verbum crucis proponere ac fidelibus vere penitentibus et confessis ad predicationem eandem convenientibus ipsamque audientibus reverenter, centum dies de iniunctis eis penitentiis relaxare; quodque tu ac deputati predicti vobis et vestris familiis in ecclesiis ecclesiastica interdicta subpositis, excomunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis voce submissa et clausis ianuis divina celebrare offitia et facere celebrari, ac populis proponere verbum crucis atque crucis caratere insignitos ab excomunicatione quam pro eo quod sepulcrum dominicum contra prohybitionem legatorum sedis apostolice visitare, et illis etiam qui eam pro eo quod Saracenis merces portavere et arma prohybita vel eisdem contra christianos impenderunt consilium, auxilium vel favorem, nec non tam clericos quam layeos crucesignandos pro violenta iniectione manuum in clericos seculares virosque religiosos inciderunt in canonem semptentie promulgate absolvere, iuxta formam ecclesie, vice nostra, illis exceptis quorum fuerit excessus difficilis et enormis, et dispensare cum clericis qui cum excumunicationis semptentiam latam a chanone vel ab homine incurrissent, se divinis imiscuissent offitiis, dummodo passis dampna vel iniurias satisfecerint competenter, et negotium huiusmodi in personis propriis prosequantur vel ad hoc in expensis suis ydoneos bellatores transmictant vel de bonis suis iuxta tuum vel dictorum deputatorum arbitrium aliquod impendant subsidium, valeatis, auctoritate apostolica, vobis duximus commitendum. Preterea cum nonnulli clerici et layci non ratione ecclesiarum pacifice et sine controversia quasdam dicantur decimas possidere, quod tibi sit liberum de fructibus earumdem perceptis actenus certam recipere pro ipsius negotii subsidio portionem, dictique clerici et layci residuum fructuum earumdem in predictum convertere subsidium per se ipsos vel tibi si maluerint exhibere, in idem subsidium convertendum, ita quod ipsi ad restitutionem aliam minime teneantur sed inde remaneant penitus absoluti,

dummodo decimas ipsas ecclesiis dimictant in posterum ad quas spectant, auctoritate concedimus supradicta. Concedimus insuper ut si aliqui crucesignatorum medio tempore ipsis a te ad votum exequendum huiusmodi asignato decesserint, illarum indulgentiarum et gratiarum sint plene participes, que obeuntibus in terre sancte servitio sunt concesse. Et ut premissa plenius et facilius sortiantur effectum, commitendi eam vel eorum singula Episcopis partium predictarum, quibus etiam nos premissa presentium auctoritate commitimus, si te in predictorum executione contigerit impediri, et aliis ecclesiarum Prelatis, Prioribus Predicatorum *et Guardianis Min. Fratrum* Ordinum et aliis personis ydoneis partium earumdem de quibus videris expedire, ac eos et eorum singulos ad hoc excitandi, exortandi et compellendi etiam auctoritate nostra, non obstante aliqua indulgentia Fratribus dictorum Ordinum ab eadem Sede sub quacumque forma verborum concessa, quod apostolica mandata suscipere vel per literas apostolicas exequi, in quibus de indulto huiusmodi mentio non habetur, minime teneantur, et quibuslibet aliis indulgentiis, privilegiis seu literis quibuscumque personis concessis ab eadem Sede obtentis, per que predicta impediri valeant vel differri, seu si aliquibus a Sede sit concessum eadem, quod excomunicari, interdici vel subspendi non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi mentionem, et per que possent a susceptione comissionis huiusmodi excusari, plenam et liberam habere te volumus potestatem. — Datum Reate kall. septembris pontificatus nostri anno secundo.

Nos Bernardus miseratione divina Tripolitanus episc. suprascripta omnia de privilegio a d. Papa nobis concesso transcribi fecimus et ad firmitatem habendam omnium et faciendam fidem sigillum nostrum aponi fecimus, xxvi die mensis septembris, pont. Nicolay pape quarti anno secundo.

352/5095, n. 75. — Exempl. cum taeniola pergam. sine sigillo.

421. Bononiae, 6 septembris et 18 octobris 1289.

Testamentum.

D. Ghisla f. q. d. Iacobini de Regio et uxor d. Attolini linaroli ... elegit sibi sepult. apud eccl. Fr. Min. ... reliquid fr. *Iohannino* de Portanova de Ord. Min. p. s. n. III lib. bon. ... constituit suos commiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... et si predictus Guardianus nollet vel non posset se intromittere de predictis, possit ipse Guardianus et debeat alium vel alios sibi subrogare ... Reliquid, iure legati, conventui Fr. Min. de Bonon. quandam suam domum positam in porta gonese, iuxta *etc.* ... In omnibus aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos dictus Guardianus Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit determinaverit et non alios ... Actum Bonon. in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Iohannino* de Portanova, fr. *Dominico* de Ravenna, fr. *Alberto* de Cagonella, fr. *Francisco* de Ygnano, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Bertholino* de Pollicino, fr. *Aldigherio* de Parma, fr. *Bonaventura* muratore de Bononia, omnibus de Ord. Fr. Min. ... qui fr. *Iohanninus* de Portanova asseruit *etc.* ...

Die XVIII octobris eiusdem anni prefatus fr. *Iohanninus* de Portanova procur. dicte d. Ghisle dep. h. t. in sacristia Fr. Min. in manibus fr. *Ugollini* de Castello sacrist. Fr. Min. sigillatum sigillo Guardiani dictorum Fratrum, pp. fr. *Iacobo* de Placentia et fr. *Bonfantino* Ord. Fr. Min. ... *Rolandinus* Iohannis not.

22/4154, n. 55. — Orig.

422. Bononiae, 12 septembris 1289.

Testamentum fr. Petri de Fulianis, novitii in Ord. Fr. Min.

Fr. *Petrus* f. q. d. Iacobi de Fulianis de Ord. Min. novicius et nondum professus ... nolens decedere intestatus suum test. ... in hunc modum disponere procuravit ... Reliquid de bonis suis fr. *Iohanni* suo fratri omnes libros suos quos de seculo portavit ad Ordinem, et omnes alios libros quos emet tempore noviciatus sui de propriis suis rebus et de legato sive parte legati LX lib. bon. sibi relict. a d. Henregipto de Ghisileriis in suo testamento, si dictus fr. *Iohannes* professionem fecerit in Ord. B. Francisci. Post mortem vero dicti fr. *Iohannis* voluit quod libri sibi relicti perveniant et pervenire debeant ad conventum Fr. Min. de Bononia. Si autem d. Passipovero d. Castellani Baioli fideicommiss. et heres q. dicti d. Henrigipti ... occasione dicti legati LX lib. bon. dampnum aliquod substineret, tunc voluit quod dictus Passipovero habeat recursum ad dictos libros emptos de parte dictarum LX lib. bon. et ad alios libros quos portavit de seculo ad Ordinem, vel de aliis suis rebus pro ea parte pro qua ratione ipsius legati dampnum aliquod incurreret et conservetur indempnem. In omnibus vero aliis suis bonis mobilib. et inmobil., iuribus *etc.* d. Passipovero supradictum sibi hered. instituit ... Voluit s. t. esse secretum et sigillari debere sigillo Custodis aut Guardiani Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Thomaxini* de Vecla sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Francisci* de Castagnolo, fr. *Iuliani* de Apulea, fr. *Iacobi* de S. Iohanne, fr. *Ugolini* de Maynardis, fr. *Ubertini* portarii et fr. *Bertolomei* portarii, omnium de Ord. Minorum ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

22/4154, n. 56. — Orig.

423. Bononiae, 12 septembris 1289.

Testamentum fr. Ioannis de Fulianis, novitii in Ord. Fr. Min.

Fr. *Iohannes* f. q. d. Iacobi de Fulianis de Ord. Min. novicius et nondum professus ... nolens decedere intestatus s. t. ... in hunc modum disponere procuravit ... De bonis suis reliquid fr. *Petro* suo fratri omnes libros suos quos de seculo portavit ad Ordinem et omnes alios libros quos emet tempore noviciatus sui de propriis suis rebus et de legato sive parte legati LX lib. bon. sibi relict. a d. Henregipto de Ghisileriis in suo test., si dictus fr. *Iohannes* professionem fecerit in Ord. B. Francisci. Post mortem vero dicti fr. *Petri* voluit quod libri sibi relicti perveniant et pervenire debeant ad conventum Fr. Min. de Bon. Si autem d. Passipovero *etc.* ... In omnibus vero aliis suis bonis *etc. (ut in praecedenti)* ... Voluit s. t. esse secretum et sigillari debere sigillo Custodis aut Guardiani Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Thomaxini* de Vecla sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Francisci* de Castagnolo, fr. *Iuliani* de Apulea, fr. *Iacobi* de S. Iohanne, fr. *Ugolini* de Maynardis, fr. *Ubertini* portarii et fr. *Bertolomei* portarii, omnium de Ord. Min. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

22/4154, n. 57. — Orig.

424. Bononiae, 5 octobris 1289.

Testamentum.

D. Caracosa f. q. d. Pellegrini Martini Christiani et uxor Francisci d. Marsilii de Marsiliis ... reliquid L lib. bon., de quibus reliquid Fratribus Min. de Bon. pro missis cant. IIII lib. bon.; item fr. *Iohannino* de Portanova de Ord. Fr. Min. III lib. bon. pro una cappa ... Reliquos vero voluit expendi circa funus et sepult. quam sibi ellegit apud domum Fr. Min. de Bon. in missis cant. prout melius visum fuerit comiss. suis infrascriptis, quos esse voluit et fecit Guardianum Fr. Min. et d. *Bomiacobum* sallarolum fratrem Penitentie ... Si vero Guardianus predictus predictis adesse non posset vel nollet in eo casu posit nominare unum vel plures loco sui ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Iohannino* de Portanova procuratore dicte testatricis ad sigillandum et deponendum et custodiendum dictum test. in sacristia Fr. Min., fr. *Ubertino* de Parma, fr. *Aliotto* de Parma, fr. *Panxio* de Fregnano, fr. *Dominico* de Ravenna, fr. *Iohanne* de Contis et fr. *Anselmo* de Parma; omnibus de Ord. Min. ... Martinus Gerardi Dentamis not.

22/4154, n. 58. — Orig.

425. Bononiae, 20 octobris 1289.

Testamentum.

Testamentum d. Cytadini q. Panerii ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Vindemiatore* cantore, fr. *Bartolomeo* de Prendipartibus, fr. *Francisco* de Ferraria, fr. *Ugolino* de Castello, fr. *Iohanne* de Fulianis, fr. *Guilielmo* de Asti, fr. *Mathiolo* de Ymola, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Ego Iacobus q. Iohannis de la Curte piscatoris not. ... scripsi et eundem test. posui in sacristia Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Ugolino* de Castello et fr. *Guilielmo* de Asti.

22/4154, n. 59. — Orig.

426. Bononiae, 25 et 27 octobris 1289.

Testamentum.

D. Rolandina uxor d. Guillelmi de Gisso et f. q. d. Ramberti de Gisso ... reliquid IV lib. bon. quas debeant expendi ad sensum commiss. suorum infrascript. in miss. cant. Item reliq. XX sol. bon. qui debeant dari per infrascript. suos commiss. cuidam homini qui vadat ad S. Iacobum. Item reliquid p. a. s. cuidam homini qui vadat Romam ad fatiendum quarantinam V sol. bon.; item cuidam persone que vadat ad terram Assixii ad *perdonantiam* V sol. bon. ... item ecclesie Fr. Min. de Bon. X sol. bon. ... item fr. *Philippo* de Marcegonibus de Ord. Fr. Min. ad auxilium unius cape XL sol. bon. ... constituit suos commiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et dictum fr. *Philippum* de Marcegonibus dicti Ord. ... Et si predicti sui commiss. nollent vel non possent se intromittere de dicta commissaria, quod possint loco ipsorum et cuiuslibet ipsorum constituere alios commiss. unum vel plures ad eorum voluntatem ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Martino* de Guastavillanis, qui asseruit *etc.*, fr. *Dominico* de Ravenna, fr. *Lamberto* de Fabianis, fr. *Iacobo* de Faventia, fr. *Marcho* de comitatu Florentie, fr. *Iacobino* de Butrigariis, fr. *Bertolino* de Pollicino et fr. *Philippo* de Marcegonibus, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Qui fr. *Philippus* procur. dicte d. Rolandine die XXVII eiusdem mensis consignavit h. t. fr. *Ugolino* de Castello sacrist. Fr. Min. de Bon., quod ipsum ponat in sacristia dictorum Fratrum et etiam sigillet eum, in pres. fr. *Bonifatii* de Lambertaciis et fr. *Dominici* de Ravenna de dicto Ord. ... Martinus q. d. Iohannis Gerardi not.

22/4154, n. 60. — Orig.

427. Bononiae, 12 novembris et 11 decembris 1289.

Testamentum.

D. Bollogna f. q. Guidonis ... elegit sibi sepult. apud eccl. Fr. Min. de Bon. circha quam sepult. expendi voluit VI lib. bon. per comiss. suos infrascriptos ... reliquid dd. Iacobe Iulliane et Simone suis neptibus unam petiam terre arat. posit. in curia Granaroli iuxta *etc.* item terciam partem pro indiviso, cum ipsis suis neptibus unius domus posit. Bononie in capella S. Donati iuxta *etc.*, que debeant dividi inter eas equalibus portionibus ... et si decederent omnes sine liberis, perveniant p. a. s. ad conventum Fr. Min. de Bonon. Item reliquid dictis dominabus unam petiam terre vineate posit. in guardia civit., in loco qui dicitur « Linturano » iuxta *etc.* quam habere debeant et usufructuare donec vixerint. Post mortem vero earum eam libere reliquid p. a. s. conventui Fr. Min. de Bon. Item voluit quod dicte sue neptes teneantur et debeant dare, omni anno, unum corbem boni vini puri de dicta vinea dicto conventui Fr. Min. ... Item reliquid fr. *Francissco* de Castagnolo de Ord. Min. III lib. bon. pro una cappa ... Commis. vero suos ad predicta exequenda esse voluit Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Franciscum* de Castagnolo de dicto Ord. ... In omnibus autem alliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos dixerint predicti Guardianus et fr. *Francisscus* ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Guidone* de Zapullino, fr. *Bolognito* d. Bonvixini, fr. *Nicollao* de Guastavillanis, fr. *Pace* de S. Iohanne, fr. *Berthollino* de Plumatio, fr. *Berthollino* de Pollicino, fr. *Iohanne* de Fullianis et fr. *Rogerio* de Poetis, omnibus de Ord. Min. ... Gandulfinus Mathey Bonintendi not.

1289 die XI decembris. Fr. *Rogerius* de Poetis, procur. dicte d. Bollogne, designavit ed dedit h. t. in manibus fr. *Martini* de Guastavillanis sacristani, ut ipsum ponat in sacristia Fr. Min. de Bon. Actum in sacristia Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Bertolino* de Pollicino, fr. *Alghixino* de Cremona et fr. *Francisco* de Castagnolo ... Martinus q. d. Iohannis Gerardi not.

23/4155, n. 2. — Orig.

428. Bononiae, 17 novembris 1289.

Venditio.

Fr. *Petrus* q. d. Zamboni Luterii de Ceulla, iure proprio ... vendidit d. Villano f. q. Bonincuntri de Guastavillanis unam petiam terre prative VII tornat. et III partium alterius et VI tabull. posit. in curia Ceulle ... pro precio LXXVII lib. et XIV sol. et VI den. bon. Actum Bononie ... Benvenutus q. d. Mathey Benintendi not.

338/5081, n. 5. — Orig.

429. Bononiae, 20 novembris 1289.

Venditio.

D. Iuliana f. q. d. Bonbologni Barabani ... vendidit d. Primirano f. d. Michillucii de Maranensibus ... podere suum ... posit. in curia Montiscalvi in loco qui dicitur « Calvoli » iuxta *etc.* ... pro precio in summa ccx lib. bon. ... Actum Bononie ...

Soluta fuit coram me not. gabella fr. *Guidocto* de Butrio pro dicta venditione xxxv sol. bon. Ego Branchaleonus q. d. Zacharie Conselmini not. ut in autentico inveni ita scripsi et fideliter exemplavi ...

23/4155, n. 4. — Exempl.

430. Bononiae, 22 novembris 1289.

Testamentum.

D. Gerardus q. d. Alberii de Castello ... reliq. III lib. bon., quibus restituatur omnibus a quibus extorsisset malo modo, et si non reperirentur expendantur p. a. illorum per infrascriptos suos commiss. ... Suos commiss. fecit et ellegit d. fr. *Ugolinum* de Castello de Ord. Fr. Min. et d. Controlum f. d. Bonincuntri doct. decret., et etiam dictus d. fr. *Ugolinus (sic)* ad sotiando se ad suam voluntatem, dans eis et cuilibet eorum licentiam et liberam potestatem vendendi *etc.* ... et insuper concedens mihi notario licentiam et liberam potestatem addendi et minuendi h. t. ad voluntatem dicti d. fr. *Ugolini,* prout melius ei visum fuerit pro anima ipsius testatoris ... Actum Bononie ... Bonus Iohannes d. Strelle not.

23/4155, n. 5. — Orig.

431. Bononiae, 5 decembris 1289.

Testamentum.

Fr. *Ugolinus* Ord. Penitent. f. q. Nigri qui fuit de Crespellano, et moratur Bon. in cap. S. Ysaie ... reliq. xx lib. bon. ex quibus dari voluit *ecclesie S. Andree Fratrum de Penitentia,* pro laborerio ipsius ecclesie x sol. bon. ... Residuum vero expendi voluit circha funus et sepult. suam in cereis, candelis, septimis, tricesimis, centesimis et annualibus ac etiam divino officio celebrantibus arbitrio et volunt. comiss. suorum ... Sepult. vero suam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... Item de aliis suis bonis reliquid conventui Fr. Min. p. m. x lib. bon.; item fr. *Azino* de Bonon. de Ord. Min. p. s. n. III lib. bon.; item fr. *Dominico* de dicto Ord. nepoti fr. *Azini* xx lib. bon. ... Item sor. *Azoline* et sor. *Benedicte* Sororum Minorum de Ord. S. Clare, cuilibet earum p. s. n. c sol. bon. ... Fecit suos commiss. fr. *Azinum* et fr. *Dominicum* eius nepotem de Ord. Fr. Min.; et si nollent vel non possent de predictis se intromittere, possint alios sibi subrogare ... In omnibus aliis vero suis bonis mobilib. et inmobil., iuribus *etc.* hered. sibi instituit pro medietate *monast. S. Clare Sororum Minorum de Bon.,* pro alia medietate vero pauperes Christi ... quos dicti sui comiss. duxerint nominandos et non alios, hac condictione et forma quod suprascripte sor. *Azolina* et sor. *Benedicta* de Ord. Min. S. Clare possint et debeant percipere et habere usufructus omnium suorum bonorum quamdiu vixerint et non possint in aliquo molestari seu inquietari ... Per istud vero test. removet et infringit omnia alia

test. que deinceps facta forent et scripta reperirentur, et specialiter test. script. manu Iacobini Paulini Fabri not. Et presens test. voluit omnibus prevalere et derogatorium esse cuicumque alteri test. quod fecisset, et iubet esse secretum et positum sigillatum in sacristia Fr. Min. de Bon. ... insuper concessit mihi not. licentiam addendi in hoc test. ea que uno sapienti ex Fratribus Min. videbitur ad coroborationem presentis testamenti ... Actum Bononie in *claustro primo* Fr. Min., pp. fr. *Martino* de Guastavillanis, qui dixit *etc.*, fr. *Mansueto* de Romaniola, fr. *Gallieno* de Britinorio, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Bertollino* de Pollicino, fr. *Bertholomeo* d. Antollini de Manzolino et fr. *Ugolino* de Prato, omnibus de Ord. Fr. Min. ... *Rolandinus* Paxini Iohannis not.

23/4155, n. 7. — Orig.

432. Bononiae, 14 decembris 1289.

Testamentum.

D. Iacobinus q. Gerardi Muti ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. x sol. bon. p. m. cantandis ... Et h. t. voluit esse secretum et debere deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillo Guardiani dicti Ord. muniri. Quod test. dictus testator deposuit in sacristia Fr. Min. in manu fr. *Ugolini* de Castello sacrist. Fr. Min., pp. fr. *Iacobo* de Placentia et fr. *Antonio* de Peregrino ... Actum Bononie in *claustro* Fr. Min., pp. fr. *Zanilino* presbit. de Ord. Fr. Min., qui asseruit *etc.*, fr. *Bonagratia* de Bonon., fr. *Manfredo* de Thomaris, fr. *Antonio* de Peregrino, fr. *Alexio* de Feraria, fr. *Nicolao* de Guastavillanis, et fr. *Matheo* de Ymola ... Fr. Iohannes Livaldi not.

23/4155, n. 10. — Orig.

433. Bononiae, 21 et 22 decembris 1289.

Testamentum.

D. Iohannes f. q. d. Thomaxini q. d. Martini linaroli ... dari voluit fr. *Iacobino* Ord. Fr. Min. suo fratri p. s. n. c lib. bon. assignandas dicto fratri infra unum annum a tempore mortis dicti testatoris, sub pena dupli dicte quantitatis applicand. dicto Fratri. Et si dictus Frater moreretur ante mortem dicti testatoris, vel post mortem infra terminum solutioni faciende assignatum, de dictis denariis reliquid conventui Fr. Min. de Bon. xxv lib. bon. ... Item reliquid pro male ablatis xx sol. bon. quod expendantur ad volunt. comiss. suorum infrascrip. Item fr. *Gandolfino* de Mutina de Ord. Min. p. s. n. x sol. bon.; item fr. *Bonincontro* de Butrigariis de dicto Ord. c sol. bon.; item *infirmarie* conventus Fr. Min. pro necessitatibus iiii lib. bon.; item conventui Fratrum Min. de Bon. pro una pietanza x lib. bon. ... item fr. *Iacobino* suo fratri de Ord. Min. cum efficeretur sacerdos vii lib. bon. p. s. n. ... constituit suos commiss. fr. *Iacobinum* suum fratrem et fr. *Bonincontrum* de Butrigariis Ord. Fr. Min. ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Gillio* de Ferraria, fr. *Michaele* de Pollicino, fr. *Henrico* de Argellata, fr. *Matheo* de Saragocia, fr. *Bertholomeo* q. d. Antholini de Manzolino, fr. *Martino* de Guastavillanis et fr. *Iacobo* de Pozale, qui dixit *etc.* ...

Die sequenti dictus testator d. h. t. penes fr. *Martinum* sacristam sacristie Fr. Min. de Bon., sigilatum sigillo Guard. Fr. Min. de Bon., in pres. fr. *Bollogniti* d. Bonvixini et fr. *Gullelmi* de Curtemiglo ... Gerardus Ferarii not.

23/4155, n. 8. — Orig.

434. Bononiae, 24 decembris 1289.

Testamentum.

Cambius q. d. Petri de Strata de Castagnolo maiori ... volens ultra marinas partes et in subsidium T. S. pro eius anima et in devocionem Crucis in proximo visitare ... de bonis suis reliquid xxv lib. bon., de quibus dari voluit ... fr. *Petro Calvo* de Castagnolo xx sol. bon. ... et voluit quod sui comiss. debeant solvere quantitates predictas si de ultramarinis partibus non rediret hinc ad quinque annos ... Actum Bononie ... Petrus d. Andree Facovelle not.

23/4155, n. 9. — Orig.

435. Bononiae, 1 ianuarii et 24 februarii 1290.

Testamentum.

Francisscus q. Gratiadey de Burgo S. Ysaye ... voluit et iuxit quod s. t. deberet poni in sacristia Fratrum Min. de Bon. et sigillari per sigillum Guardiani vel conventus [...] et ad hoc fr. *Bonaventura* de Fanano fuit procurator. Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Iacobo* de Cherio, fr. *Dominico* de Scauania (?), fr. *Germia* de Britinorio, fr. *Mathiolo* de Ymola, fr. *Bonaventura* de Fanano, fr. *Thomaxio* de Bononia ... Bonazunta de Mantigellis not.

1290 die xxiiii februarii. Fr. *Bonaventura* de Fanano Ord. Fr. Min. deposuit predictum test. penes fr. *Martinum* de Guastavillanis sacristanum Ord. Fr. Min. de Bon. sive sacristie, scriptum manu Bonazunte de Mantighelis not., in pres. fr. *Ugolini* de Castello et d. Dominici Poete ... Gerardus Ferarii not.

23/4155, n. 11. — Orig.

436. Romae, 5 ianuarii 1290.

Facultas tribuitur ad Crucem praedicandam in subsidium Terrae Sanctae.

Nicolaus episc. Ministro Fr. Ord. Min. Bononien. Provincie. « Necessitates miserabilis Terre Sancte ». Datum Rome apud S. Mariam Maiorem nonis ianuarii pontif. anno secundo [1].

352/5095, n. 70. — Orig. cum plumbo e chorda canap. pend. In plica « de Cur. S. [y. T.] ? » « Fiat similiter Ministro Fr. Ord. Min. Provincie Pennensis » « R. Ro. par. de Curia et statim omnibus pretermissis et fac eam pulcram — p. Reat. ». In dorso « Litera quam misit Nicolaus pp. IIII qui fuit Frater Minor Ministro Bon. scilicet fr. *Ade* qui tunc Minister erat, pro Cruce predicanda in subsidium T. S., quando capta fuit civitas Tripolitana ». = BF IV, 129, ex hoc Archivo; cf. n. 457.

---

[1] Sequens etiam sub eodem dato habetur bulla de eiusdem T. S. iactura et eius reparatione: « Nicolaus episc. Universis Christi Fidelibus. « Visio dura ». Datum Rome apud S. Mariam Maiorem nonis ianuarii pontif. anno secundo ». *(352/5095, nn. 72, 73:* exempl. dupl. cum cereo sigillo e taeniola perg. pend.; et *n. 76:* orig., ut videtur, sed pars inferior membranae abscissa est). In dorso « Littera universalis quam misit Nicolaus pp. IIII, qui fuit Frater Minor, in subsidium T. S. quando fuit capta civit. Tripolitana ». = Cf. Potthast, *Regesta S. P.*, n. 23153.

437. Bononiae, 13 februarii 1290.

Testamentum.

D. Ysabetta uxor mag. Guilielmini et f. q. Bonincuntri feratoris ... reliquid pro male ablatis incertis c sol. bon., quos expendi voluit per comiss. suos ubi melius et utilius eis videbitur. Item reliq. circa funus et sepult. suam vi lib. bon., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. Item reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. iii lib. bon.; item fr. *Bertolino* de burgo Peradelli Ord. Min. p. s. n. iii lib. bon. ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos fr. *Bertolinus* predictus ellegerit, vel Guardianus Fratrum Min. de Bon. qui p. t. fuerit. Et ad predicta omnia et singula exequenda fecit suos commiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et dictum fr. *Bertolinum* vel quem vel quos ipsi ellegerint ... Voluit s. t. sigillari debere sigillo Custodis aut Guardiani Fr. Min. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Bertolini* de burgo Peradelli sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Iacobi* de S. Iohanne, fr. *Bomiacobi* de Bonon., fr. *Iohannis* de Ymola, fr. *Martini* de Guastavillanis, fr. *Ieremie* de Castello, fr. *Petri* de Marcegonibus et fr. *Nicholay* de Bertinorio, omnium de Ord. Min. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

23/4155, n. 17. — Orig.

438. Bononiae, 13 februarii 1290.

Syndico apost. quaedam assignantur bona in utilitatem Fr. Min. conventus Bon.

D. Verdilia uxor Vergilini et f. q. Alberti Calmarini de Parma que vendit vinum et nunc moratur in capella SS. Petri et Marcellini ... p. a. s. et parentum suorum et ad honorem Dei et B. Marie Virg. et B. Francisci et omnium Sanctorum atque Sanctarum Dei ... dedit, obtulit et concessit d. Dominico Poete, tamquam legittimo administratori, yconimo, syndico et actori Ecclesie Romane, ellecto et declarato per religiosum fr. *Bartholomeum* tunc Ministrum Fr. Min. in Provincia Bononie, sicut patet ex instrumento scripto manu d. Bonaventure q. Viviani not., recipienti pro ipsa Ecclesia Romana et nomine ipsius Ecclesie, proprietatem bonorum suorum, silicet unius domus cum solo et hedifitio posit. in capella predicta iuxta *etc.* ... item proprietatem unius petie terre arat. xxii tornat. et tertie partis alterius et iiii tabul. vel circa, posit. in curia Burgi Panicalis, iuxta *etc.* ... et generaliter proprietatem omnium bonorum suorum mobilium et inmobilium, iurium *etc.* ... constituens dictum d. Dominicum procur. ut in rem suam nomine ipsius Ecclesie, et constituens se ipsius nomine possidere, donec possessionem ipsorum bonorum acceperit corporalem, in quam intrandi et accipiendi sua auctoritate, sine alicuius iudicis vel alterius persone requisitione, sibi dedit licentiam et liberam potestatem. Qui d. Dominicus res ipsas et rerum predictarum pretium et predictas hellemosinas nomine ipsius Ecclesie recipiat et in utilitatem Fr. Min. de conventu Bonon. convertat secundum arbitrium et voluntatem Ministri vel Custodis vel etiam Guardiani dicti conventus, qui nunc sunt vel p. t. fuerint. Usumfructum vero dictorum bonorum suorum tam presentium quam futurorum oblatorum, datorum et concessorum dicto d. Dominico, sicut superius dictum est, sibi retinuit et apud se remanere voluit donec vixerit. Post mortem vero suam, dicta bona omnia et singula pleno iure perveniant ad dictum d. Dominicum procur.

sive ad dictam Ecclesiam, distribuenda sicut superius dictum est, hoc pato et modo apposito in hac oblatione et datione et concessione, quod dictus procurator sive dicta Ecclesia teneatur et debeat dare et solvere p. a. ipsius d. Verdilie medietatem pretii quod percipietur de dicta petia terre, scilicet Fratribus Predicatoribus p. m. x lib. bon.; item Fulcho provinciali suo famulo xx lib. bon., si contingeret ipsam mori quod nichil aliud ordinaret de ipso; item fr. *Acino* de Bonon. de Ord. Minorum xxv lib. bon. p. s. n. ... residuum vero dicte medietatis debeat dari et distribui per Guardianum Fr. Min. de Bonon. qui nunc est vel p. t. fuerit et per fr. *Acinum* predictum pauperibus religiosis, verecundis viduis *etc.* ... et nichil dictus Guardianus et fr. *Acinus* non possint dare conventui Fr. Min. de Bonon. nec alicui fratri singulari. Quam vero oblationem, dationem et concessionem et omnia et singula suprascripta dicta d. Verdilia promisit per stipul. sollempnem per se suosque heredes, dicto d. Dominico procur. stipulanti et recipienti pro dicta Romana Ecclesia et nomine ipsius, firma et rata perpetuo habere et tenere et non contrafacere vel venire per se vel per alium aliqua ratione, ingenio sive causa, sub pena c lib. imperial. stipulat. promissa, que totiens possit peti et exigi quotiens contrafactum fuerit, et ea soluta vel non, predicta firma perdurent. Item promisit sibi reficere omnia et singula dampna et expensas ac interesse que et quas fecerit sive substinuerit in iudicio sive extra, pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis obligavit eidem pro dicta Romana Ecclesia omnia bona sua ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in presentia fr. *Acini* de Bon., fr. *Nicholai* de Munarolis, fr. *Petri* de Lana, fr. *Rugerii* Poete, fr. *Bertolini* de Pollicino, fr. *Mathioli* de Imola et fr. *Zanilini* de Carpo, omnium de Ord. Min. et Iacobi, cui dicitur Cinquesoldi, q. Ghibertini de Ferraria ... Bondi q. Betrizoli Bonincuntri not.

338/5081, n. 13. — Orig.

439. Bononiae, 25 februarii 1290.

Testamentum.

D. Iacobina f. q. d. Nigri linaroli et uxor d. Nicholay Bonaventure ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit quos comiss. sui dixerint et nominaverint. Et ad predicta omnia et singula exequenda constituit suos commiss. ... et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit vel quem vel quos dictus Guardianus dixerit et nominaverit ... Voluit s. t. sigillari debere sigillo Custodis aut Guardiani Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in pres. fr. *Iacobi* de Pozale, qui dixit *etc.*, fr. *Bonmercati* de burgo Gallerie, fr. *Ugolini* de Maynardis, fr. *Petri* de Lana, fr. *Pacifici* de Arimino, fr. *Francisci* de Regio, fr. *Petri* de Castagnolo et fr. *Michaelis* de Pollicino, omnium de dicto Ord. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

23/4155, n. 19. — Orig.

440. Bononiae, 20 martii 1290.

Apocha.

Fr. Gerardus de Tuschis sindicus conventus Fratrum Predic. de Bon. sindicario nomine dicti conventus fuit confessus et contentus se habuisse et recepisse ab Ugui-

tione f. et hered. pro dimidia parte d. Iohannis d. Uguitionis de Argile ... x lib. bon. pro residuo et complemento medietatis cxx lib. bon. quas dictus d. Iohannes q. eius pater reliquid in suo test. pro male ablatis incertis solvend. per Priorem Fratrum Predic. et Guardianum Fratrum Min. de Bon. ut apparet in dicto test. scripto manu Guillelmi de Canutis not. silicet pro parte spectante ad dictum Priorem et conventus *(sic)*. Actum Bononie in parlatorio Fratrum Predic. ... Henrigiptus f. q. Feliciani not.

23/4155, n. 23. — Orig.

441. Lugi, 19 martii 1290.

Testamentum fr. Thomae de Peverata, novitii in Ord. Fr. Min.

Fr. *Tomas* f. olim d. Tomaxini de Peverata de Bononia, licet habitum Fr. Min. assumpserit, nondum tamen professionem fecerit, mentis sue sobrius et compos existens, ne ab intestato decedat, bonorum suorum omnium dispositionem per presens nuncupativum test. fecit et condidit in hunc modum. Primo quidem reliquid et expendi voluit p. a. s. et in libris sibi necessariis emendis et alliis suis necess. cc lib. bon., quas expendi voluit prout videbitur d. fr. *Tomaxino* et d. fr. *Bonafacio* de Lambertaciis de Bonon. de Ord. Fr. Min. suis commissariis ... reliquid fr. *Thomaxino* de Lambertaciis de Ord. Fr. Min. pro necessitatibus ipsius-fratris xxx lib. bon.; item d. fr. *Bonafacio* de dicto Ord. p. n. ipsius x lib. bon. ... Ad que omnia singula facienda et exequenda esse voluit et facit suos commiss. et huius test. executores Guardianum conventus Fr. Min. de Bonon. qui p. t. fuerit et d. fr. *Thomaxinum* de Lambertaciis de dicto Ord. et d. Paspoverum de Bon. et d. Dominicum de Poeta de Bon. dans eis et cuilibet eorum licentiam et potest. omnimodam ... vendendi et allienandi *etc.* donec sufficientem habuerint pecuniam pro predictis omnibus et singulis solvendis et exequendis cum consillio tamen et volunt. dictorum dd. fr. *Tomaxini* et fr. *Bonafatii* predict. Quod si dicti eius comiss. omnes vel alter ipsorum non possent seu posset predicta facere et exequi, tunc voluit quod ipsi possint comitere executionem predictam cuicumque voluerint ... et quicumque fuerit ab eis subrogatus et constitutus ad hoc possit predicta omnia exequi ut superius continetur cum volunt. et consillio Guardiani conventus de Bon. qui p. t. fuerit et dictorum dd. fr. *Tomaxini* et fr. *Bonafatii* et non alliter. In omnibus autem alliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* d. Bartholomeam suam matrem sibi hered. universalem instituit, et si dicta eius mater decederet ab intestato, tunc voluit quod omnia sua bona que sibi reliquid distribuantur p. a. ipsius, prout videbitur d. fr. *Tomaxino* predicto et ipsi Fratri testatori si viveret tunc, et si ipsi ambo non possent personaliter expedire et facere predicta, tunc posint comitere executionem predictam cuicumque voluerint ... Actum *Lugi in loco Fr. Min.*, pp. fr. *Ugolino* de Capuciis, fr. *Ugolino* de Citadinis, fr. *Peregrino* layco de Ymola, fr. *Iacobo* de Ymola de Ord. Fr. Min. ... Ego Matheus q. Mundi de Cazagueris de Lugo not. prout in rogacione non cancelata in quaterno rogacionum ser Tadei not. q. Zanis de Imiglis de Lugo olim defunti inveni, ita bona fide sumpsi et scripsi ...

23/4155, n. 22. — Exempl. In dorso « Test. fr. *Thome* de Storlitis ».

442. Bononiae, 21 et 22 martii 1287.

Testamentum.

D. Iacobina, que dicitur Mina, uxor viri nobilis d. Thomacii de Galuciis et f. q. d. Rizardi de Riciis reliquid cxxx lib. bon., de quibus dari voluit ... fr. *Pelegrino* de Ord. Min. xx sol. bon. p. s. n.; item conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cantandis xx sol. bon. ... Residuum vero distribui et errogari voluit ... in operibus pietatis et etiam pro expensis tumuli et sepult. sue, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie ... pp. dd. fr. *Ansaldo* de Butrio, fr. *Guidone* de Tuschis, fr. *Matiolo* de Ymola, fr. *Bernardino* de Cornazano, fr. *Petro* de S. Martino de Aposa, fr. *Mansueto* de Romagna, fr. *Pace* de S. Iohanne, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die sequenti fr. *Ansaldus* de Butrio procur. dicte d. Iacobine dep. h. t. in sacristia Fr. Min. in manibus fr. *Ugolini* de Castello sacriste, pp. fr. *Iohanne* de Ymola et fr. *Martino* de Guastavillanis ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

23/4155, n. 24. — Orig.

443. Bononiae, 26 martii et 3 aprilis 1290.

Testamentum.

Mag. Iacobus scriptor f. q. d. Milani qui fuit de Regio et moratur Bon. ... reliquid xxx lib. bon., ex quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. xx sol. bon. ... item *hospitali Fratrum Penitentie* pro necessitatibus infirmorum III sol. bon. ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Zambono* de Bononia, fr. *Iohanne* de Tolentino, fr. *Iohanne* de Aczis, fr. *Gallieno* de Britinorio, fr. *Francisco* de Ygnano, fr. *Nicholao* de Azoguidis, fr. *Boniohanne* de Asculi, fr. *Rigucio* de Forlivio, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Martino* de Guastavillanis, qui dixit *etc.*, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die III aprilis eiusdem anni dictus Iacobus testator consignavit h. t. fr. *Ugolino* de Castello sacristano sacristie dictorum Fratrum sigillatum sigillo conventus Fratrum Min. in pres. fr. *Iohannini* de Parma et fr. *Martini* de Guastavillanis, de dicto Ord. ... Fr. *Rolandinus* Paxini Iohannis not.

23/4155, n. 26. — Orig.

444. Bononiae, 29 martii 1290.

Testamentum.

Sor. *Aldoysia* de Penitentia f. q. d. Clarelli de Ceola et uxor q. d. Bonifatii de Unzola ... reliquid XXXII lib. bon., de quibus expendi voluit circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min., V lib. bon. ... item reliquid conventui Fr. Min. de Bon. pro missis V lib. bon. ... item fr. *Gerardino* de Cremona Ord. Min. p. s. n. XL sol. bon. ... item presbitero *S. Andree Fratrum de Penitentia* qui p. t. fuerit pro missis V sol. bon.; item pauperibus *Fratribus de Penitentia* XX sol. bon.; item pauperibus *Sororibus de Penitentia* XX sol. bon. ... item p. a. s. reliquid pro septima die, trigesima, centesima et anniversario, pro quolibet dictorum terminorum XX sol. bon., qui debeant fieri apud eccl. Fr. Min., et pro missis celebr. ... Residuum vero expendi voluit per commiss. suos cum conscilio et consensu fr. *Gerardini* de Cremona ... Voluit h. t. sigillari debere sigillo Custodis aut Guardiani sive conventus Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in presentia fr. *Gerardini* de Cremona sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Matioli* de Ymola, fr. *Thomaxini* de burgo Noxadelle, fr. *Alberti* de Soldaderiis, fr. *Nicholay* de Guastavillanis, fr. *Anselmi* de Parma, fr. *Iacobi* de Feraria et fr. *Zanilini* de Carpo, omnium de Ordine Fr. Min. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

24/4156, n. 1. — Orig.

476. Bononiae, 27 et 31 decembris 1290.

Testamentum.

D. *Niger* q. Rodulfi de tertio Ord. Fr. Penitentie cap. S. Marie Maioris ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. V sol. bon. ... item pauperibus *societatis B. Marie que congregatur in scolis Fr. Min.* de Bon. V sol. bon. ... item pauperibus *consortii Fratrum Penitentie tertii Ord.* V sol. bon. ... Voluit h. t. sigillari debere sigillo Custodis seu Guardiani conv. Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Bertolino* de Mantova, fr. *Bonaventura* de Fanano, fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Bernardino* de Parma, fr. *Petro* Picinino, fr. *Iohanne* de Ymola et fr. *Philipo* Marzogoni sacerdote, asserente *etc.* ... et fr. *Dono* q. Alexii de Ord. Fratrum Penitentie tertii Ord.

Die ultimo eiusdem mensis predictus testator deposuit pres. t. fr. *Martino* sacriste, sigillat. sigillo Guardiani conv. Fr. Min., pp. fr. *Bonfantino* de Bon. et fr. *Philipo* Marcegoni ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

24/4156, n. 5. — Orig. In dorso « Test. fr. *Nigri* de Penitentia tertii Ord. q. Rodulfi ».

477. Bononiae, 27 et 31 decembris 1290.

Testamentum.

D. *Donus* q. Alexii de tertio Ord. Fr. Penitentie cap. S. Marie Maioris ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. V sol. bon.; item *pauperibus consortii Fratrum*

tertii Ord. Penitentie v sol. bon.; item pauperibus *societatis B. Marie que congregatur in scolis Fr. Min.* v sol. bon. ... In omnibus aliis suis bonis mobilib. et inmobil., iuribus *etc.* instituit suos heredes pauperes *societatis B. Marie que congregatur in scolis Fr. Min. de Bononia* ... Voluit s. t. esse secretum et sigillari debere sigillo Custodis seu Guardiani conv. Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Bertolino* de Mantoa, fr. *Bonaventura* de Fanano, fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Bernardino* de Parma, fr. *Petro* Picinino, fr. *Iohanne* de Imola, fr. *Philipo* Marcegoni sacerdote, qui dixit *etc.* et fr. *Nigro* de tertio Ord. Penitentie ...

Dep. fuit in sacristia Fr. Min., die ultimo decembris pres. eodem anno et sigillatum sigillo Guardiani conv. dictorum Fratrum, pp. fr. *Philipo* Marcegoni et fr. *Bonfantino* de Bononia ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

337/5080, n. 75. — Orig. In dorso « Test. fr. *Doni* tertii Ord. q. Allexii ».

478. Bononiae, ... 1291.

Reformatio Consilii et Massae pop. Bon. de aqua ducenda ad Monasterium S. Ioannis Baptistae.

. Reperitur in lib. reformationum factarum tempore d. Fulchi de Pizicharinis Capit. pop. Bon. sub anno Domini MCCXCI, ind. IV, infrascr. reformatio in hunc modum:

Conscil. pop. et masse pop. Bon. fecit sapiens milex d. Fulco *(sic)* de Pizicharinis honor. Capit. pop. in pallat. novo ... congregari; in quo quidem conscil. ... proposuit infrascripta super quibus petiit sibi conscil. exhiberi:

Item cum Domine de S. Iohanne Batista de burgo S. Ysaie sint in magna quantitate et in numero ultra quam treginta, et dicte dd. propter defectum (aque) quam non habent ... quasi continue sint infirme ... ita quod ad Dei servitium stare non possent sine periculo personarum, et aquam habere possint sine dampno et preiudicio com. Bon. et singularium personarum, silicet de aqua Savine que venit ad Misericordiam et postea per fosatum circle com. Bon. usque ad circlam Malpertuxii ibi ad tribium Saragozie ubi est puteus de Albergatis per clavigam que (est) ibi, et a dicto loco dicte Domine cum una claviga facienda per eas, ad ipsarum expensas, ipsam aquam ad dictam eccl. et locum S. Iohannis, sine aliquorum preiudicio, ducere possint; supplicant dicte dd. de S. Iohanne Batista (quatenus) vobis placeat proponere ad conscil. pop. et in ipsa facere reformari quod dicte dd. libere et sine alicuius contradictione, de aqua Savine, que vadit per fundum circle Malpertuxii et ad dictum fundum usque ad trivium de Saragoza, ubi est puteus predictus, de claviga per quam venit possint accipere et habere dictam aquam et clavigam faciendam per eas, ad expensas ipsarum, ducere possint ad dictam eccl. et loca S. Iohannis Batiste ... non obstantibus *etc.*

In reform. cuius conscil. et masse pop. facto partito per d. Capit. de sedendo ad levandum, placuit maiori parti dicti conscil. quod (suprascripta) posta sit firma, valeat *etc.* ... hoc addito quod dicte Domine habere licite debeant de aqua Fratrum Predic. et Min., videlicet de com. tantum quantum habent Domine de S. Agnete, ducendo dictam aquam et eam accipiendo et ad domum earum menando, prout in petitione ipsarum dd. plenius continetur, non obstantibus contradictionibus Fratrum

Predic. vel Min. et non obstantibus ordin. *etc.* ... Testes Rolandinus Caxotus et Bonamicus bannit. Ego Pasqualinus Iohannis not. exemplavi et scripsi.

24/4156, n. 6. — Exempl.

479. Bononiae, ... 1291.

Testamentum.

Reperitur in libr. memorialium, contractuum *etc.* scripto ... sub annis Domini 1291 ind. IV, qui liber est ad camaram actorum pop. Bon., infrascr. test. in hunc modum: Fr. Iacobus q. Gerardini Ferarii ... fecit suum test. ... in quo quidem reliquid ... d. Guide eius uxori LX lib. bon., quas in dotem habuit ab ea, et dominam et usufructuariam in bonis suis ... ex instrumento fr. Iohannis Turizani not. heri facto Bononie in domo Fratrum tertii Ord. Umiliatorum, pp. fr. Iacobo de Lucha, fr. Zuliano de Gocadinis *(sic)*, fr. Thomaze de Sthefanis, fr. Gerardino de Gozano, fr. Petro de Vanezano, fr. Iacobo Virgilini, fr. Donusdeo Zagnis et fr. Andrea canestrario. Petrus Bertholomey Mutti not., ut in dicto libro inveni, ita fideliter exemplavi et scripsi.

24/4156, n. 7. — Exempl.

480. Bononiae, 22 ianuarii et 13 martii 1291.

Testamentum.

D. Ymelda f. q. d. Guidonis Sighizelli de Banbis ... reliquid sacristie Fr. Min. pro una planeta, cum qua cantentur misse p. a. s., III lib. bon. ... Residuum a supradictis vult expendi per commiss. suos infrascr. supra funus et sepult. suam quam elegit apud Fratres Min. faciendo septimam, trigesimam, centesimam et anniversarium suum et in sacerdotes qui cantent missas p. a. s. ... Commiss. autem suos ad supradicta omnia facienda instituit et voluit esse Guardianum qui p. t. fuerit Fr. Min. et fr. *Iohaninum* de Portanova dicti Ord. Si autem predicti commiss. sui nollent vel non possent per semetipsos exequi supradicta, vult quod possint et debeant sibi subrogare unum vel plures commiss. Item cuilibet predictorum suorum commiss. reliquid pro una tunica vel aliis eorum necessitatibus IIII lib. bon. ... In aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Comatium f. suum sibi hered. generalem instituit; et si predictus Comatius quoquo modo impediret quin supradicta integraliter mandarentur effectui infra sex menses, ex nunc illum privat omni iure quod habet in isto test. et illud ius applicat pauperibus Christi quos supradicti sui commiss. nominaverint ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Bonafide* de Burgo S. Ysaie, fr. *Rodulfo* de Tusscis, fr. *Bonagratia* sacerdote f. q. Albertini, qui dixit *etc.*, fr. *Bonaventura* de Ludexana, fr. *Henrico* de Argellata, fr. *Bertholino* de Pollicino, fr. *Anselmo* de Parma et fr. *Petro* de Fullianis, omnibus Ord. Fr. Min.

Eodem die constituit fr. *Iohaninum* de Portanova Ord. Fr. Min. suum procur. ad deponendum et gubernari faciendum prefatum testamentum in sacristia Fr. Min. ...

Die XIII martii eiusdem anni fr. *Iohaninus* de Portanova predictus dep. h. t. in sacristia Fr. Min. apud fr. *Martinum* de Guastavillanis sacrist., pp. fr. *Zanulino* de Carpo, fr. *Ubertino* de Forlivio ... Iohaninus Bernardini de Ozano not.

24/4156, n. 13. — Orig.

481. Bononiae, 25 ianuarii 1291.

Testamentum fr. Melioli de S. Sylo, novitii in Ord. Fr. Min.

Fr. *Meliolus* de S. Sylo f. q. d. Manzacavalli de S. Sylo de Cremona, novicius et ante professionem faciendam per eum in Ord. Fr. Min., nolens decedere ab intestato s. t. in hunc modum facere procuravit. In primis quidem instituit Iacominum et Angellerium suos fratres sibi hered., et voluit quod teneantur solvere d. Melio de Madelbertis archipresb. Cremon. VI lib. bon. quas expendidit in sui utilitatem in quodam libro Decretalium ... Item predicti heredes teneantur assignare procuratori qui p. t. gereret negocia Fratrum de *Cremona* VI lib. bon., qui procurator illas conservet ut, quandocunque dictus testator reduceret ad memoriam aliqua malla ablata, de illis possit satisfacere, et si quid superesset convertatur in necessitatibus dicti testatoris. Et voluit quod predicta legata dicti hered. teneantur solvere usque ad festum S. Michaelis prox. vent. Item reliquid de bonis suis procuratori Eccl. Romane, qui inventus fuerit nominatus per Ministrum vel Custodem gerere facta Fr. Min. et conventus de *Cremona*, LX lib. bon., que LX lib. bon. debeant in suos usus converti. Et voluit quod (sui heredes) teneantur solvere singulis annis predicto procuratori XII lib. bon. donec solutio totaliter fuerit facta, ita tamen quod si contingeret predictos heredes vendere possessionem vel possessiones unde haberent quantitatem pecunie LX lib. bon., teneantur predictas LX lib. bon. solvere usque ad mensem a tempore vendictionis numerandum, et si pars esset facta solutionis, teneantur complere solutionem ... Item voluit quod libri qui reperirentur esse apud eum tempore mortis sue de patrimonio, deveniant ad armarium conventus Fr. Min. de *Cremona*. Item voluit quod si predicti hered. hoc non observaverint, quod cadant ab hereditate predicta ... et deveniat ad Tenplarios, qui quidem Tenplarii teneantur omnia predicta observare ... quod si non observaverint, cadant ab hereditate predicta; in quo casu pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos Guardianus Fr. Min. de *Cremona* duxerit nominand. Et h. s. t. voluit esse secretum et sigillari sigillo conventus Fr. Min. et deponi in sacristia eorumdem secundum formam stat. com. et pop. Bon. Actum Bononie in *infirmaria* Fr. Min., pp. fr. *Iohannino* de Cremona Guardiano Fr. Min. de Bononia, qui dixit *etc.*, fr. *Francischo* de Feraria, fr. *Gallieno* de Bretenorio, fr. *Iacobo* de Placentia, fr. *Francischo* sartore de Bon., fr. *Iacobo* de Vernacia, fr. *Gerardino* de Allerariis de Bon., fr. *Petro* de Fullianis de Bon. et fr. *Bonvixino* de Plumatio ...

Eodem die dictus testator dep. predictum t. et sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manu fr. *Martini* de Guastavillanis sacriste Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Abramino* de Vernaziis de Cremona et fr. *Raynaldino* de Rondanis de Placentia, ambo *(sic)* Ord. Fr. Min. ... Gerardus Ferarii not.

24/4156, n. 12. — Orig.

482. Bononiae, 29 et 30 ianuarii 1291.

Testamentum.

D. Bonazunta q. d. Manni de Mantighellis volens limina B. Iacobi visitare ... reliquid fr. *Iacobino* de Butrigariis Ord. Min. p. s. n. III lib. bon.; item fr. *Martino* de Guastavillanis Ord. Min. p. s. n. XX sol. bon. ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Zanillino* de Carpo, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Iacobo* de Placentia, fr. *Man-*

sueto de Montesorbo, fr. *Iohannino* coquario infirmorum, fr. *Alberto* de Quercis de Ceula, fr. *Francisco* sartore et fr. *Martino* de Guastavillanis, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

1291 die 30 ianuarii testator s. t. dep. et dedit fr. *Martino* de Guastavillanis sacrist. Fr. Min. de Bon. et sigillari fecit sigillo conventus dictorum Fratrum, pp. fr. *Iacobo* de Vernatia et fr. *Nichollao* de Guastavillanis Ord. Min. ... Gandulfinus Mathey Benintendi not.

24/4156, n. 15. — Orig.

483. Bononiae, 26 februarii et 24 martii 1291.

Testamentum.

D. Iohanna f. q. d. Guitaclini et uxor q. d. Gratiadei de Agrestis ... reliquid XL lib. bon. De quibus reliquid fr. *Gerardino* de Cremona de Ord. Fr. Min. V sol. bon.; item fr. *Acino* dicti Ord. VIII sol. bon.; item fr. *Iacobo*[1] de Ord. Fr. Min. de terra S. Iohannis in Persiceto X sol. bon. p. s. n.; item fr. *Raynerio* de Agrestis de Ord. Fr. Min. XX sol. bon.; item fr. *Bonaventure* de Agrestis dicti Ord. p. s. n. V lib. bon.; item fr. *Iacobo* de Agrestis dicti Ord. p. s. n. VI lib. bon.; item conventui Fr. Min. p. m. cant. XII lib. bon. Reliquos vero voluit expendi circa funus et sepult. suam quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ad volunt. comiss. suorum infrascriptor, quos comiss. elegit sibi et voluit esse fr. *Bonaventuram* de Agrestis et fr. *Iacobum* de Agrestis de Ord. Fr. Min., vel alium quemcumque predicti comiss. vel unus eorum, si alter non superviveret, eligeret, seu Guardianum Fr. Min. convent. Bon. qui p. t. fuerit, si predicti Fratres non superviverent tempore mortis predicte testatricis ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Iacobo* de Chavagli, fr. *Gifredo* de Burgo, fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Mathiolo* de Ymola, fr. *Gerardino* de Alerariis, fr. *Bertholomeo* d. Guidonis de Behuso et fr. *Martino* de Guastavillanis sacerdote asserente *etc.*, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die XXIII martii eiusdem anni fr. *Martinus* de Guastavillanis procur. d. Iohanne dep. istud t. penes fr. *Hugolinum* de Castello sacristam Fr. Min. de Bon. sigillatum sigillo conventus dictorum Fratrum, pp. fr. *Gerardo* de Asinellis et fr. *Iohannino* de Placentia ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

24/4156, n. 21. — Orig.

484. Bononiae, 5 martii et 24 iulii 1291.

Testamentum.

D. Iacoba f. q. d. Guidonis de Samaritanis et uxor d. Nicholay de Muxolinis ... reliquid de bonis suis L lib. bon., de quibus voluit et iussit expendi XX lib. bon. circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. secundum voluntatem et dispositionem Guardiani Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, et fr. *Gandolfini* et fr. *Raynerii* de Samaritanis Ord. Fr. Min.; item reliquid fr. *Raynerio*, fr. *Castellano* et fr. *Gandolfino* in sollidum, pro eorum necessitatibus, XIII lib. bon.; item sor. *Lambertine* de Muxolinis Ord. S. Francissi IIII lib. bon.; item sor. *Pacifice* et sor. *Malgarite* dicti Ord. S. Francissi, scilicet cuilibet earum XX sol. bon.; item sor. *Addelaxie* uxori fr. Bonincuntri X sol. bon. ... Et h. s. t. voluit esse secretum et sigil-

[1] Sequitur spatium vacuum.

lari sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et deponi et servari in sacristia eorumdem Fratrum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Gandolfino* de Mutina, fr. *Abbramino* de Cremona, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Aspectato* de Panzonibus, fr. *Nicholao* de Munarolis, fr. *Francischo* sartore de Bon., fr. *Luca* de Arimino et fr. *Nicholao* de Bretenorio, omnibus de Ord. Fr. Min., qui fr. *Gandolfinus* dixit cognoscere testatricem.

Die xxIIII iullii eiusdem anni fr. *Gandolfinus* procur. dicte d. Iacobe d. t. predictum et sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in sacristia Fr. Min. de Bon., in manu fr. *Ugolini* de Castello sacriste sacristie Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Iacobino* de Galleria et fr. *Aczino* de Bon. Ord. Fr. Min. ... Gerardus Ferarii not.

24/4156, n. 22. — Orig.

485. Bononiae, 27 martii 1291.

Testamentum.

D. Iohanna f. q. d. Partis d. Guidonis Tantidinarii ... reliquid L lib. bon., ex quibus dari voluit fr. *Bartholomeo* de Prindipartibus de Ord. Min. xxx lib. bon.; item fr. *Gandulfino* de Mutina Ord. Min. v lib. bon.; item fr. *Adam* de dicto Ord. III lib. bon., pro eorum necessitatibus ... item fr. *Alberto* de Gozadinis de eodem Ord. III lib. bon. ... Item reliq. C sol. bon. expend. super funus et sepult. suam per infrascr. suos comiss., quam vero sepult. sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iurib. *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos sui comiss. elegerint solum et non alios. Ad hec omnia exequenda voluit esse suos commiss. fr. *Gandulfinum* de Mutina Ord. Min. et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit. Et si dictus fr. *Gandulfinus* non superviveret tempore mortis sue, quod fr. *Bartholomeus* de Prindipartibus de eodem Ord. una cum Guardiano Fr. Min, possint et debeant alium comissarium seu comissarios eligere ad suam omnimodam voluntatem. Voluit h. s. t. esse secretum et sigillari debere et poni in sacristia Fr. Min. per fr. *Gandulfinum* de Mutina de Ord. Min., quem ipsa testatrix suum constituit procuratorem ad predicta ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Nicholao* de Britinorio, fr. *Rolandino* Armanni, fr. *Mathiolo* de Ymola, fr. *Iacobo* de Feraria, fr. *Iohanne* de Varegnana, fr. *Alberto* de Soldaderiis et fr. *Nicholao* de Guastavillanis, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Ego Fr. *Rolandinus* Paxini Iohannis not. Ord. Penitentie ... ut in meis arrogationibus inveni, ita fideliter exemplavi et scripsi.

24/4156, n. 24. — Exempl.

486. Bononiae, 7 aprilis et 3 octobris 1291.

Testamentum.

D. Olia f. q. d. Cresencii et uxor d. Marchi de Plumatio ... reliquid xvi lib. bon., de quibus dari voluit fr. *Lotorengo* de Andaloys XL sol. bon.; item fr. *Gandolfino* Ord. Fr. Min. p. s. n. xx sol. bon.; item fr. *Bonvixino* de Plumatio xx sol. bon. ... Superfluum vero reliquid quod expendatur per Guardianum Fr. Min. de Bonon. et fr. *Gandolfinum* Ord. Fr. Min. ubi mellius et utilius eis visum fuerit, p. a. dicte d. Olie et circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... In omnibus aliis suis bonis mobil. et inmobil., iurib. *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit, quos Guardianus Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit duxerit nominandos.

Et ad predicta omnia et singula exequenda constituit Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, vel quem vel quos nominaverit dictus Guardianus. Et h. s. t. voluit esse secretum et sigillari sigillo conventus Fr. Min. et deponi et servari in sacristia eorumdem ... Actum Bononie in ecclesia S. Francissi de Bononia, pp. fr. *Cambio* de Bon., fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Melio* de Cremona, fr. *Petro* de Bon., fr. *Gerardo* q. Michaelis, fr. *Bonvixino* de Plumatio, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die vero III octubris fr. *Bonvixinus* de Plumatio procur. dicte d. Olie deposuit hoc test. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manu fr. *Iacobi* de Galleria sacriste, in presentia fr. *Blaxii* de Barbaria et fr. *Ugolini* de Castello ... Gerardus Ferarii not.

24/4156, n. 25. — Orig.

487. Bononiae, 15 et 17 aprilis 1291.

Testamentum.

Fr. Bertolus q. d. Vitalis Zambuche ... a me fr. Iohanne q. Livaldi not. cognitus ... p. a. s. reliquid LX lib. bon., de quibus dari voluit Fratribus Min. de Bon. X lib. bon. pro missis cant. et oracionibus faciendis ... Residuum vero voluit expendi circa sepult. suam tam in cereis quam in candellis et aliis rebus necess. ad volunt. et arbitrium commiss. suorum infrascript.; sepult. suam esse voluit apud eccl. Fr. Min. de Bon.; constituit suos commiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit et Ministros Fratrum tertii Ord. Humiliatorum civit. Bon. qui p. t. fuerint ... Actum Bononie in Barbaria in domo Fratrum tertii Ord. Humiliatorum, pp. fr. Iuliano de Gozadinis, fr. Iacobo de Luca, fr. Thomaxio de Stephanis, fr. Bonfiglolo corbellario, fr. Prosperino q. Petroboni, fr. Iohanne Turizano, fr. Iacobino Petenario, fr. Bonbarone q. Aldrovandini, fr. Thomaxino Adami et fr. Iacobo de Noxadella ...

Die 17 eiusdem mensis testator deposuit h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. et in manu fr. *Ugolini* de Castello sacristani dictorum Fratrum, posuit rogans eum ut dictum test. debeat sigillari sigillo Guardiani sive Ordinis secundum formam stat. com. Bon., pp. fr. *Zacharia* de Artenisiis de Bononia ... Fr. Iohannes olim Livaldi not.

24/4156, n. 26. — Orig.

488. Bononiae, 7 et 21 maii 1291.

Testamentum.

Fr. *Federicus* q. Iacobi qui moratur in cap. S. Vitalis, de Ord. Fr. Penitentie ... reliquid CL lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. s. n. XV lib. bon. ... item *conventui Fratrum Penitentie* civit. Bononie X lib. bon. ... Residuum vero expendi voluit per comiss. suos infrascr. circa sepult. suam ... et allibi inter pauperes Christi ubi mellius et utilius eis visum fuerit p. a. s. ... Et ad predicta omnia et singula exercenda ... constituit suos commiss. Ministros, qui tempore mortis sue fuerint, Fratrum Penitentie de Bon. ... In omnibus aliis suis bonis mobilib. et inmob., iuribus *etc. Ordinem Fratrum de Penitentia* civit. Bon. et Fratres ipsius Ord. qui p. t. fuerint sibi heredes instituit ... cassans omne alliut test. sive ult. volunt. quod reperiretur olim per eum factum, et isti soli, quod voluit esse secretum donec vixerit et poni in sacristia Fr. Min. civ. Bon. et sigilari sigillo Guardiani ipsorum Fratrum, et non alteri voluit quod fides plenaria debead adyberi ... Actum Bononie in sacristia

Fr. Min., pp. fr. *Ansaldo* de Butrio sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Ugolino* de Castello sacerdote et sacristano, fr. *Mellio* de Cremona, fr. *Bonfantino* de Bononia, fr. *Frugerino* de Panico, fr. *Guillelmo* de Strata S. Vitalis, et fr. *Nicholao* Sanguineo, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die XXI eiusdem mensis dictus testator dedit h. t. s. fr. *Ugolino* sacristano Fr. Min. de Bon. in sacristia ipsorum Fratrum, pp. fr. *Ansaldo* de Butrio et fr. *Martino* de Benentende ... Fr. *Benvenutus* Lovati not.

24/4156, n. 27. — Orig.

489. Bononiae, 8 maii 1291 et 17 ianuarii 1292.

Testamentum.

Ego fr. *Bolognitus* q. d. Acti not. ... relinquo conventui Fr. Min. XX sol. bon. p. m. celebr. ... item fr. *Nicholino* de dicto Ord. III lib. bon. expendendas per eum, in suis necessitatibus, ad suam voluntatem ... item Sacerdoti *B. Andree de Burgo S. Ysaie* V sol. bon.; item Ordini *Fratrum de Penitentia* XX sol. bon. ... Comiss. meos ad predicta et infrascripta exequenda esse volo fr. *Nicholinum* de Ord. Fr. Min., si extabit et presens fuerit in civit. Bon., et Guardianum dictorum Fr. Min. qui p. t. fuerit vel illum cui commiserint ... Item uxori mee d. Berte relinquo culcitram meam et plumacium quod et quam teneo cum ea ad meum usum donec vixerit, in fine vero sui obitus volo per eam dari et relinqui conventui Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie in *scola* Fr. Min., pp. fr. *Nicholino* Fr. Min. testis, qui dixit *etc.*, fr. *Petro* de Folianis, fr. *Iacobo* de Butrigariis, fr. *Rugerio* de Panigo, fr. *Aspectato* de Panzonibus, fr. *Ubaldino* de Fuscardis, fr. *Thomaxio* de Noxadella ... Et dico et volo quod dictus fr. *Nicholinus* debeat predictum meum test. repress. in sacristia predictorum Fratrum ...

1292 die XVII ianuarii, ego fr. *Bolognitus* h. m. test. publicavi et repress. in sacristia Fr. Min. fr. *Ugolino* de Castello, pp. fr. *Bonagratia* q. Albertini et fr. *Ugolino* de Prato ... Ego fr. predictus *Bolognitus* q. d. Acti imperiali auctoritate not. hoc meum test. mea ipsa manu scripsi et publicavi ... et ita volo quod habeat plenissimum firmamentum cum honore altissime Virg. Marie et sui filii altissimi Redemptoris nostri Iesu Christi. Fiat, fiat, fiat.

24/4156, n. 28. — Orig.

490. Bononiae, 15 maii 1291.

Testamentum.

D. Beatrixia f. q. d. Guinizelli de Principibus ... reliquid LX lib. bon., de quibus expendi voluit circa funus et sepult. suam X lib. bon., quam elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. III lib. bon. ... item reliquid fr. *Lotorengo* de Ord. Fr. Min. qui fuit de Butrio XX sol. bon. ... item mandavit quod expendantur III lib. bon. in uno chamexe qui detur Fratribus Min. de *Ricardina* ... item reliquid Guardiano Fr. Min. qui p. t. fuerit XX sol. bon.; item fr. *Ansaldo* de Butrio de Ord. Fr. Min. XX sol. bon. ... Residuum vero vult expendi et distribui p. a. s. ad volunt. comiss. suorum, quos esse voluit Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit et fr. *Ansaldum* de Butrio eiusdem Ord. ... Voluit h. t. esse secretum et sigillari sigillo

sacristani Fr. Min. et ipsum deponi in sacristia dictorum Fratrum per fr. *Ansaldum* de Butrio Ord. dictorum Fratrum suum procurat., ut constat *etc.* Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Cino,* qui dixit *etc.,* fr. *Iohanne* de Feraria, fr. *Constabili,* fr. *Gifredo* de Burgo, fr. *Alberto* de Gozadinis, fr. *Nicholao* de Britinorio et fr. *Alle* f. d. Iohannis Sichi, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Eodem die constituit fr. *Ansaldum* de Butrio Ord. Min. Fratrum suum procur. ad ponendum t. s. in sacristia Fr. Min. et ad faciendum ipsum sigillari *etc.,* pp. (supra dictis testibus). Fr. *Benedictus* de Fulianis not.

24/4156, n. 29. — Orig. In dorso « Test. d. Beatrixie q. d. Guinizelli de Principibus fuit depositum die 26, pp. Guardiano et fr. *Peregrino* apud fr. [....] ».

491. Bononiae, 30 maii 1291.

Pigneratio quorundam bonorum pro male ablatis restituendis.

Cum d. Boniiacobus f. q. d. Ugolini Guizardini ... sit ad presens corporea [eg]ritudine pregravatus, sollicite procurare voluit ne in suis peccatis rapiatur simulque finiatur vita cum culpa. Igitur quia suam c[...]ienciam recognoscit se habuisse et recepisse in quantitate cc lib. bon. de male ablatis ... et habitis a pluribus hominibus et personis, quorum nominum non recordatur, et velit et cupiat saluti sue anime providere ... et cum deficiente sibi ad presens potencia nequeat de hiis satisfacere secundum quod desiderat, idcirco in plene sue mentis dispositione consistens ... pro satisfactione dictorum male ablatorum ... dedit atque cessit d. Rolando Poete legitimo administratori, syndico, yconomo et actori ellecto et nominato pro eccl. Romana, presenti et recipienti nomine et vice ipsius eccl. Romane et pro ipsa eccl. Rom., duas partes unius petie terre partim arat. et partim vineat. pro indiviso cum duabus partibus unius domus cuppate sive duabus *(sic)* in ipso loco positis; quam petiam terre et vinee totam asseruit esse circa quantit. xv tornat. et ipsam posit. esse in curia castri Britorum in loco ubi dicitur « Tauletum », iuxta *etc.* ... ad habendum, tenendum *etc.* post mortem ipsius Boniiacobi ... hac condicione apposita ... quod si ipse Boniiacobus de presenti infirmitate evaserit ... dictas duas partes dicte petie terre habere possit et debeat toto tempore vite sue ad utendum et fruendum ... Post mortem vero ipsius Boniiacobi ad ipsum d. Rolandum nomine Rom. eccl. et ad ipsam Roman. eccl. libere debeant pervenire cum omni suo iure, ita quod de ipsis ... possit ipse Rolandus et sui consocii nomine ipsius eccl. Roman. ... facere ... quidquid voluerit, pro satisfactione dictorum male ablatorum ... Et hec omnia et singula ipse d. Bonusiacobus per se et suos hered. promisit dicto Rolando stipul. et recipienti nomine et vice Roman. eccl. attendere ... et non contrafacere ... sub pena dupli dictarum cc lib. bon. et obligatione suorum bonorum, dampnorum et expensarum refectione *etc.* ... Actum Bononie in domo dicti Boniiacobi, ubi iacebat infirmus ... pp. fr. *Azino* de Ord. Min., fr. *Bonfantino* de Ricomartinis de dicto Ord. ... Bonaventura Viviani not.

346/5089, n. 18. — Orig.

492. Bononiae, 1 iunii 1291.

Testamentum.

D. Cecilia f. q. d. Iacobini de Pelle et uxor q. d. Lambertini ... reliquid L lib. bon., de quibus iussit dari conventui Fr. Min. III lib. bon. p. m. ... item fr. *Francisco* de

Castagnolo xx sol. bon. p. m. ... Reliqui vero expendantur circa suam sepult., quam elegit ad S. Franciscum eccl. Fr. Min. de Bon. ... Voluit s. t. poni in sacristia Fr. Min. et sigillari sigillo Guardiani et sit secretum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Francisco* de Castagnolo, qui dixit *etc.*, fr. *Bernardo* de Florentia, fr. *Benino*, fr. *Rolandino* de Armannis, fr. *Bertolino* de Policino, fr. *Lamberto* de Fabianis et fr. *Iohanne* de Ymola, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Bonus Iohannes d. Strelle not.

24/4156, n. 33. — Orig.

493. Bononiae, 2 et 4 iunii 1291.

Testamentum.

D. Guiglitta uxor q. d. Pregolani et f. q. d. Ugolini de Gisso ... reliquid c sol. bon. circa funus et sepul. suam et pro cereis et candelis, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. et de eo quod restabit a dicta sua sepult. voluit quod debeat expendi pro die septima, trigesima et centesima ... Item conventui Fr. Min. c sol. bon. pro cccc missis cellebrandis ante vii dies ... item fr. *Bartolomeo* Gerardocii de Ord. Fr. Min. p. s. n. xl sol. bon. ... Item de aliis suis bonis iure legati reliquid fr. *Francho* suo genero x lib. bon. In omnibus vero aliis suis bonis mobilib. et inmobilib., iuribus *etc.* d. Benvenutam suam f. sibi heredem instituit, hac condicione, quod si dicta domina decesserit sine filiis legittimis, voluit quod medietas dicte hereditatis sibi relicte debeat dari et distribui p. a. s. ... ubi melius et utilius videbitur Guardiano Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Bartolomeo* Gerardotii de dicto Ord. et fr. *Francho* suo genero, quos in dicto casu suos commissarios constituit ... Item voluit quod testam. suum scriptum manu fr. *Benvenuti* Lovati ... sit et esse debeat cassum *etc.* Actum Bononie in eccl. Fr. Min. in presentia fr. *Bartolomei* Gerardotii, qui dixit *etc.*, fr. *Ansaldi* de Butrio, fr. *Gerardini* de Cremona, fr. *Iacobi* de Vernaza, fr. *Bartolomei* de Prindipartibus, fr. *Iohannis* de Azis, fr. *Iacobi* de Placentia et fr. *Bommercati* de Ferraria, omnium de Ord. Fr. Min. ...

Die iiii eiusdem mensis fr. *Bartolomeus* Gerardotii de Ord. Min. procur. testatricis predicte dep. h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. sigillatum sigillo Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Ugolini* de Castello, dedit, pp. fr. *Petrizolo* de Apposa et fr. *Aspectato* de Panzonibus ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

24/4156, n. 34. — Orig.

494. Bononiae, 3 et 8 iunii 1291.

Testamentum.

D. Guido f. d. Michaelis de Panabevere ... reliquid conventui Fr. Min. xl sol. bon. ... item iure legati reliquid l lib. bon.; que debeant dari per commiss. suos uno homini, sive heredibus suis, nomen cuius reperietur scriptum in quadam cedula que erit cum suo testamento, et sigillata sigillo Guardiani Fr. Min. de Bononia. Iussit quod filii sui non possint nec debeant d. Sibonam suam uxor. in alliquo mollestare de eo quod sibi reliquid, nec aliquem commiss. suorum; et si contrafecerint privat eos a sua hereditate ... et tunc dicta hereditas perveniat ad pauperes Christi ... quos Guardianus Fr. Min. de Bon. et Prior Fr. Predic. qui p. t. fuerint nominaverint. Et ad predicta omnia et singula exequenda fecit suos commiss. Guardianum Fr. Min.

de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Franciscum* de Castagnolo de dicto Ord., sive illum aut illos quem vel quos ipsi dixerint et nominaverint. Actum Bononie in *domo* Fr. Min., *in capella interiori infirmorum*, in pres. fr. *Francisci* de Castagnolo sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Bolognitti* de burgo Peradelli, fr. *Bertolini* de Pollicino, fr. *Iacobini* de Butrigariis, fr. *Iohanini* de Placentia et fr. *Petri* de S. Martino de Apposa, omnium de Ord. Fr. Min. ...

Die vero VIII eiusdem mensis dictus testator dep. in sacristia Fr. Min. de Bon. t. s. sigillatum sigillo Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Ugolini* de Castello sacriste dedit, pp. fr. *Francischo* de Castagnolo et fr. *Iohanne* de Ymola ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

24/4156, n. 36. — Orig.

495. Bononiae, 3 iunii 1291.

Testamentum.

D. Iacobus f. d. Guidonis Lambertini de Lambertinis ... voluit suum test. secretum esse et permanere toto tempore vite sue, et sigillari sigillo Ordinis et conventus Fr. Min. de Bon. et sigillo ipsius testatoris vel alterius eorum, et deponi debere in sacristia Fr. Min. de Bon. secundum formam stat., ordinam., provis. et refform. com. et pop. Bon. ... Voluit dari et solvi et restitui de bonis suis omnia et singula male ablata per eum, que scripta reperientur in quodam cedulla, quam dixit fore scriptam manu propria dicti testatoris et sigillatam sigillo dicti testatoris ... que cedulla est deposita penes fr. *Pellegrinum* de Pollicino Ord. Fr. Min. de Bon. vel in sacristia dicti Ord. In omnibus autem alliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos infrascr. sui commiss. ellegerint et dixerint esse pauperes, inter quos pauperes esse voluit X domicellas virgines, quas voluit nubi et maritari de bonis dicte hereditatis ... dando et solvendo pro dotibus cuilibet earum infrascripti sui commiss. XX lib. bon. Commiss. suos esse voluit Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, fr. *Pellegrinum* de Pollicino de dicto Ord. et fr. *Sanguineum*, cui dicitur fr. *Nicholaus* de Azoguidis, de dicto Ord., Priorem conv. Ord. Fr. Predic. de Bon. et fr. Petrum de Trento dicti Ord. Actum Bononie in domo dicti testatoris ... pp. fr. *Pellegrino* de Pollicino, fr. *Petrizolo* de Apposa, fr. *Bertholomeo* de Prendipartibus, fr. *Nicholao* de Azoguidis, fr. *Ugolino* de Castello q. d. G[...]dini, fr. *Bonincuntro* de Butrigariis, fr. *Nicholao* de Britinorio, fr. *Iacobo* de Vernatia, omnibus de Ord. Fr. Min. de Bon. qui omnes asseruerunt *etc.* ... Michael q. Thomaxii not.

336/5079, n. 216. — Orig. = Cf. nn. 496, 499, 500, 501, 502, 503, 506, 508, 520.

496. Bononiae, 10 iunii 1291.

Commissariae abdicatio.

Cum d. Iacobus q. d. Guidonis de Lambertinis in suo testamento, scripto manu Michaelis Thomaxii not., reliquisset suos commiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, fr. *Pellegrinum* de Pollicino de Ord. Fr. Min. et fr. *Sanguineum* de Azoguidis, cui dicitur fr. *Nicholaus*, de Ord. Min., et Priorem conventus Fr. Pred. et fr. Petrum de Trento; prefatus Prior et fr. Petrus de Trento protestati fuerunt et dixerunt se nolle intromittere de dicta commissaria in bono nec in malo, modo aliquo ... adicantes [...] quod eis posset obvenire ex dicta comissaria et occasione dicte comissarie ...

Actum Bononie in capitulo Fr. Pred. in presentia fr. Prindipartis, qui dixit se Priorem conventus et Fr. Pred. de Bon., et fr. *Alberti* de Aczis Guardiani Fr. Min. de Bon., pp. fr. Guido de Padua de Ord. Pred., fr. Marcho de Bonon. de dicto Ord. et fr. *Iacobo* de Vernaza de Ord. Fr. Min. ... Fr. *Rolandinus* Paxini Iohannis not. Ord. Penitentie.

24/4156, n. 37. — Orig. = Cf. n. 495 etc.

497. Bononiae, 15 iunii et 10 octobris 1291.

Donatio causa mortis.

D. Iohanna f. d. Iohannis de Cavagli et uxor Comitis d. Petri de Matafellonibus ... quia in sacris constituta et dicti sui patris subpoxita potestati, testari non poterat, infrascriptas, causa mortis, donationes, dicto suo patre presente et volente ... facere procuravit ... Primo namque, de bonis suis et dotibus suis ... mortis causa, p. a. s. relliquid et donavit d. Blanche sue amite, ibidem presenti, xxx lib. bon., quas voluit eam expendere p. a. ipsius donatricis, in pias causas, secundum arbitrium et expressum consensum fr. *Iacobi* sui fratris de Ord. Fr. Min. de Bononia vel, ipso premoriente, Guardiani *Ricardine*, qui p. t. fuerit, et maxime in illis causis, quas in secreto dicte d. Blanche et fr. *Iacobo* predicto dixit, ut continebitur in cedulla scripta manu dicti fr. *Iacobi*, sigillata sigillo Guardiani vel conventus dicti Ord. Item, mortis causa, donavit dicte d. Blanche, stipulanti et recipienti nomine et vice Blanche f. dicte d. Iohanne et dicti Comitis, cl lib. bon., ita tamen quod si contingat eam mori sine liberis, donat dicte sue amite recip. et stipul. nomine et vice dicti fr. *Iacobi* et Claruzolli, Petri et Rumioli suorum fratrum, ff. dicti d. Iohannis, dictas cl lib. bon., ita tamen quod usufructum dicte quantitatis ad d. Lixiam suam matrem, donec vixerit, debeat pervenire. Item mortis causa donavit predicte d. Blanche, stipul. et recip. nomine et vice fr. *Iacobi* et Claruzolli, Petri et Rumioli suorum fratrum, ccxx lib. bon., ita tamen quod usufructum dicte quantitatis ad dictam d. Lixiam suam matrem, donec vixerit, debeat pervenire ... promitens dicta donatrix predicte donatorie stipul. suo nomine pro donatione sibi facta, et vice et nomine alliorum donatariorum, quorum nomine stipulata est, eidem dare quantitates predictas donatas, ipsius donatricis morte secuta. Et si contingeret aliquem dictorum suorum fratrum premori sine liberis legiptimis, eius deficientis portio ad superstites fratres vel, aliquo eorum premortuo, ad filios eius legiptimos, mortis causa, donatione perveniat ... Et has donationes mortis secretas esse voluit et iubsit ipsas deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conv. vel Guardiani Ord. memorati ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. iuxta eccl. predictam *(sic)*, pp. fr. *Ansaldo* de dicto Ord., qui dixit *etc.*, fr. *Frederico* de Brixia, fr. *Petro* de Britinorio, fr. *Roffino* de Placentia, fr. *Nicholao* de Guastavillanis, fr. *Tomace* de Bononia et fr. *Iohanino* de Placentia ...

Die vero x octobris fr. *Ansaldus* de Butrio, proc. dicte d. Iohanne, dep. presentem donacionem in sacristia Fr. Min. sigillatam sigillo conventus Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Ugolini* de Castello sacriste dedit, pp. fr. *Benino*, fr. *Francischo* sartore et fr. *Bernardino* de Cornazano ... Petrizolus Henrigipti de Vandolis not.

24/4156, n. 38. — Orig.

498. Bononiae, 15 iunii et 10 octobris 1291.

Donatio causa mortis.

D. Carabella f. d. Iohannis de Cavagli et uxor Tomacis f. d. Spartillionis ... quia in sacris constituta et dicti sui patris subpoxita potestati, testari non poterat, infra-

scriptas, causa mortis, donationes, dicto suo patre presente et volente ... facere procuravit ... Primo namque, de bonis et dotibus suis, relliquid et donavit, mortis causa, d. Blanche sue admitte, ibidem presenti, L lib. bon., quas voluit eam expendere, p. a. ipsius donatricis, in pias causas, secundum arbitrium et expressum consensum fr. *Iacobi* sui fratris, de Ord. Fr. Min. de Bonon. vel, ipso premoriente, Guardiani *Ricardine* qui p. t. fuerit; et maxime in illis causis, quas in secreto dicte d. Blanche et fr. *Iacobo* predicto dixit, ut continebitur in cedulla scripta manu dicti fr. *Iacobi*, sigillata sigillo Guardiani vel conventus dicti Ord. ... Item, mortis causa, donavit dicte d. Blanche stipul. nomine et vice Nicole et Catelline suarum filliarum et dicti Tomacis, et aliarum suarum filliarum et filliorum quos contingeret ipsam donatricem habere in posterum, CCCL lib. bon.; et si contingat dictas suas fillias et alios fillios quos haberet in posterum mori sine filiis legiptimis, mortis causa, donavit dicte sue amite stipul. nomine et vice fr. *Iacobi*, Claruzolli, Petri et Rumioli suorum fratrum ff. dicti d. Iohannis, dictas CCCL lib. bon. Et voluit et precepit quod predicte sue fillie, cum fuerint legiptime etatis, promitere debeant dictas CCCL lib. bon. solempniter dictis suis fratribus substitutis restituere, in eo casu si omnes decesserint sine liberis. Et si contingeret aliquem dictorum suorum fratrum premori sine liberis legiptimis, eius deficientis portio ad superstites fratres vel, aliquo eorum premortuo, ad filios eius legiptimos, mortis causa donatione perveniat; promitens dicta donatrix, solempni stipulatione interveniente, dicte donatarie stipulanti suo nomine, pro donatione sibi facta, et vice et nomine aliorum quorum nomine donatum est ei, dare et exibere quantitates predictas donatas, ipsius donatricis morte secuta ... Quas donationes causa mortis secretas esse voluit et iubsit ipsas deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conv. vel Guardiani Ord. memorati. Actum Bononie in *scolis* Fratrum Minorum, pp. fr. *Ansaldo* dicti Ordinis, qui dixit *etc.*, fr. *Frederico* de Brixia, fr. *Petro* de Britinorio, fr. *Nicholao* de Britinorio, fr. *Roffino* de Placenzia, fr. *Nicholao* de Guastavillanis, fr. *Tomace* de Bononia et fr. *Iohanino* de Placentia ...

Die vero X octobris fr. *Ansaldus* de Butrio, procur. dicte d. Carabelle, deposuit hanc donacionem in sacristia Fr. Min. sigillatam sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Ugolini* de Castello sacriste dedit, pp. fr. *Benino*, fr. *Francischo* sartore et fr. *Bernardino* de Cornazano ... Petrizolus Henrigipti de Vandolis not.

24/4156, n. 39. — Orig.

499. Bononiae, 15 et 21 iunii.

Mandatum mittendi procuratorem syndici Sororum S. Clarae Bon. in possessionem bonorum q. Iacobi de Lambertinis, eiusdemque mandati executio.

Roglerius Capellus, iudex et asessor nobilis militis Anthonii de Suxiraga Potestatis Bononie, precepit Bernardino Belliti nuntio comunis Bonon. quod det tenutam et in corporalem possessionem inducat Iohannem Ugolini procuratorem d. Passipoveri q. d. Castellani Baioli sindici et procur. *Dominarum et Sororum, conventus et capituli S. Francisci de Bon. Ord. S. Clare* hered. q. Iacobi q. d. Guidonis de Lambertinis cap. S. Iuste, ut contineri dixit instrument. sindicatus scripto manu Thomaxii q. Ursolini not. procuratorio nomine, pro eo, de omnibus bonis, iuribus et actionibus que tenebantur vel possidebantur per ipsum Iacobum. Et hoc exequendo formam test. scripti manu Michaelis Thomaxii not. et plurium instrument. script. manu dicti Thomaxii not., salvo iure omnium.

XXI iunii. Retulit dictus nuntius se mandato dicti Iudicis dedisse tenutam et in corporalem possessionem induxisse predictum Iohannem Ugolini procuratorem dicti d. Passipoveri, die dominico XVII iunii prox. preterito:

primo de una petia terre arat. et prative cum una domo sive tubata magna et broylo super ea, posit. in curia sive terra Gavaseti, iuxta *etc.* ...

item de una domo cupata cum quadam petia terre caxamentate et vineate, posit. in dicta terra, iuxta *etc.* ...

item de una petia terre arat. X tornat. posit. in dicta terra, in loco qui dicitur « Campus de ca » sive « de pero », iuxta *etc.* ...

item duorum caxamentorum, super quibus sunt due domus pallee, posit. in dicta curia, iuxta *etc.* ...

item unius caxamenti cum uno medale, posit. in dicta curia, iuxta *etc.* ...

item de una petiola terre arat. posit. in dicta curia, in contrata de Cenaclo, iuxta *etc.* ...

item de una brayna terre arat. cum una domo de palleis, posit. in dicta curia, in loco qui dicitur « Brayne de Roncho marino » iuxta *etc.* ...

item unius petie terre arat. VIII tornat. posit. in dicta curia, in loco qui dicitur « S. Proculus », iuxta *etc.* ...

item de una petia terre arat. XVI tornat. posit. in dicta curia, in loco ubi dicitur « Saglinzocho », iuxta *etc.*

item unius petie terre arat. VIII tornat. in dicta curia, in loco ubi dicitur « Nuxe brancolle », iuxta *etc.* ...

item unius petie terre arat. in curia dicte terre, in loco ubi dicitur « Pinus gintile », iuxta *etc.* ...

item unius petie terre IIII tornat. prative posit. in curia dicta, in loco ubi dicitur « Quarantola », iuxta *etc.* ...

item unius petie terre IIII tornat. posit. in dicta curia, in loco ubi dicitur » Cegolus », iuxta *etc.* ...

item unius petie terre prative IIII tornat. in curia Peole, in loco ubi dicitur « Pratum de senteriis ». iuxta *etc.* ...

item unius petie terre prative, posit. in dicta curia, in loco ubi dicitur « Pratum alberelli », iuxta *etc.* ...

item III tornat. terre prative pro indiviso cum d. Rollandino Naxino, posit. in dicta curia, in loco qui dicitur « Pratum de tencone », iuxta *etc.* ... Yvanus q. Bentevogli not.

24/4156, n. 40. — Orig. = Cf. nn. 495 etc.

500. Bononiae, 15 iunii 1291.

Syndici Sororum S. Clarae Bon. haereditatem q. d. Iacobi de Lambertinis adeunt cum beneficio inventarii.

D. Passipauper q. d. Castelani Baioli et Zaninus q. Guidonis de Mantua syndici et procuratores *Dominarum et Sororum, capituli et conventus S. Francisci de Bonon. Ord. S. Clare* ad hec specialiter constituti, ut patet instr. scripto manu mei not. infrascripti [...] scientes hereditatem Iacobi q. d. Guidonis de Lambertinis [...] esse ex intellectu seu declaratione et ellectione facta de predictis Dominabus, Sororibus, capitulo et conventu, dictam hereditatem ... adeunt et habere volunt cum beneficio in-

ventarii faciendo secundum formam iuris quod [...] se velle facere [...] statutum a iure causa conservandi ipsis Sororibus, conventui et capitulo esse beneficium quod competit heredibus qui ad hereditatem cum beneficio [...] et voluerunt predicti syndici et denuntiaverunt not. deputatis ad memoriales syndicario nomine pro predictis, predictum instrumentum pon[...] in memor. comunis Bon. ... Actum Bononie ... Thomax q. Ursolini not.

24/4156, n. 41. — Orig. = Cf. n. 495 etc.

501. Bononiae, 15 iunii 1291.

Bona haeredit. q. Iacobi de Lambertinis Sororibus S. Clarae Bon. tamquam Christi pauperibus adiudicantur.

Cum hoc esset quod q. d. Iacobus Guidonis de Lambertinis ... fecisset testamentum script. manu Michaelis Thomasii not. in quo inter alia instituit pauperes Christi sibi heredes in omnibus suis bonis mobilibus et inmobilibus, iuribus et actionibus, et intellexerit et voluerit esse pauperes Christi sibi heredes quos Guardianus Fr. Min. de Bon. qui nunc est vel p. t. fuerit, et fr. *Pellegrinus* de Pollizino et fr. *Nicholaus* Sanguineus sui commiss. dixerint, nominaverint et ellegerint eidem Iacobo hered. idcirco fr. *Albertus* de Azis nunc Guardianus conventus Fr. Min. de Bon., fr. *Pellegrinus* de Pollizino et fr. *Nicholaus* Sanguineus, scientes dictum Iacobum decesisse, volentes voluntatem dicti testatoris adimplere ut comissarii sui, et videntes quod Prior Fr. Pred. et fr. Petrus sacristanus, qui una cum predictis electi erant a dicto Iacobo commissarii ad elligendum, declarandum et nominandum quos intelligerant pauperes Christi qui esse debebant pauperes Christi heredes dicti Iacobi, quod dictam comissariam repudiaverant et renuntiaverant, et omnia iura, que eis competebant ex dicto testamento, ab se adicaverant, et repudiaverant, occasione dicte comissarie, ut continetur instrumento script. manu Rolandini Pasini not. ... Christi nomine invocato, nominaverunt, elligerunt et decleraverunt esse pauperes Christi qui sint et esse debeant heredes predicti Iacobi, *Dominas et Sorores et conventum seu capitulum Dominarum et Sororum Ord. S. Clare de S. Francisco de Bon.* et ipsas Dominas et Sorores, capitulum et conventum elligunt et intelligunt esse pauperes Christi et heredes in dicta hereditate cum omnibus iuribus et actionibus spectantibus ad ipsam hereditatem q. Iacobi ... Actum Bononie in *claustro* Fr. Min., pp. fr. *Guilielmo* de Curtemelia, fr. *Iacobo* de Vernazia de Ord. Fr. Min. ... Thomax q. Ursolini not.

24/4156, n. 41. — Orig. = Cf. n. 495 etc.

502. Bononiae, 15 et 16 iunii 1291.

Mandatum mittendi syndicos Sororum S. Clarae Bon. in possess. bonorum q. Iacobi de Lambertinis eiusdemque mandati executio.

D. Roglerius Capellus iudex d. Anthonii de Suxiraga Potestatis Bon. precepit Graciolo Erri nuntio comunis Bon. quod det tenutam et in corporalem possessionem inducat d. Passipoverum q. d. Castellani Baioli et Zaninum q. Guidonis de Mantua sindicos et procuratores *Dominarum, Sororum, conventus et capituli S. Francisci de Bonon. Ord. S. Clare* ad hec specialiter constituti ut contineri dixerunt instr. sindicatus script. manu Thomaxii q. Ursolini not. sindicario nomine dictarum Dominarum,

Sororum, conventus et capituli hered. q. Iacobi q. d. Guidonis de Lambertinis ... de omnibus bonis, iuribus et actionibus spectantibus ad dictam hereditatem ipsius Iacobi, vel de omnibus bonis, iuribus et actionibus que tenebantur vel possidebantur per ipsum Iacobum. Et hoc exequendo formam *etc.* salvo iure omnium ...

XVI iunii. Retulit dictus Graciolus Erri nuntius comunis Bon. dedisse tenutam et in corporalem possessionem induxisse predictos d. Passipoverum et Zaninum sindicos et procuratores dictarum Dominarum, conventus et capituli:

in primis de una domo posit. iuxta plateam comunis Bon. ante duos officiales presidentes officio memorialium iuxta *etc.* ... claudendo cum clavibus hostia dicte domus et aperiendo cum clavibus hostia dicte domus, et dictas claves dando in manibus dictorum sindicorum, pp. fr. *Michaele* q. d. Petri de Varegnana ...
item de una alia domo posita in curtili Lambertinorum, iuxta *etc.* claudendo et aperiendo hostia dicte domus ...
item de una alia domo posit. in trivio de Bonizis, iuxta *etc.*, claudendo et aperiendo hostia dicte domus ... Yvanus Bentevogli not.

24/4156, n. 42. — Orig. = Cf. n. 495 etc.

503. Bononiae, 16 iunii 1291.

Syndicus Sororum S. Clarae Bon. procurat. constituit ad possess. bonorum q. Iacobi de Lambertinis capiendam.

D. Passipauper d. Castelani Bagloli syndicus *Dominarum et Sororum, capituli et conventus S. Francisci de Bon. Ord. S. Clare* hered. q. Iacobi q. d. Guidonis de Lambertinis, ut dixit contineri instr. sindicatus script. manu Thomaxii de Unzola not., fecit, constituit et ordinavit Iohannem Ugolini nuntium comunis Bon. ad accipiendum tenutam et possessionem procurat. nomine pro predicto syndico et predictarum Dominarum et Sororum, capituli et conventus, de omnibus bonis mobil. et inmobil., iuribus et actionibus spectantibus ad predictum Iacobum tempore mortis sue, et que spectare possent vel deberent ad heredes ipsius, et generaliter ad omnia et singula facienda et exercenda, que per verum et legiptimum procuratorem fieri et exerceri possunt ... Actum Bononie ... Thomas f. d. Carnelvarii de Pretis not.

24/4156, n. 43. — Orig. = Cf. n. 495 etc.

504. Bononiae, 16 iunii 1291.

Testamentum.

D. Ymelda f. q. d. Siriperi de Ursis et uxor d. Placiti de Placitis ... reliquid L lib. bon., ex quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. X lib. bon.; item fr. *Gandulfino* de Mutina dicti Ord. p. s. n. V lib. bon.; item fr. *Lambertino* de Pavanensibus eiusdem Ord. p. s. n. L sol. bon.; item fr. *Petro* de Nicholictis de Feraria eiusdem Ord. p. s. n. XL sol. bon. ... Residuum vero voluit expendi per commiss. suos supra funus et sepult. suam, quam esse voluit apud eccl. Fr. Min., in quocunque loco et terra moreretur ... Item reliquid d. Alde sorori sue ad usum vite sue, et in vita sua, partem sibi contingentem de hereditate matris sue, que est vel esse videtur XLIII lib. et XV sol. bon. ... post mortem vero ipsius d. Alde, reliquid et dari iubet dictam quantitatem pecunie conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. ... Ad

hec autem facienda et executioni mandanda constituit suos commiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Gandulfinum* de Mutina dicti Ord., vel quem vel quos dictus Guardianus ellegerit ... et iubet h. t. esse secretum et sigillari debeat sigillo Guardiani Fr. Min. posit. in sacristia Fr. Min. per fr. *Gandulfinum* de Mutina de Ord. Min., quem constituit suum procur. Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Nicholao* de Britinorio, fr. *Benino* de Podiali, fr. *Guillelmo* de Curtimiglio, fr. *Iacobo* de Faventia, fr. *Iacobo* de Vernaza, fr. *Gerardino* de Allerariis et fr. *Raynerio* de Arimano, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die eodem prefatus fr. *Gandulfinus* procur. dicte d. Ymelde dep. h. t. in manibus fr. *Aspectati* de Panzonibus sacriste Fr. Min., pp. fr. *Ansaldo* et fr. *Marcho* de Cesena de dicto Ord. ... Fr. *Rolandinus* Iohannis Ord. Penitentie not.

24/4156, n. 44. — Orig.

505. Bononiae, 18 et 26 iunii 1291.

Testamentum.

D. Nicholaus q. Ardenghi ... reliquid xxx lib. bon., de quibus reliquid conventui Fr. Min. de Bon. xx sol. bon.; item pauperibus *societatis que congregatur in scolis Fr. Min.* x sol. bon. ... Residuum vero expendi voluit circa funus et sepult. suam et alibi ubi melius et utilius videbitur comiss. suis, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... constituit suos comiss. ... fr. *Iacobinum* barberium de Penitentia. Et si omnes dicti sui commiss. decesserint antequam predicta executioni mandarentur, tunc voluit esse suum commiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, sive illum quem dictus Guardianus nominaverit ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in pres. fr. *Ansaldi* de Butrio sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Bonagratie* fr. *Albertini* Cigognarii, fr. *Petri* de Castagnolo, fr. *Bonaventure* de Fanano, omnium de Ord. Fr. Min., et fr. *Benedicti* de Fulianis de Penitentia ...

Die xxvi eiusdem mensis, dictus testator dep. h. s. t. in sacristia Fr. Min. sigillatum sigillo conventus Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Ugolini* de Castello sacriste dedit, pp. fr. *Bonoiohanne* de Asculi et fr. *Iohanne* de Ymola Ord. Fr. Min. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

24/4156, n. 46. — Orig.

506. Bononiae, 19 iunii 1291.

Refert nuntius com. Bon. se citasse omnes infrascriptos ad confectionem inventarii bonorum q. d. Iacobi de Lambertinis.

Tempore nobilis militis d. Anthonii de Suxiraga Pot. Bon. sub examine sapientis viri d. Roglerii Capelli iudic. et asessoris dicti d. Pot., currentibus annis MCCXCI, ind. IIII, die martis XIX iunii.

Sindicus conventus Predicatorum	Sindicus conv. Sororum S. Agnetis
Sindicus conventus *Minorum*	Sindicus conv. Sororum de Valverde
Sindicus conventus S. Marie Magdal.	Sindicus Dominarum de Misericordia
Soror Katherina de Ord. S. Marie Magdal.	Sor. Maria abatissa in dicto Ord.
Soror Ghixela f. q. d. Bartholomee	Sor. Thomaxina de Azoguidis dicti Ord.
Sindicus conv. S. Mathie	Sindicus conv. de Repentitis

Sindicus conv. Sororum S. Marie de Virginibus
Sindicus conv. Sororum S. Augustini
Sindicus Dominarum de S. Salvatore
Sindicus Dominarum S. Petri Martiris
Sindicus Dominarum S. Christine de Fondaza
Sindicus Dominarum de Carpeneta iuxta seralium S. Stephani
Sindicus conv. Dominarum de S. Katherina strate S. Donati
Sindicus Dominarum S. Guillelmi
Sindicus conv. de Veza
Sindicus conv. Dominarum de S. Cruce
Sindicus conv. S. Anne
Sindicus Dominarum de Castagnolo maiori
Sindicus conv. de Cistello
Sindicus conv. S. Iohannis Baptiste
Sindicus conv. Servorum S. Marie
Sindicus conv. Heremitanorum
Sindicus conv. S. Marie de Monte Carmello
Sindicus conv. Appostolorum
Sindicus de Puglola
Sindicus *Dominarum S. Francisci*
Sindicus S. Marie nove de Reno
Sindicus Hospitalis S. Stephani
Sindicus Hospitalis S. Petri
Sindicus Hospitalis S. Lazari
Sindicus Dominarum de Catena
Sindicus S. Marie de Caritate
Sindicus Hospitalis S. Martini de Aposa
Sindicus, Hospitalis S. Proculi
Sindicus Hospitalis Cruciferorum
D. Giglitus faber
Diana eius neptis f. q. Guidonis
Sor. Ghixela de Ord. S. Mathie f. q. Beatrixie
Presbiter eccl. S. Iuste
Presbiter eccl. S. Cataldi
Sindicus Capituli S. Petri
Sindicus laborerii S. Petri
D. Madale f. q. Iacobi de Lambertinis
D. Flordelixia uxor q. d. Iacobi de Lambertinis
Franciscbus f. q. d. Gallaoti de Lambertinis
Ubertus sive Bertucius qui stabat cum dicto d. Iacobo de Lambertinis
D. Iohanna f. q. d. Brandelixii et uxor Opizi de Galluciis
Albertus qui stabat cum dicto Iacobo de Lambertinis
Cambiolus castaldus dicti d. Iacobi
D. Maria que stabat cum dicto Iacobo
Adelaxia que stare consueverit cum dicto Iacobo
D. Guido q. d. Useppi cavalerii
D. Franciscbus f. d. Ramberti de Albaris.

Ugolinus de S. Marino nuntius com. Bon. retulit mihi not. infrascr. se citasse et non invenisse omnes suprascriptos, quod dicta die martis XIX iunii venirent ad videndum confici inventarium de bonis q. d. Iacobi de Lambertinis et ad docendum heredes q. dicti d. Iacobi si sciunt aliquid de bonis q. dicti d. Iacobi. Et hoc ad petitionem d. Pascipoveri d. Castellani sindici dictorum hered. Ego Yvanus q. Bentivogli nunc not. ad discum d. Potest. scripsi.

24/4156 n. 47. — Orig. — In dorso « Die VII [...] retulit [...] se cytasse ad [...] habit. eorum [...] ut veniant ad domum Fratrum Min. die sabati et die dominica [...] d. Pasipoveri de Castellani [...] » [1].

---

[1] Huic instrumento refertur sequens edictum: « Reperitur in libro cridarum factarum per civit. Bon. ... scripto ... sub annis Domini MCCXCI inter cetera in hunc modum: — 1291, 18 iunii. Item retulit cridasse dicti banitores quod si quis habet aliquod ius in bonis et heredit. q. Iacobi d. Guidonis de Lambertinis vel sit de bonis eius mobil. vel inmobil., iurib. et actionib. que spectarent ad ipsum Iacobum tempore mortis vel ad heredit. ipsius seu hered., cras post nonam veniant in palatio novo com. Bon., quia heres dicti Iacobi vult inquoare facere inventarium de bonis quondam ipsius et iuribus. Ego Martinus Bonaventure Bagnarole not., ut in dicto libr. cridarum inveni, exemplavi et scripsi ». *24/4156 n. 45.* — Exempl.

507. Bononiae, 19 et 21 iunii 1291.

Testamentum.

Simon f. q. d. Michaelis de Gisso ... reliquid L lib. bon., ex quibus dari voluit et expendi circa funus et sepult. suam xx lib. bon., quam sibi elegit apud eccl. S. Francisci Fr. Min. de Bon. ... reliquid fr. *Gandulfino* de Mutina, fr. *Nicholao* de Guastavillanis et fr. *Martino* de Guastavillanis, omnibus de Ord. Fr. Min., cuilibet eorum XL sol. bon. p. s. n. ... Residuum vero expendi voluit p. a. s. inter pauperes Christi et in septimo, tricesimo, centesimo die et anniversario in missis et aliis oracionibus dicendis ubi melius visum fuerit commiss. suis ... constituit suos commiss. ... et fr. *Martinum* de Guastavillanis de Ord. Min. ... Et iubet h. t. esse secretum et sigillari debeat sigillo Guardiani vel conv. Fr. Min. et poni debeat in sacristia Fr. Min. per fr. *Gandulfinum* de Mutina de Ord. Min., quem constituit suum procur. ad prox. dicta. Actum Bononie in domo ipsius testatoris in presentia fr. *Gandulfini* de Mutina, fr. *Nicholay* de Guastavillanis, qui dixerunt *etc.*, fr. *Nicholay* de Britinorio, fr. *Petri* infirmerii, omnium de Ord. Fr. Min. ...

Die XXI eiusdem mensis, fr. *Gandulfinus* predictus dep. h. t. in manibus fr. *Ugolini* de Castello sacriste dictorum Fratrum, pp. fr. *Azino* et fr. *Petro* de Ord. Min. ... Fr. *Rolandinus* Paxini Iohannis not. Ord. Penitentie.

24/4156, n. 48. — Orig.

508. Bononiae, 20 iunii 1291.

Per syndicum Sororum S. Clarae Bon. inventarium bonorum q. Iacobi de Lambertinis inchoatur.

✠ Hoc est inventarium inchoatum per providum virum d. Passipoverum q. d. Castellani Baioli, premisso venerabili signo crucis manu dicti d. Passipoveri facto, sindicum *Dominarum et Sororum S. Francisci de Bon. Ord. S. Clare*, capitulli et conventus dictarum Dominarum et Sororum heredum Iacobi q. d. Guidonis de Lambertinis ... civ. Bonon. ad hoc constitutum, ut patet ex instrumento sindicatus *etc.*, de bonis, iuribus et actionibus que fuerunt dicti Iacobi, et que spectant ad hereditatem dicti Iacobi, et de omnibus alliis de quibus debet fieri inventarium per eum, secundum formam iuris.

In primis dixit se invenisse in bonis et hereditate dicti Iacobi: unam domum posit. Bononie in trivio de Bonicis, iuxta *etc.* ...

item unam alliam domum posit. Bononie iuxta plateam comunis Bon. via mediante, et iuxta *etc.*, cum conditionibus appositis in testamento dicti Iacobi ...

Item unam alliam domum sive domos posit. in curtile de Lambertinis, que vel quas *(sic)* sunt iuxta *etc.*, cum conditionibus *etc.*

item dixit se invenisse, in bonis et hereditate dicti Iacobi, tres stellones mollini posit. in terra Pollicini in ramo sive in flumine Reni, quos habet pro indiviso cum heredibus d. Gallaotti de Lambertinis et sociis, cum conditionibus *etc.* ...

item petiam unam terre arat. posit. in curia dicte terre, a latere sero dicti fluminis, in loco qui dicitur « Vidaglana », iuxta flumen Reni *etc.*, cum conditionibus *etc.* ...

Item unum puletrum totum brunum.

item unam equam brunam cum una pulla de hoc anno cum una stella in fronte. item unam ronzinam baiam, cum una muletta toseta ...

Protestans quod si qua allia bona invenerit in futurum in hereditate dicti Iacobi quod dicta bona apponet et scribi faciet in inventario, secundum formam iuris ... Actum Bononie ... Michael q. Thomaxii not.

Et ego Paxipover predictus me subscripsi ut syndicus dictarum Dominarum hered. dicti Iacobi mea manu propria, nullam fraudem vel dolum in dicto inventario conficiendo per me adhibito, et protestans, ut supra scriptum est.

24/4156, n. 49. — Orig.

509. Bononiae, 27 iunii 1291.

Testamentum fr. Philippi de Grassis, novitii in Ord. Fr. Min.

Fr. *Philippus* f. q. d. Iacobi de Grassis de Argelle de Ord. Fr. Min. novitius et nondum professus ... nolens decedere intestatus, suum test., quod voluit esse secretum, in hunc modum disponere procuravit. In primis quidem de bonis suis reliquid conventui Fr. Min. cxx lib. bon., de quibus emi debeant sibi libri necessarii ad suum usum in vita sua, post mortem vero suam remaneant ad armarium Fr. Min. de Bon. ... In omnibus aliis suis bonis mobilib. et inmobilib., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos nominaverit Guardianus Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit. Et ad predicta omnia et singula exequenda fecit suum commiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, sive illum quem dictus Guardianus ellegerit. Cui commiss. et alii a dicto Guardiano elligendo ex nunc dedit plenam licentiam ... sua propria auctoritate, sine contradictione hered. et sine requisitione iudicis ... possessionem bonorum suorum intrandi ... vendendi alienandi *etc.* ... Voluit dictum s. t. sigillari debere sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... et suum sigillum non fecit apponi quia non habet. Actum Bononie in *domo* Fr. Min. *in capella infirmorum,* in pres. fr. *Francisci* de Castagnolo sacerdotis, qui dixit *etc.,* fr. *Iacobi* de Ferraria, fr. *Aspectati* de Panzonibus, fr. *Philippi* de Cummo, fr. *Bernardini* de Cornazano, fr. *Gallieni* de Bertinorio et fr. *Petri* de S. Martino de Apposa, omnium de Ord. Fr. Min. ... Eodem die predictus fr. *Philippus* dep. in sacristia Fr. Min. t. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Iacobi* de Vernaza sacrist. dedit, pp. fr. *Bertolomeo* portario et fr. *Iohanne* de Ymola de dicto Ord. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

24/4156, n. 51. — Orig.

510. Argellatae, 5 iulii 1291.

Testamentum.

D. Bonaventura q. Bolognini de Argellata ... reliquid c lib. bon., de quibus expendi voluit circha funus et sepult. suam v lib. bon., quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de *Argellata* ... residuum vero expendi et distribui voluit, per commiss. suos infrascriptos, in manutenendo *altari B. Marie Virginis* quod est in ecclesia Fr. Min. de *Argellata,* silicet pro paramentis et alliis rebus necessariis pro ipso altari manutenendo ad officium faciendum. Item reliquid iii lib. bon., quas distribui voluit omnibus a quibus aliquid iniuste habuisset; si vero non reperirentur ... expendantur p. a. s. ubi melius et utilius visum fuerit commiss. suis, quos constituit Guardianum Fr. Min.

de *Argellata* qui p. t. fuerit et d. Azollinam uxorem suam ... Et si dictus Guardianus nollet vel non posset se intromittere, voluit quod possit elligere loco sui unum vel plures ad suam voluntatem ... Item reliquid d. Azollinam dominam et usufructuariam omnium bonorum suorum donec vixerit ... dummodo quidquid supererit ab expensis sibi necess. pro vita sua, det et distribuat p. a. ipsius d. Azolline et ipsius testatoris omni anno; et hec omnia suprascripta facere teneatur et debeat de consillio et volunt. Guardiani dictorum Fratrum qui p. t. fuerit. In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos nominabit, elleget et intelliget Guardianus Fr. Min. de *Argellata* qui p. t. fuerit. Actum in *sacristia* Fr. Min. de *Ronchis de Argellata*, pp. fr. *Guidotino* de Prindipartibus, fr. *Bonincontro* de Butrigariis, fr. *Iacobino* de Butrigariis, fr. *Francho* d. Iacobini de Bagno, fr. *Zordano* d. Guidonis Gosberti, fr. *Michillino* de Tesenis (?) et fr. *Michaele* de Castagnolo, omnibus de Ord. Min. ... Gandulfinus Mathey Benintendi not.

24/4156, n. 52. — Orig.

511. Urbeveteri, 1 augusti 1291.

Facultas tribuitur Crucem praedicandi ad subsidium Terrae Sanctae.

Nicolaus episc. Ministro Provinciali Fr. Ord. Min. in Provincia Bononien. « Terre Sancte ». Datum apud Urbemveterem kl. augusti pontif. anno quarto [1].

352/5095, n. 66. — Exempl. = Cf. BF IV, 272, et infra n. 512.

512. Bononiae, 29 septembris 1291.

Mandatum Crucem praedicandi in Provincia Bonon.

Dilecto sibi in Christo fr. *Iohanino* fr. *Adam*, Minister et servus Fr. Min. Provincie Bonon., salutem et pacem in Domino sempiternam.

Cum receperim nuper Litteras [2] a domino nostro summo Pontifice, quarum tenorem tibi mitto, quod Crucem predicem et fatiam predicari in subsidium Terre Sancte, et quod aliquibus Fratribus in Provincia predicandam committere possim, confisus de bonitate et discretione tua quamplurimum, placet mihi et volo ac etiam presentibus tibi mando, in meritum obedientie salutaris, quatenus Crucem de cetero predices diligenter et bene, secundum tenorem Litterarum ipsius domini nostri et gratiam a Domino tibi datam. In cuius rei testimonium feci presentem cedulam sigillo Provincie sigillari. Vale in Domino et ora pro me.

Datum Bononie in festo B. Michaelis Archangeli anno Domini MCCLXXXXI.

352/5095, n. 66. — Orig. cum taeniola pergam., a qua sigillum pendebat.

513. Bononiae, 4 augusti 1291.

Testamentum.

Marchixinus q. Petri de Marchixinis ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. et orac. faciendis XL sol. bon. ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp.

[1] Alia quoque bulla habetur sub eodem dato, qua omnes Christi fideles ad subveniend. T. S. excitantur, sequentis tenoris: « Nicolaus episc. Universis Christi Fidelibus " Illuminet super vos ". Datum apud Urbemveterem kl. augusti pontif. anno quarto ». *352/5095, nn. 67, 68* (Exempl. dupl.; deest sigillum; in dorso n. 67 « Custodi Bononie ») et *n. 69* (Orig. Adest chorda ser., deest plumbum. In plica « Sy T. ». In dorso « Bononie »). = Cf. Potthast, *Regesta SS. Pont.*, n. 23756.

[2] Quae in n. praecedenti.

fr. *Bologniplo* d. Bonvisini, fr. *Zino* de Bononia sacerdotibus, qui ambo asseruerunt *etc.*, fr. *Nicholao* de Britinorio, fr. *Bertolino* de Policino, fr. *Iacobo* de Faventia, fr. *Gerardino* de Alerariis, fr. *Lambertino* de Ymola, fr. *Thomaxio* de burgo Nosadelle ...

Idem testator incontinenti consignavit et dep. h. t. fr. *Ugolino* sacrist. dictorum Fr. in manibus [...] sigilatum tenend. secundum formam stat. com. Bon. sigillo Fr. Min de Bon., pp. fr. *Gerardino* supradicto et fr. *Nicholao* de Guastavillanis ... Alamannus q. d. Laurencii de Segnorellis not.

24/4156, n. 53. — Orig.

514. Bononiae, 6 et 8 augusti 1291.

Testamentum.

D. Maria q. Zannis Rodolfini de comitatu Comitum de Albertis ... reliquid conventui Fr. Min. L lib. bon. p. m. et orac. faciendis; item fr. *Gandulfino* de Mutina de Ord. Min. p. s. n. XX lib. bon.; item circa funus et sepult. suam V lib. bon., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... item *Dominabus S. Francisci* XX sol. bon. ... Constituit suos comiss. fr. *Gandulfinum* de Mutina de Ord. Min. et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, vel quem vel quos ipsi nominaverint ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos comiss. sui nominaverint ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in pres. fr. *Gandulfini* de Mutina sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Anselmi* de Parma, fr. *Gifredi* de Burgo S. Donini, fr. *Symonis* de Parma, fr. *Alberti* Macalde, fr. *Ubertini* de Parma, fr. *Zanilini* de Carpo, fr. *Bonaventure* de Fanano et fr. *Petri* de Parma, omnium de Ord. Min. ...

Die VIII eiusdem mensis fr. *Gandulfinus* de Mutina procur. dicte d. Marie dep. in sacristia Fr. Min. h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacriste dedit, pp. fr. *Bonaventura* de Lunisana et fr. *Rugerio* de Poetis de Ord. Min. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

24/4156, n. 54. — Orig. In dorso « Mortua est et lectum et publicatum, et Muzulus fecit cartam publicationis ».

515. Bononiae, 17 augusti 1291 et 10 ianuarii 1292.

Testamentum.

D. Iacobus f. q. d. Benintendi ... elegit suam sepult. apud eccl. B. Francisci Fr. Min. ... reliquid C lib. bon., ex quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. pro una pictancia, que fieri debeat Fratribus conventus in die septima mortis sue, XII lib. bon.; item fr. *Gandulfino* de Mutina de Ord. Fr. Min. V lib. bon.; item fr. *Nicholao* de Guastavillanis III lib. bon.; item fr. *Alle* de Sicchis III lib. bon.; item fr. *Martino* de Guastavillanis de Ord. Fr. Min. X lib. bon. p. s. n.; item conventui Fr. Min. de *Argellata* V lib. bon.; item fr. *Ubertino* portonario de Ord. Min. XX sol. bon.; item fr. *Ugolino* de Castello XL sol. bon.; item *societati B. Marie de scolis* Fr. Min. XXX sol. bon. ... item fr. *Iohanni* f. fr. Rolandini de Ord. Fr. Min. III lib. bon.; item fr. *Francisco* sartori de Ord. Min. XL sol. bon.; item fr. *Amadori* de Pizigotis de eodem Ord. XL sol. bon.; item fr. *Naximbene* de burgo Peradelli de Ord. Min. XL sol. bon. ... Residuum vero voluit expendi et distribui per comiss. suos ubi melius et utilius eis videbitur. Comiss. suos voluit esse fr. *Martinum* de Guastavillanis de Ord.

Min. ... Et si dictus fr. *Martinus* non supervixerit tempore mortis ipsius testatoris, ubstituit ei fr. *Nicholaum* de Guastavillanis de Ord. Min. ... Item reliquid d. Iohanni . d. Gandulfini medietatem (III petiar. terre) cum duabus domibus posit. in terra Saletti, iuxta *etc.* ... ista condictione, quod si dictus Iohannes ante mortem suam non endiderit ... vel si decesserit ante mortem dicti testatoris, in eo casu voluit quod redicte res dari debeant secularibus personis et non religiosis, illis videlicet quas ominaverit fr. *Martinus* de Guastavillanis vel fr. *Nicholaus* de Guastavillanis vel r. *Nicholaus* de Guastavillanis de Ord. Fr. Min. Item reliquid post mortem suam l. Christiane f. q. d. Petroboni et voluit quod expendantur L lib. bon. de bonis suis, n possessionibus ad voluntatem d. Christiane f. q. d. Petroboni, de quibus predicta l. Christiana habeat usumfructum donec vixerit, post mortem vero dicte domine reiquid predictas L lib. bon., vel quidquid habebitur de dictis possessionibus, Fr. Min. le *Argelata*, de quibus debeant emere unum missale et unum callicem pro divino fficio celebrando, ad voluntatem fr. *Martini* predicti, et non possint in alios usus omutari, absque voluntate predicti fr. *Martini* de Guastavillanis ... Actum Bononie t lectum fuit h. t. in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Constabulo* de Feraria, fr. *Ugolino* le Castello, qui dixit *etc.*, fr. *Iacobino* de Galleria, fr. *Mellio* de Cremona, fr. *Franischino* de Lana, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Ubertino* de Forlivio, omnibus de Ord. 'r. Min. ...

Die X ianuarii MCCLXXXXII dictus testator dep. h. t. in manibus fr. *Ugolini* de 'astello sacriste Fr. Min. custodiendum et salvandum suo tempore, pp. fr. *Martino* le Guastavillanis et fr. *Bonincontro* de Brutigariis de Ord. Fr. Min. ... Fr. *Rolanlinus* Paxini Iohannis not.

24/4156, n. 55. — Orig.

516. Bononiae, 24 augusti 1291.

Testamentum.

D. Oddo q. Rolandi de Plumacio ... mandavit quod de bonis ipsius restituantur mnes usure et omnia male ablata ... illis personis quae scripte reperientur in libro racionis ipsius, deposito penes aliquem ex commiss. suis ... reliquid conventui Fr. Min. le Bon. V lib. bon.; Fratribus Min. de *Crespelano* III lib. bon. ... constituit suos comiss. Guardianum Fr. Min. de *Crespelano* qui p. t. fuerit in conventu Fr. Min. de *Crespelano* ... Voluit h. t. dep. sigillatum et clausum sigillo Guardiani sive conventus Fr. Min. in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. r. *Lambertino* Cafitto de Graidanis, fr. *Guidone* de Meladio, fr. *Petro* de Castagnolo, r. *Bertolomeo* portonario q. Raimondi, fr. *Mathiolo* de Ymola, fr. *Dominico* muratore, r. *Iacobino* de Galleria et fr. *Amadore* de Pizigottis, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Ieremias Angelelli not.

24/4156, n. 56. — Orig.

517. Bononiae, 2 et 4 septembris 1291.

Testamentum.

D. Rolandus q. d. Bonazunte de Terrafoculis ... reliquid XXV lib. bon. expend. circa funus et sepult. suam et in missis canend. secundum quod videbitur comiss. suis infrascr., quos esse voluit fr. *Iohanninum* de Cremona Custodem Fr. Min. de Bo-

nonia, Guardianum dictorum Fratrum qui sunt vel p. t. fuerint ... Sepult. suam sibi elegit apud locum Fr. Min. de Bononia. Item reliquid quod satisfiant de bonis suis omnia male ablata sua certa et incerta scripta penes fr. *Iohanninum* de Cremona Custodem dictorum Fratrum Min. de Bon., silicet CCCLXXV lib. bon., pro quibus fecit eidem fr. *Iohannino* circa XX instrumenta promissionis scripta manu mei not. infrascripti ... Cui fr. *Iohannino* dedit plenam licentiam et liberam potestatem aprehendendi de bonis suis mobil. et inmobil. ... quod satisfacere possit dicta male ablata ... Actum Bononie ... pp. d. *Iohannino* de Cremona Custode dictorum Fr. Min. de Bononia, qui dixit *etc.*, fr. *Bonifacio* de Villanova de dicto Ord. ... fr. *Guillelmo* Panzone ...

Die IIII eiusdem mensis h. t. dep. fuit in sacristia dictorum Fratrum in manu fr. *Iacobini* de Galleria sacriste dictorum Fr. Min., pp. fr. *Azino* de Bonon. et fr. *Zanelino* de Carpo ... Nicolaus f. q. Bensianati de Butrio not.

24/4156, n. 57. — Orig.

518. Bononiae, 7 et 9 septembris 1291.

Testamentum.

D. Ydana f. q. d. Aldrevandini de Sala ... reliquid C lib. bon., de quibus reliquid conventui Fr. Min. p. m. VI lib. bon. ... item fr. *Landulfo* suo nepoti p. s. n. X lib. bon.; item fr. *Iohannino* de Portanova p. s. n. III lib. bon.; item fr. *Maynerio* p. s. n. III lib. bon., omnibus de Ord. Min. ... item sor. Mine que facit tobaleas X sol. bon. Item reliquid pro missis XVII lib. bon., de quibus debeant dari Fratribus Min. IV lib. et X sol. bon. ... Residuum vero expendi voluit circa funus et sepult. suam et alibi ubi melius et utilius videbitur comiss. suis, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... constituit suos comiss. fr. *Iohanninum* de Portanova, fr. *Maynerium* et fr. *Landulfum* suum nepotem, omnes de Ord. Min. ... vel alium sive alios ad eorum voluntatem ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Ugolini* de Castello sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Zanulini* de Carpo, fr. *Guilielmi* de Cortemilia, fr. *Petri* de Crescentiis, fr. *Landulfi* de Cazanimicis, fr. *Bonacursii* de Albariis, fr. *Ubertini* portarii et fr. *Vixini* de Plumatio, omnium de Ord. Min. ...

Die VIIII septembris fr. *Ugolinus* de Castello procur. dicte testatricis dep. t. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in sacristia Fr. Min. et in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacriste dedit, pp. fr. *Pellegrino* de Regio et fr. *Francischo* sartore de dicto Ord. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

24/4156, n. 58. — Orig.

519. Bononiae, 14 et 15 septembris 1291.

Testamentum.

D. Beatrixia f. q. d. Guezi de Guecis ... p. a. s. reliquid LX lib. bon., de quibu dari voluit fr. *Azino* de Ord. Min. p. s. n. III lib. bon.; item fr. *Francischo* suo consanguineo dicti Ord. V lib. bon.; item fr. *Iacobo* de Pozale de dicto Ord. VIII lib. bon. fr. *Gandulfino* de Mutina XX sol. bon.; fr. *Naximbeni* de Pozale XX sol. bon. Iter voluit quod debeat emi unus pannus de serico valoris X lib. bon., qui debeat portai super corpus ipsius, postmodum debeat fieri una planeta cum qua debeat cellebrai missa ad domum Fr. Min. *ad altare S. Marie* ... Residuum vero expendi voluit circ funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. et in die septima, trig

sima, centesima et anniversario faciendis apud domum Fr. Min. Item de aliis suis bonis i. l. reliquid sor. Dote sue sorori v lib. bon. ... Et ad predicta legata anime solvenda fecit suos commiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, fr. *Iacobum* de Pozale et sor. Minam suam sororem, vel quem vel quos predicti comiss. nominaverint ... Actum Bononie in domo testatricis, in pres. fr. *Azini* de Bonon. sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Bonaventure* de Savignano, fr. *Zanilini* de Carpo, fr. *Nicholay* de Guastavillanis, fr. *Iohannis* de Placentia, fr. *Bernardini* de Cornazano et fr. *Gerardini* de Allerariis, omnium de Ord. Fr. Min. ...

Die sequenti fr. *Zanilinus* de Carpo proc. dicte testatricis dep. in sacristia Fr. Min. t. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacriste dedit, pp. fr. *Lambertino* de Butrio et fr. *Naximbene* de Pozale de Ord. Min. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

24/4156, n. 59. — Orig.

520. Bononiae, 16 septembris 1291.

Per syndicum Sororum S. Clarae Bon. inventarium bonorum q. Iacobi de Lambertinis perficitur.

D. Passipauper f. q. d. Castellani Baioli sindicus *Dominarum S. Francischi de Bonon. Ord. S. Clare,* capitulli et conventus predictarum Dominarum et Sororum et hered. Iacobi q. d. Guidonis Lambertini de Lambertinis capelle S. Iuste civ. Bonon. ad hoc constitutus, ut patet ex instrum. script. manu Thomaxii q. Ursolini de Unzola not., volens perficere inventarium de bonis et hereditate, iuribus et actionibus q. dicti Iacobi et heredibus ipsius pertinentibus, secundum formam iuris incoatum per eum, sindicario nomine predictarum Dominarum, capituli et conventus earundem, inventarium incoatum per eum complevit in hunc modum.

Item dixit se invenisse in hereditate dicti Iacobi ius quod habet contra Comune et singullares personas terre Cesene, in D lib. bon., salvo legato relicto dicto Comuni per patrem ipsius Iacobi, quod esse videtur CXXX lib. bon., salvo plus vel minus, et salvo legato facto d. Uberto f. naturali q. d. Gallaotti de Lambertinis per ipsum Iacobum in suo testamento, quod est CC lib. bon.

item una petiam terre arat. et prative cum una domo sive tumba sive tubata, posita super ea, sita in terra Gavaseti, cum broylo posit. post ipsam domum, iuxta *etc.*

item unam domum cupatam cum quadam petia terre arat. vineate et casamentate, posit. in dicta terra, iuxta *etc.*

item petiam unam terre aratorie posit. in curia dicte terre, VIII tornat., salvo plus vel minus, in loco ubi dicitur « Campo de ca » sive « de pedrero », iuxta *etc.*

item petiam unam terre arat. posit. in curia dicte terre, in contrata « Cruscele de Cenaclo », iuxta *etc.*

item unam braynam terre arat. cum una domo de pallea, posit. in dicta curia, in loco qui dicitur « Brayna de Roncho marino », iuxta *etc.*

item petiam unam terre VIII tornat. posit. in curia dicte terre, in loco qui dicitur « S. Proculus », iuxta *etc.*

item petiam unam terre XVI tornat. posit. in dicta curia, in loco qui dicitur « Saglinzocho », iuxta *etc.*

item petiam unam terre VIII tornat. posit. in curia dicte terre, in loco ubi dicitur « Nuxe brancola », iuxta *etc.*

item petiam unam terre arat. posit. in curia dicte terre, in loco ubi dicitur « Pinus gentile », iuxta *etc.*

item petiam unam terre prative IIII tornat., salvo plus vel minus, posit. in dicta curia, in loco qui dicitur « Quarantulla », iuxta *etc.*

item petiam unam terre prative IIII tornat., salvo plus vel minus, posit. in dicta curia, in loco ubi dicitur « Gegollo », iuxta *etc.*

item petiam unam terre prative IIII tornat. posit. in curia terre Peule, in loco ubi dicitur « Prao de sentero » iuxta *etc.*

item unam tornat. terre prative posit. in dicta curia, in loco qui dicitur « Pratum de Albarellis », iuxta *etc.*

item III tornat. terre prative, pro indiviso, in dicta curia, in loco qui dicitur « Prao de tenzone », cum d. Rolandino Naxino et d. Bertolomeo de Pavanensibus.

item duo casamenta posit. in dicta terra, iuxta *etc.* ... super quibus sunt due domus pallee.

item unum casamentum in dicta terra cum uno medale, iuxta *etc.*

item ius quod habet in infrascriptis rebus, que dicuntur fuisse et esse in hereditate dicti Iacobi, scilicet in uno tinatio X castellatarum; item in uno paramento unius tinatii; item in una vegete XXXVI corbium, vel id circa; item in tribus vasellis a vino;

item in CV assidibus; item in duabus portis magnis a domo; item in CCCV centonariis perticarum; item in duobus tinatiis et IIII vegetibus a blado; item in III lignis grosis; item in quibusdam lignis parvis pro ygne; item in IIII lignis magnis pro laborerio;

item in uno parolo magno et uno parvo; item in uno labete, et in una padella, et in una catena ab ygne; item in duobus porcis masculis, unus quorum est verus; item in uno arcile; item in uno scrignolo; item in uno allio scrigno magno et V corb. vini;

item ius quod habet in infrascripta mobilia dicti Iacobi que esse dicitur penes d. Agnesinam uxorem q. d. Gallaotti de Lambertinis; in primis in uno lecto in quo iacebat dictus Iacobus, pretii VIII lib. bon.; item in IIII culcitrellis et in tribus capizalibus ab una persona quolibet; item in una allia culcitra a duabus personis sine capizale;

item in duabus paribus linteaminorum pro lecto dicti Iacobi, que operata fuerunt pro dicto Iacobo; item in una cultra alba et in uno zalone a dicto suo lecto, valde frustro; item in uno matarazo cum uno capizale de borra; item in una cultrella alba;

item in duabus toaglis a tabulla, silicet una nova et allia non; item in III alliis gausapibus, de quibus una erat multum lesa; item in uno panno a capite; item in tribus paribus linteaminorum pro familia, silicet unum par bonum et allia multum lesa; item in duobus manutergiis multum frustris; item in duobus gausapibus a manibus; item in uno auriglerio et uno parvo panno a capite, novo;

item in una maza et tribus ferris lanzearum; item in uno cassito et pluribus collaritis de ferro; item in duobus gamberiis; item in uno parolo magno et uno parvo et in pluribus lebetibus, et in pluribus incisoriis, et parasidibus, et spitis a carnibus;

item in uno copertorio et una souroberga; item in una guarnachia cum una pelle; item in uno vestito de sagla virdi cum uno collarito de ferro; item in uno tabarro de sblavato; item in uno allio pario linteaminorum a famillia; item in uno specullo parvo de argento;

item ius quod habet in infrascriptis rebus, que dicuntur fore invente in domo predicti Iacobi, posita Bononie in capella S. Iuste; item in tribus vegetibus a vino xx corb. pro qualibet, de quibus due sunt marcide; item in duobus vasellis a vino; item in uno tinatio vi castellatarum;

item in duobus archabanchis et sex scrineis et uno arcile; item in una tinella et duobus dischis et tribus tabullis; item in duobus turibus lignorum; item in sex sexteriis et in una grama a pane; item in sex banchis et in una littera a pirolis; item in duobus lectis ubi iacebant famulli;

item in vii corb. vini, de quibus poterat habere iii sol. bon. pro quolibet corbe; item in xxi corb. spelte et in tribus sexteriis de zunchis.

Protestans quod si allia bona mobillia vel inmobil., iura vel actiones invenerit in futurum in bonis et hereditate dicti Iacobi, quod ea poni et scribi faciet in inventario, secundum formam iuris, protestans se nichil omisisse ad ponend. in dicto inventario quod spectet ad dictam hereditatem et iuribus dicte hereditatis, et cum allia bona, iura vel actiones pervenerint ad notitiam ipsius, ea scribi faciet in inventario dicte hereditatis secundum formam iuris ... Actum Bononie ... Michael Thomaxii not.

Et ego Paxipoverus predictus mea propria manu me subscripsi ut sindicus predictarum Dominarum heredum predicti Iacobi, protestans, ut suprascriptum est, quod nullam fraudem vel dolum adhibuerim in dicto inventario perficiendo.

336/5079, n. 217. — Orig. In dorso « Die xi decembris producta fuerunt ista [...] instrumenta per Bartolinum procur. d. Passipauperis sind. [*Dominarum*] *S. Francisci* in causa quam habet cum [...] presente [...] ». = Cf. n. 495 etc.

521. Bononiae, 22 septembris 1291.

Testamentum sor. Philippae, nov. in Ord. S. Clarae.

D. *Phylippa* f. q. d. Mathei de Samaritanis, novicia in *monasterio Dominarum S. Francisci prope Bononiam in strata S. Stephani extra circlam Ord. S. Clare*, nondum professa, ubi cum Dei adiutorio professionem facere intendit et vitam presentem finire; ante quam professionem, testamentum presens sine scriptis per nuncupationem et bonorum omnium suorum dispositionem facere procuravit in hunc modum. Quia in omnibus suis bonis mobilib. et inmobil., iuribus et actionibus et rationibus, sibi quocumque modo, iure vel causa spectantibus et pertinentibus, seu quocumque modo sibi competunt vel competere possunt, de iure vel de facto, pro remedio suorum peccatorum et parentum suorum, predictum *Monasterium S. Francisci prope Bonon. extra circlam strate S. Stephani* heredem instituit et fecit. Et hanc suam ultimam voluntatem et dispositionem asseruit esse et velle valere iure test.; que si non valeret i. t. saltem valere voluit i. codicillorum et alterius cuiuscumque ult. volunt. qua melius valere potest, et hanc suam ult. volunt. voluit esse secretam et deponi in sacristia Fr. Min. et voluit debere sigillari sigillo conventus vel Guardiani dictorum Fratrum ad quam depositionem faciendam constituit et fecit infrascript. fr. *Benvenutum* suum procurat. eo quia ipsa d. *Philippa* cum Sororibus inclusis in dicto monasterio iam permanet et existit. Actum Bononie in *ecclesia Dominarum S. Francisci prope*

Bonon., pp. fr. *Guidone* de Zappolino, fr. *Nicolao* d. Millani, fr. *Lamberto* de Fabianis, omnibus sacerdotibus de Ord. Min. asserentibus *etc.*, et fr. *Benvenuto* qui fuit de Sala ...

Eodem die, anno et indictione et loco et pp. suprascriptis testibus d. Marxibilia cui dicitur Billa f. q. d. Iacobini Azonis Gardini et uxor q. d. Mathei d. Uguitionis de Samaritanis mater dicte d. sor. *Phylippe* predicte dispositioni et ultime voluntati dicte sue filie presens existens ... pro remissione suorum peccatorum et amore dicte Religionis, consensit, voluit et sibi placet quod dicta sua filia disposuit et fecit, et voluit ipsa d. Billa, si quod ius habet vel in futurum habere poterat vel sperabat, seu sibi competebat vel competere poterat in bonis dicte sue filie, aliquo iure vel modo, illud omnino remittit et vult et sibi placet quod dictum Monasterium habere debeat, pro remissione suorum peccatorum et honore Dei et amore dicti monasterii et Religionis predicte ...

Eodem die fr. *Benvenutus* procur. dicte d. *Phylippe* consignavit et dep. dictum test. in sacristia dictorum Fratrum, dando et consignando fr. *Iacobino* sacristano, pp. fr. *Iacobo* de Placentia, fr. *Bernardino* de Cornazano et fr. *Tebaldino* de Cremona, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Bonaventura Viviani not.

24/4156, n. 60. — Orig. In dorso « Pronunciatum fuit apertum per d. Nicholinum iud. Potestatis ad discum Aquile ».

522. Bononiae, 25 septembris 1291.

Testamentum.

D. Maria f. d. Morandi de vicu S. Maphei de Venetiis ... de bonis suis p. a. s. reliquid III lib. et med. venetorum crossorum, de quibus dari voluit ... Residuum vero distribui voluit p. a. s. inter pauperes Christi ... arbitrio et voluntate comiss. eius infrascr., quos esse voluit fr. *Liazarium* de Ugiano de Conventu Fr. Min. de Bononia ... Voluit h. ult. suam voluntatem deponi in sacristia Fr. Min. de Bonon. et sigillari sigillo conventus Ord. supradicti ... Actum Bononie ... pp. ... et ibidem immediate dicta testatrix fecit d. Zannem Bonamici speciarium procur. ad dep. h. t. in sacristia predicta prout stat. com. Bon. de hiis tractancia requirebant. Coradinus Bonaventure de Armis not.

24/4156, n. 61. — Orig.

523. Bononiae, 2 et 7 octobris 1291.

Testamentum.

D. Confortinus f. q. d. Boniffatii ... de bonis suis reliquid CCL lib. bon., de quibus dari voluit ... fr. *Raymondino* et fr. *Nicholito* Ord. Min., silicet cuilibet eorum, XL sol. bon.; item reliquid conventui Fr. Min. p. m. canendis X lib. bon. et pro una pietanza ... item reliquid conventui Fr. Min. S. Francisci de *Crespelano* XX sol. bon. ... Reliquos autem expendi et solvi iussit tam in faciendo construi unam ecclesiam in contrata Castelarii de Splazano, quam fieri voluit et mandavit, et in ornamentis et libris pro divinis officiis in dicta ecclesia celebrandis, quam circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. S. Francisci Ord. Min. de Bononia, quam inter ecclesias, loca religiosa ... et alias ... Dictam vero eccl. doctavit in duabus torn. terre [...] iuxta dictam eccl. faciendam. Sacerdoti insuper qui erit et stabit apud dictam eccl. pro divinis officiis celebr. legavit et dari iussit, quolibet anno, quo ibi steterit et divina

officia cum uno clerichello in dicta eccl. celebraverit XVI corb. frumenti et totidem vini puri et X corb. vini merelli de mense octubr. et VII lib. bon. pro companatico ... Voluit pres. t. sigillari sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et poni et reservari in sacristia dictorum Fratrum, ita quod per Fratres dicti Ord. hec sua voluntas publicata et sigillata debeat presentari ... Actum Bononie in *domo* Fr. Min., pp. fr. *Nicholino* q. d. Michaelis de Butrio et fr. *Raynaldino* de Placentia, qui dixerunt *etc.*, fr. *Iacobo* de Vernatia, fr. *Bertholino* de Mantua, fr. *Ugone* de Meladio, fr. *Philippo* de Vimerchato comitatus Mediolani, fr. *Thederico* de Alamannia, et fr. *Iuliano* de Apulia, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die VII eiusdem mensis dictus testator t. s. sigillatum sigillo ipsius testatoris et sigillo conv. Fr. Min. de Bon. dep. et designavit et in manu fr. *Ugolini* sacriste dedit custodiendum et salvandum secundum formam stat. com. Bon., pp. fr. *Nicholino* q. d. Michaelis de Butrio Ord. Min. de Bon. et fr. *Bernardino* de Cornazano dicti Ord. ... Guilelmus de Canutis not.

343/5086, n. 1. — Orig.

524. Bononiae, 3 octobris 1291.

Testamentum.

D. Bonaventura f. q. Octonelli beccarii ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. pro missis XX sol. bon. ... item fr. *Francisco* de Castagnolo de Ord. Min. p. s. n. XX sol. bon. ... Item iure institutionis reliquid Karissime sue filie CCCC lib. bon.; et si dicta sua filia decesserit sine liberis, in dicto casu, reliquid et voluit quod C lib. bon. dentur p. a. s. per comiss. suos si vixerint, et si non vixerint, per Guardianum Fr. Min. de Bonon. qui p. t. fuerit, quem ex nunc suum commiss. facit et constituit cum eadem baylia et potestate aliis comiss. concessa et data ... Voluit dictum s. t. esse secretum, sigillari debere sigillo conventus Fr. Min. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Francisci* de Castagnolo sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Bertolomei* de Gisso, fr. *Bonagratie* fratris *Albertini*, fr. *Petri* de Fulianis, fr. *Antonii* de Grecis, fr. *Thomaxii* de burgo Gallerie et fr. *Franceschini* de Castro Britonum ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 1. — Orig.

525. Bononiae, 12 octobris 1291.

Pensionis exactio.

Recepit fr. *Princivalle* Pegoloti massarius et generalis deposit. XLVIII sol. bon. ad *(sic)* d. Geradino q. Dondedey not. solvente sub proprio nomine et vice (aliorum), pro pensione et affitu XXIV cluxorum tereni com. Bon. posit. iuxta *etc.* ad rationem duorum sol. pro quolibet cluxo, pro anno presenti.

Item recepit dictus Frater deposit. dicta [...] XIII sol. bon. ad *(sic)* predictis ... pro affitu anni pres. XIII cluxorum tereni com. Bon. iuxta *etc.* ... ad rationem XII den. bon. pro quolibet cluxo. Ego Petrus de Ronbodevinis not. dicti depositarii scripsi.

25/4157, n. 2. — Orig.

526. Bononiae, 16 et 18 octobris 1291.

Testamentum.

D. Agnex f. q. d. Iacobini Vacundei ... p. a. s. reliquid c lib. bon., de quibus reliquid xx lib. bon. expendend. per commiss. suos in uno calice qui debeat esse in sacristia Fr. Min. de Bonon. et debeat cum eo in ecclesia Fr. Min. continue missa cellebrari. Item reliquid x lib. bon. expendendas in uno panno de seta, causa portandi super corpus ipsius domine, et de ipso postmodum debeat fieri una planeta que debeat esse apud ecclesiam dictorum Fratrum et debeant cum ea misse cellebrari. Item fr. *Gandulfino* de Mutina de dicto Ord. p. s. n. c sol. bon.; item fr. *Raymundino* lectori de dicto Ord. p. s. n. c sol. bon. ... item *Sororibus S. Francisci* xx sol. bon.; item sor. *Guillelmine* et sor. *Iacobine* sororibus de Penitentia, cuilibet earum xx sol. bon. ... Residuum vero expendi voluit circa funus et sepult. suam per commiss. suos, quam sibi elegit apud ecclesiam Fr. Min. ... Et ad predicta omnia et singula exequenda fecit suos commiss. fr. *Raymundinum* lectorem de Ord. Fr. Min. et fr. *Gandulfinum* de Mutina de dicto Ord. ... et Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit vel quem vel quos dictus Guardianus nominaverit ... Item de aliis suis bonis reliquid et voluit quod filii sui teneantur et debeant dare, omni anno, Fratribus Min. post obitum suum, unum corbem frumenti et unum corbem vini puri ... Et etiam teneantur et debeant facere dictis Fratribus Min. diem septimum, trigesimum, centesimum et anniversarium decenter, prout comiss. suis videbitur ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Raymundini* lectoris sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Matioli* de Caldararia, fr. *Aspectati* de Panzonibus, fr. *Iohannini* de Placentia, fr. *Petri* de S. Martino de Apposa, fr. *Ubertini* portarii, fr. *Iohannis* de Ymola et fr. *Zanilini* de Carpo, omnium de Ord. Fr. Min. ...

Die xviii eiusdem mensis, fr. *Zanilinus* de Carpo procur. dicte d. Agnexis dep. in sacristia Fr. Min. t. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacriste dedit, pp. fr. *Constabile* de Ferraria et fr. *Nicolao* de Ferraria Ord. Min. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 3. — Orig.

527. Bononiae, 24 et 25 octobris 1291.

Testamentum.

D. Dominicus q. Azolini Oneste ... de bonis suis voluit quod solvantur et restituantur per comiss. suos omnia et singula que ad eum pervenerunt ex causa usurarum sive ex alia iniusta vel acquisitione vel exactione indebita omnibus illis personis ... que scripte reperientur in quodam folio bombicinis scripto manu fr. *Callamoni* de Penitentia ... Reliquid conventui Fr. Min. p. m. v lib. bon.; item fr. *Bonaventure* de Gisso p. s. n. de dicto Ord. xl sol. bon.; item Fratribus Min. de *Ricardina* xx sol. bon.; item Fratribus Min. de *Crespellano* xx sol. bon. ... item *Dominabus S. Francisci* x sol. bon. ... Fecit suos comiss. d. Bonam suam uxor. et fr. *Guillelmum* suum filium ... Item, iure legati reliquid d. Bone sue uxori unam petiam terre arat. et vineat. posit. in curia Fregaroli in loco qui dicitur « Vinea de Platixiis sive Compara » iuxta *etc.*, cuius usumfructum dicta sua uxor teneatur et debeat dare fr. *Guillelmo* suo filio de Ord. Min. omni anno, donec ipse vixerit p. s. n., et de hiis sit dictus fr. *Guil-*

lelmus tacitus et contentus ... Item iure institutionis reliquid d. Azoline sue filie ... unam petiam terre arat. posit. in curia Fregaroli in loco qui dicitur « Campo di salixe », iuxta *etc.*, salvo quod dicta petia terre non possit vendi nec alienari ... sine voluntate et consensu dicte d. Bone et dicti fr. *Guillelmi* sui filii ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Symonem et Azolinum suos filios sibi hered. instituit, hoc tamen salvo, quod non possint modo aliquo vendere, alienare vel obligare aliquam de possessionibus suis sive hered. sua eis relict. sine consensu et voluntate dicte d. Bone sue uxor. et fr. *Guillelmi* sui filii ... Actum Bononie in domo testatoris in pres. fr. *Raymundini* lectoris, fr. *Alberti* de Gozadhinis sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Bonagratie* fratris *Albertini*, fr. *Iohannis* de S. Collumbano, fr. *Bertolomei* de Prindipartibus, fr. *Marchisini* Bacerlle et fr. *Bernardini* de Cornazano, omnium de Ord. Min. et fr. *Callamoni* de Penitentia ...

Die sequenti fr. *Bonagratia* fratris *Albertini* procur. dicti testatoris dep. procuratorio nomine, pro eo in sacristia Fr. Min. t. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacriste dedit, pp. fr. *Naximbene* de Pozale et fr. *Aspectato* de Panzonibus ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 5. — Orig.

528. Bononiae, 25 et 28 octobris 1291.

Codicillus.

Cum hoc esset quod fr. *Ugolinus* de Penitentia q. Nigri de Crespellano suum condidisset test. script. manu *Rolandini* Paxini Iohannis not. ... dictum suum test. presentibus codicillis confirmavit ... Actum Bononie sub *porticu claustri domus* Fr. Min. in press. fr. *Azini* de Bonon. sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Alberti* de Bambaglolis, fr. *Zanilini* de Carpo, fr. *Bertolomei* de Gisso et fr. *Petri* de Castagnolo, omnium de dicto Ord. ...

Die XXVIII eiusdem mensis dictus testator dep. in sacristia Fr. Min. codicillos suos sigillatos sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et etiam test. suum sigillatum sigillo dicti conventus et in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacriste dedit, pp. fr. *Azino* de Bononia et fr. *Zanilino* de Carpo, de dicto Ord. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 6. — Orig. = Cf. n. 431.

529. Bononiae, 26 octobris 1291.

Codicillus.

Cum hoc esset quod d. Dominicus q. Azolini Oneste condidisset test. script. manu mei Bondì not. infrascr. ... dictum s. t. press. codic. confirmavit ... Voluit dictos suos codicill., quos voluit esse secretos, sigillari debere sigillo conventus Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie ... in pres. ... fr. *Callamoni* de Penitentia de Butrio ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 7. — Orig. = Cf. n. 527.

530. Bononiae, 26 octobris 1291.

Codicillus.

Cum hoc esset quod d. Iacobina f. q. d. Guezi de Guezis suum condidisset test. script. manu Gandulfini Matei Benintendi not. ... dictum suum test. presentibus codi-

cillis confirmavit, hiis tamen mutatis et additis ... Item fr. *Francisco* suo consanguineo de Ord. Min. legatum c sol. bon., sibi relictum in suo testamento, confirmavit, et insuper eidem, iure legati, reliquid c sol. bon.; item subtrahit et adhimit eidem fr. *Francisco* partem sue domus sibi relictam in suo testamento ... item reliquid iure legati sor. *Iacobine* q. d. Fabri de Ord. S. Clare iii lib. bon. ... voluit quod si contingeret heredes suos mori sine liberis legittimis ... quod fr. *Franciscus* predictus suus consanguineus de Ord. Min. habeat p. s. n. de bonis suis l lib. bon. ... Voluit dictos suos codicill., quos voluit esse secretos, sigillari debere sigillo conventus Fr. Min. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in pres. fr. *Azini* de Bononia, fr. *Gandulfini* de Mutina sacerdotum, qui dixerunt *etc.*, fr. *Alberti* de Bambaglolis, fr. *Iohannis* de Fulianis, fr. *Gerardini* de Allerariis et fr. *Zanilini* de Carpo, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 8. — Orig.

531. Bononiae, 29 octobris 1291.

Conventio.

Cum lix et questio verteretur seu esse posset inter Gerarducium q. Petrizoli becarii ex una parte, et d. Bonacoxam q. d. Bologniti de la Chocha et fr. *Benedictum* q. Michaelis ex altera, occasione quarumdam possessionum ... quas d. Scanabichus de Romanciis concesserat dicto Gerarducio ... ad affictum ad xii annos; et quas idem d. Scanabichus vendiderat predictis d. Bonacoxe et fr. *Benedicto* post concessionem predictam et ante terminum concessionis predicte, quam concessionem predicti dd. Bonacoxa et fr. *Benedictus* dicebant in eorum preiudicium non vallere ... volentes dicte partes [...] evitare et parcere sumptibus et expensis, ad talem concordiam ad invicem pervenerunt ... Actum Bononie ... Petrus Benvenuti de S. Maria in Donis not.

25/4157, n. 9. — Orig.

532. Bononiae, 13 novembris 1291.

Testamentum.

D. Ysabella cui dicitur Sourana f. q. Yvarii et nunc uxor d. Francisci Spadarii ... de bonis suis p. a. s. reliquid cl lib. bon., de quibus reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. xxv lib. bon. ... item fr. *Gandulfino* de Mutina Ord. Min. iiii lib. bon. p. s. n.; item fr. *Iohannino* de Portanova de dicto Ord. xl sol. bon. Residuum vero voluit expendi circa funus et sepult. suam et alibi ubi melius et utilius videbitur commiss. suis, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. ... Et ad predicta omnia et singula exequenda fecit suos commiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, et fr. *Gandulfinum* de Mutina eiusdem Ord. vel illum aut illos quem vel quos ipsi ellegerint ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* d. Francischum suum virum sibi hered. instituit. Et si dictus d. Francischus mollestaret vel inquietaret dictos suos commiss. quominus possent solvere dictas cl lib. bon. relictas pro anima et non solverit eis dictum legatum cl lib. infra annum post obitum suum ... quod sit privatus a dicta heredit. et in dicto casu sibi hered. instituit pauperes Christi ... quos commiss. sui ellegerint et nominaverint ... Voluit suum test. sigillari debere sigillo conventus Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in pres. fr. *Iohannini* de Portanova,

fr. *Gandulfini* de Mutina sacerdotum, qui dixerunt *etc.*, fr. *Lamberti* de Fabianis, fr. *Iohannini* de Parma *socii* Ministri, fr. *Gerardi* de Butrio, fr. *Henrici* de burgo Gallerie, fr. *Zanilini* de Carpo, fr. *Iohannis* de Ymola portarii, omnium de Ord. Min. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 13. — Orig.

533. Bononiae, 24 novembris 1291.

Sororibus S. Clarae Bon. quaedam assignantur bona pro Fratribus Min. moraturis prope Planorium.

Cum hoc esset quod reverendus vir d. Bonifacius de Lauglano canonicus Bonon. ad honorem Dei omnipotentis et B. Marie Virginis gloriose matris eius, ac beatissimi Francisci confessoris, et B. Clare, pro remedio anime sue et progenitorum suorum ac omnium de domo et genere suo, nec non omnium habitatorum terre Planorii, et aliarum circumstantium terrarum, provida et salubri provisione disponens *locum et ecclesiam errigere et hedifficare, sub vocabulo B. Marie*, in curia eiusdem terre *Planorii*, in qua Fratres Min. possint comode residentiam facere et morari, et omnium preelectione respiciens *locum et ecclesiam S. Benedicti prope Planorium*, magis aptum et ydoneum fore ad idem opus piissimum consumandum, habita licentia et consensu patronorum, et vicinorum, et parochianorum, et etiam presbiteri Iohannis rectoris eiusdem ecclesie S. Benedicti, nec non archipresbiteri et capituli plebis S. Auxiani, de cuius plebatu dicta ecclesia esse dignoscitur, supplicaverit ven. Patri d. Ottaviano, Dei gratia Bonon. episc., quod eidem prefatam *ecclesiam S. Benedicti* locum et situm, cum possessionibus, domibus et iuribus ad ipsam spectantibus, ad predictum salutare opus efficiendum concedere dignaretur, predictaque sua peticione iuxtissima et gratia ab ipso ven. Patre habita et obtenta, humiliter et cum instantia obtinuerit a religioso viro fr. *Adam* Ministro Provinciali Ord. Fr. Min. in Provincia Bonon. et a Custodibus, Guardianis et Diffinitoribus ad provinciale capitulum in domo conventus Fr. Min. de Bonon. tunc temporis congregatis, et ab ipso capitulo hoc firmante, quod prefatum locum et ecclesiam errigendam et hedifficandam per ipsum receperunt et acceptaverunt et promiserunt se facturos quod in eadem ecclesia atque loco in futurum continue morabuntur Fratres de ipsorum Ord. quot ex elemosinis, conferrendis eisdem ab ipso d. Bonifacio et ab aliis fidelibus, poterunt comode substentari, prout de predictis consensibus, licentiis, concessionibus et promissionibus patet per publica instrumenta a me notario visa et lecta, et subsequenter ecclesiam et domos prefatas Fratribus necessarias hedifficasset et construisset; idcirco idem d. Bonifacius affectans ut suum laudabile propositum totaliter consumetur, et sollidum recipiat firmamentum, ac ibidem perpetuo divinus cultus observetur, et si fieri poterit de bono in melius augeatur, et ne nullo tempore, propter defectum victualium et aliorum necessariorum Fratribus et personis que morabuntur ibidem, quibus paupertas et indigentia hominum habitantium in terris circumstantibus non sufficerent ad predicta victualia et necessaria ministranda, una cum bonis, possessionibus et iuribus ad predictam ecclesiam S. Benedicti pertinentibus, de suis bonis et ad suam administrationem et dispositionem spectantibus, tot et tantos deputare et dedicare decrevit quod, ex proventibus et redditibus percipiendis ex ipsis, in perpetuum septem Fratres Ord. predicti Min. cum aliis elemosinis ab aliis fidelibus exhibendis eisdem, possint oportuna alimenta suscipere et habere.

Verum cum bona predicta per ipsos Fratres recipi, possideri, tractari, gubernari et distribui non possint, ipsorum regula et constitutionibus inhibentibus; et quia laici quantucunque strictissimis vinculis, conditionibus et penis obligati, in huiusmodi voluntatibus et dispositionibus adimplendis, consueverunt esse tepidi et remissi, et interdum avaricie cecitate convicti adinventis, fraudibus et maliciis eas presumunt pervertere et infringere, existimans per religiosas personas eadem bona fidelius gubernari, et eorum proventus in elemosinam et usum Fratrum predictorum converti et erogari, maxime per religiosam d. Abbatissam et conventum *Dominarum S. Francisci de Bononia Ord. S. Clare*, que omnes sunt et esse debent maxima affectione et devotione eisdem Fratribus coniuncte, ideo pro meliori, honestiori, tuciori et securiori via et modo ut predicta et infrascripta serventur, dedit, concessit et assignavit atque dedicavit fr. *Henrico* converso sindico et procuratori Monasterii dictarum inclusarum ecclesie S. Francisci de Bonon. Ord. S. Clare, posit. extra circlam strate S. Stephani civit. Bon. et d. Abbatisse dicti Monasterii, presente dicto suo conventu ad hoc specialiter congregato et convocato, volente hoc, consenciente et acceptante, pro se ipsis et earum sororibus et successoribus omnibus, ex auctoritate d. Bonon. episc. et aliorum qui ius habebant in ipsa ecclesia S. Benedicti, sicut patet de huiusmodi auctoritate per publica instrumenta a me not. visa et lecta, omnes et singulas possessiones et terras arat. et vineat., prativas et buxivas et bedustas cum ipsarum domibus et edifficiis, iura et actiones quocumque modo et titulo ad predictam ecclesiam S. Benedicti spectancia, preter illud terrenum in quo hedifficata sunt domus et ecclesia predicta S. Marie, et quod fuerit necessarium dictis ecclesie et Fratribus pro claustris, viridariis, ortis, cimiteriis et viis, et quod ipsi Fratres ad suum usum et comodum seu comoditatem accipere et tenere voluerint, et etiam quod ibi circa idem d. Bonifacius assumere disposuerit pro quibusdam aliis suis domibus hedifficandis, pro sua habitatione, et pro orto et viridariis, sibi fuerit necessarium. Item de suis propriis bonis petiam unam terre prat. posit. in curia Gallerie, in loco ubi dicitur « Roncha » iuxta ... fr. Ieremiam de Castello ... LXXXXI tornat.; item petiam unam terre prat. V tornat. et dimid. posit. in dicta curia et loco predicto, iuxta *etc.*; item petiam unam terre prat. posit. in dicto loco IIII tornat. iuxta *etc.*; item petiam unam terre arat. et vineate posit. in curia Planorii, in loco qui dicitur « Peschare », iuxta *etc.*; item petiam unam terre arat. et prat. posit. in dicta contrata XX tornat. et duarum partium alterius tornat., iuxta *etc.* ... item petiam unam terre arat. vineat. et buxive, iuxta *etc.*, que est in summa, ut credit, XX tornat.; et predicta eisdem dedit ad habendum, tenendum, possidendum, utendum et fruendum, et quidquid dicto Monasterio et ipsis Dominabus sive Sororibus et earum successoribus perpetuo placuerit faciendum ... cum omni iure *etc.* ... constituens se, nomine ipsarum Sororum et nomine dicti Monasterii ipsas res possidere donec corporalem ipsarum rerum acceperint possessionem, quam accipiendi, intrandi et retinendi, dicto syndico, nomine dicti Monasterii et pro ipso Monasterio licentiam omnimodam contulit atque dedit, salvis semper omnibus pactis, modis et conditionibus infrascriptis et inferius denotatis.

Et predicta omnia et singula dedit, dedicavit et assignavit eo quia dictus sindicus nomine dictarum Sororum et Dominarum Monasterii S. Francisci et conventus, pro eis et eis succedentibus, et ipsa d. Abbatissa et alie Sorores eiusdem conventus, ibidem presentes ad capitulum ad hoc specialiter congregate in ecclesia earum ad sonum campanule, ut moris est, earum proprio nomine et earum successurarum

monasterii predicti et conventus earum sponte et voluntate ad hoc inducte, deliberatione super predictis pluries et pluries habita et tractatu, sicut dixerunt et afirmaverunt, videntes et cognoscentes et sperantes firmiter, in predictis et infrascriptis utilitatem animarum suarum et successurarum suarum maximam consequi, et participes esse apud Deum tanti boni, et quod ipse d. Bonifacius ex nunc concedit quod predicte Domine singulis annis, de fructibus dictarum possessionum habere debeant III lib. bon. pro una pietancia facienda in conventu in die festi S. Andree Ap., promiserunt solempniter dicto d. Bonifacio stipulanti et recipienti suo nomine, et nomine eorum quibus duxerit comittendum, et fidem certissimam ab ipsis Sororibus et syndico predicto recipienti super animas ipsarum et successurarum suarum, fideliter et sollicite facere procurari predictas possessiones, et fructus omnes qui provenerint et percipientur ex dictis possessionibus, singulis annis et congruis temporibus, exceptis dictis III lib. bon. concessis pro pietancia, dabunt et consignabunt et dari facient integre et in totum bona fide, sine fraude, et omni exceptione et occasione remota, Fratribus Min. sive conventui Fr. Min. qui pro tempore morabuntur et stabunt in dicto loco, et apud dictum *locum et ecclesiam S. Marie*, sive alii vel aliis cui vel quibus commiserit vel deputaverit Minister provincialis vel Custos vel Guardianus dicti loci, quandiu ibi erit conventus vel ad minus septem Fratres Min. pro elemosina et necessitatibus et substentatione conventus Fr. Min. ibidem commorantium, et pro remedio animarum omnium supradictorum, et etiam pro remedio animarum Dominarum conventus S. Francisci et earum successurarum. Et ad predicta omnia et singula et infrascripta exequenda et in perpetuo facienda, dictum syndicum et conventum dictarum Dominarum et successuras earum et omnes predictas possessiones astrinsit et obligavit ita semper quod omnes fructus, et quidquid provenerit ex dictis possessionibus, expendantur, distribuantur et dentur in necessitatibus et utilitatibus et subventionibus Fr. Min. ibidem morancium, et in reparatione dicti loci, et non aliter vel alibi.

Et ad hoc ut predicta omnia et singula bene, sollicite et fideliter et sanctissime fiant et exequantur, secundum quod dicta sunt et ordinata, ipse partes de comuni concordia et una voluntate ordinaverunt et firmaverunt quod, quandocunque videbitur Ministro de Provincia, Custodi et Guardiano Fr. Min. de Bonon. cum deliberatione et provisione quatuor de Discretis Fr. Min. de conventu Bonon. eligendis et nominandis per ipsos Ministrum, Custodem et Guardianum, quod predicte Sorores S. Francisci de Bononia essent negligentes vel remisse, vel facere nollent vel non observarent in predictis vel circha predicta que facienda, disponenda et ordinanda forent, secundum quod scriptum est superius, de quarum negligentia et remissione credatur et stetur solo simplici dicto Ministri, Custodis et Guardiani sine aliqua contradictione, vel dicto duorum ex eis, tunc liceat predictis Ministro, Custodi et Guardiano de Bonon. secundum quod fuerint pro tempore, cum deliberatione, consilio et provisione dictorum quatuor discretorum Fratrum de conventu Bonon. unum providum et discretum hominem eligere et habere, qui possit et valeat dictas possessiones aliis dare et concedere, de voluntate et conscientia dictorum Ministri, Custodis et Guardiani, et quatuor discretorum Fratrum alicui monasterio vel loco ecclesiastico vel religioso de civit. Bonon. vel districtu, ad omnia et singula predicta facienda, complenda et exequenda, cui homini ab ipsis taliter electo ipse d. Bonifacius pacto ex nunc concedit et comittit atque dat plenam et liberam potestatem et bayliam de ipsis bonis et possessionibus

locandis, dandis et concedendis, secundum dispositionem et voluntatem dictorum Fratrum pro predictis omnibus et singulis faciendis, complendis et exequendis, secundum quod scripta sunt superius, et secundum quod dicte Sorores et conventus de S. Francisco facere poterant et debebant; et quidquid per ipsum hominem eligendum, secundum quod dictum est, in predictis factum fuerit, ex nunc sicut ex tunc et ex tunc sicut ex nunc confirmat et ratificat dummodo predicta omnia fiant et compleantur secundum quod scripta sunt supra in predictis Dominabus. Et ipse homo taliter electus possit et valeat illud monast. vel locum religiosum, vel aliquem locum cui predicta fuerint commissa, secundum supradictum modum et formam, dictarum possessionum possessionem inducere et ei tradere corporalem et predictum monast. vel locus possit omnia facere sicut ipse Domine et conventus S. Francisci prius facere poterant et debebant, et contractum facere et recipere, servata semper dicta forma et modo, habendo dictas III lib. bon. secundum quod dicte Domine de S. Francisco habere debebant, de quibus ipse Domine et conventus sint ipso iure tacite in predicto casu. Et si predictum monasterium, cui taliter predicta commissa fuerint, videretur predictis Ministro, Custodi et Guardiano de conventu Bonon. vel hiis qui p. t. fuerint, negligentiam habere in predictis et circha predicta, ut supra dictum est, iterum et iterum, et tociens quociens opus fuerit, possint predicta comittere uni alii bono et discreto viro qui faciat predicta cum alio Monasterio vel loco religioso, secundum quod decreverint Minister Provincialis, Custos et Guardianus qui fuerint p. t. et eis videbitur faciendum.

Item si contigerit Fratres Minores recedere a dicto loco omnino, et stare per triennium non reversuri, nisi esset occasione guerre vel periculi Fratribus inevitabilis, ita quod ibi non sit conventus vel ad minus septem Fratres de dicto Ord. ibidem continuam, vel quasi residentiam facientes, tunc et in eo casu disposuit, voluit et ordinavit quod fructus omnes qui pervenerint et percepti fuerint ex dictis possessionibus, infra dictum tempus trium annorum, libere perveniant ad dictas Dominas de S. Francisco, que postea omnes illos fructus, sine diminutione, dare debeant et designare Ministro de Provincia Bonon., Custodi et Guardiano Fr. Min. de Bon., qui Minister, Custos et Guardianus medietatem eorum fructuum consignare debeant conventui Fr. Min. de Bonon. et aliam medietatem in comuni concordia, simul et non separatim, singulis annis, dare debeant et distribuere inter pauperes Christi religiosos et religiosas personas, viduas, orphanas et alias miserabiles personas in civit. Bon. et eius episcopatu tantum ita quod de ista ultima medietate, Fratres Min. in specie vel genere, aliquid habere non possint ullo modo. Et postea dictum locum B. Marie cum omnibus domibus *etc.* ... libere concedit dompno Lanfrancho monacho et syndico ecclesie sive monast. Sancte Marie in Strata Ord. Cisterciensium, stipulanti et recipienti nomine dicti Monasterii ... hac conditione apposita, dicta et specificata quod Abbas dicti monasterii, et ipsum monasterium ... teneantur et debeant in dicto loco B. Marie facere continue morari et esse quatuor Fratres de dicto Ord. Cisterciensium, de quibus ad minus duo eorum sint sacerdotes, pro divino officio celebrando *etc.* Et si dictus Abbas et monasterium circa predicta fuerint negligentes vel remissi ... tunc predictum locum cum omnibus domibus *etc.* ... concedit et dat fr. Samueli syndico et procuratori Fratrum Ord. Servorum B. Marie conventus Bonon. stipulanti et recipienti nomine et vice dictorum Fratrum et conventus ... hac conditione dicta et specificata quod Prior et Fratres dicti conventus ... teneantur

in dicto loco B. Marie de curia Planorii facere continue morari et esse septem Fratres de dicto Ord., de quibus ad minus sint tres sacerdotes, pro divino officio celebrando *etc.* Et si dicti Fratres circha predicta fuerint negligentes vel remissi, ex nunc concedit dictum locum cum omnibus domibus *etc.* ... Iohannino d. Iacobini de S. Georgio not. syndico ven. Patris d. Episcopi et Capituli et Canonicorum maioris ecclesie S. Petri Bonon., recipienti nomine et vice ipsius d. Episcopi et Capituli ... hac conditione apposita et specificata, quod predicti d. Episcopus et Capitulum et Canonici teneantur et debeant dictum locum S. Marie ordinare et reformare de bonis et honestis personis religiosis alicuius Ord. approbati, et dicto Ord. dictum locum subicere ... ordinando quod morentur ibidem continue tot Fratres et religiose persone quot ex predictis bonis et possessionibus ... poterunt comode vivere et substentari ... Et si dicti d. Episcopus, Capitulum et Canonici Bonon. negligentes extiterint, quominus predicta fiant et observentur in totum, tunc et in eo casu, semper liceat Ministro Fr. Min. de Provincia Bonon., Custodi et Guardiano de conventu Bonon. de Ord. Min. qui p. t. fuerint, eligere unum bonum hominem et habere, qui possit et debeat dictum locum cum predictis possessionibus aprehendere, tenutam intrare et alii dare et concedere loco religioso, pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis, ut supra dictum est, ac etiam conditione adiecta, quod d. Abbatissa et Sorores et conventus S. Francisci prefati, et Abbas et conventus de Strata, et Prior et conventus Fr. Servorum S. Marie de Bonon. et d. Episcopus et Capitulum et Canonici predicti, vel quicunque alii ad quorum manus dicta ecclesia, possessiones, iura et bona pervenerint, non possint ipsas possessiones, iura et bona vendere, alienare et distribuere vel quoquo titulo in alium transferre de iure vel de facto, sed ea teneantur defendere, gubernare, reficere et recuperare in iudicio et extra. Ad que omnia facienda dat et concedit eis omnia iura sibi competentia, et in hoc ipsos et quemlibet ipsorum suos constituit procur. tamquam in rem suam, et in locum suum ponit.

Et quia ipse d. Bonifatius omnia predicta suo gaudere cupit effectu et debere sic perpetuo observari, adimpleri et fieri in singulis punctis et capitulis suprascriptis, voluit ipsa omnia et singula, per supradictos et quemlibet eorum, de quibus habetur mentio in predictis, aut per solempnes sindicos et procuratores eorum et ex ipsorum stipulationum solempnium promissionibus firmare et observari debere. Ideo fr. *Henricus* nuncius, familiaris, syndicus et procurator dicte d. Abbatisse et Sororum suarum, monasterii et conventus S. Francisci de Bonon. Ord. S. Clare, de voluntate et consensu et mandato ipsius d. Abbatisse et Sororum suarum conventus ipsius, in capitulo existentium et volentium predicta contrahi et presens instrumentum fieri, secundum formas et condictiones superius expressas et dictas, solempniter promisit, nomine et vice ipsius d. Abbatisse, monast. et conv. et Sororum eiusdem et successurarum earum sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando dicto d. Bonifatio per se et suis success. stipulanti et mihi Iohanni not. infrascr. stipulanti nomine et vice eorum omnium quorum intererit vel interesse poterit, quod dicta d. Abbatissa presens et que fuerit p. t. et ipsum Monasterium et conventus ipsius monasterii et Sorores presentes et que fuerint p. t. fideliter et sollicite facient procurare dictas possessiones, et fructus omnes qui provenerint et percipientur ex dictis possessionibus, singulis annis et congruis temporibus, exceptis III lib. bon. quas habere debent pro pietancia facienda, dabunt et consignabunt et dari facient integre et in totum, bona fide, sine fraude, omni exceptione remota, Fratribus Min. sive conventui Fr. Min. qui

p. t. morabuntur et stabunt in dicto loco, sive alii vel aliis cui vel quibus commiserit Minister Provincialis, vel Custos vel Guardianus dicti loci, quandiu ibi erit conventus Fr. Min., vel ad minus septem Fratres, pro elemosina et substentatione conventus Fr. Min. ibidem morantium, et alia omnia et singula que scripta sunt superius, modis et forma comprehensis in eis, casu et modo advenientibus superius enotatis. Et sic dictus syndicus, de licentia et mandato ipsius d. Abbatisse presentis et Sororum suarum ad hoc specialiter convocatarum et conventus ipsarum, corporaliter iuravit ad sancta Dei evangelica, super animas et in animabus ipsius Abbatisse et Sororum suarum presentium et futurarum, precise et inviolabiliter observare et adimplere omnia et singula suprascripta. Et similiter (predicti syndici) fr. Lanfranchus ... Iohaninus ... fr. Samuel ... promiserunt, ut supra, et etiam iuraverunt *etc.* ... Actum (Bononie) in *ecclesia predicta Dominarum sive Monasterii S. Francisci,* pp. d. Hugolino de Monteacenico, d. Alberto archipresb. plebis Montis S. Iohannis Bon. dioc., d. Dominico de Poetis, fr. *Guidone* de Zapolino Ord. Min., fr. *Petro* de Strata dicti Ord. ... Iohannes Magistri Petri de Unzola not.

339/5082, n. 50. — Orig. In dorso « Instrumentum quomodo d. Bonifatius de Laglano dedit possessiones S. Benedicti Dominabus S. Clare ». = Cf. nn. 368, 373, 458.

534. Bononiae, 26 et 29 novembris 1291.

Testamentum.

D. Costanza f. q. d. Thomaxini de Picicotis et uxor d. Ugoniti de Cazaluna ... de bonis suis p. a. s. reliquid L lib. bon., de quibus reliquid conventui Fr. Min. p. m. XL sol. bon. ... item fr. *Amadori* de Picicotis de Ord. Min. p. s. n. III lib. bon.; item fr. *Iacobo* de Pozale de dicto Ord. V lib. bon. ... item sor. *Symone* de Prindipartibus de Dominabus S. Francisci III lib. bon.; item sor. *Clare* de Picicotis de dicto Ord. XX sol. bon.; item sor. *Francisce* de Penitentia XX sol. bon.; item cuilibet testi huius testamenti V sol. bon. ... Residuum vero expendi voluit circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. Et ad predicta omnia et singula exequenda esse voluit et fecit suos commiss. Guardianum Fr. Min. de Bonon. qui p. t. fuerit, vel illum quem dictus Guardianus ellegerit, et Albertum fratrem suum ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* (filios suos) sibi hered. instituit ... et si omnes in pupillari etate decesserint, tunc reliquid ... cuilibet dictorum legatariorum tantum quantum eis et cuilibet eorum supra reliquid. Et residuum reliquid et voluit pervenire ad pauperes Christi ... quos commiss. sui nominaverint ... Et si aliquod test. reperiretur hinc retro esse factum, illud revocat et cassat, et istud pres. test. voluit valere et habere plenum robur ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in pres. fr. *Iohanini* de Portanova, fr. *Iacobi* de Pozale sacerdotum, qui dixerunt *etc.,* fr. *Gerardini* de Cremona, fr. *Bonaventure* de Savignano, fr. *Bernardi* de Florentia, fr. *Zanilini* de Carpo, fr. *Ugolini* de Castello, fr. *Henrici* de Argellata et fr. *Bernardini* de Cornazano, omnium de dicto Ord. ...

Die XXVIII eiusdem mensis, fr. *Zanilinus* de Carpo de Ord. Min. procurator dicte testatricis dep. in sacristia Fr. Min. t. s. sigillatum (sigillo) conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Ugolini* de Castello sacriste dedit, pp. fr. *Iohanne* de Uzano et fr. *Ubertino* portario. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 14. — Orig. = Cf. n. 355.

535. Bononiae, 1 decembris 1291.

Consilium sapientum super solutionibus a depositariis Communis Bon. factis et faciendis pro complanatione fovearum etc.

Nos Rubinus de Lampognano iudex et assessor d. Henrigipti de Martellengo Pot. Bon. cognit. infrascripte poste facte super eo quod dubitatur an per fr. *Prencivallem* deposit. sive massarium generalem pecunie et averis com. Bon. posit et debeat, sine ipsius preiudicio, solucionem fieri fratribus *Guillelmo* de Panzonibus et *Raynerio* de Gisileriis deputatis laborerio glavice et splan[...] fovearum civit. Bon. et saligate faciende secundum formam reform. factarum de dicto laborerio faciendo tempore d. [Pin]i de Vernaciis olim Capit. pop. Bon. et d. Bernardini de Scotis olim Pot. Bon. et an preteriti Fratres deposit. et mass. com. Bon. potuerunt fecisse soluciones et etiam an futuri mass. et deposit. dicti com. posint et debeant soluciones facere ... usque ad complementum et perfectionem dicti operis et laborerii, prout mandatum est et mandabitur per d. Pot. vel Capit. civit. Bon. ad quos predictum opus pertinet fieri faciendum secundum formam reform. Et super hiis habito conscillio sapientum, cuius conscill. tenor talis est: Super eo quod dubitatur an per fr. *Prencivallem* deposit. *etc.* ... Vixo igitur sacramento massarii seu deposit. et etiam statutum *(sic)* com. Bon. quod est in primo libro sub rubrica « De scrutiniis in conscillio faciendis *etc.* », et etiam quamdam provisionem que est in quodam libro sub rubrica « De reformatione scrutinii *etc.* », et etiam solempniter et diligenter examinata quadam reform. pop. facta tempore Barofaldini de Lavelolongo *etc.*, vixa etiam reform. predicta in capitullo super clavigis et splanatione fovearum civit. Bon. et salegata facienda secundum quod continetur in reform. factis tempore d. Pini olim Capit. et d. Bernardini de Scotis olim Pot. Bon. ... conscillium (dictorum sapientum) super dicta dubitatione est tale: quod presens fr. *Prencivalle* deposit. sive mass. com. Bon. et futuri possint et debeant solucionem facere secundum quod continetur in dictis reform. ... et quod etiam soluciones facte ab alliis depositariis sint et intelligantur facte solempniter et iure et [...] et debita forma et modo, non obstante quod solempnitates scrutinii non videantur tunc intercesisse in alliis reform. factis tempore d. Pini et d. Bernardini ... Lectum et pronunciatum fuit dictum conscillium per dictum iudicem pro tribunali sedentem in pallatio veteri comunis Bonon. ad dischum d. Pot., present. fr. *Ansaldo* sindico Monasterii S. Francisci Fr. Min. et absente fr. *Prencivalle* depositario [...] tamen legiptime cytato et invento, et pp. ... Albertus Iohannis de Riculfis not.

25/4157, n. 15. — Orig. = Cf. n. 465.

536. Bononiae, 8 decembris 1291.

Conventio.

Cum hoc esset quod d. Guido q. d. Cazanimizi de Cazanimizis actenus habuisset multa facta, negotia et rationes debitorum, occasione nemoris et lignorum, et alliis multis rationibus et causis, cum fr. *Iacobo* Gherlo de Galleria, olim converso Monasterii *Dominarum S. Francischi* heredum ipsius fr. *Iacobi*, et de hiis esset et speraretur esse lix et questio inter ipsum d. Guidonem ex una parte, et *Iacobinum* Gerardelli syndicum dictarum Dominarum et Monasterii ex allia parte, ad talem, de predictis, predicte partes, transactionem, pactum et concordiam pervenerunt. Vide-

licet quia, presente ipso syndico, et confitendo et asserendo dictus d. Guido pro saldamento et complemento soluptionis dictarum rationum, et tocius eius quod dare tenebatur dicto fr. *Iacobo*, se esse debitorem ipsius fr. *Iacobi* in LX lib. bon. et se nichil habere debere vel recipere ab ipso fr. *Iacobo* vel eius hered. ... Et ideo ipse d. Guido ... et Iacobus eius filius ibidem presentes, promiserunt per se et eorum hered. ... dicto *Iacobino* syndico dictarum Dominarum et Monasterii, sindicario nomine ipsarum recipienti, dare, solvere ac restituere et numerare ei, sive cui mandaverit, omni exceptione remota, dictas LX lib. bon., silicet XX lib. in Pasqua Rexurexionis Domini prox. vent., XX lib. in festo S. Marie mensis Augusti prox. vent., et allias XX lib. in festo Nativitatis Domini prox. vent. Ex dicta causa transactionis liberans et absolvens predictus d. Guido ipsas Sorores hered. et bona dicti fr. *Iacobi* ab omni eo et toto quod ab eisdem hereditario nomine ip[...] petere posset occasionibus supradictis ... Et dictus syndicus, synd. nomine dictarum Dominarum et monast., liberavit et absolvit predictum d. Guidonem et eius hered. et bona ab omni eo quod actenus teneretur dicto fr. *Iacobo* vel hered. eius occasionibus supradictis ... Que omnia et singula promiserunt una pars alteri ... attendere et observare et non contrafacere ... sub pena CC lib. bon. ... Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis obligaverunt ipsi d. Guido et d. Iacobus ipsi syndico omnia eorum bona; et ipse syndicus ... obligavit predicto d. Guidoni omnia bona dictarum Dominarum et monast. supradicti ... Actum Bononie ... Belloctus q. Iacobini Bellocti not.

25/4157, n. 18. — Orig. — In dorso « 1295 ind. VIII, die XIX ianuarii, Vinciguerra Rovixii not. fecit dicta die cartam solutionis huius debiti [...]

537. Bononiae, 16 decembris 1291.

Testamentum.

D. Iohannes q. d. Bonacursii Lodoici Iudex ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. III lib. bon. p. m. cant. ... item fr. *Amodeo* de Ord. Min. p. s. n. XL sol. bon. ... item *conventui Dominarum S. Francisci* X sol. bon. ... Voluit s. t., quod voluit esse secretum, sigillari debere sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et suo sigillo et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min. in pres. fr. *Amodei* de Asti sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Alberti* de Gozadhinis, fr. *Bonincuntri* de Butrigariis, fr. *Henrici* de Argellata, fr. *Zanilini* de Carpo, fr. *Bertolomei* d. Guidonis Beliuxii et fr. *Iacobini* de Galleria, omnium de Ord. Fr. Min., et fr. *Renoaldi* de Penitentia. ...

Eodem die dictus testator dep. in sacristia Fr. Min. t. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et suo sigillo et in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacriste dedit, pp. fr. *Amodeo* de Asti et fr. *Bertolomeo* d. Guidonis Beliusii, de dicto Ord. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 20. — Orig.

538. Bononiae, 22 decembris 1291.

Testamentum.

D. Constanzia f. q. d. Pipini q. d. Guitoffredi et uxor d. Uberti de Pavanensibus. ... voluit et mandavit quod (per) infrascr. comiss. suos restituantur omnia male ablata sua omnibus personis quibus in aliquo teneretur. Item reliquid pro male ablat. incertis X lib. bon. expendendas per fr. *Petrizolum* de Apossa de Ord. Fr. Min. ub

sibi mellius videbitur expedire pro animabus illorum quorum illa bona fuissent. Item voluit quod omnia legata et omnia et singula alia scripta in quadam zedulla una vel pluribus, scripta et scriptis manu fr. *Petrizoli* de Apossa de Ord. Fr. Min. solvantur de bonis suis et mandentur effectui per infrascr. comiss. suos ... In omnibus autem aliis suis bonis mobilib. et immobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit, illos videllicet pauperes quos fr. *Petrizolus* predictus duxerit nominandos et elligendos. Suos comiss. esse voluit dictum fr. *Petrizolum* ... Mandavit quod t. suum, sigillatum sigillo conventus Fr. Min., deponatur in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie ... pp. d. fr. *Petrizolo* de Apossa, d. fr. *Alberto* de Gozadinis de Ord. Fr. Min. ... Berthollomeus Henrizi de Arpinellis not.

25/4157, n. 21. — Orig.

539. Bononiae, 10 et 11 ianuarii 1292.

Testamentum.

D. Iohanna q. Millanci Algarde ... reliquid L lib. bon., de quibus reliquid circa funus et sepult. suam et in cereis et candelis et aliis rebus necess. et alibi ubi melius videbitur comiss. suis x lib. bon., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min.; item fr. *Azino* de Bonon. de Ord. Min. p. s. n. v lib. bon.; item fr. *Francischo* de Ygnano de dicto Ord. p. s. n. xx sol. bon.; item conventui Fr. Min. v lib. bon.; item reliquid p. m. celebr. xx lib. bon. que disponantur et expendantur ad voluntatem fr. *Azini* de Ord. Min. vel Guardiani Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, si tunc fr. *Azinus* non vixerit ... Residuum vero expendi voluit prout melius videbitur comiss. suis. Item de aliis suis bonis reliquid ... in subsidium T. S. quando passadium generale fiet ultra mare xx lib. bon. et si post mortem ipsius non fieret dictum passadium usque ad vi annos, voluit quod dicte xx lib. expendantur p. a. s. ad volunt. dicti fr. *Azini* et Guardiani Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... Et ad predicta omnia et singula exequenda esse voluit suos comiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Azinum* de Bonon. de dicto Ord. vel illum aut illos quem vel quos nominaverint ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in pres. fr. *Azini* de Bonon. sacerdotis, fr. *Zacharie* de Artinisiis, fr. *Zanilini* de Carpo, qui dixerunt *etc.*, fr. *Mellii* de Cremona, fr. *Tomaxini* de Burgo Gallerie, fr. *Iohannis* de Ymola, fr. *Bonaventure* de Uzano, fr. *Raynerii* de Arimino, et fr. *Raphaelis* de Cremona, omnium de Ord. Min. ...

Die sequenti fr. *Zanilinus* de Carpo procur. dicte d. Iohanne dep. in sacristia Fr. Min. t. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacriste dedit, pp. fr. *Iacobo* de Ferraria et fr. *Alberto* de Ymola ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 22. — Orig.

540. Bononiae, 22 et 24 ianuarii 1292.

Testamentum.

D. Vermegla f. q. d. Guinicelli de Magnano et nunc uxor d. Fulchini de Gatariis ... de bonis suis p. a. s. reliq. c lib. bon., de quibus reliquid conventui Fr. Min. x lib. bon. pro una planeta ... item fr. *Azino* de Bonon. de Ord. Min. p. s. n. L sol. bon. ... Residuum vero expendi voluit per commiss. suos p. a. s. ubi melius et utilius eis videbitur ... Et ad predicta omnia et singula exequenda esse voluit suos commiss.

Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, vel illum aut illos quem vel quos ipse Guardianus nominaverit. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in pres. fr. *Azini* de Bonon. sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Zanilini* de Carpo, fr. *Alberti* de Corvis, fr. *Matioli* de Caldararia, fr. *Bommercati* de burgo Gallerie, fr. *Petri* Picinini, fr. *Bonacursii* de Fanano et fr. *Iacobi* de Ferraria, omnium de Ord. Min. ...

Die xxiiii eiusdem mensis, fr. *Zanilinus* de Carpo procur. dicte testatricis dep. in sacristia Fr. Min. t. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacriste dedit, pp. fr. *Henrico* de Argellata et fr. *Bonaventura* de Fanano ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 24. — Orig.

541. Bononiae, 24 et 25 ianuarii 1292.

Testamentum.

D. Sourana f. q. d. Thomaxii de Gisso et uxor d. Iacobini Septemvitis ... reliquid ... pro sepult. sua c sol. bon., quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. ... reliquid conventui Fr. Min. x lib. bon. ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. vel inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos Guardianus Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ellegerit ... Et ad predicta omnia et singula exequenda fecit suum comiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, vel illum quem ipse nominaverit ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in pres. fr. *Gandulfini* de Mutina sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Alberti* de Corvis, fr. *Thomaxini* de Portanova, fr. *Zacharie* de Artinisiis, fr. *Naximbenis* de Pozale, fr. *Iohannis* de Ymola, fr. *Zanilini* de Carpo, fr. *Francisci* sartoris et fr. *Michaelis* sartoris, omnium de dicto Ord. ...

Die sequenti fr. *Gandulfinus* de Mutina procur. dicte d. Sourane dep. t. s. sigillatum (sigillo) conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Ugolini* de Castello sacriste dedit, pp. fr. *Iohannino* de Cremona *Custode*, et fr. *Guidoctino* de Prindipartibus ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 25. — Orig.

542. Bononiae, 29 ianuarii 1292.

Testamentum.

D. Adelaxia f. q. d. Alberti de Malavoltis et uxor d. Pauli d. Martini Sulimani ... reliq. xxv lib. bon., de quibus dari voluit per infrascr. comiss. suos quantit. necessariam in m misis cant. p. ipsius a. Rexiduum expendi voluit circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit aput eccl. S. Francischi de Bonon. et alibi ubi melius et utilius visum fuerit comiss. suis infrascriptis, scilicet fr. Petro sacrestano de Ord. Fr. Predic. et fr. *Acino* de Ord. Fr. Min. ... Voluit s. t. esse secretum et sigillari debere sigillo Custodis aut Guardiani sive conventus Fr. Min. de Bonon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie ... Rolandus Falchonus not.

25/4157, n. 26. — Orig.

543. Bononiae, 31 ianuarii et 1 februarii 1292.

Testamentum.

D. Rolandina f. q. d. Guillelmini ... reliquid conventui Fr. Min. de Bonon. p. m. x lib. bon.; item circa funus et sepult. suam et pro septima die xii lib. bon., quam

sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... item fr. *Gandulfino* de Mutina, fr. *Iacobo* de S. Iohanne de Alidoxiis, fr. *Paci*, fr. *Bernardino* de Tinosiis et fr. *Bonaventure* de Fanano, omnibus de Ord. Min., cuilibet dictorum xx sol. bon. p. s. n. ... item voluit quod debeat satisfieri per comissarios et heredes suos illi persone, et de illa quantitate pecunie, nomen cuius et quantitas pecunie est scriptum et scripta in quadam cedula, que est penes fr. *Iacobum* predictum de Allidoxiis, et secundum eius conscilium. Et ad predicta omnia et singula exequenda esse voluit et fecit suos comiss. fr. *Gandulfinum* de Mutina et Donusdeum suum generum; et si dictus fr. *Gandulfinus* non esset presens vel non viveret ... tunc loco sui fecit suum comiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit vel illum quem dictus Guardianus nominaverit ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Iacobi* de S. Iohanne in Persezeto sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Bonagratie* fratris *Albertini* de Penitentia, fr. *Thomaxii* de Portanova, fr. *Zacharie* de Artinisiis, fr. *Raynerii* de Arimino, fr. *Gifredi* de Burgo, fr. *Franceschini* de Lana et fr. *Antonii* de Grecis, omnium de Ord. Min. ...

Die sequenti fr. *Iacobus* de S. Iohanne in Persezeto procur. dicte d. Rolandine dep. in sacristia Fr. Min. t. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacriste dedit, pp. fr. *Alberto* de Azis Guardiano et fr. *Ugolino* de Castello ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 27. — Orig.

514. Bononiae, 9 et 10 februarii 1292.

Testamentum.

D. Petrus q. Augustini de Varegnana ... relimquid c sol. bon., quos dari voluit et expendi circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de *Varegnana* per infrascr. suos comiss., et alibi ubi p. a. s. dictis comiss. mellius et utilius videbitur. Fr. *Lambertinum* de Cazanimizis dicti Ord. et Guardianum dictorum Fratrum de *Varegnana*, qui nunc est vel p. t. fuerit, suos comiss. esse voluit ad predicta omnia exequenda, quibus et cuilibet eorum dedit potestatem et bayliam absque contradictione heredum suorum, vel alterius persone, posse de suis bonis vendere et alienare, usque ad integram satisfactionem omnium predictorum ... Item fr. *Lambertino* predicto iure legati relinquid annuatim donec vixerit, unum corbem vini moscatelli de vinea sua quam habet in curia Varegnane in loco dicto « Zuncheto ». Voluit et iussit dictus testator quod dictus Guardianus suus commiss. de suis bonis non possit aliquid expendere vel disponere, donec vixerit dictus fr. *Lambertinus*, absque suo consensu et voluntate, sed ipse fr. *Lambertinus* possit de predictis suis bonis facere et disponere et expendere ad suam voluntatem, et secundum sibi placuerit, absque contradictione et requisitione dicti Guardiani ... In omnibus aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quem vel quos predicti sui comiss. vel alter eorum elegerit vel nominaverit ... Et h. s. ult. volunt. ... voluit prevalere omnibus aliis ab eo factis, revocans ex certa scientia test. per eum condictum, script. manu Zagni Ungarelli de Varegnana not., non obstant. *etc.* Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* de Salvitis de Feraria, fr. *Francisco* de Sciva, fr. *Alberto* de Gozadinis, fr. *Albertucio* de Ymolla, fr. *Alberto* de Strata maiori de Varegnana, omnibus presbiteris dicti Ord., fr. *Zacharia* de Artinixiis, fr. *Bonaventura* de Ozano ... et dictus fr. *Franciscus* de Schiva testis asseruit *etc.*

Die sequenti dictus testator propria manu dep. in sacristia Fr. Min. de Bon. et penes fr. *Ugolinum* q. d. Grimaldini de Castello et fr. *Iacobinum* de Galleria sacristanos dictorum Fratrum testamentum predictum sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum, quod esse voluit secretum, pp. fr. *Francisco* de Schiva predicto et fr. *Gerardino* de Alerario dicti Ord., fr. *Iacobo* de S. Iohannne ... Petrus de Floranis not.

25/4157, n. 29. — Orig.

545. Bononiae, 11 et 12 februarii 1292.

Testamentum.

D. Ugolinus q. Raynaldini ... reliq. x lib. bon., quas voluit expendi circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. et alibi ubi melius et utilius visum fuerit comiss. suis, quos esse voluit ... fr. *Franciscum* de Schiva de Ord. Fr. Min. ... Actum Bononie in *domibus ecclesie* Fr. Min., pp. fr. *Bernardo* de Florentia sacerdote, fr. *Matheo* Theotonico sacerdote, fr. *Francisco* de Bonon. sacerdote, fr. *Lambertino* de Graydanis, fr. *Albertino* portonario ...

Dep. fuit in sacristia dictorum Fratrum die xii februarii per predictum testatorem et sigillatum sigillo Guardiani conv. dictorum Fratrum, in pres. fr. *Francisci* de Schiva, et fr. *Pelegrini* de Policino et fr. *Iacobini* de Galeria sacriste dictorum Fratrum ... Thomax q. d. Bartholomei de Schiva not.

25/4157, n. 30. — Orig.

546. Bononiae, 12 et 14 februarii 1292.

Testamentum.

D. Beatrixia f. q. d. Petri de Lambertis et uxor d. Iacobi d. Martini Sullimanni ... de bonis suis p. a. s. reliq. l lib. bon., de quibus reliq. xiv lib. bon. pro missis cellebr. de quibus debeant dari pro dictis miss. cant. Fratribus Min. ... ut melius videbitur comiss. suis ... Item pro uno pallio emendo x lib. bon. ad portandum super corpus ipsius, de quo postmodum debeat fieri una planeta, que remanere debeat apud ecclesiam ad quam sepellietur. Item fr. *Bonaventure* d. Michaelis Calcagni de Ord. Min. p. s. n. iii lib. bon.; item fr. *Azino* de dicto Ord. p. s. n. iii lib. bon.; item conventui Fr. Min. xl sol. bon. Sepult. vero suam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. ... Voluit quod dictum legatum anime solvatur infra unum mensem post obitum suum, et si non solveretur, tunc subtrahit d. Iacobo suo viro c lib. bon. sibi relict. et voluit quod de dictis c lib. l lib. perveniant ad conv. Fr. Min. ... Et ad predicta omnia et singula exequenda fecit suos comiss. d. Iacobum suum virum et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Azinum* de dicto Ord., vel quem vel quos dictus Guardianus et fr. *Azinus* nominaverint ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in pres. fr. *Azini* de Bononia sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Ugonis* de Meladio, fr. *Bernardini* de Cornazano, fr. *Iacobi* de Placentia, fr. *Francisci* sartoris, fr. *Zacharie* de Artinisiis, fr. *Zanilini* de Carpo et fr. *Iacobi* de Vernacia, omnium de dicto Ord. ...

Die xiiii eiusdem mensis fr. *Zanilinus* de Carpo, procur. dicte d. Beatrixie dep. in sacristia Fr. Min. t. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacriste dedit, pp. fr. *Bertolomeo* et fr. *Ubertino* portariis ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 31. — Orig. = In dorso « Fata la chonchordia [...] de questo test. per la parte ch'en vegnia al chonvento, per xxv lib. bon. ».

547. Bononiae, 4 martii 1292.

Testamentum.

D. Ayclina f. q. d. Randelli et uxor q. d. Raymondi de Gisso ... reliq. de bonis suis p. a. s. x lib. bon. de quibus dari voluit *etc.* Reliquos vero iupxit expendi tam circa funus et sepult., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., quam inter pauperes Christi et loca religiosa et hospitalia ubi mellius visum fuerit infrascr. comiss. suis. Item reliquid de bonis suis pro male ablatis incertis v lib. bon. expendendas et distribuendas consilio et voluntate Guardiani Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, et fr. *Bertolomei* filii ipsius testatricis de dicto Ord. ... Et ad predicta omnia exequenda, expendenda et restituenda et effectui mandanda constituit suos comiss. Guardianum superius nominatum et fr. *Bertolomeum* predictum ... Item reliquid de bonis suis i. l. fr. *Bertolomeo* suo filio de Ord. Min. III lib. bon. p. s. n. Hanc ultimam volunt. esse voluit secretam et poni in sacristia Fr. Min. de Bon. ad hoc ut mellius valeat. Actum Bononie in *claustro* Fr. Min. *iuxta portas*, pp. fr. *Iohanne* de Varegnana, fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Iohanne* de Aeziis, fr. *Gandulfino* de Mutina, fr. *Martino* de Guastavilanis, qui ambo cognoverunt ipsam testatricem, fr. *Iacobino* de Galleria, fr. *Iohanne* de Ugiano et fr. *Bertolomeo* q. Raymondi ... Petrus q. d. Leonardi Tuscoli not.

25/4157, n. 33. — Orig. = In dorso « Mortua est; et per omnia solutum ».

548. Bononiae, 14 martii et 24 aprilis 1292.

Codicillus.

Cum sor. *Bona* f. q. d. Stephani ... fecerit testamentum manu Bondi q. Petrizoli not. script., ut dixit eadem sor. *Bona*, quia circha quedam que in ipso testamento continentur voluntatem suam mutavit ... press. codicillis test. predictum obtinere iussit plenissimam firmitatem, hoc tamen mutato quod hiis codicill. in primis x lib. bon. que *(sic)* relinquebat Iohanne f. fr. Zanelli fratris sui sibi ademit et reliq. eidem solummodo XL sol. bon. Item XL sol. bon. quos relinquebat fr. *Petro* de Strata, sibi ademit et subtraxit, et reliquid ei solummodo XX sol. bon.; item XL sol. quos legabat fr. *Dominico* muratori, sibi ademit et subtraxit, et reliquid ei solummodo XX sol. bon.; item XX sol. bon., quos legabat fr. *Bonoiacobo* Ord. Fr. Min., sibi ademit et subtraxit, et reliquid ei solummodo x sol. bon. Item reliq. i. l. de bonis suis fr. *Petro* Carbonis x sol. bon. p. s. n. Item x lib. bon., quas ei reliquid d. Iacobinus de Botaciis in suo test., quas debet recipere, et omne ius et actionem que sibi competebat in eis et pro eis reliquid fr. *Francischo* suo fratri Ord. Fr. Min. p. s. n. ... item iure legati fr. *Bonazunte* Ord. Fr. Min. nepoti fr. *Francissi* XX lib. bon. pro aliquo libro sibi utili emendo; item sor. *Iacobine* XL sol. bon.; item fr. *Cambio* Ord. Fr. Min. XL sol. bon.; item fr. *Azino* dicti Ord. XX sol. bon. Item mediet. domus in qua habitat, quam relinquerat Coradino fratri suo, ademit et subtraxit sibi et dictam domum integram reliq. fr. Zanello suo fratri ... Item reliq. i. l. de bonis suis x lib. bon. expend. ad volunt. fr. *Francissi* sui fratris Ord. Fr. Min. quando et sicut ei videbitur p. n. dicti Coradini. Item massaricias domus sue quas relinquebat Coradino et Zanello fratribus suis et lectum suum in quo iacet, eis ademit et subtraxit et voluit ea et qualibet alia mobilia sua dispensari per fr. *Francischum* predictum suum fratrem, sicut ei vide-

bitur utilius p. a. s. Actum Bononie in domo testatricis, pp. fr. *Nicholao* d. Millani, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Petro* Picinino, omnibus de Ord. Min. ... qui fr. *Nicholaus* predictus sacerdos dixit *etc.*

Die xxiv aprilis fr. *Iohannes* de Ymola procur. dicte sor. *Bone* dep. h. codicill. sigillatos sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manu fr. *Iacobi* de Galleria sacriste sacristie Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Henricho* de Argellata et fr. *Iacobo* de Cavaglis ... Gerardus Ferarii not.

25/4157, n. 35. — Orig. = Cf. n. 398.

549. Bononiae, 24 martii 1292.

Testamentum.

D. Francisca f. q. d. Vandi becarii et uxor d. Francisci de Richadonis ... reliquid sor. *Francisce* que moratur ad heremitorium Catene, eius consobrine, v lib. bon. p. s. n. Item aliis sororibus dicti loci pro unaquoque earum III lib. bon.; conventui Fr. Min. pro missis canend. III lib. bon. ... item fr. *Aczino* de Ord. Min. p. s. n. xx sol. bon. ... Hanc suam ult. voluntatem esse voluit secretam et poni in sacristia Fr. Min. de Bon. ad hoc ut mellius valeat ... Actum Bononie in *ecclesia hominum* Fr. Min., pp. fr. *Iacobo* de Vernaza, fr. *Zanellino* de Carpo, fr. *Bertolomeo* Beliuxii, fr. *Rufino* de Placentia, fr. *Obaldino* de Foscardis, fr. *Gerardino* Allerarii, fr. *Thomaxio* de Portanova, fr. *Vixino* coquinario et fr. *Aczino* nepote fr. *Aczonis,* qui cognovit ipsam testatricem ... Petrus q. d. Leonardi Tuscoli not.

25/4157, n. 37. — Orig.

550. Bononiae, 17 et 19 aprilis 1292.

Testamentum.

D. Rosolina f. q. Pagani de Trivisana et uxor q. Michaelis Iohannis ... reliquid xxxiv lib. bon., de quibus circa funus et sepult. suam v lib. bon., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... Item Fratribus Min. de *Crespellano* xx sol. bon. pro una cota ... Residuum vero expendi voluit p. a. s. per comiss. suos pro missis dicendis ubi melius et utilius eis videbitur ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos comiss. sui nominaverint, prout d. Lazarus q. Pellegrini Gisi de Veneciis reliquid in suo test. script. manu Petri Pizoli not., que bona dictus d. Lazarus ipsi testatrici reliq. in godementum donec ipsa vixerit. Et ad predicta omnia et singula exequenda constituit suos comiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit et fr. *Ansaldum* de Butrio de dicto Ord. Min., vel illos quos ipsi nominaverint. Et voluit quod si aliquod test. reperiretur hinc retro esse factum, illud revocat; et omne test. quod deinceps reperiretur cassat et irritat, preter pres. test., quod voluit valere et habere plenum robur, nisi in eo test. quod deinceps fieret reperirentur esse scripti et testes Minister et Custos Fratrum Min. de Bon. et nisi sint in testes septem Fratres Minores. Actum Bononie in domo dicte testatricis in pres. fr. *Ansaldi* de Butrio sacerdotis, qui dixit *etc.,* fr. *Ugolini* de Prato de Ord. Min. ...

Die xviii eiusdem mensis fr. *Ugolinus* de Prato procur. dicte d. Rosoline dep. in sacristia Fr. Min. t. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus

fr. *Ugolini* sacriste dedit, pp. fr. *Zacharia* de Artinisiis et fr. *Gerardino* de Allerariis, de Ord. Min. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 40. — Orig.

551. Bononiae, 18 aprilis 1292.

Testamentum.

D. Henghelescus q. Laurentii de Rodulfis de Pollicino ... reliquid c lib. bon., de quibus dari et restitui voluit illis personis et illam quantitatem pecunie, que scripte sunt in quadam cedula, que est penes fr. *Bonaventuram* de Gisso; item circa funus et sepult. suam v lib. bon., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min.; item fr. *Bonaventure* de Gisso Ord. Min. p. s. n. III lib. bon. Residuum vero expendi voluit per comiss. suos p. a. s. ubi melius et utilius eis videbitur ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos comiss. sui nominaverint. Et ad predicta omnia et singula exequenda fecit suos comiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Ansaldum* de Butrio de dicto Ord., vel quem vel quos ipsi nominaverint ... Et si aliquod test. hinc retro reperiretur esse factum, revocat et cassat ... et istud presens voluit valere; et omne aliud test. quod deinceps reperiretur esse factum cassat et irritat nisi in eo scriptum fuerit « Ecce quam bonum *etc.* » et nisi fuerint septem Fratres Min. Actum Bononie in *domo* Fr. Min. in *cortexella que est iuxta scolas Fratrum*, in pres. fr. *Ansaldi* de Butrio sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Zanilini* de Carpo, fr. *Mathioli* de Ymola, fr. *Anselmi* de Parma, fr. *Guillelmi* de Curtimilio, fr. *Pauli* de Bertinorio, fr. *Bertolini* de Pollicino et fr. *Rugerii* Poete, omnium de dicto Ord.

Eodem die testator dep. in sacristia Fr. Min. t. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacriste dedit, pp. fr. *Ansaldo* de Butrio et fr. *Zacharia* de Munarolis ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 41. — Orig.

552. Bononiae, 2 maii 1292.

Ratio pro male ablatis incertis solvendis.

Cum d. Bonvilanus q. d. Iacobi Bonvilani reliquisset c lib. bon. in suo testamento, script. manu Morandi de Stiglatico not., tam pro male ablatis incertis quam pro anima sua, et ipse d. Bonvilanus in presentia fr. *Blaxii* de Barbaria de Ord. Fr. Min. sui confessoris, et de ipsius fratris licentia et mandato, volens dictas c lib. distribuere tam pro male ablatis quam p. a. s., distribuit (et) ordinavit modo et forma inferius denotata. In primis quidem dari voluit *etc.* ... reliquas vero LXX lib. bon. vult quod distribuantur et expendantur inter pauperes Christi per manus d. Zanini factoris et familiaris Fr. Min. de Bonon., de consensu et voluntate dicti fr. *Blaxii*, cui dedit plenam licentiam, auctor. et liberam potestatem intrandi possess. bonorum ipsius Bonvilani et ea bona aprehendere, sua propria auctor. vendere, allienare *etc.* usque ad integram satisfactionem omnium predictorum, nisi dictus Bonvilanus observaverit infrascripta, videlicet quod debeat dare et solvere quolibet anno dicto d. Zanino v lib. bon. hinc ad III annos prox. et a dictis III annis in antea quolibet anno XII lib. bon., donec dicte LXX lib. bon. fuerint integre solute. Actum Bononie in *capitulo* Fr.

Min., pp. fr. *Iohannino* de Portanova, fr. *Iohanne* de Aezis et fr. *Bertholomeo* portonario, omnibus de Ord. Min. ... Homobonus de Tederisiis not.

25/4157, n. 42. — Orig.

553. Bononiae, 10 et 13 maii 1292.

Testamentum.

D. Romengarda f. q. d. Armaniti de Gura reliquid L lib. bon., de quibus ... reliquid conventui Fr. Min. p. m. v lib. bon. ... item cuilibet comiss. infrascript. XL sol. bon. Residuum vero expendi voluit circa funus et sepult. suam et alibi ubi melius et utilius videbitur comiss. suis, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... Et ad predicta exequenda constituit suos comiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Iohanninum* de Portanova. In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos dicti sui comiss. nominaverint ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Iohannini* de Portanova sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Bolognitti* d. Bonvisini, fr. *Petri* de Fulianis, fr. *Acini* de Bononia, fr. *Iohannis* de Ymola, fr. *Alberti* de Corvis, fr. *Guilelmini* de Lupicinis de Regio et fr. *Bartolomei* de Beliuso, omnium de dicto Ord. ...

Die XIII eiusdem mensis fr. *Iohanninus* de Portanova procur. dicte d. Romengarde dep. in sacristia Fr. Min. test. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. Bon. et in manibus fr. *Ugolini* de Castello sacriste dedit, pp. fr. *Bertolomeo* Gerardoci, fr. *Bonaventura* de Ozano et fr. *Iohanne* de Ymola, de dicto Ord. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 44. — Orig.

554. Bononiae, 12 et 14 maii 1292.

Testamentum.

D. Benvenuta f. q. Tonsi ... reliq. XXV lib. bon., de quibus reliq. v lib. bon. circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min.; item conventui Fr. Min. p. m. v lib. bon.; item fr. *Petro* suo filio p. s. n. XII lib. bon. ... Residuum vero expendi voluit p. a. s. ubi melius et utilius videbitur comiss. suis. Et ad predicta exequenda fecit suos commiss. dictum fr. *Petrum*, Iacobum et Iohannem suos filios ... Voluit quod si aliquod test. reperiretur hinc retro esse factum et specialiter test. script. manu d. Michaelis Calcagni not., illud revocat et cassat, et istud pres. voluit valere ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Raymondini* lectoris sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Bartolomei* de Gisso portarii, fr. *Ubertini* portarii, fr. *Petri* de Castagnolo, fr. *Bernardini* de Cornazano, fr. *Vicini* de Plumatio, fr. *Rugerii* Poete et fr. *Iohannis* de Ymola, omnium de dicto Ord. ...

Die XIIII eiusdem mensis, fr. *Ubertinus* portarius proc. dicte d. Benvenute dep. in sacristia Fr. Min. test. suum sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Ugolini* sacriste dedit, pp. fr. *Manfredo* de Tomariis et fr. *Rodulfo* de Tuschis de Ord. Min. ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 45. — Orig. = In dorso « De isto test. satisfactum est omnibus ».

555. Bononiae, 18 maii 1292.

Testamenti executio.

Cum hoc sit quod d. Avenante f. q. d. Iohannis ... decesserit et fecerit suum test. scriptum manu Pacis q. Lanbertini de Calderariis not. in quo, inter cetera que ordinavit, quasi in fine dixit ita: « Residuum vero omnium suorum bonorum vult quod distribuatur et detur pro ipsius anima, per Francischum Martinelli et fr. Bonapartem suos comiss. In omnibus autem suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Francischum sibi hered. instituit. Et haec est sua ultima voluntas *etc.* ». Unde predictus Francischus Martinelli et dictus fr. Bonaparte ... volentes ... exequi voluntatem dicte testatrizis, distribuendo dicta bona secundum formam dicti test. dant et offerunt dd. Paci dè Pace et Dominico Poete, stipulantibus et recipientibus procuratorio nomine Ecclesie Romane, et nomine et vice d. Pascipoveris d. Castellani Baioli procur. Ecclesie Romane, et cuilibet eorum in sollidum, et pro ipsa Ecclesia, omnia bona et iura que fuerunt dicte d. Avenantis, et que tenebantur et possidebantur per dictam d. Avenantem, spectancia ad ipsorum comiss. et heredis distributionem et ad ipsum heredem pro dandis et distribuendis in necessitatibus conventus Fr. Min. de Bonon. pro anima dicte testatrizis ... Actum Bononie sub porticu *reclausti secundi* Fr. Min., pp. fr. *Petrizolo* de Apossa, fr. *Ansaldo* de Butrio, fr. *Francischo* de Vandolis, omnibus de Ord. Fr. Min. ∴ Gerardus Ferarii not.

346/5089, n. 49. — Orig. = In dorso « Del fato di dona Avenante ».

556. Bononiae, 21 maii 1292.

Exhibitio schedulae testamentariae.

Comparuit coram d. Becte de Certaldo iudice et assessore d. Rubey de la Tossa Potestatis ad dischum Aquille, ad requisicionem et instanciam Marxilli Petri massarii syndici Comunis et hominum terre Gavaxeti ... fr. *Pellegrinus* de Pollicino Ord. Fr. Min. de Bonon. comissarius d. Iacobi q. d. Guidonis de Lambertinis rellictus ab eo et ellectus ex testamento ipsius Iacobi, scripto manu Michaellis d. Thomaxii not., dicens et protestans ... tam suo nomine, quam vice et nomine d. Guardiani Fr. Min. de Bonon. qui nunc est (vel) p. t. fuerit, et fr. *Sanguiney* cui dicitur fr. *Nicholaus* de Azoguidis de dicto Ord., commissariorum anime q. dicti d. Iacobi, ipsum d. Iacobum suum condidisse testamentum, ipso fr. *Pellegrino* presente, in quo quidem suo test. dari iuxit et volluit solvi et restituy, de bonis suis, omnia et singula male ablata per eum, que scripta reperirentur per ipsum testatorem in quadam cedulla, quam dixit fore scriptam manu propria dicti testatoris, et sigillatam sygillo dicti testatoris, cuy cedulle et scripture plenam fidem dari volluit hac si foret publica et autentica scriptura, et manu publici et autentici tabellionis scripta, que cedulla deposita est penes ipsum d. fr. *Pellegrinum* de Pollicino, vel in sacristia dictorum Fr. Min. Unde volens dictus d. fr. *Pellegrinus* voluntatem dicti testatoris executiomni mandari ... presentavit coram dicto iudice, ad perpetuam rey memoriam et ut deinceps ipsi scripture private fides integra adhybeatur, dictam cedulam, quam testificatur et dicit scriptam fore, in ipsius fr. *Pellegrini* presentia, manu q. dicti d. Iacobi, sygillatam sygillo ipsius Iacobi impreso, in cuius principio scripta erant hec verba: Hoc est quod debeo et de quo teneor ad restituendum et habere consillium (?). In primis *etc.* ... Que cedulla

presentata fuit per dictum fr. Pellegrinum, et me Iohannem registrata de voluntate et mandato dicti d. fr. *Pellegrini* et dicti sindici ad perpetuam predictorum memoriam, et plubicata *(sic)* in presentia dicti iudicis, et de ipsius mandato in pallatio veteri ad dischum Aquille, pp. ... d. Paxipovero d. Castellani Baiolli iudice, qui se dicit syndicum et procuratorem Ord. Min. Fr. et conventus de Bononia ... Iohannes de S. Georgio not.

337/5080, n. 81. — Orig.

557. Bononiae, 31 maii et 4 iunii 1292.

Testamentum.

D. Iulianus q. d. fr. Paxini ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. eius a. XL sol. bon ... item fr. *Homodeo* de Asti Ord. Min. de Bonon. XX sol. bon. ... Actum Bononie in *domo* Fr. Min., pp. fr. *Homodeo* de Asti sacerdote Ord. Min., qui dixit *etc.*, fr. *Bertholino* de Pollicino sacerdote d. Leoni q. Michaelis de Pollicino, Naxinbene q. Iohannis de Octo, d. Zanino q. Guidonis de Mantua, Gerardo q. Michaelis et Guidone Gandolfi, omnes familiarii Fr. Min ...

Die IIII iunii h. t. (consignatum fuit) fr. *Iacobino* de Galleria sacriste Fr. Min. [...] in eorum sacristia reponatur ut eidem plenam fidem ab omnibus adybeatur, pp. fr. *Alberto* de Soldaeriis et fr. *Bartholomeo* Beliuxi, ambo Fr. Min. ... Michael Petri specialis not.

25/4157, n. 50. — Orig.

558. Bononiae, 6 iunii 1292.

Testamentum.

D. Bonacursius f. q. Raymundini ... voluit s. t. esse secretum, sigillari debere sigillo conventus Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in domo testatoris, in pres. fr. *Nicholay* de Munarolis sacerdotis de Ord. Min., qui dixit *etc.*, fr. *Nicholini* de Butrio de dicto Ord. fr. *Guillelmi* de Panzonibus ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 53. — Orig.

559. Bononiae, 12 et 13 iunii 1292.

Testamentum.

D. Iacobinus f. q. Iohannis ... reliq. XII lib. bon., de quibus vult dari conventui Fr. Min. de Bon. XX sol. bon. ... item fr. *Ubaldo* de Mutina de Ord. Min. IIII lib. bon. pro una cappa emenda ... item Uxellitto fratri dicti testatoris XL sol. bon. si fuerit vivus, alioquin dentur conventui Fr. Min. p. m. celebr. Residuum vero vult expendi circa suam sepult., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... Item reliquid d. Benvenutam uxorem suam dominam et usufructuariam in domo sua et in omnibus suis bonis, donec vixerit ... post mortem vero suam vult omnia sua bona distribui p. a. s. ... in missis celebr. arbitrio et voluntate sui commiss., quem vult esse Guardianum Fr. Min. de Bonon. qui p. t. fuerit, inter pauperes Christi quos dixerit et nominaverit dictus Guardianus, qui possit et debeat constituere unum vel plures procuratores, qui possint et debeant accipere tenutam, et vendere et alienare cum dispensatione dicti Guardiani ... Item dictus testator constituit fr. *Ubaldum* de Ord. Min. presentem suum

procur. specialiter ad deponend. h. t. in sacristia Fr. Min. et ad faciendum sigillari sigillo dicti conv. Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Bonaventura* de Ozano, fr. *Anastaxio* de Bonon., fr. *Anselmo* de Parma, fr. *Thomaxio* de Portanova, fr. *Iohanne* de Imola, fr. *Barthollomeo* portonario, fr. *Zanilino* de Carpo et fr. *Ubaldo* de Mutina, qui dixit *etc.*

Die sequenti dep. fuit dictum test. in sacristia Fr. Min., per predictum testatorem et sigillatum sigillo dicti conventus, pp. fr. *Raynerio* de Agrestis de Ord. Min. et fr. *Petro* de Marzegone de dicto Ord. ... Iacobinus q. Paulini Fabri not.

25/4157, n. 54. — Orig.

560. Bononiae, 15 et 17 iunii 1292.

Codicillus.

Cum hoc esset quod d. Lucia f. q. d. Iohannini barberii et uxor q. Naximbenis piscatoris suum condidisset test. script. manu mei Bondi not. infrascr. ... omnia que in ipso test. continentur press. codicillis confirmavit, hiis tamen additis et mutatis ... Item press. codicill. reliquid fr. *Iacobo* de Pozale de Ord. Min. III lib. bon. pro una tunica, quas fr. *Rodulfo* de Fabianis in suo testamento reliquid ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min. in pres. fr. *Iohannini* de Portanova, sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Bonaventure* de Savignano, fr. *Guiducii* de Ymola, fr. *Thomaxii* de Portanova, fr. *Bartolomei* Beliuxii et fr. *Zanilini* de Carpo, omnium de Ord. Min. ...

Die XVII eiusdem mensis fr. *Zanilinus* procur. dicte d. Lucie dep. in sacristia Fr. Min. codicill. suum sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Iacobi* de Galleria sacriste dedit, pp. fr. *Iohanne* de Ymola et fr. *Ubertino* portario ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 56. — Orig.

561. Bononiae, 16 et 17 iunii 1292.

Testamentum.

D. Iacobina f. q. d. Ansaldini beccarii ... reliq. XX lib. bon., de quibus reliq. ... circa funus et sepult. suam V lib. bon., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iurib. *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit quos comiss. sui nominaverint. Quos comiss. suos ad predicta exequenda esse voluit Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Ansaldum* de Butrio dicti Ord., vel quem vel quos nominaverint ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Ansaldi* de Butrio sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Ubertini* portarii, fr. *Francisci* de Vandolis, fr. *Bartolomei* portarii, fr. *Anastasii* de Calanchis, omnium de Ord. Min. ...

Die sequenti dictus fr. *Ubertinus* procur. dicte d. Iacobine dep. in sacristia Fr. Min. t. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Iacobini* sacriste dedit, pp. fr. *Zanilino* de Carpo et fr. *Iohanne* de Ymola ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 57. — Orig.

562. Bononiae, 25 et 27 iunii 1292.

Codicillus.

Cum hoc esset quod d. Richeldina f. q. d. Bricii ... suum condidisset testamentum, script. manu Bertolomei d. Bologniti not., ipsa d. Richeldina ... omnia que in

ipso suo testamento continentur, press. codicillis confirmavit, hiis tamen additis et mutatis ... Reliquid conventui Fr. Min. xx sol. bon.; item fr. *Iohannino* de Portanova de Ord. Min. p. s. n. xx sol. bon.; item cuilibet testi in pres. codicillo x sol. bon. ... Comiss. suos esse voluit ... fr. *Iohanninum* de Portanova de Ord. Min. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Iohannini* de Portanova sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Ubertini* portarii, fr. *Franciscini* de Regio, fr. *Bonaventure* de Ugiano, fr. *Thomaxii* de Portanova, fr. *Bonacursii* de Albaris et fr. *Henrici* de Argellata, omnium de Ord. Min. ...

Die xxvii eiusdem mensis fr. *Iohanninus* de Portanova procur. dicte d. Richeldine dep. in sacristia Fr. Min. codicill. suum sigillatum sigillo conv. Fr. Min. et in manibus fr. *Iacobini* sacriste dedit, pp. fr. *Azino* de Bonon. et fr. *Francischo* de Vandolis ... Bondì q. Petrizoli Bonincuntri not.

25/4157, n. 60. — Orig. = Cf. n. 365.

563. Bononiae, 25 iunii 1292.

Testamentum.

D. Malgarita f. q. d. Ceteloni (?) beccari et uxor d. Phylipi d. Pauli Calcolli ... voluit s. t. secretum esse et permanere toto tempore vite sue, et sigillari sigillo Ord. et conventus Fr. Min. de Bonon. et deponi debere apud sacristiam dictorum Fratrum, secundum formam stat. com. et pop. Bon. Voluit expendi per infrascr. suos comiss. vii lib. bon. circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... item dari voluit uni persone, *que vadat pro ea et eius anima ad S. Franciscum de Assisio*, iii lib. bon., *pro perdonantia acquirenda* pro eius anima; item uni persone que ytura sit pro ea et eius anima apud Ravenam ad perdonantias percipiendas, xx sol. bon. Que omnia et singula legata voluit solvi debere ... per infrascr. comiss. suos quos esse voluit ... Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit. ... Actum Bononie ... Michael q. Thomaxii not.

25/4157, n. 61. — Orig.

564. Ferrariae, 28 iunii 1292.

Testamentum d. Obizonis Atestini et Anconitani March.
(De novo loco pro Fratribus Min. Rhodigii construendo).

Nos Obizo Dei gratia estensis et anchonitanus Marchio, in plena corporis sanitate ac mentis firmitate permanentes, nolentes decedere intestati, talem per nuncupacionem decrevimus facere testamentum. Et in primis volumus et iubemus quod pro anima nostra et pro male ablatis incertis, a multis personis nobis incertis habitis et perceptis, et pro illarum animabus, construatur et fiat unus *locus* religiosus, in quo quidem loco religioso morentur et morari possint continue viri *religiosi numero* l *de Ord. B. Francisci, qui Minores Fratres vulgariter appellantur*, inter quos sint semper ad minus xii sacerdotes, qui qualibet die et per quemlibet eorum, pro anima nostra et pro animabus illorum a quibus male ablata habuimus et percepimus, Misse officium celebretur, in qua Missa per quemlibet eorum, die qualibet celebranda, sumatur pretiosissimum corpus Christi, ita et taliter quod in hoc et circa hoc nullus possit esse defectus, quin per quemlibet predictorum sacerdotum, die qualibet, Missa solempniter celebretur, et nichilominus quilibet alius sacerdos in missa sua specialem commemo-

racionem facere teneatur. In oracionibus vero et suplicationibus quas Deo aliter facient, nos participes facere teneantur. Edificetur et fiat locus iste in *Pollicino*, extra portam terre nostre *Rodigii*, supra cantonem vie, per quam viam et portam itur ad villam Sarzani, ab alio latere cuius vie est vinea nostra donicata, ab alio latere est pistrina.

Et quia in loco predicto nichil ad donicatum nostrum habemus, volumus et mandamus quod fideicomissarii infrascripti tantam quantitatem terre emant et sic sufficientem, quod construatur locus magnus, longus, latus et spatiosus, prout infrascripti nostri fideicomissarii pro habitatione L Fratrum duxerint disponendum, ad cuius terre empcionem, loci construcionem et ediffícationem, pro libris, pro calicibus, pro paramentis et alliis oportunis, relinquimus et legamus infrascriptis fideicomiss. nostris x^m lib. venetorum parvorum de peccunia quam habemus penes mercatores florentinos, que quantitas circa predicta ipsorum arbitrio expendatur; qui mercatores de quacumque societate sint, et quocumque nomine censeantur, de predicta quantitate pecunie respondere integraliter teneantur, non obstante quod heredes nostri non consentirent, sed potius impedirent; hoc expressim addito et adiecto quod locus Fr. Min. qui nunc est in *Rodigio* iungatur et uniatur huic nostro loco religioso fiendo; Fratres tamen moraturi in loco nostro ad omnia teneantur in totum observare et adimplere, ad que pro anima d. Aylicis Fratres qui nunc sunt in loco *Rodigii* tenebantur.

Sit autem *locus* noster et intelligatur *Provincie Bonon.* et sub ministro ipsius Provincie, in quo loco nostro teneatur et observetur continue *studium generale*, ita quod, quelibet Provincia citramontana ibi possit unum habere studentem. Et quia nostre intencionis existit quod locus noster religiosus celeriter construatur, precise volumus et ordinamus quod per fideicomiss. nostros ematur possessio in loco superius nominato, ubi declaravimus quod edifficetur et fiat et incoetur edifficium usque ad duos annos a tempore mortis nostre, ita quod, duobus annis computatis, perficiatur et compleatur usque ad quinque annos, hoc intelligimus peccunia a mercatoribus iam habita et percepta; alioquin ad Fratres Predicatores omnino applicetur et transferatur, ita quod locus emptus et quidquid superedificatum fuerit ad ipsos Fr. Pred. perveniat pleno iure, et Fratres Min. de peccunia iam recepta a mercatoribus, que remanserit apud eos, respondere cogantur. Et amotis et cassatis Fratribus Min. nostris fideicomiss., infrascr. nostros fideicomiss. facimus generalem Magistrum Fr. Ord. Predic., provincialem Priorem istius provincie eiusdem Ord., Priorem Fr. eiusdem Ord. de Ferraria, Priorem Fr. eiusdem Ord. de Padua, quibus circa omnia que pro loco nostro religioso statuta sunt eamdem concedimus et conferimus potestatem, quam fideicomiss. nostris Fratribus Min. dederamus. Et evacuatis legatis omnibus et cassatis Sororum Minorum et Sororum S. Anthonii, plene reliquimus et legamus Sororibus S. Catherine et Sororibus S. Barnabe de Ferraria in omnibus et per omnia, ut Fratribus Predic. respondere cogantur sub forma simili et cum plena observancia sicut in Sororibus Minoribus et S. Anthonii declaravimus, legatis omnibus tam pro male ablatis certis et incertis quam p. a. n., prout in posterum declaratur, in sua firmitate duraturis, ubi nichil intendimus circa ea nec circa fideicomiss. aliquid immutare.

Et ut vite Fratrum et eorum necessitatibus plene et salubriter sit provisum, relinquimus et legamus *conventui et Dominabus Sororum Minorum de Ferraria* omnes terras et possessiones quas a Benevenuto q. Blanchi iudei acquisivimus titulo empcionis, que posite sunt in fundo et territorio Sadriani, que iam fuerunt filiorum et heredum

q. d. Guidoberti, et totum illud quod in dicto fundo acquisivimus et in posterum acquiremus. Item vallem et nemus, prout suis iustis finibus terminatur. Que quidem possess. et terre, cum valle et nemore frutifficare possint usque ad quantitatem M lib. ven. parv., uno anno cum alio computato. Item ultra relinquimus et legamus de pecunia quam habemus apud mercatores nostros florentinos, *conventui et Dominabus* predictis III^{m} lib. ven. parv., que in empcionem possessionum per eas integraliter convertantur, quod arbitrio et disponicione fideicomiss. nostrorum videatur et intelligatur relictum. Hac condicione predictis legatis apposita et inserta, quod anno quolibet, temporibus opportunis, dicte Domine decima omnium fructuum et reddituum habita et percepta ad utilitatem propriam, residuum de omnibus fructibus et redditibus, anno quolibet dictis Fratribus respondere cogantur, et eorum propriis expensis ad portum Rodigii resignare et conducere teneantur.

Quod si prefate Domine recusarent aut circa agricolturam per se vel per alios reddiderint negligentes, nec Fratribus de fructibus responderent, aut ex alia quacumque causa, que iusta Fratribus videretur, ex nunc illa relicta omnia cassamus, et illa omnia relinquimus, et iure legati ad Sorores et conventum S. Anthonii pleno iure volumus pervenire, cum plena observancia predictorum, et sub forma simili superius anotata, ad quam Sorores predicte ipsis Fratribus Minoribus tenebantur; hoc nobis specialiter observato, ut si in vita nostra, ista de causa, possessiones aliquas emeremus, aut forte loco istarum possess. sufficientes et equivalentes assignaremus Dominabus supradictis, quod hoc legatum prorsus evanescat in totum. Si vero Dominabus, de possess. sibi legatis ad vitam Fratrum deputatis, questio moveretur, et possessiones evincerentur in toto vel in parte, quod heredes nostri teneantur Dominabus celeriter providere ut, loco possess. evitarum, possess. sufficientes et equivalentes resignare cogantur. Et quia nostre intentionis plene extitit quod omnia adimpleantur et observentur, iubemus, volumus et mandamus heredibus nostris ut ad hec omnia exequenda et fienda, omnem favorem et consilium prebeant et impendant in his omnibus, in quibus a fideicomiss. nostris, aut ab eorum factoribus sive procuratoribus et executoribus, pro predictis omnibus et singulis fiendis et observandis ac fideliter adimplendis, fuerint requisiti.

Et ut heredes, iniuriis, molestiis et impedimentis quibuscunque cessantibus et amotis, studeant proncius et velocius obedire, et ut omnia et singula suum ordinatum sorciantur effectum, facimus et elligimus nostros executores, fideicomiss. et ministros, religiosos viros *Generalem Ministrum tocius Ord. Fr. Min., Provincialem Ministrum* eiusdem Ord. in *Provincia Lombardie, Provincialem Ministrum* eiusdem Ord. in *Prov. Marchie Trivixine,* Guardianum Fr. Min. eiusdem Ord. de *Ferraria* et Guardianum eiusdem Ord. de *Padua* et Guardianum nostri loci *Rodigii* religiosi, quibus omnibus coniunctim et separatim, ita quod duo ad minus sine aliis possint officium et ministerium explicare, damus et concedimus plenam et liberam potestatem, plenum et liberum mandatum iubendi, disponendi, exequendi, vendendi et alienandi de bonis nostris, usque ad sufficientem quantitatem, si predicti mercatores respondere fideicomiss. nostris recusarent, aut quia nollent, aut quia forte ab heredibus impediti, tam pro empcione terre ubi predictus locus noster edifficari aut construi debet, quam pro empcione possessionum que ad vitam Fratrum sunt specialiter deputate, et pro edifficatione et construcione ac perfecione loci religiosi predicti, pro libris, pro calicibus, pro paramentis et aliis opportunis usque ad quantitates superius nominatas;

hac condicione apposita et inserta quod si Fratres Min. locum desererent, aut predicta omnia et singula non observarent, prout superius scripta sunt, quod dictus locus religiosus cum omnibus iuribus suis pleno iure Ordini Fr. Pred. et Fratribus Pred. applicetur et conferatur in totum, cum plena observancia predictorum; et ex nunc, predictis fideicomiss. executoribus et ministris in totum amotis, facimus et ellegimus nostros fideicomiss. executores et ministros religiosos viros Magistrum Ord. Pred., Provincialem Priorem eiusdem Ord. in Provincia ista, Priorem Fratrum eiusdem Ord. de Ferraria, Priorem Fratrum eiusdem Ord. de Padua, et Priorem eiusdem loci nostri religiosi, quibus per omnia coniunctim et separatim eamdem tribuimus potestatem quam tribuimus fideicomiss. nostris, et executoribus superius nominatis; et ex nunc, cassatis et evacuatis legatis *conventui Sororum Minorum* et conventui Sororum S. Anthonii de Pollicino relictis per formam superius anotatam, illa relicta omnia cum condicionibus et gravaminibus appositis et insertis, relinquimus et legamus et iure relicti ad Sorores S. Catherine pleno iure volumus pervenire cum plena observancia predictorum et sub forma simili ad quam conventus supradict. Dominarum Fratribus Min. tenebantur. Quod si predicte Sorores recusarent aut ... condiciones appositas non servarent ... aut ex alia quacumque causa que iusta Fratribus videretur, relictis et cassatis omnibus legatis, predicta omnia relinquimus et legamus et i. l. ad conventum Sororum S. Barnabe pleno iure volumus pervenire cum plena observancia predictorum et sub forma simili ad quam Sorores S. Catherine ipsis Fratribus Predic. tenebantur; tali condicione apposita et inserta quod si Fr. Pred. noluerint sive recusaverint predictum locum religiosum, aut ipsum iam habitum et adeptum desererent, aut omnia et singula ad que Fr. Min. tenebantur non observarent, prout superius scripta sunt, quod dictus locus religiosus cum omnibus iuribus suis S. Marie de Templo et ipsis Fratribus de Templo pleno iure conferatur et applicetur cum plena observancia predictorum que primo Minoribus et postea Predic. est ascripta.

Et quia desideramus et volumus Fratres in loco nostro religioso in sua quiete vivere et plena libertate morari, filiis nostris a nobis heredibus institutis et suis posteris inibemus ne Fratres opprimant aut iniuriis seu molestiis eos afficiant in loco nostro religioso, seu in possessionibus ad vitam ipsorum specialiter deputatis, quod si contra facient, eos ex nunc a successione nostra, sicut de iure possumus, privamus in totum, et ad S. Mariam de Templo et ad Fratres Templi hereditatem nostram volumus pervenire. Quod autem diximus in superioribus, quod mercatores nostri in legato x^m^ et in legato III^m^ lib. ven. parv. supradictis personis nostris fideicomiss. respondere cogantur, excipimus a legato predicto, si in vita nostra circa locum religiosum aliquid facere nos contingat, aut circa empciones possessionum, ut facta bona computacione, tanto minus mercatores, et etiam heredes nostri, respondere de legato predicto teneantur.

Item relinquimus et legamus conventui et *Dominabus Sororum Min. de Ferraria*, de pecunia quam habemus apud mercatores florent. pro male ablatis incertis a multis personis habitis et perceptis, et pro animabus eorum, v^m^ lib. venet. parv. que in empcionem terrarum et possess. in districtu Ferrarie convertantur per eas, consilio Guardiani ac fr. *Mathei* de Bononia confessoris nostri et duorum Discretorum conventus Fr. Min. de *Ferraria*. Quas possessiones et terras excoli diligenter conventus et dicte Domine facere teneantur, decima parte fructuum et reddituum per ipsas

Dominas habita et percepta ad utilitatem propriam, et residuum omnium fructuum et reddituum pro animabus eorum integraliter et fideliter in Christi pauperes erogentur illarum civitatum, locorum et terrarum, in quibus dapna intulimus et intulisse videmur. Pauperes autem Christi intelligimus ostiatim mendicantes, et centum de talibus mendicantibus hostiatim anno quolibet volumus indumenta prestari, arbitrio et disposicione ac voluntate Guardiani, lectoris, et fr. *Mathei* confessoris nostri predicti conventus Fratrum Min.; quod legatum et que distributio perpetuo observetur. Quod si prefate Domine recusarent, aut circa agricolturam se ostenderent negligentes, iure legati ad conventum et Sorores S. Anthonii, per formam superius anotatam, ipsum relictum, pleno iure, volumus pervenire cum plena observancia predictorum.

Item relinquimus et legamus fideicomiss. nostris superius nominatis de Ord. Fr. Min. de peccunia quam habemus apud mercatores florentinos, xxx^m lib. ven. parv. que per eos in empcionem terrarum et possess. in districtu Ferrarie aut Padue integre convertantur, de fructibus et redditibus quarum terrarum et possess. per fideicomiss. nostros, omnibus habere debentibus, ex quacumque causa certa, respondeatur ad plenum. Et ultra, si opus erit, relinquimus et legamus predictis fideicomiss. nostris pro complemento restitucionis male ablatorum certorum, de peccunia quam habemus apud mercatores nostros de Florentia L^m lib. ven. parv., examinatione prehabita diligenti plena et semiplena, inspecta condicione persone petentis, et inspecto a quo, quid, quantum et ex qua causa petatur, sicut eis videbitur et sine mora, satisfacere seu restituere teneantur. Quibus fideicomiss. nostris damus et concedimus plenam et liberam potestatem, plenum, purum et liberum mandatum coniunctim ac separatim, duo ad minus, circa ipsam restitucionem fiendam et circa omnia alia et singula supradicta, et eciam exigendi a mercatoribus supradictas peccunie summas sive predictas peccunie quantitates, et liberandi mercatores ipsos ab omni peccunie quantitate quam ab eis receperint ex causis predictis. Et quia nostre voluntatis existit ut omnibus habere debentibus restitucio fiat plena, volumus et mandamus mercatoribus nostris quocumque nomine censeantur, de quacumque societate sint, de quacumque civit. villa, terra et loco, ut viso test. nostro respondere non differant de predictis summis et quantitatibus superius nominatis, et ultra, si opus erit, de omnibus aliis quantit. et summis peccunie in quibus nobis tenentur ex quacumque causa, sive per instrumenta sive per libros eorum integre sine diminucione respondere cogantur, et omni dilatione, cavillatione, exceptione, tarditate amotis, restituere et solvere teneantur. Nec unquam competat aut competere possit aliqua liberatio ipsis mercatoribus ... nisi solucione facta per fideicomiss. nostros coniunctim aut separatim fuerint liberati per duos eorum ad minus. Si vero predicta quantitas ad restitutionem male ablatorum certorum non sufficeret, damus predictis fideicomiss. nostris coniunctim et separatim, duo ad minus, plenam licentiam et liberam potestatem vendendi et alienandi de bonis nostris, in quacumque civitate, villa, terra et loco pro libito voluntatis eorum et securos facere emptores ad sensum et volunt. ipsorum prout ius requirit, et ex nunc ratas venditiones in totum et que in eis continentur habere volumus et habemus.

Et quia talia non possunt sic breviter expediri, volumus quod restitucio limitetur et finiatur usque ad v annos, a tempore mortis nostre. Post dictum vero tempus v annorum, volumus et mandamus quod de fructibus et redditibus possess. et terrarum que supra prox. deputavimus restitucioni male ablatorum certorum p. a. n.

fructus et redditus omnes errogentur et distribuantur pro pauperibus Christi per fideicomiss. nostros, aut eorum alterum, vel per fr. *Matheum* confessorem nostrum, semper cum consilio Guardiani et Lectoris Fr. Min. loci nostri religiosi fiendi in *Rodigio*, aut Prioris Fr. Predic. et lectoris eiusdem loci si contingeret locum ipsum ad Fr. Predic. devolvi, et hoc perpetuo observetur. Pauperes autem Christi, quibus errogatio fieri debet, intelligimus qui hostiatim mendicant ... ita quod nichil ad Fratres Min., Predic., Heremitas aut alios Religiosos possit aliquid pervenire ... Fideicomissarii autem nostri simul et separatim cum consilio Guardiani et Lectoris Fr. Min. loci nostri fiendi, possint dictas possess. coli facere, ad fictum locare vel alio modo prout voluerint; coloni vero et laboratores eis ad plenum respondere cogantur, ita quod fructus et redditus distribuantur et dispensentur, prout superius dictum est, vocatis ad hoc aliquibus discretis Fratribus Predic. et Heremitis, qui videant tempore distributionis si in tales pauperes errogentur quales in test. nostro duximus disponendum ... Inibemus et proibemus filiis nostris et eorum descendentibus ne fideicomiss. nostros impediant circa execucionem predictorum relictorum p. a. n. aut circa peccuniam a mercatoribus exigendam et consequendam, aut circa possessionum occupacionem et terrarum fructuum et reddituum que ad restitucionem male ablatorum certorum et incertorum et eciam p. a. n. prout per ordinem mandavimus observari, alioquin eos et eorum quemlibet impedimentum prestantes et prestantem, sicut de iure possumus, ab heredit. nostra privamus in totum, et ad S. Mariam de Templo et ad Fratres suos pleno iure volumus pervenire. Item volumus et mandamus quod quidquid superfuerit, aut residui erit, de pecunia nostra, apud quoscunque sit illa, a restitucione male ablatorum, id totum relinquimus fidei et voluntati et arbitrio fideicomiss. nostrorum, cum consilio et voluntate Guardiani et Lectoris loci nostri religiosi fiendi, aut Prioris, ut illum *(sic)* deponant et resignent apud quos voluerint mercatores, prout eis videbitur deponendum et resignandum, scientibus heredibus nostris tantum. Et quidquid iuste per mercatores habebitur et queretur, non diminuatur set semper salvum permaneat aput dictos mercatores vel aput alios, prout mutare voluerint. Nec unquam filiis nostris vel eorum descendentibus respondeant, nisi contingeret eos perdere civit. Ferrarie vel Policinum vel quod habemus in paduano districtu. In his autem casibus, quod postea iuste quesitum erit, solum ad heredes nostros in predictis casibus volumus pervenire, salvo semper deposito et resignatione peccunie principalis cum eo lucro quod iam perceptum erit de dicta peccunia deposita, ita quod in casibus supradictis dare teneantur fideicomiss. nostri heredibus nostris de eo solo quod postea queretur, non autem de peccunia deposita nec de lucro iam quesito. Si autem recuperaverint deperdita, nunquam aliquid postea prestetur eisdem sed semper salvum permaneat, nisi contingentibus casis supradictis ...

Item relinquimus Fratribus Min. de *Este* p. a. n. c lib. ven. parv.; item Fratribus Min. de *Rodigio* c lib. ven. parv.; item Fratribus Min. de *Lendenaria* c lib. ven. parv.; item Fratribus Min. de *Ferraria* c lib. ven. parv. ... Item volumus et mandamus quod filia nostra Beatrix ... de peccunia quam habemus aput mercatores florentinos emere teneatur unum podere precium cuius poderis sit in quantitate vi^m lib. venet. parvorum, quam quidem peccunie quantit. ipsi filie nostre legamus ... Hoc intelligimus si fideicomiss. nostri huic legato voluerint consentire, ita quod filia nostra a mercatoribus florentinis predictam habeat peccunie quant., cum iam pro nobis sit restitucioni specialiter deputata, ut supra dictum est. Si autem noluerint consentire, quia

exstimabunt se consentire non posse, in preiudicium anime nostre, tunc volumus et mandamus quod filii et heredes nostri iure legati teneantur, a tempore mortis nostre, dictam prestare peccunie quantitatem ... Item elligimus sepulturam nostram et volumus sepelliri aput domum Fr. Min. in loco nostro religioso, quem *aput Rodigium* fieri ordinavimus, sicut est superius declaratum, et hoc si tempore mortis nostre dictus locus fuerit incoatus, quod si non fuerit incoatus, elligimus sepelliri aput domum Fr. Min. de *Ferraria*, quousque dictus locus fuerit incoatus, quo incoato, ad eum locum volumus transferri et portari, et corpus nostrum sepelliri. In omnibus aliis nostris bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* filios nostros Azonem, Aldrevandinum et Franciscum et filios nostros masculos cuiuscumque sint matrimonii ex coniuge nostra d. Constancia nascituros equaliter nobis heredes instituimus et nostros facimus successores ...

Et licet sit nostre intencionis aperte quod omnes possessiones de padoverio, quas a d. Idano emimus aut quas ibi a quacumque persona in posterum acquiremus, sint omnes filiorum nostrorum, tamen sic disponimus in predictis quod si aliquo tempore fierent ibi saline ad faciend. salem, quod filiorum nostrorum saline et salis precium sit comune, hoc modo et forma, quod in loco comuni precium deponatur et deposit. et reservetur pro defensione omnium aut alterius eorum, si de guerra aliquis insurgeret contra eos aut alterum eorum. Quod quidem precium salis deponatur aput legales viros per Guardianum et Lectorem Fratrum Min. loci nostri religiosi, aut Prioris Predic. et Lectoris si contingeret locum nostrum ad Predic. Fratres devolvi ... Si omnes filii et heredes nostri (decederent sine filiis), tunc volumus et mandamus quod p. a. n. nostrorumque maiorum omni iure quo melius possumus et quocumque relicti titulo, bona omnia nostra ac heredit. nostram in favorem, subsidium et adiuctorium Terre Sancte, conservationem et recuperationem eiusdem volumus pervenire. Et in casu isto fideicomiss. nostris plenam et plenissimam tribuimus potestatem et administrationem ut tam fructus et redditus omnes integros, quam alia nostra bona hereditaria convertant et mandent in favorem, subsidium et adiuctorium T. S. et circa recuperationem ac conservationem eiusdem. Et super hoc si opus fuerit, summi Pontificis auctoritatem ac potestatem implorent ...

Hoc nostrum test. et ult. voluntatem decernimus esse, et per hoc derogamus alii test. sive ult. voluntati, quod et que appareret retroactis temporibus nos fecisse. Quod quidem ult. test. et ult. volunt. valere volumus iure test. ... vel alterius cuiuslibet ultime voluntatis. Et quia cum magna deliberatione, provisione ac maturitate deliberavimus ea que circa salutem anime nostre superius continentur, volumus et mandamus ipsa omnia pure, fideliter et integre observari. Et si aliquo tempore in posterum appareret aliquod test. seu scriptura aliqua cuiuscumque forme et condicionis sit illa, que statutis et legatis anime nostre in aliquo derogaret vel abrogaret, illud et illa volumus non valere, sed illa tantum que circa animam nostram statuimus valere volumus et in sua firmitate durare, non obstant. quibuscumque verbis appositis in aliquo test. seu scriptura in posterum fiendo vel fienda, aut quibuscumque verbis uteremur in eis. Que omnia quecumque sint illa ex nunc ad penitenciam revocamus, nisi in presencia istorum testium legata et statuta anime nostre mutaremus, et nisi de verbo ad verbum specialem faceremus mencionem de omnibus verbis istis. Et quia ad memoriam reducimus nostram, in palacio nostro novo, in camara nostra eiusdem palacii per manum presentis notarii, quoddam aliud testamentum fecisse in

presentia fr. *Mathei* Custodis Parme, fr. *Phylipi* de Feraria, fr. *Petri* de Regio Guardiani loci Fr. Min. de *Ferraria,* fr. *Iacobi* de Plastellis de Bonon., fr. *Petri* de Mutina, omnium de Ord. Min. d. Ugolini iudicis de Medicis, et fr. *Elye* de Medicis testium rogatorum et vocatorum in 1291 die VII intrante Novembri ... ipsum test. primum anichilamus et cassamus et irritamus ... hoc nostro testamento solo in sua firmitate durante. Ad publicacionem huius test. fuerunt hii testes presentes rogati et vocati, fr. *Petrus* de Regio Guardianus Min. in civitate *Ferrarie,* fr. *Phylipus* de Ferraria de Ord. Min., fr. *Iacobinus* q. Bonandree notarii de Ferraria eiusdem Ord., fr. *Petrobonus* de Baxalovo de Ferraria eiusdem Ord., fr. *Petrus* de Mutina eiusdem Ord., fr. *Elyas* de Medicis et d. Ugolinus iudex de Medicis ... Iohannes de Dulzeto Dei gratia not. hiis omnibus presens fui et rogatus ab ipso d. Marchione scribere, bona fide scripsi et ipsius voluntate et mandato in publicam formam redegi.

342/5085, n. 81. — Orig. In dorso « Ista sunt exempla test. d. Opizonis Marchionis Hestensis » « pro Fratribus de Padua » — 25/4157, n. 10, exempl. non authent.; et n. 58, sine tabellionis signo « Et ego Talis Dei gratia not. hiis omnibus presens fui et rogatus ab ipso [d.] Marchione [scribere] bona fide scripsi [...] et de mandato in publ. formam redege *(sic)* ».

565. Bononiae, 11 augusti 1292.

Testamentum.

D. Dominicus de Furno q. Albertini ... dari iussit Fratribus Min. de Bonon. III lib. bon. ... item *Societati S. Marie que congregatur in scolis Fr. Min.* X sol. bon.; item fr. *Rolandino* Ministro dicte societatis X sol. bon.; item fr. *Gerardino* de Cremona de Ord. Min. XX sol. bon. ... fecit suos comiss. fr. *Donusdeum* q. Zagni ... Et quia voluit s. t. esse secretum, illut iussit deponi in sacristia Fr. Min. et servari secundum formam stat. com. Bon. Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Iacobino* de Galleria sacristano, fr. *Thomasio* de Gambaldis de Ord. Min., qui dixit *etc.,* fr. *Oderico* de Riva (?), fr. *Gandulfino* de Mutina, fr. *Gerardino* de Alerariis, fr. *Zacaria,* fr. *Nicolao* de Munarolis ... et Leo servente dictorum Fratrum ... Ieremias Angelelli not.

26/4158, n. 4. — Orig.

566. Bononiae, 12 augusti 1292.

Testamentum.

Fr. Ugolinus Rolandini Paysani ... reliq. p. a. s. XXV lib. bon., de quibus expendi voluit circa funus et sepult. suam id quod videbitur comiss. suis, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... item pro male ablatis III lib. bon. distribuend. per comiss. suos pro anima illorum a quibus aliquid iniuste habuisset; item conventui Fr. Min. p. m. III lib. bon.; item fr. *Iohannino* de Portanova de dicto Ord. Min. p. s. n. III lib. bon. Residuum vero expendi voluit p. a. s. ubi melius videbitur comiss. suis. Quos comiss. suos ad predicta exequenda esse voluit fr. *Iohanninum* de Portanova de dicto Ord. Min. et fr. *Iulianum* de Gozadhinis et Ugolinum suum nepotem. Si autem dicti sui comiss. non solverint dictas XXV lib. relictas p. a. infra annum a die mortis sue, quod fr. *Iohaninus* predictus possit sua auctoritate alium comiss. substituere et subrogare ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in pres. fr. *Iohannini* de Portanova sacerdotis, qui dixit *etc.,* fr. *Anselmi* de Parma, fr. *Thomaxini* de Vecla, fr. *Zanilini*

de Carpo, fr. *Alberti* de Ymola, fr. *Guillelmini* de Luvisinis, fr. *Bernardini* de Cornazano et fr. *Bartolomei* portarii, omnium (de) dicto Ord.

Die sequenti dictus testator dep. in sacristia Fr. Min. t. s. sigillat. sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacriste dedit, pp. fr. *Iohanne* de Salvitis de Ferraria et fr. *Philippo* de Marzegonibus ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

26/4158, n. 5. — Orig.

567. Bononiae, 14 et 17 augusti 1292.

Testamentum.

Soror *Laurentia* f. q. d. Tigrini de Panico ... de bonis suis pro male ablatis incertis reliq. xx sol. bon. distribuend. per comiss. suos ubi melius eis videbitur ... Item p. a. s. circa funus et sepult. suam v lib. bon., quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. Item Fratribus Min. conv. Bon. p. m. III lib. bon.; item fr. *Blaxio* confessori suo III lib. bon. p. s. n. ... In omnibus vero aliis suis bonis mobilib. et inmobil., iuribus *etc.* d. Marchesellam suam matrem sibi heredem instituit; et si dicta d. Marchesella decederet, vivente testatrice, tunc pauperes Christi heredes instituit ... quos dixerit et ellegerit fr. *Thomaxinus* de Vetula de Ord. Min. si vixerit et, si non vixerit, quos ellegerit Guardianus Fr. Min. qui p. t. fuerit. Post mortem vero ipsius d. Marcheselle, voluit et mandavit quod per comiss. suos vendatur domus sua posita in burgo Peradelli, aut etiam alia quecunque, que de pretio predicte domus prioris empta esset in vita ipsius ... item una petia terre arat. posit. in curia Crespellani seu Calcare, in loco qui dicitur « Praderselle », iuxta *etc.;* totum vero pretium dictarum domorum cum medio pretio terre predicte reliquid p. a. s. dicto fr. *Thomaxino* de Vetula p. s. n. Si vero ipse fr. *Thomaxinus* esset defunctus, dictam hellemosinam et legatum reliquid conventui Fr. Min. de Bonon. In supradicto autem casu, cum silicet mater eius d. Marchesella predicta esset defuncta, totum residuum hereditatis sue ad pauperes Christi voluit devolvi, et in eodem casu eosdem pauperes suos heredes esse voluit et instituit, illos videlicet, quos dictus fr. *Thomaxinus* de Vetula duxerit nominandos et elligendos, vel Guardianus predictus, si dictus fr. *Thomaxinus* non viveret ... Et ad predicta omnia et singula exequenda constituit suos comiss. fr. *Thomaxinum* de Vetula de Ord. Min. et Guardianum Fr. Min. de Bonon. qui p. t. fuerit. Et si antequam dicta comiss. integre mandaretur effectui dictus fr. *Thomaxinus* decederet, voluit tunc quod dictus Guardianus ipsam comiss. exequendi totam plenam habeat potestatem ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. in present. fr. *Thomaxini* d. Ymeldine, fr. *Gerardini* de Allerariis, sacerdotum qui dixerunt *etc.*, fr. *Bonaventure* de Fanano, fr. *Ugolini* Aygoni, fr. *Bonaventure* de Savignano, fr. *Ugonis* de Meladio, fr. *Nicholai* de Munarolis et fr. *Henrici* de Argellata, omnes de dicto Ord. ...

Die XVII augusti, fr. *Nicholaus* de Munarolis proc. dicte testatricis dep. in sacristia Fr. Min. t. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacrist. dedit, pp. fr. *Zanilino* de Carpo et fr. *Petro* de S. Martino de Apposa ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

342/5085, n. 71. — Orig. In dorso « Lectum et publicatum, quia mortua est ».

568. S. Geminiani, 23 augusti 1292.

Apocha.

Pateat omnibus evidenter quod Bruecholus f. Upizzini et Iunta olim Iacobi (et alii) qui omnes et quilibet eorum confessi fuerunt eis et cuilibet eorum esse solutum et integre satisfactum a d. Berto olim d. Forcioris dante et solvente pro Gerio eius fratre de infrascript. quantitatibus pecunie seu den., videlicet dictus Broccholus de xxv lib. bonorum den. pisanorum num. et d. Iunta de xix lib. dictorum den. *etc.* ... Quas quantitates pecunie et den. predicti omnes et quilibet eorum solverant et dederant predicto Gerio pro usuris ultra capitale suum, quod eis et cuilibet eorum mutuaverat. Quas quantitates den. dictus Gerius promisit et convenit restituere et satisfacere Fratribus Minoribus loci civitatis Bononie et Vicario ven. patris d. Episcop. civit. Bon. predicte, ut de predictis [...] de quibus den. et quant. ipsorum predicti omnes et quilibet eorum vocaverunt se solutos, tacitos et contentos ... Actum sancto Geminiano *(sic)* coram ... Ganus f. Inghileschi not.

26/4158, n. 6. — Orig.

569. Bononiae, ... et 3 octobris 1292.

Decretum et mandatum de solutione facienda pro festo S. Francisci.

Reperiuntur in undecimo libro stat. Comunis Bonon. sub rubrica « *De ellemosinis ad pia loca concedendis* » infrascripta paragrafa sive capitula inter allia in hunc modum. Item dicimus quod d. Potestas, Capitaneus, Anziani et Consulles et Officiales Comunis Bonon. teneantur et debeant personaliter ire ad infrascriptas festivitates cum cereis et baldachinis, vicelicet ad festum b. Dominici de mense Augusti ad ecclesiam et conventum Fr. Pred., pro qua festivitate facienda singulis annis expendantur per Comun. Bonon. c lib. bon., quas quilibet massarius et depositarius Comunis Bonon. qui p. t. fuerit possit, teneatur et debeat solvere dictis Fratribus et conventui seu syndico ipsorum. Item in omnibus et per omnia fiat in *festivitate b. Francisci* et ecclesie et conventui Fr. Min., que fit de mense Octubris *etc.* Ego Petrus de Burellis not., ut in dicto libro inveni, ita fideliter exempl. et scripsi. — (Exempl.).

1292, 3 octobris. — Nos Cellus de Spoleto Potestas Bonon. precipiendo mandamus vobis fr. Buvalello Petroboni massario et generali depositario comunis Bon., quatenus detis et solvatis de omni pecunia et avere comunis Bon. que est vel erit penes vos, quacunque de causa, sine vestri preiudicio et gravamine, ecclesie S. Francisci et conventui Fr. Min. seu sindico ipsorum c lib. bon., quas habere debent a Comuni in festivitate b. Francisci, secundum formam statut. comunis Bonon. ... Iohannes Scangii not.

26/4158, n. 13. — Orig. In dorso « Forma [cuiusdam] statut. pro festo B. Francisci, antiqua ».

570. Bononiae, 24 octobris 1292.

Codicillus.

Certum est d. Iustum q. d. Guidonis Elice de Butrio suum test. fecisse script. manu d. Bonaventure q. Viviani not. sub predicto millesimo die 21 maii, quod test. press. codicill. confirmavit ... Hanc suam ult. volunt. voluit esse secretam toto tem-

pore vite sue et deponi in sacristia Fr. Min. conv. Bon. et sigillari sigillo ipsius conventus. Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Bonaventura* de Gipso sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Iohannino* de Luvisinis, fr. *Iacobo* de S. Iohanne in Persiceto, fr. *Pace* de S. Iohanne predicto, fr. *Bernardino* de Cornazano, Ord. Fr. Min. omnibus. ...

Eodem die testator constituit fr. *Bonaventuram* de Gipso predictum suum proc. ad deponend. hos codicillos in sacristia Fr. Min. conv. Bon. et faciend. sigillari sigillo ipsius conventus ... Bertolomeus d. Bologniti not.

26/4158, n. 15. — Orig.

571. Bononiae, 24 octobris et 18 novembris 1292.

Testamentum.

D. Romengarda f. q. d. Benintendi et uxor d. Bondominici Iohannis de Cento ... reliquid xxxii lib. bon., ex quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. pro pictantia iiii lib. bon.; item fr. *Azino* de Ord. Fr. Min. p. s. n. iii lib. bon.; item fr. *Martino* de Guastavillanis iiii lib. bon.; item fr. *Nicholino* de Bononia xl sol. bon.; item fr. *Iacobino* de Butrigariis xl sol. bon. ... item sor. *Bone* de Ord. Penitencie x sol. bon.; item sor. *Benvenute* de eodem Ord. x sol. bon. Residuum voluit expendi et distribui supra sepult. suam quam esse voluit apud eccl. S. Francisci Fr. Min. per comiss. suos, quos esse voluit fr. *Martinum* de Guastavillanis et fr. *Iacobinum* de Butrigariis de Ord. Fr. Min. ... et etiam alibi ubi melius et utilius videbitur dictis comiss. in utilitate anime sue ... Hanc ult. volunt. iussit esse secretam donec vixerit et debere poni autent. in sacristia Fr. Min. sigillatam sigillo Guardiani seu conv. Fr. Min. per fr. *Azinum* suprascriptum, quem suum constituit procur. ad dand. et presentand. et deponend. hanc ult. volunt. custodiendam et salvandam suo tempore in dicta sacristia. Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Azino* de Bononia sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Iacobino* de Ragio de Placentia, fr. *Ugolino* de Castello, fr. *Zanulino* de Carpo, fr. *Pace* de S. Iohanne, fr. *Albertucio* de Ymola, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Iohanne* de strata S. Stephani, fr. *Martino* de Guastavillanis, et d. Iacobo d. Benintendi, qui omnes sunt de Ord. Fr. Min. ...

Die xviii novembris predictus fr. *Azinus* de Ord. Min. procur. constitutus a dicta d. Romengarda presentavit et dedit h. t. aut. et sigillatum in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacriste dictorum Fr. Min. custodiend. et salvand. suo tempore in dicta sacristia, pp. fr. *Petro* de Lana et fr. *Iohanne*, de Ord. Fr. Min. ... Fr. *Rolandinus* Paxini Iohannis not. Ord. Penitent.

26/4158, n. 16. — Orig. = In dorso « paghado al chonvento e a li altri fradi ».

572. Bononiae, 12 et 13 novembris 1292.

Testamentum.

D. Benvenuta q. Zannis Cervi ... reliq. circa funus et sepult. suam iii lib. bon., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ...Item conventui Fr. Min. p. m. iii lib. bon.; item fr. *Iacobo* de S. Iohanne de Ord. Min. p. s. n. xxx sol. bon. ... Et ad predicta omnia exequenda fecit suum comiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, vel illum quem dictus Guardianus nominaverit ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in pres. fr. *Iacobi* de S. Iohanne sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Albertini* de Coloreto,

fr. *Guillelmini* de Luvisinis de Regio, fr. *Nicholini* de Butrio, fr. *Iohannis* de Ymola, fr. *Martini* de Guastavillanis, omnium de Ord. Min. ...

Die sequenti fr. *Iacobus* de S. Iohanne proc. dicte d. Benvenute dep. in sacristia Fr. Min. t. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Ugolini* de Castello sacriste dedit, pp. fr. *Ubaldino* de Muxello et fr. *Zanilino* de Carpo, de dicto Ord. ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

26/4158, n. 19. — Orig.

573. Clodiaefossae, 14 novembris 1292.

Curatorum petitio et transactionis contractus.

D. Egidius f. q. d. Thomaxii legum doctoris nati q. d. Piperati de civit. Bon., adultus, ante presenciam d. Dominici Venerii iud. et assessor. d. Leonardi Iustiniani Potestatis civit. Clugie constitutus, peciit eidem dari d. Aldrovandinum de Malatachis de Bon. ibi pres. in suum curatorem ad interponend. auctorit. suam contractui composicionis, transacionis atque concordie quam intendit facere symul cum fratre suo Castelucio et cum d. Bartholomea f. q. d. Azolini de Lambertaciis et uxore dicti d. Thomaxii et cum Phylippa et Dondina sororibus eius et filiabus q. dicti d. Thomaxii et ipsius d. Bartholomee, super litibus et questionibus et controversiis quas habent et in futurum habere possent ochasione bonorum heredit. q. dicti d. Thomaxii et bonorum et heredit. fr. *Thomaxii* de Ord. Min. f. q. dicti d. Thomaxii et f. ipsius d. Bartholomee ... Actum in civit. Clogie ... pp. ...

Eodem anno, die, loco et testibus. — Dd. Phylippa et Dondina (supradicte) adulte, ante presenciam *etc.* constitute, pecierunt eis dari curatorem d. Petrum f. q. d. Iacobini Pizolli de Prindipartibus de Bon. ibidem pres. ad interponend. auctorit. suam, presenciam et consensum contractui composicionis *etc.* quam intendunt facere symul cum dicta d. Bartholomea earum matre et cum Castelucio et Egidio (supradictis) super litibus, questionibus *etc.* *(ut supr.)*.

Eodem anno, die, loco et testibus. — Cum lites, questiones et controversie essent inter Castelucium et Egidium (predictos) ex una parte, et dd. Bartholomeam et Phylippam et Dondinam (predictas) ex alia parte, ochasione bonorum et heredit. q. predicti d. Thomaxii et fr. *Thomaxii* de Ord. Min. et honerum legatorum predictorum bonorum et heredit., nec non racione docium ipsius d. Bartholomee, que fuisse dicuntur M lib. bon., et alliorum iurium que dicebant predicte domine eis competere in predictis bonis et heredit. ... volentes predicte partes sumptus et iudiciorum streppitus evitare ... ad hoc pactum, concordiam et transacionem pervenerunt: videlicet quod predicta d. Bartholomea et predicte dd. Phylippa et Dondina ... fecerunt predictis Castelucio et Egidio finem, restitucionem, remissionem et pactum de ulterius non petendo, silicet d. Bartholomea de omni iure ipsi domine competenti in bonis et heredit. dicti d. Thomaxii ... et eciam de omni iure eidem competenti in bonis et hered. dicti fr. *Thomaxii*, racione institucionis facte de ipsa in test. ipsius fr. *Thomaxii*, scripto manu Thadei q. Alberti Iohannis de Lugo not. asserendo se nolle esse heredem, et predicte dd. Bartholomea, Phylippa et Dondina de omni iure eis, seu alteri earum competenti, in bonis et heredit. predictorum d. Thomaxii et fr. *Thomaxii* eius filii cocumque modo vel causa ... excepto quod in DCX lib. bon., quas dicta d. Bartholomea debet habere et recipere cum heredibus dicti d. Thomaxii et in eius bonis

et hereditate, pro restit. et complemento restit. docium suarum... Acto expressim inter ipsas partes, quod predicti Castelucius et Egidius teneantur et debeant sustinere honera debitorum et legatorum et alia honera que sunt vel obvenire possent racione bonorum et heredit. predicti d. Thomaxii... (et promittentes dicti Castelucius et Egidius) in solidum eidem d. Bartholomee dare et solvere dictas DCX lib. bon.... Petrus q. Francischi not [1].

26/4158, n. 20. — Orig. = Cf. n. 441.

574. Bononiae, 24 novembris 1292.

Testamentum.

D. Bertholus q. d. fr. Federici... reliq. de bonis suis XXV lib. bon. expend. p. a. s. et circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min., et residuum ubi melius et utilius visum fuerit comiss. suis... Item reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. et divinis officiis celebrandis omne id quod supererit ad sepult. suam. Voluit insuper dari dicto conventui pro miss. cant. super eis XII lib. bon. p. a. s. et fratris sui et suorum mortuorum; item fr. *Blaxio* de Barbaria de Ord. Min. p. s. n. et p. m. V lib. bon. Et ad predicta omnia exequenda constituit suos comiss. ... et Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit. In omnibus aliis suis bonis mobil. et inmobil. iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit... quos predicti sui comiss. nominaverint... Actum Bononie in domo testatoris pp.... d. fr. *Blaxio* de Barbaria de Ord. Min., fr. *Naximbene* d. Philippi de dicto Ord.... Franciscus Cambii Attolini not.

26/4158, n. 24. — Orig. In dorso « Maestro Gerardino de Parma: è paghado qûesto testamento ».

575. Bononiae, 24 novembris 1292.

Testamentum.

D. Sana f. q. d. Guidonis de Bazano et uxor q. d. Iohannis de Scanabicis... elegit sibi sepult. apud eccl. Fr. Min. ... reliquid conventui Fr. Min. domum suam in qua habitat, posit. in burgo de Bambaglolis... reliquid fr. *Liazario* eius nepoti de Ord. Fr. Min. XXXV lib. bon. pro libris emendis, qui post eius obitum ad conventum Fr. Min. Bonon. perveniant... item fr. *Matheo* Boytuli reliquid VII lib. bon.; item fr. *Iohannino* de Cremona V lib. bon. ... constituit suos comiss. Guardianum Fr. Min. q. p. t. fuerit et predictum fr. *Liazarium* suum nepotem... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Paulo* de Britinorio, fr. *Landulfo* de Cazanimicis, fr. *Bernardino* Alerarii, fr. *Iacobo* de [....], fr. *Petro* Galieno, fr. *Iohanne* de Varegnana, fr. [....], fr. *Iohanne*, fr. *Rolandini* Paxini, omnium de Ord. Min.... Petrus Tuscoli not.

26/4158, n. 25. — Orig.

---

[1] Eodem modo, nonnullis variat. orthographicis exceptis, et sub eodem quoque dato (licet falso inscribatur: « die veneris quintodecimo mensis novembris »): « Actum in civit. Clug. Delay q. Henrici not. ». *(26/4158, n. 21)*. Orig. In dorso « Charte d. Bartholomee matris fr. *Thomasii* de Piperatis de Bon. ».

576. Bononiae, 9 ianuarii 1293.

Per syndicum Sororum S. Clarae Bon. quaedam bona in inventarium haereditatis q. d. Iacobi de Lambertinis rediguntur.

Cum d. Passipauper f. q. d. Castellani Baioli *sindicus Dominarum S. Francischi de Bonon. Ord. S. Clare,* capitulli et conventus predictarum Dominarum et Sororum et heredum Iacobi q. d. Guidonis Lambertini de Lambertinis allias fecerit inventarium de bonis et hered. dicti Iacobi, et dixerit et protestatus fuerit quod, si quo tempore, alliqua allia bona dicte hereditatis, in futurum, pervenerint ad manus et notitiam ipsius, quam bona posita in dicto inventario, ipsa bona scribi et poni faciet in inventario secundum formam iuris, et ad notitiam ipsius d. Passipoveri pervenerint de novo in dicta hereditate esse infrascripta bona, de quibus voluit perfici presens inventarium, scilicet, unam cultram albam a lecto de buchir[ano imb]uttitam, extimatione IIII lib. bon. et X sol. bon.; item hedifficium unius domus posit. Bononie super tereno d. Alberti de Cazanimicis, cum omni iure spectante ad ipsum hedifficium de terreno super quo posita est dicta domus, sita Bononie in contrata que dicitur « Puglola », iuxta ... item XX sol. bon. quos habuit a d. Filipo de Lambertinis, de pretio unius tezeris et unius vestiti dicti Iacobi. Protestans quod si qua allia bona dicte heredit. pervenerint ad manus eius in futurum et invenerit in ipsa hereditate, ipsa bona scribi faciet secundum formam iuris. Actum Bononie ... Michael q. Thomaxii not. Ego Paxipover predictus manu mea propria me subscripsi, protestans ut si aliquid ad noticiam meam pervenerit de bonis dicte heredit. quod illa scribi faciam et nullum dolum vel fraudem comi[...].

336/5079, n. 217. — Orig. = Cf. n. 495 etc.

577. Bononiae, 18 et 20 ianuarii 1293.

Testamentum.

D. Ysabetta f. q. d. Nicholay de Formatico et uxor d. Deolai calzolarii ... reliq. p. a. s. XXI lib. bon. de quibus reliq. circa funus et sepult. suam III lib. bon., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. Item conventui Fr. Min. p. m. V lib. bon. ... item fr. *Gandulfino* de Mutina de Ord. Min. p. s. n. XX sol. bon.; item fr. *Iohannino* de Portanova de Ord. Min. XX sol. bon. ... constituit suos comiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, vel illum quem dictus Guardianus elegerit et nominaverit ... Et si omnes filii sui decesserint sine liberis legittimis, tunc voluit quod bona sua distribuantur p. a. s. per comiss. suos predictos inter legatarios supradictos et loca predicta prout supra p. a. s. reliquid ad arbitrium dictorum comiss. suorum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in pres. fr. *Iohannini* de Portanova sacerdotis, qui dixit *etc.,* fr. *Gandulfini* de Mutina, fr. *Guillelmini* de Luvisinis de Regio, fr. *Pellegrini* de Principibus, fr. *Iacobi* de Placentia, fr. *Zanilini* de Carpo, fr. *Iacobi* de S. Iohanne, fr. *Lanfranchini* de Placentia, omnium de dicto Ord. ...

Die XX ianuarii fr. *Zanilinus* de Carpo procur. dicte testatricis dep. t. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in sacristia Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Ugolini* de Castello sacriste dedit. pp. fr. *Gerardino* de Allerariis et fr. *Martino* de Guastavillanis ... Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not.

26/4158, n. 31. — Orig.

578. Bononiae, 22 ianuarii 1293.

Testamentum
(de conventu Fr. Min. Bononiae apud Sorores S. Clarae).

Egregius vir et discretus magister Tadeus q. d. Alderotti, qui fuit de Florentia, artis fisice professor et doctor ... reliquid p. a. s. et suorum parentum x^m lib. bon. expendendas et distribuendas per infrascriptos modos. De quibus primo quod MMD lib. bon. expendantur et ex eis emantur possessiones fructifere, que sint perpetuo et esse debeant iure proprietatis et dominii pauperum vergonzosorum civit. Bononie et districtus. Que possessiones emantur, possideantur et teneantur per *Fratres et Ordinem Fratrum de Penitencia* de Bononia, nomine dictorum pauperum vergonzosorum, et gubernentur, et fructus earum distribuantur per Ministros Fratrum dicti Ord. de Penitencia civitat. Bonon. qui fuerint p. t., cum consilio Prioris Pred., Guardiani vel Custodis Fr. Min. de conventu Bonon. qui p. t. fuerint, vel maioris partis ipsorum; qui debeant locare et afflctare dictas possess. et earum fructus recipere et inter pauperes vergonzosos infirmos et debiles et senes magis indigentes civit. Bon. et districtus distribuere singulis annis perpetuo, dando xx sol. bon. ad plus pro quolibet; et quod dicti Ministri Fratrum de Penitencia possint et debeant, singulis annis habere et retinere xx lib. bon. de fructibus dictarum possess., de quibus xx lib. possint ipsi Ministri Fratrum de Penitencia distribuere et dare Sororibus eorum Ord. et infirmis, debilibus et senibus x lib. bon., et alias x lib. convertantur ad usum infirmorum, senium et debilium Fr. Min. et Fr. Pred., scilicet c sol. pro quolibet conventu dictorum Fr. Min. et Pred. Et voluit et mandavit quod de ipsis fructibus dictarum possess. alicui loco religioso vel personis religiosis aliquid dari non possit, quibus aliquid reliquid in presenti test. in genere vel specie, nec de Ord. ipsorum, nisi secundum quod supra dictum est.

Item voluit et mandavit quod III^m lib. bon. de predicta summa supra relicta p. a. expendantur et ex eis emantur possess. fructifere per commiss. suos infrascriptos, pro conventu *Dominarum S. Francisci strate S. Stephani,* si dictis Dominabus et conventui earum placuerit; de fructibus quarum possess. teneantur dicte Domine de S. Francisco et conventus ipsarum tenere et habere perpetuo, ad honorem Dei omnipotentis, gloriose Virginis Matris eius, B. Francisci et S. Clare, et ad reverentiam Ord. predicti, in domibus ipsarum, iuxta vel prope ipsum monasterium, XIII Fratres Min. pro divino ibidem officio celebrando; quibus omnibus Fratribus ipse Domine et conventus ipsarum, expensas omnes facere teneantur et debeant, secundum ritum Ord. eorum. Item de fructibus dictarum possess. que ementur de dicta pecunia, singulis annis perpetuo, ipse *Domine et Sorores S. Francisci de strata S. Stephani,* teneantur et debeant dare L lib. bon. pro expensis unius Fratris de Ord. Min. de Provincia Bonon. qui stare debeat in *studio Parisiensi in Theologia,* ultra numerum Fratrum studencium qui ibidem studere soliti sunt, et stabunt pro dicta Prov. vel erunt, et tanto tempore quanto studentes ibi per provincias stare soliti sunt et stabunt; et illo Fratre revocato, alius continuo succedat in ipso studio, et sic perpetuo fieri debeat, nichil obmisso; cui vel quibus dicte Domine de S. Francisco dare teneantur dictas L lib. bon. pro expensis et necessariis eorum, ut predictum est. Et voluit ipse testator quod ille Frater Minor scolaris et alii successuri elligantur et elligi debeant, secundum quod consueverunt alii de dicta Prov. elligi, qui morantur

Parisiis ad studendum, et secundum quod p. t. elligentur, et sic fieri debeat et non alio modo. Et voluit et mandavit quod ille Frater et alii successuri, sic elligendi, elligi debeant magis pauperes et magis indigentes, qui non habeant aliquorum scolarium auxilium, nec haberé possunt; et pro predictis omnibus et singulis sic exequendis, complendis, faciendis et observandis, dicte Domine de S. Francisco, et earum conventus, se et bona dicti monasterii obligentur comissariis dicti testatoris, per eum modum et formam quo et qua magis poterunt, cum consilio sapientum, ad hoc ut predicta observare et facere non desistant.

Et si dicte Domine de S. Francisco nolent vel non acceptaverint predicta, vel si acceptaverint et steterint per biennium, quod dictos Fratres non tenerent, ut predictum est, tunc et in eo casu voluit et mandavit ipse testator quod de illis IIIm lib. bon. ematur unus locus, per dictos suos comiss. pro Fratribus de S. Maria in Strata, ubi fiat una ecclesia prope Bononiam ad unum milliare, ubi stare debeant continue sex Fratres clerici, quorum quatuor ad minus sint presbiteri, et alii in ordinibus sacris constituti, de Ord. ipsorum, pro divino officio celebrando ibidem, pro anima ipsius testatoris et parentum suorum. Et si dicti Fratres de S. Maria in Strata predicta non acceptaverint, ordinavit et voluit quod medietas dicte quantitatis IIIm lib. bon. distribuatur et detur per comiss. suos inter pauperes vergonzosos, debiles, pauperes et infirmos civit. Bonon. et districtus ... quos dicti sui comiss. ellegerint et voluerint et dixerint esse, et alia medietas debeat investiri et ex ea emi possessiones fructifere, et earum fructus et redditus debeant expendi et errogari in usus pauperum vergonzosorum, debilium et senum et infirmorum per Ministros Fratrum Ord. de Penitencia civit. Bonon. et districtus qui p. t. fuerint, cum consilio et consensu Prioris Pred., Guardiani vel Custodis Fr. Min. de conventu Bonon. qui p. t. fuerint, vel maioris partis ipsorum, qui debeant dictas possess. locare et affictare et earum fructus recipere, et alia omnia et singula facere et exercere que dicta sunt superius, in primo capitulo, ubi reliquid MMD lib. bon., de quibus emantur possess. fructifere, fructus quarum expendantur et distribuantur secundum quod [ibi] dicitur; et sic eodem modo servetur in ista medietate dicte quantitatis IIIm lib. bon. ...

Item reliquid conventui Fr. Min. de Bonon. CCC lib. bon. de summa predicta et quantitate relicta pro anima, reliquid specialiter pro benefaciendo et subveniendo in necessitatibus infirmorum, debilium et senum Fratrum illius loci et conventus ... Item de predicta summa et quantitate ... reliq. Sororibus S. Marie de Cystello ... *Sororibus S. Francisci* ... cuilibet conventui (dictarum) Sororum pro qualibet sorore professa IIII sol. bon., videlicet ut quartam partem eius legati habere debeant in septimo die post obitum ipsius testatoris, et aliam quartam partem in trigesimo die, et aliam quartam partem in centesimo die post obitum ipsius, et aliam quartam partem in anniversario ipsius. Item Fratribus de *Ricardina*, Fratribus de *Varegnana*, Fratribus de *Crespelano*, Fratribus de *S. Iohanne in Persiceto*, Fratribus de *Caldararia*, Fratribus de *Argelata*, Fratribus S. Benedicti de *Planorio*, omnibus de Ord. Min., cuilibet fratri cuiuslibet dictorum locorum reliquid X sol. bon. Item ipsis Fratribus (et) conventui S. Benedicti de *Planorio* reliquid unum suum salterium et unum suum librum Evangeliorum et unum humiliarum, quos libros dicit ipse testator habere penes se, in domo sua ... Item fr. *Raymondino* de Ord. Fr. Min. p. s. n. X lib. bon.; fr. *Bartholomeo* magistro de Ord. Min. X lib. bon.; fr. *Ugolino* de Castello, fr. *Bonaventure* de Fanano, fr. *Petro* Pizinino, fr. *Iacobino* de Galleria, fr. *Gerardino* de Mutina et fr. *Maynerio*, omnibus

de Ord. Fr. Min., cuilibet eorum c sol. bon. de predicta summa reliquid. Item de dicta summa et quantitate supra relicta, pro anima sor. *Frescucie* f. Bonfanzulli de Florentia, que est de Ord. Sororum de Penitencia, c lib. bon. reliquid ... item conventui Fr. Min. illius civitatis in qua ipse magister Tadeus testator obierit x lib. bon. reliquid, dandas et errogandas in quolibet infrascriptorum terminorum, videlicet x lib. pro qualibet vice, scilicet in septimo die, trigesimo, centesimo et anniversario suo, pro refectione ipsorum Fratrum, ad hoc ut pro anima eius orent ad Dominum. Et in ea civitate ubi obierit sepulturam suam esse voluit apud ecclesiam Fr. Min. illius civitatis, in qua quidem sua sepultura et in expensis que fient in ea et circa eam et eius occasione expendi voluit et dari mandavit, de supradicta pecunia relicta p. a., D lib. bon. ... Residuum vero quod superabit et superat a dictis legatis et relictis, de predicta summa et quantitate x^{m} lib. bon. relict. p. a. iussit et voluit dari et distribui, per comiss. suos, inter pauperes Christi civit. Bonon. et districtus, miserabiles personas *etc.* ... et non possint predicti sui comiss. dare alicui de predictis personis ultra quantitatem xx sol. bon. ... et non possint comiss. sui vel debeant aliquid dare de ipso residuo, concedere vel errogare alicui de predictis conventibus suprascriptis religionibus nec aliquibus aliis de ordinibus predictorum, in specie vel genere, ultra id quod supra dictum est in eis ...

Item voluit et mandavit quod libri sui Avicenne, qui sunt in quatuor voluminibus, et libri Galieni, qui sunt in quatuor voluminibus, perpetuo remanere debeant Fratribus Min. et esse in domo eorum de Bonon. ad usum Fr. Min. qui ibi erunt pro temporibus, ita quod ipsi libri non possint aliquo modo vendi vel alienari vel obligari, nec inde extrai vel portari ...

In omnibus aliis suis bonis mobilibus et inmobilibus, iuribus *etc.* sibi heredes instituit et esse voluit d. Minam suam filiam pro tertia parte ... Tadeum suum filium pro alia tertia parte, et Opizum suum nepotem, f. q. Bonaguide sui fratris, pro alia tertia parte ... et si contigerit dictum Opizum decedere sine filiis masculis legitimis, voluit dictus testator et ordinavit quod medietas hereditatis predicte contingentis ipso Opizo, perveniat ad *Fratres Penitencie* civit. *Florentie*, pro pauperibus vergonzosis civit. Florentie et districtus, emendo possessiones pro predictis pauperibus vergonzosis ... et quod ex fructibus dictarum possess. dicte dimidie, per Fratres predictos Penitencie fiant expense ipsis pauperibus infirmis vergonzosis, et dicti fructus expendantur et distribuantur inter dictos pauperes per dictos Fratres Penitencie, qui nunc sunt vel p. t. fuerint; alia vero dimidia partis dicte hereditatis dicti Opizi perveniat ad *Dominas et Sorores et ad conventum ipsarum Dominarum et Sororum Min. Ord. S. Clare civit. Florentie*, [fructus cuius dimidie, dicte Domine] et Sorores et conventus ipsarum teneantur et debeant expendere et errogare in necessitatibus Fratrum morantium in conventu *Florentie*, et qui pro tempore morabuntur, infirmorum, senium et forensium, et non aliter vel aliquo alio modo. Item voluit et mandavit fieri debere de dicta d. Mina, quod si moriretur sine filiis masculis legitimis, distribuatur sua pars hereditatis predicte, modo et forma, quo et qua dictum est supra de Opizo. Et si Tadeus eius filius decesserit sine filiis masculis legitimis, voluit et mandavit quod dimidia sue partis hereditatis sibi contingentis, perveniat et pervenire debeat ad *Fratres Penitencie* civitatis *Bononie* pro pauperibus vergonzosis et infirmis, et in necessitatibus infirmorum et vergonzosorum convertatur, ita quod fructus dicte dimidie, singulis annis perpetuo, expendere teneantur, tam presentes quam qui p. t. fuerint,

secundum modum superius dictum; alia vero dimidia hereditatis predicte perveniat et pervenire debeat ad eosdem Fratres Penitencie, fructus cuius dimidie expendere, dare et errogare teneantur et debeant, singulis annis perpetuo, Fratribus Min. infirmis et senibus, qui nunc sunt vel p. t. fuerint in conventu Bonon., et forensibus, et non aliter vel aliquo alio modo ... Quibus Fratribus et Sororibus tam civit. Bonon. quam civit. Florentie, concessit et dedit plenam licentiam et liberam tribuit potestatem, si contingerit predictos Opizum et Tadeum, vel aliquem ex eis decedere sine filiis masculis legitimis, apprehendendi et accipiendi hereditatem et bona decedentium vel decedentis, auctoritate propria, et ex nunc transfert in eos et eas dominium et possessionem, ita quod possint accipere, et a quocunque tenente vendicare et recuperare ...

Et hanc suam ultimam voluntatem voluit esse secretam, et secreto teneri, et deponi in sacristia Fr. Min. conventus Bon. et voluit debere sigillari sigillo conventus Fr. Min. de Bon. vel Guardiani dicti conventus. Acta sunt omnia predicta et lecta Bononie in *sacristia* Fr. Min. conventus Bon., pp. d. fr. *Pelegrino* de Pollicino, fr. *Iohannino* de Luvisinis, fr. *Francischo* de Schiva sacerdotibus, fr. *Landulfo* de Cazanimicis, fr. *Amedeo* de Asti, fr. *Iacobo* de civit. Pannesi de Apulia, fr. *Iacobino* de Galleria et fr. *Iohanne* de Imola, omnibus de Ord. Min., testibus vocatis et rogatis. Coram quibus testibus ipse mag. Tadeus testator predictus dictam suam ult. volunt. et presens test. in dicta sacristia Fr. Min. deposuit et consignavit fr. *Iacobino* de Galleria nunc sacrist. sacristie predictorum Fr. Min. de conventu Bon. Preterea voluit et mandavit ipse testator quod quilibet dictorum testium qui interfuit predictis, et qui scriptus supra est, habere (debeat) de bonis xxx sol. bon., si fuerint in vita (tempore) obitus dicti testatoris ... Bonaventura Viviani not.

342/5085, n. 80. — Orig. — Integre ed. Sarti, II, 223-30.

579. Bononiae, 23 ianuarii 1293.

Apocha.

D. Pellegrinus f. q. Alberti Zapironis ... fuit confessus et contentus se habuisse et recepisse in dotem et nomine dotis a d. Francisca f. q. Zaniti LXXXV lib. bon. pro matrimonio contracto inter Thomaxium f. d. Iohanini Sechafece nepotem ipsius d. Pellegrini et dictam d. Franciscam ... Actum Bononie ... ex instrumento mey not. fr. *Rolandini.* Ego Benvenutus Mathey Benintendi not., ut in rogationibus q. fr. *Rolandini* d. Paxini not. inveni, exempl. ... et scripsi.

26/4158, n. 33. — Exempl.

580. Bononiae, 29 ianuarii 1293.

Syngrapha.

D. Iohannes q. d. Gandulfini (et alii) ... promiserunt ... d. Thomaxine q. d. Zandonati de Malavoltis dare et solvere atque restituere sibi, vel eius heredibus CCCXXX lib. bon. hinc ad unum annum; quos den. in sollidum fuerunt confessi ... habuisse et recepisse ex causa mutui ... Actum Bononie ... in pres. fr. *Pacis* de tertio Ord. q. Petrizoli ... Bondi q. Petrizoli Benincuntri not.

26/4158, n. 36. — Orig.

581. Bononiae, 13 februarii 1293.

Testamentum.

D. Michael q. d. Frugerii ... reliquid cc lib. bon., de quibus reliq. conventui Fr. Min. de Bon. pro una piatanza facienda xii lib. bon.; item reliquid cuilibet fratri de Ord. ecclesie B. Francisci de Bonon. ii sol. bon. quos expendi possint pro eorum factis ... item reliquid *Dominabus B. Francisci de Bon.* x sol. bon.; item reliquid cuilibet suo infrascrip. commiss. iii lib. bon.; item *societati S. Marie que coadunatur in scolis* Fr. Min. de Bon. xx sol. bon.; item pauperibus verecundosis sive vergognosis dicte *societatis* v sol. bon.; item fr. *Rolandino* de Vallis Ministro dicte societatis x sol. bon.; item fr. *Gerardino* de Cremona generali Ministro dicte societatis v sol. bon.; item reliquid iii lib. bon., de quibus vult emi debere linteamina pro infirmis infirmarie Fr. Min. de Bon.; item reliquid et vult quod emantur v planetas sacerdot. pretio x lib. bon. que stare debeant in servitio Dei p. a. dicti testatoris in ecclesia B. Francisci de Bonon. ... Reliquos vero expendi et distribui iussit tam in cereis, candelis, missis ... et super funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. B. Francisci ... quam alias secundum quod utilius, pro ipsius anima, visum fuerit comiss. suis infrascr. ... Quos quidem suos comiss. ad predicta facienda esse voluit Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Gandolfinum* de Mutina dicti Ord. ... Et pres. test. voluit esse secretum et in secreto loco reponi, silicet in sacristia Fratrum B. Francisci de Bon. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Gandolfino* de Mutina, qui dixit *etc.*, fr. *Petro* de Veruculo, fr. *Zanolino* de Carpo, fr. *Bartholomeo* q. Raymundi [...] Imola, fr. *Iacobino* de Galleria, fr. *Lucha* de Erimino, fr. *Enrico* de Forlivio [...]*lomeo* Beliusii testibus *etc.* [.....]

26/4158, n. 37. — Orig. — In dorso « Die xviii setembris, fr. *Nasimbene* de burgo Peradelli, fr. *Benincuntro* Butrigario de Ord. Fr. Min. ».

582. Bononiae, 19 februarii et 4 maii 1293.

Testamentum.

D. Rodulfus f. q. d. Rodulfi qui fuit de Riosto et nunc moratur ad Castrum Episc. ... reliquid ecclesie S. Francisci Fr. Min. de Bon. x sol. bon. ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Philippo* de Mediolano, fr. *Iacobo* de Placentia, fr. *Franceschino* de Cento, fr. *Gerardino* de Allerario, fr. *Bernardino* de Cornazano ...

Die iiii maii eiusdem anni dictus testator dep. h. t. in sacristia Fr. Min. penes fr. *Iacobinum* de Galleria sacrist. dictorum Fratrum, et fuit sigillatum sigillo conv. Fr. predictorum, pp. fr. *Rolandino* de Ponteclo cognitore predicti testatoris, fr. *Iohanne* de Ugiano ... Iacobinus Deotacorre de Ygnano not.

26/4158, n. 38. — Orig.

583. Bononiae, 10 martii 1293.

Promissio cum satisdatione eundi vel aliquem mittendi in subsidium Terrae Sanctae.

D. Iohannes f. q. d. Aldrovandi de Manzacollo comit. Ymole, volens plenam remissionem et indulgentiam omnium peccatorum suorum, petiit umiliter, reverenter et instanter crucem generalis pasagii in subsidium Terre Sancte a fr. *Iohannino* de Lu-

visinis de Regio de Ord. Fr. Min., predicatore generali crucis in Provincia Bonon., promittens dicto fr. *Iohannino* recipienti nomine et vice sancte Romane Ecclesie et Terre Sancte ac pasagii generalis, et mihi notario stipulanti nomine et vice omnium quorum interesse possit, transfectare in dictum subsidium Terre Sancte, si vixerit et sanus fuerit tempore dicti pasagii generalis, et ibidem morari per annum ad minus propriis expensis, vel mittere illuc unum idoneum bellatorem, quem eligere voluerit dictus fr. *Iohanninus* si vixerit, vel Minister Fr. Min. Prov. Bonon. si tunc dictus fr. *Iohanninus* non viveret. Cuy ex nunc promitit dare LXXV lib. bon. et recipere a dicto bellatore ydoneam caucionem de transfectando et continue ibidem morando per annum ad minus; et si dictus Iohannes non viveret tempore dicti pasagii, ex nunc promitit et obligat omnia bona sua presencia et futura, ad mitendum illuc duos ydoneos bellatores, quos eligere voluerit dictus fr. *Iohanninus* vel dictus Minister, si dictus fr. *Iohanninus* non viveret, in presencia d. Duzii q. Paganelli, quem ex nunc constituit, loco suy, commiss. ad satisfaciendum dictis duobus bellatoribus et ad recipiendum promissionem ab eis, loco ipsius, non obstantibus aliquibus contradicionibus quarumcumque personarum et specialiter propinquorum vel heredum suorum. Et utrique bellatorum predictorum, modo predicto electorum, posit et debeat dictus d. Duzius dare et solvere, propria auctoritate, de bonis dicti Iohannis mobilibus vel inmobilibus, ubicumque reperierit, cuilibet eorum LXXXV lib. bon., non obstantibus testamentis vel codicillis factis per dictum Iohannem, vel in posterum faciendis. Preterea d. (Duzius) f. q. Paganelli, qui fuit de Florentia et nunc civis Bonon. ... precibus et mandatis ipsius Iohannis, sponte et ex mira voluntate promisit dicto fr. *Iohannino* de Luvixinis recipienti nomine et vice S. Romane Ecclesie et dicte Terre Sancte et dicti paxagii, fideiussorio nomine, facere et curare quod dictus Iohannes q. Aldrovandi adimplebit omnia supradicta, secundum condiciones predictas, alioquin dictus d. Ducius, de speciali mandato dicti Iohannis, ad complenda omnia supra dicta de bonis suis obligavit se et omnia sua bona mobillia et inmobillia, presencia et futura, que constituit se possidere, pro dicto fr. *Iohanino* et dicta Romana Eccl. et dicto pasagio, donec predicta omnia, modo predicto, fuerint adimpleta, renunt. omni iuri et legis auxilio quod dicto d. Ducio poset prodesse, et dicto fr. *Iohanino* et dicto pasagio poset nocere, renunt. benefit. nov. const. *etc.* Et dictus fr. *Iohanninus,* acceptis et presuppositis omnibus obligationibus supradictis, dedit eidem Iohanni dictam crucem predicti pasagii cum plena remissione pecatorum suorum, auctoritate qua in hac parte fungitur, et cum omnibus graciis et indulgenciis et remissionibus temporalibus et spiritualibus, que conceduntur transfectantibus personaliter in subsidium Terre Sancte. Et insuper dictus Iohannes volens relevare plenarie dictum d. Ducium de satisdatione predicta, promisit eundem d. Ducium et heredes suos conservare indenes totaliter de obligatione seu obligationibus supradictis, obligans, ex nunc, eidem d. Ducio et eius heredibus omnia bona sua mobil. et inmobil. present. et fut. quousque liberatus et absolutus fuerit plenarie de obligationibus supradictis, dans dictus Iohannes predicto d. Ducio ex nunc licentiam et liberam potestatem et mandatum apprehendendi vel eciam retitinendi de bonis dicti Iohannis propria auctoritate hac sine requixicione dicti Iohannis et heredum suorum, usque ad tantam quantitatem quod possit se et heredes suos plenarie liberare de obligationibus supradictis ... Actum Bononie in *capitullo* Fr. Min., pp. fr. *Bonaventura* de Savignano de Ord. Fr. Min., fr. *Paulo* de Britinorio de dicto Ord., testibus ad

hoc rogatis et vocatis. Quoniam dictus Iohannes erat infirmus fecit et constituit suum procuratorem dictum fr. *Bonaventuram* de Savignano ad denunt. et faciend. poni predicta in memorialibus, pp. dictis testibus. Et positum in momorial. per Gerardum Gerardini Vedoacii not. Ego Benvenutus q. d. Mathey imperiali auctoritate not., ut in rogat. q. fr. *Rolandini* not. inveni, scripsi et ex comissione mihi data a comuni Bon. in publicam formam redegi et subscripsi.

26/4158, n. 41. — Exempl.

584. Bononiae, 19 et 21 martii 1293.

Venditio.

D. fr. *Nicolaus* q. d. Iacobi Gambaldi dedit, vendidit et tradidit d. Samaritane f. q. maistri Thomasii medici unam befulcam de duabus befulcis ... item mediet. III befulc. ... item mediet. unius befulc. et dimidium terre arat. posit. in curia Altedi ... pro precio ... XLII lib. bon. ... Actum Bononie iuxta navigium in domo dicti venditoris, pp. ...

1293, 21 martii. — D. sor. Benvenuta f. q. Michelis et uxor fr. *Nicolai* q. d. Iacobi Gambaldi, lecto sibi instrumento (suprascripte) vendicionis ... eidem vendicioni consentit et certificata per me not. infrascr. dictas res venditas pro suis sibi fore dotibus obligatas, renunciavit omni suo iure ypotecarum et cuilibet allii quod habebat et habere poterat in dictis rebus ... Actum Bononie iuxta navigium sub porticu domus dicti fr. *Nicolai* pp. ... fr. *Nicolao* q. d. Iacobi Gambaldi ...

Sub dicto millesimo, ind., die loco, et testibus. — D. sor. Benvenuta f. q. d. Michelis et uxor fr. *Nicolai* q. d. Iacobi Gambaldi et d. Samaritana f. q. maistri Thomasii medici constituerunt dictum fr. *Nicolaum* testem suum procur. ad faciendum poni in memorialibus com. Bon. dictam renunciacionem ... Iohannes de Ferantibus not.

26/4158, n. 53. — Orig. In dorso « Carte terre Altedi, quam vendidit fr. *Nicolaus* sorori Samaritane ».

585. Bononiae, 13 aprilis 1293.

Codicillus.

Cum d. Pellegrina f. q. d. Robini Dolciti, et uxor q. Benincase de Burgo Palee ... fecerit test. script. manu mei not. infrascripti, datum et depositum secretum et sugillatum in sacristia Fr. Min. de Bon. ... press. codicillis test. predictum optinere iussit plenissimam firmitatem hoc tamen mutato hiis codicill. quod ... de illis X lib. bon. quas in eodem test. fr. *Benceveni* eius filio reliquerat, exemit et subtrassit C sol. bon. et volluit et iussit quod de illo legato X lib. bon. dictus fr. *Bencevene* habeat solum C sol. bon. ... Item volluit et iussit quod dictus fr. *Bencevene* eius f. dictas XX lib. bon., quas in eodem test. in allia parte sibi reliquid, habeat et habere debeat si ipse fr. *Bencevene* eas habere et accipere voluerit ad suam voluntatem, alliter habere nec accipere possit nec debeat nisi ad suam voluntatem; et si eas habere nec accipere vellet, quod heredes dicte domine non compellantur ab alliquibus ad sollutionem dictarum XX lib. bon. faciendam. Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Bencevene* filio dicte d. Pellegrine, qui asseruit *etc.,* fr. *Blaxio* de Bononia Ord. Fr. Min., fr. *Bonaventura* de Gisso dicti Ord., fr. *Zacharia* de Artinixiis dicti Ord., fr. *Petro* de Bon. de Aposa dicti Ord. et fr. *Rogerio* de Poetis de dicto Ord. ... Et dictus fr. *Bonaventura*

fuit procur. a dicta d. constitutus ad fatiendum poni dictum codicill. in sacristia Fr. Min. de Bon. ... Iohannes Perini not.

26/4158, n. 46. — Orig.

586. Bononiae, 17 aprilis 1293.

Exhibitio testium.

Testes producti a Francisco Cambii syndico capituli et conventus Fr. Pred. de Bon. et procuratore constituto a fr. *Iohanino* de Cremona Custodis *(sic)* Custodie Fr. Min de Bon. in causa quam habet syndicario et procuratorio nomine pro predictis, cum d. Iuliana uxore q. d. Bolnixii Bixillerii et dd. Iacobo q. d. Buvalelli Zanbraxii et Sagliti q. Nigri sartoris ... Iacobinus Fabri not.

184/4316, n. 9. — Orig.

587. Bononiae, 27 et 29 aprilis 1293.

Testamentum.

D. Mina f. q. d. Naximbenis et uxor d. Henregipti Vixende ... reliquid xvi lib. bon., ex quibus dari voluit xx sol. bon. in auxilium Terre Sancte, si passagium fiet hinc ad x annos prox. vent., alioquin quod non fieret, voluit dictos denarios pervenire ad conventum Fr. Min. de Bon. p. m. cant. p. a. s.; item voluit expendi c sol. bon. circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min.; item conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. p. a. s. xl sol. bon.; item fr. *Gerardino* de Cremona de Ord. Fr. Min. p. s. n. iii lib. bon ... Si omnes filii sui decederent sine filiis, tunc instituit sibi hered. pauperes Christi ... quos infrascr. sui comiss. nominaverint et non alios. Ad hec exequenda voluit suos esse comiss. *Ministros Fratrum Penitentie* et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, quibus dedit plenam licentiam *etc.* ... Et iubet h. t. esse secretum et poni debere autenticum et sigillatum sigillo conv. Fr. Min. in sacristia Fr. Min. de Bon. per fr. *Gerardinum* de Cremona de Ord. Fr. Min., quem incontinenti suum fecit procur. ad predicta, custod. et salvand. in dicta sacristia. Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Gerardino* de Cremona sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Alchixino* de Cremona, fr. *Vicino* de Plumatio, fr. *Guillelmo* de Regio, fr. *Iohanne* de Varegnana, fr. *Iohanne* fratris *Rolandini*, fr. *Manfredo* de Tomariis, fr. *Alberto* de Soldaderiis et fr. *Gerardino* de Allerariis, omnibus de Ord. Min. ...

Die xxviii eiusdem mensis fr. *Gerardinus* de Cremona procur. dicte d. Mine predictus dedit et dep. h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. in manibus fr. *Ugolini* de Castello sacrist. [...] custod. et salvand. ibidem suo loco et tempore in dicta sacristia, pp. fr. *Zanilino* de Carpo et fr. *Vicentino* de Foscardis de Ord. Min. ... Fr. *Rolandinus* Paxini Iohannis not. Ord. Penitentie.

26/4158, n. 47. — Orig.

588. Bononiae, 12 et 16 maii 1293.

Testamentum.

D. Iacobinus f. q. Michaelis de Burgo Pollicini ... reliq. c lib. bon., ex quibus voluit expendi supra funus et sepult., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min., vi lib. bon., et si aliquid supererit dari, debeat pauperibus Christi. Item conventui Fr. Min.

de Bon. p. m. cant. et officio faciendo x lib. bon. ... item fr. *Gerardino* de Cremona de Ord. Fr. Min. p. s. n. xl sol. bon.; item fr. *Guidoni* de dicto Ord. cognato dicti testatoris x lib. bon. ... item *hospitali S. Andree Fratrum Penitentie* pro lectis pauperum xx sol. bon. ... item *societati S. Marie de scolis Fr. Min.* iii lib. bon. ... Item voluit et disposuit quod Guardianus Fr. Min. de Bon. possit et debeat dare de dictis denar. c sol. bon. Fratribus presbiteris de dicto Ord. Min. magis indigentibus de Custodia Bonon. p. m. cant. p. a. fratris ipsius testatoris ... Item voluit et iussit quod satisfieri debeat per comiss. suos omnibus personis qui petere vellent et hostendere possent testibus vel instrumento idem testator debere et teneri in aliquo, ratione aliqua vel causa ... Item reliquid quamdam suam domunculam, quam habet in burgo Pollicini, iuxta *etc.*, que perpetuo esse debeat ad usum pauperum, ad voluntatem et beneplacitum Ministri *societatis S. Marie de scolis Fr. Min.* de conseilio Patris dicte societatis et comissariorum suorum debeant pauperes hospitari ... Ad hec omnia exequenda voluit et elegit sibi suos comiss. esse Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, et fr. *Guidonem* suum cognatum de dicto Ord. Fr. Min., vel quem vel quos nominaverit idem fr. *Guido* vel Guardianus ... Actum Bononie in *claustro primo* Fr. Min., pp. fr. *Aspectato* de Panzonibus, fr. *Landulfo* de Cazanimicis, fr. *Iacobo* de Vernazia, fr. *Thomaxio* de Portanova, fr. *Francisco* sartore, fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Lucha* de Arrimano, fr. *Bartholomeo* de Porta et fr. *Gerardino* de Cremona sacerdote, qui dixit *etc.*, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die xvi eiusdem mensis prefatus testator dedit et consignavit fr. *Ugolino* de Castello sacriste Fr. Min. in manibus suis h. t. s. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. custod. et salvand. in sacristia predictorum Fratrum suo loco et tempore ... pp. fr. *Bonaventura* de Savignano et fr. *Guidone* de Pozale, qui Fratres sunt de Ord. Fr. Min. ... Fr. *Rolandinus* Paxini Iohannis not. Ord. Penitentie.

26/4158, n. 51. — Orig.

589. Bononiae, 27 maii 1293.

Testamentum.

D. Lambertinus Marzegonis ... reliquid viii lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. p. m. c. iii lib. bon. Reliquos vero iussit expendi circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... Item reliquid de bonis suis fr. *Phylipo* Marcegonis de Ord. Min. viii lib. bon., quas expendere debeat ubi sibi videbitur et voluerit. Item iure legati fr. *Petro* suo filio de Ord. Min. p. s. n. x lib. bon. ... Comiss. suum esse voluit ad omnia exequenda fr. *Phylipum* Marzegonis, cui dedit plenam et liberam potestatem vendendi, alienandi *etc.* Voluit suum test. esse secretum, et poni in sacristia Fr. Min. ... Actum Bononie *sub porticu que est ante scolas Fr. Min.*, pp. fr. *Ugolino* de Chastello, fr. *Bolognito* d. Bonvixini, fr. *Landulfo* de Cazanimizis, fr. *Bonagratia* d. Montanarie, fr. *Petro* Picinino, fr. *Gerardino* Allerarii, et fr. *Aspectato* fr. *Guillelmi* Panzonis et fr. *Phylipo* Marzegonis, qui cognovit *etc*, et fr. *Gerardino* Allerarii test. Petrus q. d. Leonardi Tuscoli not.

26/4158, n. 55. — Orig.

590. Bononiae, 30 maii 1293.

Testamentum.

D. Thomaxina f. q. d. Bertolomei de Principibus et uxor d. Iacobini de Gardinis ... reliquid XL lib. bon., de quibus reliquid fr. *Phylipo* Marzegonis de Ord. Min. p. s. n. III lib. bon.; item fr. *Petro* de Marzegonibus p. s. n. XX sol. bon.; item fr. *Pellegrino* de Principibus de dicto Ord. XX sol. bon. ... Item Beatrixie, Froe et Advenenti sororibus et filiabus q. d. Michaelis de Principibus XX lib. bon., quas habere debeant donec stabunt in tali statu quod non possint habere bona patris earum propter expulsionem partis Lambertaciorum, set quando possent habere bona patris earum tunc voluit expendi dictas XX lib. bon. inter pauperes Christi ... quos nominaverit Guardianus Fr. Min. qui p. t. fuerit. Item sor. *Phylipe* f. d. Zuxiane, que est in monasterio Sororum Min. de *Ymola*, XX sol. bon.; item voluit expendi circa sepult. suam X lib. bon., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. Reliquos vero voluit pervenire ad conventum Fr. Min. de Bon. p. m. cant. ... Et ad predicta omnia exequenda esse voluit comiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui nunc est vel p. t. fuerit, cui suo comiss. dedit plenam et liberam potestatem vendendi, alienandi *etc.* ... Hoc test. esse voluit secretum et poni in sacristia Fr. Min. de Bon. Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Iacobo* de Podiale, fr. *Bolognito* d. Bonvixini, fr. *Ugolino* de Rimano, fr. *Phylipo* Marzegonis, fr. *Petro* Marzegonis, qui ambo cognoverunt testatricem, fr. *Petro* Picinino, fr. *Gerardino* Allerarii et fr. *Bonagratia* d. Montanarie, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Petrus q. d. Leonardi Tuscilo not.

26/4158, n. 56. — Orig.

591. Bononiae, 31 maii et 1 iunii 1293.

Codicillus.

Cum d. Franciscus legum doctor f. q. d. Acurxii legum doctoris suum condiderit testamentum, quod depositum est apud sacristiam Fr. Predic. S. Dominici de Bon., in quo, infra cetera que in ipso test. continentur, dixit contineri in hunc modum ... Item pro anniversario suo faciendo, reliquid Fr. Min. de Bonon. XXV lib. bon., in quibus computetur panis et vinum de suo dando ... item Fratribus et conventui Fr. Min. de *Richardina* C lib. bon. pro tribus *trunis* faciendis in dicta ecclesia Fr. Min. de *Richardina*, scilicet unam ad honorem B. Marie, et aliam ad honorem B. Francischi, et aliam ad honorem B. Iacobi, et pro uno *altari* superius faciendo in aseribus in dicta ecclesia, ubi cantentur mise et celebretur divinum officium ad honorem B. Dominici: residuum voluit expendi in uno chalice, qui servire debeat *altari B. Marie* de *Richardina*, quando dicta truna erit completa, que fieri debet ... item Fratribus et conventui Fr. Min. de Bonon. XXV lib. bon. ... item reliquid, voluit et mandavit quod de XX lib. bon., quas lucratus fuit de consiliis Fratrum, fieri debeat capitulum Fr. Min. de *Richardina*, et ipsas expendi in dicto capitulo, tum in fenestris ferreis et de ligno, tum in sedibus, tum pro aliis fenestris, pro quibus emet marmera que sunt ibidem, tum pro picturis faciendis ibidem ... Item reliquid quod pro animabus scolarium, a quibus aliquid iniuste percepit, tam laicorum quam clericorum dantium de bonis eorum propriis eidem non secundum debitum, emantur duo calices valoris [illegible] lib. bon. et dentur Fratribus et conventui Fr. Min. de *Richardina*, unus quorum

serviat et servire debeat *altari B. Iacobi*, et alius *altari B. Dominici*, faciendis in ecclesia predicta S. Francischi de *Richardina*. Item reliquid emi, de bonis suis, unam petiam terre vineate pretii cc lib. bon., ubi videbitur d. Iuliano (d. Cambii Graciadey comiss. suo), que deputetur in perpetuum ad usum Fr. Min. de *Richardina*, prout melius videbitur dicto d. Iuliano, que vendi et alienari non possit, et hoc pro animabus dictorum scholarium ... Hos codicill. mandavit et voluit secretos esse et deponi debere in sacristia Fr. Predic. vel Min. de Bon. et sigilari sigilo conventus dictorum Fratrum vel alterius ipsorum sive Prioris dictorum Fr. vel Guardiani vel alterius ipsorum. Actum Bononie in domo dicti d. Francischi in cap. S. Mami, pp. ...

Eodem die ... dictus d. Franciscus constituit et ordinavit d. Iulianum d. Cambii Graciadey suum procurat. ad presentand. et dep. in sacristia Fr. Pred. sive Min. de Bon. dictos codicill. sigilandos sigilo conventus dictorum Fratrum vel alterius ipsorum *etc.* secundum formam statut. Bonon. ...

1293. — die I iunii dictus d. Iulianus ... dedit et deposuit dictos codicillos fr. *Ugolino* de Castello sacrist. Fr. Min. de Bonon. sigilandos sigilo dicti conventus sive Guardiani, secundum formam statut. Actum Bononie in sacristia dictorum Fratrum, pp. fr. *Alixandro* de S. Iohanne, qui asseruit cognoscere dictum d. Iulianum et sacristanum predictum, et fr. *Zuliano* de Britenorio test., qui fr. *Ugolinus* incontinenter recepit et illius sigillo cere sigilavit dictos codicillos ... Iacobinus f. q. d. Guidonis Francholi not.

342/5085, n. 74. — Orig. = Integre ed. Sarti, II, 70-75.

592. Bononiae, 7 et 9 iunii 1293.

Testamentum.

D. Iohanina f. q. mag. Rugi, et uxor d. Petri Rolandini ... reliquid fr. *Iohanino* de Portanova de Ord. Fr. Min. p. s. n. III lib. bon.; item conventui Fr. Min. pro missis XX sol. bon. ... Voluit quod per pres. test. cassari debeat omne aliud test. ... et specialiter quoddam test. per eam factum script. manu Michaelis q. Petri de Via nova et quoddam aliud test. per eam alias factum scriptum manu mei fr. *Rolandini* not., quod test. positum fuit sigillatum in sacristia Fr. Min., quod test. voluit tolli et removeri de dicta sacristia, et nullius valloris vel momenti dicta testamenta esse; sed pres. valere voluit ... quod quidem pres. test. voluit esse secretum donec vixerit. Et ad hoc ut plena fides ei adhiberi possit, voluit quod autentic. sigillari debeat sigillo conv. Fr. Min. et deponi penes sacristam Fr. Min. per fr. *Gerardinum* de Cremona de Ord. Fr. Min., quem ex nunc constituit suum procur., custodiend. et salvand. in dicta sacristia Fr. Min. de Bon. suo loco et tempore. Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Gerardino* de Cremona sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Iohanne* fr. *Rolandini*, fr. *Rolandino* de Armannis, fr. *Iacobo* de Vernacia, fr. *Ubertino* de Bobio, fr. *Geremia* de Bononia, fr. *Petrizolo* de Veruculo et fr. *Paulo* de Britinorio ... qui omnes sunt de Ord. Fr. Min. ...

Die VIIII eiusdem mensis prefatus fr. *Gerardinus* de Cremona procur. dicte d. Iohanine dep. pres. test. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. ... in manibus fr. *Ugolini* de Castello sacrist. Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* fr. *Rolandini* et fr. *Bernardino* de Cornazano de Ord. Min. ... Fr. *Rolandinus* Paxini Iohannis not. Ord. Penitentie.

26/4158, n. 57. — Orig. = In dorso « Test. d. Iohanine q. magistri Rugi de Parma ».

593. Bononiae, 8 iunii 1293.

Testamentum.

D. Margarita f. q. d. Ugolini de Monteazanigo, et olim uxor d. Grimaldini de Chastello ... elegit sepult. apud eccl. S. Francisci Fr. Min. etc. *(sic).* Item, iure legati, reliquid, de dotibus suis, que fuerunt trescente lib. bon., conventui Fr. Min. de Bon. c lib. bon. p. a. s., de quibus legavit ... xx lib. bon. sint p. m. celebr. p. a. s.; item voluit et mandavit quod dictus conventus et Fratres dicti conventus teneantur dare, de dicta quantitate eis relicta, fr. *Ugolino* de Ord. Min. eius filio x lib. bon.; item fr. *Franciscino* de Schiva de Ord. Min. legavit c sol. bon. p. s. n. Residuum dicti legati remaneat dicto conventui pro eorum necessitatibus etc. *(sic).* In residuo sue dotis que est cl lib. bon. filios et filias et nepotes suos, silicet fr. *Ugolinum* de Ord. Fr. Min. eius filium pro octava parte residui dicte sue dotis ... sibi heredes instituit. Et si quis eorum decederet sine liberis, substituit ei conventum Fr. Min. de Bon. et conventum Fr. Pred. de Bon. in omnibus suis bonis, ubique reperirentur. Item voluit et mandavit quod si aliquis predictorum suorum hered. aliquid oponeret vel obiceret in iudicio vel extra, contra pres. test. ... ex nunc omni emolumento quod ad ipsum vel ipsos spectaret ex dicto test. privavit et excludit ... et perveniat ad dictos convent. Fr. Min. et Predic. de Bon. Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Bux. de Parma not.

336/5079, n. 254. — Orig. = In dorso « Test. d. Margarite de Castello ... matris fr. *Ugolini* de Castello ».

594. Bononiae, 10 et 11 iunii 1293.

Testamentum.

D. Iacobina f. q. d. Iacobini de Bersello ... de bonis suis p. a. s. reliquit l lib. bon., de quibus reliquid fr. *Azzino* de Ord. Min. p. s. n. xl sol. bon. Ressiduum vero reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. p. a. s. cellebrandis et sepultura sua, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. Et ad predicta omnia et singula exequenda fecit suos commiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, vel illum aut illos quem vel quos dictus Guardianus elegerit ... Item voluit test. suum hinc retro factum script. manu mei Bondi not. esse cassum, et istud pres. test. voluit valere et habere plenum robur ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. in pres. fr. *Azzini* de Bon. sacerdotis, qui dixit *etc.*, fr. *Francischini* de Vinaro, fr. *Iohannis* de burgo S. Ysaie, fr. *Alberti* de Bambaglolis, fr. *Rodulfi* de Tuschis, fr. *Petri* de Veruclo, fr. *Iohannis* de Ozano et fr. *Francisci* sartoris, omnium de dicto Ord. ...

Die sequenti dictus fr. *Franciscus* procur. dicte d. Iacobine, dep. dictum s. t. in sacristia Fr. Min. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Ugolini* de Castello sacrist. dedit, pp. fr. *Iacobo* de Placentia et fr. *Petro* de S. Martino de Aposa ... Ego Bonincuntrus q. Cambii de Boateriis ... prout in rogationibus olim Bondi q. Petrizoli Bonincontri not. inveni, ita bona fide exempl. et scripsi ...

26/4158, n. 58. — Exempl. = In dorso « Test. d. Iacobine f. Peregini de Parma sive de Bersello, quamvis hic dicatur filia Iacobini-Polonarius ». = Cf. n. 277.

595. Bononiae, 20 iunii et 8 iulii 1293.

Testamentum.

D. Berta de Bibolano f. q. Corporasi ... dari voluit de bonis suis cuilibet monast. et conventui Dominarum civit. Bon. v sol. bon. Item d. Adelaxie uxori fr. *Petri* Seazipte de Ord. Penitentie reliquid ei de duobus unum, videlicet vel voluerit c sol. bon., saltim *(sic)* mobilia que reperietur in domo ipsius testatricis tempore mortis sue. Item reliq. dicto fr. *Petro* xx sol. bon. ... Item expendi voluit supra sepult. suam, quam esse voluit apud eccl. Fr. Min. ... III lib. bon. In omnibus aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos Guardianus Fr. Min. qui p. t. fuerit nominaverit. Ad hec autem exequenda voluit suos comiss. esse Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Azino* sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Bernardino* de Cornazano, fr. *Francisco* sartore, fr. *Henrico* de Argellata, fr. *Rodulfo* de Tuschis, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Iohanne* fr. Rolandini et fr. *Iohanne* de Ymola, qui omnes sunt de Ord. Fr. Min. ...

Die VIII iulii fr. *Azinus* procur. dicte d. Berte dep. h. t. sigillatum in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacrist. Fr. Min., custod. et salvand. ibidem in sacristia suo tempore, pp. fr. *Rolandino* de Armannis et fr. *Iacobino* de Butrigariis de Ord. Min. ... Fr. *Rolandinus* Paxini Iohannis not. Ord. Penitent.

26/4158, n. 59. — Orig.

596. Bononiae, 27 iunii 1293.

Testimonium canonicae electionis et confirmationis Guardiani conv. Ferrariae ad effectum fideicommissi exequendi.

Dilectis in Christo universis fidelibus cuiuscumque status seu condictionis existant presentes literas inspecturis, fr. *Addam* de Bononia de Ord. Min. Provincialis Minister et servus Fratrum eiusdem Ord. in provincia *Lombardie*, nec non Fratres et conventus dicti Ord. de Bononia, salutem et pacem in Domino sempiternam.

Universaliter omnibus ac singulariter universis, tenore presentium, certitudinaliter declaramus quod lator presentiarum fr. *Iacobinus* de Regio de Ord. nostro, in capitulo provinciali nuper de mense madii prox. preteriti apud Bononiam celebrato, fuit ellectus, constitutus et confirmatus Guardianus conventus Fr. Min. de *Feraria* usque ad sequens capitulum celebrandum in mense madii prox. accessuro, iuxta formam nostri Ordinis et Provincie consuetam. Quare ipsum pro quibusdam negociis ad partes varias declinamtem, universitati vestre in Domino propensius commendamus, rogamtes ut sibi velitis fidem plenariam adybere et ei secundum Deum et iusticiam, in his que facere habet, esse favorabiles et benigni. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem presentes, scriptas manu mei Petri not. infrascripti, iussimus publicari, nostrorum sigillorum nichilominus robore communitas.

Actum Bononie in *loco* Fr. Min. in *camera* dicti Ministri, pp. fr. *Matheo* Boytuli Guardiano conventus Fr. Min. de Bonon., qui cognovit contrahentes, fr. *Alberto* de Acziis, fr. *Guidone* de Tuschis lectore Placencie, fr. *Lambertino* de Pavanemsibus, fr. *Francisco* de Gueciis et fr. *Iohanino* de Parma, omnibus de Ord. Min., testib. voc. et rogat. Ego Petrus q. d. Leonardi Tuscholi, imperiali auctoritate not. his omnibus interfui et rogatus scribere scripsi.

346/5089, n. 85. — Orig. — Cf. nn. 564, 598, 600-602.

597. Bononiae, 5 iulii 1293.

Codicillus.

Cum d. Petrus f. d. Blamchulini ... suum condiderit test. script. manu d. Michaelis Bresche not. ut asseruit ... pres. codicillum in hunc modum facere procuravit. In primis quidem voluit quod LXXX lib. bon., quas in dicto suo test. reliq. p. a. s., distribuantur et expendantur infrascr. modo ... Item demtur fr. *Bonaventure* de Gisso p. s. n. V lib. bon. ... Residuum vero, quod est XXXV lib. bon., voluit expendi in faciendo cantari missas pro eius a. et in imdumentis pauperum verecundoxorum, secundum volunt. et disponitionem fr. *Bonaventure* de Gisso de Ord. Min. et d. Blamchulini sui patris ... Et codicill. predictum voluit esse secretum et poni in sacristia Fr. Min. de Bon. Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Bonaventura* de Gisso, fr. *Gandulfino* de Mutina, fr. *Francisco* de Vinario, fr. *Zanelino* de Carpo, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Bertolomeo* Biriole, omnibus de Ord. Min. ... et dictus fr. Bonaventura asseruit *etc.* ... Petrus q. d. Leonardi Tuscoli not.

27/4159, n. 2. — Orig.

598. Pistorii, 15 iulii 1293.

Denunciatio Guardianorum conv. Patavii et Ferrariae, ut sibi tamquam fideicommissariis 2000 flor. aur. solvantur.

In Christi nomine amen. Cum hoc sit quod illustris et magnificus vir q. d. Obizo Estensis et Anconitanus Marchio suum condiderit test. et ultimam volunt. in quo, post multa legata, instituit fideicommissarios, executores et ministros ad ea que in ipso test. continentur executioni mandanda; qui fideicomissarii ibidem instituti sunt Generalis Minister Ord. Min., Provincialis Minister eiusdem Ord. in Prov. *Marche Trivigiane,* Provincialis Minister eiusdem Ord. in Prov. *Lombardie,* Guardianus Fr. Min. de *Padua* et Guardianus Fr. Min. de *Feraria,* quibus reliquid pecuniam que sibi debebatur, ex quacumque causa, a mercatoribus tam florentinis quam aliis undecumque, expendendam et distribuendam ab eis et per eos pro anima dicti d. Marchionis, prout in suo test. disposuit, sicut hec omnia apertius continentur instrumento ipsius d. Marchionis scripto manu Iohannis de Dolzeto de Ferraria; et dictus d. Marchio mortuus sit; idcirco fr. *Paulus* de Mediolano Guardianus Fr. Min. de Padua, sicut constat de guardiania in publico instrumento scripto manu Aleardi de Padua, et fr. *Iacobinus* de Regio Guardianus Fr. Min. de Ferraria, sicut patet de guardiania in publico instrumento scripto manu Petri not. de Bononia, tamquam fideicommissarii et executores et ministri testamenti et ult. voluntatis dicti d. Marchionis, volentes executioni mandare quod d. Marchio predictus disposuit, et mercatores certiorare de predictis, ne possint per ignorantiam excusari, si solverent alii quam cui deberent, ex auctoritate sibi commissa in dicto test. per se et vice et nomine fr. *Bartholomei* Ministri *Marche Trivigiane* et fr. *Adde* Ministri Prov. *Lombardie,* sicut patet de commissaria in publicis instrumentis scriptis manibus predictorum notariorum Aleardi et Petri, dixerunt et denuntiaverunt Lanfrancho Anselmi Clarentis, et Gherardino Bonini Clarentis, et Anselmuccio Melliorati Clarentis de societate Clarentorum de civitate Pistorii, pro se et sociis suis et eorum societate predicta, ut eis respondeant de MM flor.

de auro, quos tenebantur dicto d. Marchioni, ut constat in publico instrumento scripto manu Bartromei Francocoris not., prohibentes nichilominus et denuntiantes eisdem, pro eis et dicta eorum societate et eorum sociis, omni modo et iure quo melius possunt, ut de predictis MM flor. aureis nulli alii respondeant sine eorum consensu et licentia speciali. Actum Pistorii in cap. S. Iohannis foris civit. in curia domorum Clarentorum predictorum, pp. Filippo Inghilberti, Arriguccio Consilieri, Vanne Mandestri, Mellio Iunete et Vegna Iacobi de dicta capella, et fr. *Ubaldo* de Pistorio et fr. *Guidone* de Toschis de Bononia de Ord. suprascripto, test. rog. et voc. ad hoc. Sub anno dominice nativit. MCCLXXXXIII, ind. VI, die XV mensis iulii. Agolante q. d. Bonifatii not.

27/4159, n. 5. — Orig. = Cf. n. 596 etc. In dorso « Guardiano Floren. detur, ut det Guardiano Ferarien. vel Paduano vel eorum sociis, ex parte fr. *Ubaldi* de Pistorio, et si non [...] mitat eis ».

599. Bononiae, 21 et 22 iulii 1293.

Testamentum.

D. Benvenuta f. q. d. Naxinbenis Petrizani et uxor d. Gimignani ... volens *limina B. Francissi de Sisi visitare*, suarum rerum et bonorum omnium dispositionem per presens test. in hunc modum facere procuravit ... Reliquid p. a. s. et occasione funeris et sepul. sue X lib. bon., de quibus ... reliq. conventui Fr. Min. de Bonon. p. m. cant. XX sol. bon.; item fr. *Guidoni* dicti Ord. p. missis X sol. bon. convertendos in eius quas ipsi Fratri magis aceptaverint utilitates seu necessitates suas. Reliquos vero expendi voluit tam circha funus et sepulturam suam, quam sibi ellegit apud eccl. B. Francissi, si erit Bononie, et si alibi decederet suam esse voluit sepult. apud eccl. Ord. predictorum Fr. Min. ipsius civitatis et loci in qua esset, et alias ... secundum quod utilius p. ipsius anima visum fuerit comiss. suis ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Pace* de S. Iohanne, fr. *Iohanne* de Mutina, fr. *Zanellino* de Carpo, fr. *Bernardino* de Cornazano, fr. *Cambio*, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Bartholomeo* portonario et fr. *Gandolfino*, omnes Fratres dicti Ord. et conventus ...

Die sequenti fr. *Zanellinus* proc. dicte d. Benvenute dep. h. t. in sacristia Fr. Min. et eum sigilari fecit sigillo ipsius conv., pp. fr. *Alberto* de Soldaderiis et fr. *Francisco* sartore ... Michael q. Ugolini de Meserazano not.

27/4159, n. 6. — Orig.

600. Florentiae, 21 iulii 1293.

Denunciatio Guardianorum conv. Ferrariae et Patavii, ut sibi tamquam fideicommissariis 4000 floren. aur. solvantur.

In Dei nomine, amen. Religiosi viri Fr. *Iacobinus* de Regio Guardianus Fr. Min. de Ferraria, ut de huiusmodi officio guardianie constat publica scriptura facta manu Petri not. de Bonon., et fr. *Paulinus* de Mediolano Guardianus Fr. Min. de *Padua*, ut de officio guardianie constat scriptura publica facta manu Aleardi not. de Padua, coram me not. et testibus infrascriptis dixerunt, protestati fuerunt et denuntiaverunt d. Berto Freschobaldi et Coppo Ioseppi civibus et mercatoribus florent. pro se et suorum sociis et societate, quod q. nobilis vir d. Opizo Marchio Estensis et Anchonitanus suum condidit testamentum et ult. volunt., in quo quidem test. post multa legata et fideicomissa, instituit suos fideicommiss. et executores et ministros test. sui

Generalem Ministrum totius Ord. Fr. Min. et Provincialem Ministrum eiusdem Ord. in Prov. *Marchie Trevisine* et Ministrum eiusdem Ord. in Prov. *Lombardie*, et Guardianum Fr. Min. de *Feraria*, et Guardianum Fr. Min. de *Padua*, ad executioni mandanda ea omnia que in suo testamento disposuit, mandans in suo test. omnibus et singulis mercatoribus et debitoribus suis, quocumque nomine censeantur, et de quacumque societate sint, et de quacumque civitate, terra, villa, vel loco, ut fideicommiss. suis predictis respondere non differant de omni quantitate pecunie quam eidem d. Marchioni dare tenebantur, ut de predictis constat in dicto suo test. scripto manu Iohannis de Dolcetto not. de Ferraria. Quare predicti fr. *Iacobinus* et fr. *Paulinus* tamquam fideicommissarii et executores pro se et ex auctoritate dicti officii fideicommiss. nec non et pro fr. *Bartholomeo* Ministro *Marchie Trevigine*, et pro fr. *Adam* Ministro Prov. *Lombardie*, qui Ministri predictis Guardianis commiserunt vices suas plenarie in hac parte, ut constat publicis instrumentis manu Aleardi et Petri notarior., volentes executioni mandare omnia que in dicto test. Marchio predictus disposuit, dixerunt et denuntiaverunt predictis d. Berto et Coppo pro se ipsis et eorum sociis et societate, ut eisdem satisfaciant, dent et solvant III^m^ floren. aureorum, quos eidem d. Marchioni dare tenebantur, ut constat scriptura publica facta manu Aldebrandini olim Cambii not., sub pena et penis in instrumento debiti predicti appositis, denuntiantes nichilominus ut predictam summam, in toto vel in parte, nulli alii restituant sive solvant absque ipsorum voluntate et licentia speciali. Actum Florentie in fondaco predicte societatis, pp. fr. *Marzucho* de Pisis et fr. *Guidone* de Toschis de Bonon. Minor. Ord. et Ughetto Bencevenni de Florent. servitore *Inquisitoris*. Anno a nativitate Domini MCCLXXXXIII, ind. VI, die martis XXI iulii. Opizo de Pontremulo not.

346/5089, n. 52. — Orig. = Cf. n. 596 etc.

601. Florentiae, 21 iulii 1293.

Eorumdem denunciatio pro 3000 flor. aur.

Eodem modo, iisdem testibus et not., denuntiatur d. Flesco et d. Bardo de Flescobaldis pro III^m^ floren. aur.

346/5089, n. 52. — Orig. = Cf. n. 596 etc.

602. Florentiae, 22 iulii 1293.

Eorumdem denunciatio pro 5000 flor. aur.

In Dei nomine, amen. Religiosi viri fr. *Iacobinus* de Regio *etc. (ut in praecedenti documento, his mutatis)* ... et denuntiaverunt d. Lapo Amerii de Florentia pro se et suis sociis et societate sua, que dicitur de la Scala, quod ... eisdem ... solvant V^m^ floren. aureorum, quos eidem d. Marchioni dare tenebantur ... Actum Florentie in fondaco dicte societatis, pp. fr. *Guidone* de Toschis de Bonon. et fr. *Tedalducio* de Mucello Minorum Ord. ... Anno a nativit. Domini MCCLXXXXIII, ind. VI, die mercurii XXII iulii. Opizo de Pontremolo not.

338/5081, n. 21. — Orig. = Cf. n. 596 etc.

603. Bononiae, 8 augusti 1293.

Codicillus.

D. *Thomaxina* soror Penitentie olim uxor d. *Thomaxini* de Spilli recognoscens se fecisse test. script. manu mei infrascr. Iacobini de Turri not., illud test. pres. codicillis confirmavit et approbavit (hoc addito) ... Item leg. de suis bonis sor. *Luchese* f. q. d. Frangepanis x corb. frumenti ultra legatum sibi relictum in dicto suo test. et unum suum pelizonem veterem et unam suam tunicham novam et unam zupam et unam suam clamidem et unum lectum, ubi dicta *Luchese* iacet, cum ordignis lecti, cum una chultra de baldinella ... Actum Bononie in domo que fuit d. *Thomaxini* de Spilli in pres. ... Albergitti f. fr. Petri Choradi ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Bux. de Parma not.

27/4159, n. 7. — Orig. In dorso « Codicillus d. *Thomasine* sororis Penitentie de Spilli ». — Cf. n. 176, 604.

604. Bononiae, 9 augusti 1293.

Quaedam haeredit. bona conventibus Fr. Praedic. et Fr. Min. de Bon. tamquam Christi pauperibus adiudicantur.

Cum hoc esset quod d. *Thomaxina* soror Penitentie, olim uxor d. *Thomaxini* de Spilli ... suum fecisset test. script. manu mei infrascr. Iacobini de Turri not., in quo instituit sibi heredes pauperes Christi, quos pauperes voluit esse et intelligi illos quos commiss. sui, scilicet Prior conventus Fr. Pred. de Bon. et Guardianus Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerint dixerint et nominaverint; volentes igitur ipsi fideicommiss. exequi volunt. ipsius testatricis et ipsam heredit. et bona in pauperes Christi distribuere et pauperes ipsos nominare et eligere, fr. Bertoldus nunc Prior convent. Fr. Pred. et fr. *Mathiolus* nunc Guardianus Fr. Min. de Bon. fideicommiss. et executores dicti test. ex auctoritate sibi concessa in ipso test. tamquam fideicommiss. et executores elegerunt et nominaverunt in pauperes et pro pauperibus Christi de comuni concordia et consensu conventum Fr. Pred. de Bon. et Fratres dicti conventus, et ipsi conventui et Fratribus tamquam pauperibus Christi dederunt dimidiam partem bonorum et hereditatis predicte d. *Thomaxine* ... Item elegerunt et nominaverunt in pauperes et pro pauperibus Christi d. *Zaninum* de Mantua syndicum, yconomum et procuratorem Romane Ecclesie, et *Leonem* de Policino et *Gerardum* de Bonon., qui predicti tres sunt familiares Fr. Min. de Bon. pro alia dimidia, ut deinceps eis et cuilibet eorum in solidum liceat dictam partem hereditatis petere, apprehendere et possidere et vendere et alienare ... salvo quod ipsa bona hereditaria sive pretia eorum convertantur in usum et necessitates predicti conv. Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

27/4159, n. 8. — Orig. = Cf. n. 603 etc. In dorso « Instrumentum quo Prior Predic. et Guardianus Fr. Min. de Bon. sicut comiss. test. d. *Thomaxine* de Spillo, nominaverunt et elegerunt pauperes Christi conventum Fr. Predic. et conv. Fr. Min. de Bon. ».

605. Bononiae, 23 augusti et 2 septembris 1293.

Testamentum.

D. Caracosa f. q. d. Guillelmi Bonacose et uxor d. Thorelli d. Benvenuti Bondi ... reliquit xxx lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. p. m. cant. IIII lib.

bon.; item fr. *Henrico* q. fr. Petri de Ordine Min. p. s. n. III lib. bon. ... item sor. *Nandine* de Cathena V sol. bon.; item sor. *Martine* de eodem loco II sol. bon.; item dari voluit cuilibet qui conscriptus fuerit pro teste in presenti test. V sol. bon., ad hoc ut teneantur orare p. a. s. ... Residuum vero distribui voluit per comiss. suos ubi melius eis videbitur p. a. s. ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iurib. *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos infrascr. sui comiss. nominaverint, et non alios. Ad que omnia exequenda constituit suos comiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit et fr. *Henricum* f. fr. Petri de dicto Ord. ... Et si predicti sui comiss. nollent vel non possent predicta effectui demandare, ex nunc dedit eis plenam licentiam alios comiss. sibi subrogare et substituere ad eorum voluntatem ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Henrico* q. fr. Petri sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Francisco* de Castagnolo, fr. *Iohanne* de Varegnaña, fr. *Ubertino* de Bobio, fr. *Alberto* de Soldaderiis, fr. *Bernardino* de Cornazano, fr. *Bartholomeo* de Bonon. et fr. *Iohanne* de Ymola portariis, qui omnes sunt de Ord. Fr. Min. ...

Die II septembris fr. *Henricus* proc. dicte d. Caracose dep. in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacrist. Fr. Min. test. suum sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum custod. et salvand. in dicta sacristia, pp. fr. *Manfredo* de Tomaris et fr. *Francisco* de Castro Britonum ... Fr. *Rolandinus* Paxini Iohannis not. Ord. de Penitentia.

27/4159, n. 11. — Orig.

606. Bononiae, 1 et 6 septembris 1293.

Testamentum.

D. *Maria* soror de Penitentia f. q. d. Iohannis de Cento, et uxor fr. *Henregipti* de Superba de Ord. de Penitentia ... reliq. LXXIII lib. bon. ex quibus dari voluit fr. *Guidoni* Olando III sol. bon. ... item dari voluit et distribui inter *pauperes Fratres de Penitentia* et etiam *pauperes Sorores eiusdem Ord.* XX sol. bon.; item fr. *Ade* de Ord. Fr. Min. p. s. n. III lib. bon.; item fr. *Nicholino* de Butrio de eodem Ord. p. s. n. XX sol. bon.; item conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. XL sol. bon.; item dari voluit dicto conventui Fr. Min. de Bon. pro una pictancia VIII lib. bon.; item fr. *Iacobino* de Butrigariis suo filio de dicto Ord. Fr. Min. p. s. n. reliquid et omni iure modo et forma quo vel qua melius potest habere, XL lib. bon. ... Item voluit expendi circa funus et sepult. suam C sol. bon., quam sepult. esse voluit apud eccl. Fr. Min. ubi est pater eius ... In omnibus aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Nicholaum eius f. et f. fr. *Henrigipti* de Superba sibi hered. instituit, volens quod si dictus eius f. decederet sine liberis legittimis reliquit in eo casu fr. *Henrigipto* de Superba suo marito de dicta heredit. XXV lib. bon. Item in dicto casu reliq., fr. *Iacobino* suo filio de Ord. Fr. Min. X lib. bon. p. s. n. supra predict. XL lib. eidem relict. superius ... Ad que omnia exequenda constituit suos comiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, fr. *Nicolinum* de Butrio et fr. *Iacobinum* de Butrigariis suum filium de Ord. Fr. Min. et fr. *Henrigiptum* de Superba eius maritum, quibus comiss. dedit plenam licentiam *etc.* Et si tres ex comiss. suis fuerint concordes possint et debeant predicta excutioni mandare, non obstante quarto comiss. Eodem die predicta d. *Maria* fecit suum proc. fr. *Iacobinum* de Butrigariis suum filium de Ord. Min. ad faciendum sigillari dictum suum test. et deponendum in sacristia Fr. Min. custodiendum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Iacobo* de Portanova sacerdote, qui dixit *etc.*,

fr. *Thomaxio* de Portanova, fr. *Petro* de Verucnlo, fr. *Francischo* de Castro Britonum, fr. *Iacobo* d. Duzii, fr. *Bonazunta* de Mantua, fr. *Bonaventura* de Savignano et fr. *Arnaldo* de [Tuderto?], qui omnes sunt de Ord. Fr. Min. ...

Die vi septembris predictus fr. *Iacobinus* procur. dicte d. *Marie* deposuit in manibus fr. *Ugolini* de Castello sacr. Fr. Min. dictum s. t. sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum custod. et salvandum in sacristia dictorum Fratrum suo loco et tempore, pp. fr. *Iacobino* de Galleria et fr. *Zacharia* de Artinixiis de Ord. Min. ... Fr. *Rolandinus* Paxini Iohannis not. Ord. Penitentie.

27/4159, n. 12. — Orig.

607. Bononiae, 4 septembris et 16 novembris 1293.

Sententia qua, iuxta petitionem syndici conv. Fr. Min. Bon., quaedam bona ad eundem conventum pertinere declarantur.

Reperitur in quodam libro cartarum bombicis, qui est in armario populi Bonon. petitionum, notifficationum et sententiarum, nec non alliarum diversarum scripturarum, facto et composito tempore nobilis et potentis millitis d. Bonacursii Cursii de Donatis capitanei populi Bon. sub examine sapientis et discreti viri d. Micaelis de Prato iuris periti iud. dicti d. capit. et scripto per Bonum not. Anzolleni de Certaldo Florent. Dioces. ... currentibus annis Domini nostri I. Christi MCCLXXXXIII, ... inter cetera in hunc modum:

Die IIII mensis septembris. — Francisscus Cambii Attolini syndicus capituli et conventus Fr. Min. de Bonon. syndicario nomine dicti conventus, dicit quod habet, tenet et possidet infrascriptas possessiones de bonis que fuerunt q. d. Spagnoli Abbatis, pro C lib. bon. rellictis p. a. ipsius d. Spagnoli in eius test. et pro CC lib. bon. rellictis per ipsum d. Spagnolum, pro usuris et male ablatis, in ipso eodem suo test. script. manu. *(sic)*

In primis, peciam unam terre arat. posit. in curia S. Marini in loco ubi dicitur « Fossa », iuxta *etc.* ... que dicitur esse XIIII tornat.;

item unam peciam terre arat. posit. in dicta curia, in loco ubi dicitur. « Domus Fabrorum », iuxta *etc.* ... et dicitur esse XII tornat;

item unam tumbam cum caxamento posit. in eodem loco, ubi consueverunt esse due domus cuppate magne que fuerunt destructe, iuxta *etc.* ... et dicitur esse una tornat. et XXIIII tabulle;

item peciam unam terre posit. in dicta curia, in dicto loco « Domus Fabrorum », iuxta *etc.* ... que dicitur esse V tornat.;

item unam peciam terre caxamentate in dicta terra et loco, in qua consueverunt esse duo medati a palleis, iuxta *etc.* ... que dicitur esse una tornat. (et) pars alterius;

item unum caxamentum posit. in capella S. Berthollomey in strata S. Vitalis, iuxta *etc.* ... et est in testa duas perticas et duos pedes, et longum V perticas;

item unum caxamentum super quo consueverat esse una domus cum torrazio, et cum una allia domo, que erat post ipsum torratium, que [...] habebat cum Christoforo de Tarafogollis in dicta cap. S. Bertolli, iuxta *etc.* ... et est in testa V pert. et longum VI pert.

Quare petit dictus Syndicus, syndicario nomine dictorum Fratrum per vos et vestro officio pronunciari et declarari debere predictas possess. et caxamenta que descripta sunt in libris bonorum bampnitorum partis Lambertaciorum, spectare et pertinere ad dictum conventum, et ipsas eximendas et canzellandas esse de dictis libris, nec amplius per comune Bonon. locari vel vendi debere, et predicta petit omni modo et iure, quo mellius potest.

Die IIII septembris d. Michael, iudex predictus, statuit terminum dicto Francissco Cambii syndico supradicto V dierum, ad probandum quidquid probare intendit super dicta peticione.

Reperitur in quodam libro bambacinis, qui est in armario pop. Bon. peticionum, notifficacionum et sententiarum nec non alliarum diversarum scripturar. facto et composito tempore d. Florini d. Gofredi de Pontecharali olim Capit. pop. Bon. sub examine sapientis viri d. Ruffetti de Ruffis iud. et assess. dicti d. Florini Capit. et script. per Iacobum Bazegam not. in anno current. MCCLXXXXIII, ind. VI, inter cetera, in hunc modum:

In Christi nomine, amen. Super pecticione porrecta a Francissco Cambi Attolini syndico cappituli et conv. Fratrum Min. de Bon., cuius petic. tenor talis est:

Francisscus Cambii Attolini syndicus cappituli et conv. Fr. Min. de Bon. syndicario nomine dicti conv. dicit *etc.* (*ut supra*); conscillium mei Alberti de Panzonibus est tale, videlicet quod cum appareat dictum Francisscum syndicum cappituli et conv. Fr. Min. de Bon. syndicario nomine dicti cappituli et conv. esse in possess. dictorum bonorum pro quantit. in dicta petic. contenta, quod vestro officio pronuncietis et declaretis dictas possess. et caxamenta in dicta petic. contentas et contenta spectare et pertinere ad dictum conventum et ipsas esse eximendas et canzellandas de libris bonorum partis Lambertaciorum, nec ea amplius per com. Bon. vendi vel locari debere secundum formam sue peticionis. Unde dictus d. Roffetus iud. secutus formam dicti conscillii in omnibus et per omnia pronunciavit prout in dicto conscillio continetur. Latum, apertum et pronunciatum et sententiatum fuit dictum conscillium et sententiam per dictum d. iudicem pro tribunali sedentem ad banchum dicti iudicis ubi redditur ius in pallacio novo com. et pop. Bon., pp. dictis partibus, sillicet dictis Francissco syndico et d. Birtino procur. comunis et pp. ... die lune XVI novembris sub anno domini MCCLXXXXIII ind. VI. Ego Zagnibonus Guidonis Zagniboni not., ut (in) dictis libris scriptum inveni, ita exempl. et scripsi.

Anno Domini MCCLXXXXVIII ind. XI die IX iunii. Hoc exempl. per me Pasquallinum Iohannis de Orellis not. sumptum ex auctenticis scripturis que sunt in quodam libro cuiusdam quaterni bambacinis qui est in armario pop. Bon. scriptis manu predicti Zagniboni not. coram d. Gerardo iud. et assess. d. Gasparri Pot. Bon. insinuatum fuit in eius presencia per me ipsum Pasquallinum, Iohannem q. Alberti de Zanellis et Francisscum q. Cambii Attolini notarios cum auctentico dilligenter et fidelliter abscoltatum, et cum ipse d. Gerardus iud. cognoverit cum auctent. predicto per ordinem concordare et ut adhibeatur eidem exemplo de cetero plena fides ut auctentico publico, suam et com. Bon. auctoritatem interposuit et decretum ... Ego Zacharias f. Iohannis q. Thomaxini not. ut in dicto exempl. inveni, fidelliter sumpsi exempl. et scripsi.

346/5089, n. 20. — Exemplum exempli. In dorso « Quoddam exempl. quarumdam scripturar. que reperiuntur in libris armariorum com. Bon., que denotant multa bona stabilia relicta a d. Spagnolo Fratribus S. Francisci ».

608. Bononiae, 8 septembris 1293.

Syndici constitutio.

(D. Priora et Sorores monast. S. Marie de Virginibus de strata S. Vitalis prope Bononiam) constituerunt d. Iacobinum Guidonis Francholi not. ... earum et dicti monast. sindicum, actorem et nuntium specialem ad faciend. et recipiend. omnem promissionem, obligationem *etc.* a sindico Fr. Predic. de Bon. ... et a *Zannino* Guidonis de Mantoa, *Leone* de Pollicino et *Gerardo* de Bon. heredibus q. d. *Thomaxine* uxoris q. fr. *Thomaxini* de Spilli ... et ad faciend. et recipiend. omnem finem, remissionem ... et pactum de non ulterius petendo quicquid transactionis nomine, de omnibus bonis et iuribus hereditatum q. d. *Thomaxini* de Spilli et d. *Thomaxine* q. sue uxoris ... et ad omnia et singula facienda, exercenda et recipienda que fient in predictis ... Que omnia facienda cum predictis sindico Fr. Predic., *Zannino, Leone* et *Gerardo* ipse Sorores ex nunc prout ex tunc approbant et confirmant et ratificant, et ea omnia que promissa fuerint et facta per dictum d. Iacobinum earum sindicum, promiserunt ... inviolabiliter observare ... sub obligatione bonorum dicti monasterii ... Actum Bononie ... Bonaventura Viviani not.

335/5078, n. 146[1]. — Orig. = Cf. nn. 176, 603, 604, 610.

609. Bononiae, 10 et 25 septembris 1293.

Testamentum.

D. Fayta f. q. d. Pellegrini Christiani medici, et uxor d. Iacobelli sartoris ... reliq. CL lib. bon., de quibus vult dari et distribui per comiss. suos infrascr. circa funus et sepult. suam XII lib. bon., quam sepult. elegit aput locum Fr. Min. de Bon. ... Item reliquid Fratribus Min. de Bon. V lib. bon. p. m. cant. ... item fr. *Nicholao* f. d. Zacharie de Ord. Min. III lib. bon. pro una capa ... item fr. *Iohanino* de Portanova de Ord. Min. III lib. bon. pro una capa et p. m. cant.; item fr. *Homodeo* Ord. de Min. XX sol. bon. p. m. cant. ... item fr. *Boniiacobo* Salarolo de Ord. Fr. de Penitentia XL sol. bon. ... Et ad predicta omnia exequenda fecit suos comiss. fr. *Boniiacobum* Salarolum de Ord. Fr. de Penitentia ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Homodeo* de Asto, qui dixit *etc.,* fr. *Francischino* de Castro Britonum, fr. *Bonazunta* de Mantua, fr. *Iohanino* de Burgo S. Felicis, fr. *Cambio* de Z[...]gnis, fr. *Bartholomeo* Beliuxii, fr. *Marchixino* de Mutina ...

Die XXV eiusdem mensis fr. *Bartholomeus* de Ord. Min., procur. dicte testatricis, consignavit h. t. in manibus Fr. *Iacobini* sacrist. Fr. Min., pp. fr. *Lanfranchino* de Placentia et fr. *Bernardino* de Cornazano ... Fr. Martinus Rossellus not.

27/4159, n. 14. — Orig. In dorso « Test. d. Fayte de Christianis, sed ipsa fecit aliud [...] per Blaxium not. de Podiali »; « Item fecit aliud in domo Predicatorum ».

610. Bononiae, 12 septembris 1293.

Conventio.

De lite et questione que erat et esse poterat inter capitulum et conventum S. Marie de Virginibus hered. q. d. *Thomaxini* Iohanini de Spilli, ex test. script. manu Bonvixini Leonardi Firmani not., sive earum sindicum ex una parte, et *Zan-*

ninum q. Guidonis de Mantoa, *Leonem* de Pollicino et *Gerardum* de Bonon. heredes pro dimidia q. d. *Thomaxine* uxoris q. dicti d. *Thomaxini* de Spilli ex testamento ipsius d. *Thomaxine* script. manu Iacobini de Turre not., sive ex ellectione, nominatione seu declaratione de eis facta per fr. Bertholdum Priorem conventus Fr. Pred. et fr. *Mathiolum* Guardianum Fr. Min. ex vigore dicti testamenti, et capitulum et conventum Fr. Pred. de Bon. hered. predicte d. *Thomaxine* pro alia dimidia, ex test. predicto sive ex ellectione, nominatione seu declaratione de ipsis facta per dictos Priorem Fr. Pred. et dictum Guardianum Fr. Min. fideicommissarios et executores test. dicte d. *Thomaxine*, ut hec omnīa patent publico instrumento script. manu Iacobini de Turre not. ... sive eorum sindicum ex alia parte, nomine et occasione ... hereditatis et bonorum q. d. *Thomaxini* Iohanini de Spilli, quam heredit. et bona Domine et Sorores de Virginibus dicebant ad se pertinere tamquam ad heredes universales dicti d. *Thomaxini* de Spilli et tanquam heredes ius habere contra heredes q. d. *Thomaxine* olim uxoris dicti d. *Thomaxini* de Spilli occasione quarumdam rerum et bonorum perventorum ad ipsam d. *Thomaxinam* de bonis et heredit. dicti d. *Thomaxini*, occasione docium suarum et augmenti dotis et quorumdam legatorum, sive ex aliquibus quibuscumque causis, et vendictionum et quorumdam aliorum contractuum factorum per dictam d. *Thomaxinam* de (diversis petiis terre), et commissarie et administrationis et gestionis facte per eam de rebus et bonis predictis dicte hereditatis bene vel male geste, obmisse vel neglecte. Que omnia predicti *Zanninus*, *Leo* et *Gerardus* et conventus Fr. Predic. et eorum sindicus negabant, dicentes bona et heredit. d. *Thomaxine* et bona perventa ad eam de bonis et heredit. d. *Thomaxini* predicti occasione docium suarum, augmenti dotis et legatorum relictorum dicte d. *Thomaxine* et dationis in solutum facte ipsi d. *Thomaxine*, dictis de causis, per sindicum dictarum Dominarum de Virginibus, pertinere pro dimidia ad predictos Fratres Predic. et pro alia dimidia ad predictos *Zanninum*, *Leonem* et *Gerardum* tanquam ad heredes dicte d. *Thomaxine*; et generaliter de omnibus aliis litibus et questionibus et controversiis que sunt vel esse possunt inter dictas partes occasione dictorum bonorum sive heredit. predicti d. *Thomaxini* et predicte d. *Thomaxine* ... Volentes dicte partes ad concordiam pervenire de omnibus et singulis supradictis ... visis et lectis verbis dictorum testamentorum infrascripta pacta, promissiones *etc.* universalis et generalis transactionis nomine ... fecerunt ad invicem, videlicet quod d. Iacobinus Guidonis Francoli sindicus dictarum Dominarum conv. S. Marie de Virginibus ... ratificavit et approbavit omnem gestionem et administrationem factam per dictam d. *Thomaxinam* de bonis superius nominatis, et de bonis q. d. *Thomaxini* per dationem in solutum fact. dicte d. *Thomaxine* per dictas Dominas de Virginibus, et de una petie terre arat. que est xxxvi tornat. posit. in curia Bagnarole ... et alia petia terre xxii tornat. posit. in dicta curia ... pro dotibus dicte d. *Thomaxine*, augmento dotis et legatis, ut constat *etc.* ... Et promisit predictis heredibus dicte d. *Thomaxine*, quod occasione dicte administrationis, contractuum predictorum, exceptis legatis contentis in test. dicte d. *Thomaxine*, que legata dictis Dominabus de Virginibus pertinent quocumque modo ... litem vel questionem aut controversiam dicte Domine de Virginibus non movebunt ... Et hec omnia ideo fecit quia versa vice, ex causis predictis, fr. Stephanus de Ord. Predic. sindicus conv. Fr. Predic. de Bon. ... et predicti *Zanninus*, *Leo* et *Gerardus* tanquam heredes dicte d. *Thomaxine* ... liberaverunt et absolverunt predictum d. Iacobinum sind. dictarum Dominarum de

Virginibus et ipsas Dominas ... ab omni eo quod ab eis petere possent occasione cuiusdam legati cc lib. bon. relictum per dictum d. *Thomaxinum* predicte d. *Thomaxine* coram testibus et sine scriptura ... et ab omni alio iure quo petere possent a dictis Dominabus occasione bonorum et heredit. q. d. *Thomaxini* et etiam dicte d. *Thomaxine*, preter quam brayda posita in curia Bagnarole ... in qua et de qua debent habere xxxvi tornat. ... et salvo iure legati et legato relicto per dictum d. *Thomaxinum* de domibus suis positis in contrata S. Dominici, iuxta *etc.* et de pensionibus et redditibus dictarum domorum; et salvo iure et condictione appositis in testamento dicti d. *Thomaxini* de Spilli, de vinea sua posit. in S. Vito, iuxta heredes Petrizoli Scepte, et iuxta possessiones Canonicorum S. Petri, in quo test. continetur quod dictus d. *Thomaxinus*, post obitum uxoris sue, reliquid dictam vineam loco Fr. Min. qui fieri debet apud *Castrum S. Petri* ex dispositione testamentorum dd. Guillelmi et Iacobini d. Mulnarii, et si heredes eius voluerint sibi retinere dictam vineam et solvere Fratribus dicti loci lxxx lib. bon. pro precio dicte vinee, eo casu voluit ipsam vineam heredibus suis remanere ... Item ... (fecerunt) eis finem ... absolutionem et pactum de ulterius non petendo quicquid, absolvendo ipsas Dominas et conv. earum ab omnibus et singulis supradictis, salva semper condictione dicte vinee de S. Vito secundum quod supra dicitur. Et hec omnia nominatim fecerunt eo quia dictus fr. Stephanus sindic. Fr. Predic. de Bon. ... et dicti *Zanninus*, *Leo* et *Gerardus*, tanquam heredes dicte d. *Thomaxine*, dicto d. Iacobino sindic. dictarum Dominarum de Virginibus ... solverunt et dederunt l lib. bon. in pecunia numerata, nomine transactionis. Que quidem omnia predicta et singula dicte partes inter se vicissim ... promiserunt attendere et observare et non contra facere vel venire ... ratione aliqua vel occasione, sub pena d lib. bon. dampnorum et expensarum refectione et sub obligatione bonorum dictorum conventuum et predictorum *Zannini*, *Leonis* et *Gerardi* ... Actum Bononie in ecclesia S. Marie de Virginibus ... Bonaventura Viviani not.

335/5078, n. 146.² — Orig. = Cf. nn. 150, 168, 608 etc.

611. Bononiae, 18 septembris et 8 decembris 1293.

Testamentum.

D. Mixina f. q. d. Peczi de Buschitis, et uxor d. Ariverii q. d. Lanbertini de Rustiganis ... reliquid p. a. s. x lib. bon. quas voluit expendi circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud Domum Fr. Min. in quocumque loco et terra decesserit, ad quas expendendas dictum suum virum et Guardianum dicti loci, qui p. t. fuerit, suos comiss. ellegit ... Item reliq. de bonis suis ccl lib. bon. quas habuit in dotem et fuerunt de bonis paternis, de quibus habet conscienciam quod fuerunt per pravitatem uxurariam patris sui acquisite; in eo casu vult quod dentur et restituantur illis personis que hostenderent se aliquid de dictis bonis debere percipere. Residuum vero vult quod Guardianus conv. Fr. Min. de Bon., quem comiss. suum instituit ad dictam restitut. faciend., distribuat pauperibus ubi melius et utilius videbitur p. a. dicte testatricis et patris sui. Cui Guardiano dat plenam licentiam et auctorit. constituendi unum procur. ad recuperandum et distribuend. dicta bona ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min., pp. fr. *Peregrino* de Pollicino, fr. *Aczino* de Bonon. sacerdotibus, qui ambo dixerunt *etc.*, fr. *Ugolino* de Castello, fr. *Nicholao* de Guastavillanis,

fr. *Albertino* de Ymola, fr. *Iohanne* de Fullianis et fr. *Iacobo* de Placentia, omnes de Ord. Fr. Min. ...

Die VIII decembris fr. *Peregrinus* de Pollicino Ord. Min. procur. dicte testatricis dep. h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manu fr. *Ugolini* de Castello sacriste sacristie Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Iacobino* de Galleria et fr. *Francischino* de Lana ... Gerardus Ferarii not.

27/4159, n. 16. — Orig.

612. Bononiae, 24 octobris 1293.

Testamentum.

D. Uliana f. q. d. Iosephi de Riosto, et uxor d. Henregipti Bochadecane ... reliq. L lib., de quibus reliq. X lib. bon. expendendas circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit et esse vult apud eccl. Fr. Min. de Bon ... Item reliquid iure legati conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. C sol. bon. ... item fr. *Gerardino* de Cremona confessori suo p. s. n. Ord. Fr. Min. III lib. bon.; item i. l. cuilibet testi in hoc t. scripto qui sint Fratres Min. X sol. bon. pro quolibet ipsorum ... Suos autem comiss. esse vult Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Gerardino* de Cremona, qui dixit *etc.*, fr. *Ugolino* de Bononia, fr. *Alghixino* de Cremona, fr. *Paulo* de Brethenorio, fr. *Henrico* q. fr. Petri, fr. *Francischo* de Regio, fr. *Gasparino* de Bonon., fr. *Zacharia* de Artenensibus et fr. *Alioto* de Parma ... Et ipsa domina fecit procur. fr. *Gerardinum* predictum de Cremona ad ponend. s. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. sigilatum sigilo Ordinis. Fr. Iohannes Turizanus tertii Ord. Humiliatorum de Bon. not.

27/4159, n. 19. — Orig.

613. Bononiae, 30 octobris 1293.

Testamentum.

Gerarducius q. Guitifredi de Frasineta ... reliq. X lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bonon. p. m. cant. XL sol. bon.; item conventui Fr. Min. de *Feraria* XL sol. bon., item fr. *Lamdulfo* de Cazanimizis p. s. n. XX sol. bon. ... Reliquos vero iupsit expendi circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de *Feraria.* Et ad predicta omnia exequenda constituit suos comiss. fr. *Lamdulfum* de Cazanimizis de Ord. Min. ... Voluit suum test. esse secretum et poni in sacristia Fr. Min. de Bononia. Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Bonifacio* de Lambertaciis, fr. *Phylipo* de Bonon., fr. *Alchixino* de Cremona, fr. *Iacobo* de Pennis, fr. *Alioto* de Parma, fr. *Framcischino* de Castro Britonum, fr. *Michaele* de Castagnolo, fr. *Bonaventura* de Fanano et fr. *Lamdulfo* de Cazanimizis, qui cognovit ipsam testatricem ... Petrus q. d. Leonardi Tuscoli not.

27/4159, n. 21. — Orig.

614. Bononiae, 5 novembris 1293.

Testamentum.

D. Ymeldina f. q. d. Achilixi de la Laghuna et uxor q. d. Bonaventure Petri Pelegrini ... reliquid de bonis suis CL lib. bon., de quibus dari iussit conventui Fr.

Min. de Bon. XL lib. bon. p. m. celebr. p. a. s. et parentum suorum. Item reliquid dicto conventui unum drapum sericum pretii X lib. bon., quod portetur super corpus eius ad sepulturam suam, quam elegit apud eccl. Fr. Min. predictorum, [et .....] fieri debere *per viam que est inter scolas ipsorum Fratrum et sepulturam d. Acchur.xii*, volens de ipso drapo vel alio, prout videbitur Fratribus ipsius conventus, debere fieri una planeta utenda ad divina officia in ipsa ecclesia B. Francischi. Item de dicta quantit. expendi voluit in cera necess. ad dictam eius sepult. VI lib. bon. ... Item fr. *Gerardino* de Cremona de Ord. Min. XII lib. bon. p. s. n.; item fr. *Aczino* eiusdem Ord. XX sol. bon.; item fr. *Bonaventure* miniatori X sol. bon.; item fr. *Zanelino* de Carpo X sol. bon.; item fr. *Zannino* de Portanova, fr. *Gandolfino* de Mutina, fr. *Blaxio* de Bonon. de Ord. Fr. Min., cuilibet eorum XX sol. bon.; item *Gerardo* converso V sol. bon. ... item fr. *Iacobo* mag. Guidonis XX sol. bon. ... item sor. *Uliane* X sol. bon. ... item sor. *Francische* f. d. Guillelmi Petri de Ord. Sororum Min. III lib. bon.; item cuilibet lolo (*sic*) religioso Fratrum et Sororum querenti elemosinam civit. et burbiorum (*sic*) Bononie V sol. bon. ... item cuilibet *pauperi sorori de Ord. Sororum Min. Bonon.* XII denarios bon. Residuum vero expendi voluit et distribui per comiss. suos infrascriptos, in male ablatis incertis, usque in quantitatem X lib. bon. et aliud residuum secundum quod eis utilius videbitur p. a. s., quos comiss. suos et huius sui test. executores esse voluit Guardianum Fr. Min. de Bonon. qui p. t. fuerit ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos predicti sui comiss. nominaverint ... excludens a dicta heredit. Templarios et alias domos mansionum et hospital. de ultramari et omnes alios ad quos de dicta sua heredit. pervenire posset ratione alicuius privilegii ... Voluit hanc suam ult. voluntatem secretam esse, et eam publicatam deponi debere per procur. ab ea constituend. apud sacrist. Fr. Min. de Bonon. et sigillari sigillo Custodis seu conventus dictorum Fratrum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Gerardino* de Cremona Ord. Fr. Min., qui dixit *etc.*, fr. *Zanelino* de Carpo, fr. *Landulfo* de Cazanimicis, fr. *Ugolino* de Castello, fr. *Iohanne* de Mutina, fr. *Gerardino* de Lerario, fr. *Mathiolo* de Tuderto, fr. *Iohanino* de Burgo S. Felicis, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Leonardus q. Fr. *Bonvicini* not.

342/5085, n. 78. — Orig.

615. Bononiae, 9 et 21 decembris 1293.

Testamentum.

D. Iohannes q. d. Henregipti de Sala ... reliq. XXV lib. bon., de quibus dari voluit ... conventui Fr. Min. de Bon. p. m. XL sol. bon.; item fr. *Amedo* (*sic*) de Aczis Ord. Min. p. s. n. XX sol. bon. ... Item reliq. circha funus et sepult. suam C sol. bon., quam sibi elegit apud eccl. S. Francissci Ord. Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie in *domo* Fr. Min. *iuxta hostium scole ipsorum*, pp. fr. *Amedo* de Acziis sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Iohanino* de Regio, fr. *Zacharia* de Artinixiis, fr. *Ugolino* de burgo S. Fellicis, fr. *Gulielmo* de Curtumillia, fr. *Landulfo* de Chazanimicis et fr. *Gerardo* de Butrio, omnes Fratres Minores ...

Die XXI eiusdem mensis dictus testator suum test. dep. penes fr. *Iacobinum* de Galleria sacrist. Fr. Min., ut cum sigillo Guardiani sive conv. Fr. Min. sigillet et in

sacristia eorum Fr. debeat remanere ut ipsi test. et Fratribus fides adybeatur ... pp. fr. *Francissco* de Lana et fr. *Francissco* sartore ... Michael Petri Specialis not.

27/4159, n. 24. — Orig.

616. Cesenae, 10 decembris 1293.

Pignoratio quorumdam bonorum pro male ablatorum restitutione.

Cesene in camara domus Petri Stulti ... pp. d. fr. *Vicentio* de Ord. Fr. Min. (et aliis) ... d. Petrus Stulti de contrata Crucis marmoris ... confessus fuit coram religioso viro d. fr. *Petro* de Sclavania de Forlivio, nunc Guardiano loci Fr. Min. de *Cesena* confessori suo, se habuisse et recepisse, aquisivisse et ad eum pervenisse indebito modo a multis et diversis personis, usque ad quantitatem ccc lib. ravennat. Quas ccc lib. dictus Petrus promisit per solemnem stipul. sine lite et placito, omni except. remota, dare et quiete solvere dicto d. fr. *Petro* de Sclavania confessori suo, nunc Guardiano Fr. Min. de *Cesena*, stipul. et recipienti nomine et vice omnium et singulorum, quorum intererit vel interesse poterit, et nomine omnium illorum qui ab eodem deberent quicquam recipere, dictis de causis, vel aliis quibuscumque ad eius voluntatem hinc ad prox. fest. Passce Resurct. vent. sub pena dupli dicte pecunie ... Pro quibus omnibus observandis et adimplendis, dictus d. Petrus eidem d. fr. *Petro*, recipienti nomine quo supra, sua bona nomine pignoris obligat, et specialiter totam eius clusuram de Fornaze ... tali pacto et condicione specialiter aposito inter eos, quod si dictus d. Petrus vel sui heredes, in dicto termino non solverint eidem dictam pecunie quantitatem cum dampnis et expensis factis et faciendis, tunc ipse fr. *Petrus* possit et sibi licitum sit, dictam possessionem totam ad eius voluntatem, sine ipsius vel suorum heredum contradicione, vel alterius persone, vendere et alienare et tradere cui vel quibus voluerit et precium recipere, ementi vel ementibus promictere defensionem ad eorum volunt. et bona dicti d. Petri obligare pro defensione dicte rei, et precium dare et solvere et satisfacere possit et teneatur ipse Frater, ad ipsius voluntatem, cui debuerit et quibus sit. Guilielmucius Iacobi d. Bartholе not.

27/4159, n. 25. — Orig. In dorso « Carta facta fr. *Petro* de Sclavania de restitucione unius quant. pecunie [...] ».

617. Bononiae, 10 decembris 1293 et 2 decembris 1294.

Testamentum.

D. Sturlita f. q. d. Sturliti Araldini de Varis, et uxor Iacobi f. fr. Mathioli de Castro S. Petri ... reliquid xxv lib. bon., de quibus dari voluit ... fr. *Bonaventure* de Gisso p. s. n. III lib. bon. Item voluit expendi circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bonon., v lib. bon. ... Reliquos vero dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. ... Et ad predicta omnia exequenda esse voluit suos comiss. Guardianum Fr. Min. qui nunc est vel p. t. fuerit, fr. *Bonaventuram* de Gisso et Iacobum eius maritum, quibus dedit plenam et liberam potestatem vendendi, alienandi *etc.* Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Iacobo* de Podiale, fr. *Paulo* de Britinorio, fr. *Iacobino* de Galeria, fr. *Lambertino* de Fabianis, fr. *Bernardino* de Cornazano, fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Bertolomeo* portonario et fr. *Bonaventura* de Gisso, qui cognovit ipsam testatricem, omnibus de Ord. Min. ...

MCCLXXXXIII die II decembris fr. *Bonaventura* de Gisso, proc. supradicte testatricis, dedit h. t. in manibus fr. *Ugolini* sacrist., ut ipsum poneret in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Guillelmino* de Luvixinis et fr. *Guillelmo* de Curtimilio, de dicto Ord. Min. ... Petrus q. d. Leonardi Tuscoli not.

336/5079, n. 215. — Orig.

618. Bononiae, 12 decembris 1293.

Testamentum.

D. Lauremcia f. q. d. Petroboni et uxor Bertolomey not. ... reliq. XXV lib. bon., de quibus ... reliquid conventuy Fr. Min. de Bonon. XL sol. bon. p. m. camtamdis pro a. ipsius testatricis; item fr. *Gandulfino* Ord. Fr. Min. de Bonon. XXX sol. bon. Item reliq. Fratribus de *S. Iohanne*, illis de *Ricardina* et illis de *Argellata* et illis de *Crespellano* et illis de *Caldararia* et illis de *Varegnana* et illis de *Planorio*, cuilibet istorum Ordinum Fr. Min. X sol. bon. p. m. camtamdis p. a. ipsius ... item reliquid *infirmarie* Fr. Min. de Bon. XX sol. bon. ... superfluum expendi voluit per comiss. suos infrascr. ubi melius et utilius videbitur p. a. testatricis. Comiss. suos ... esse voluit Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit et fr. *Gandulfinum* predictum ... Hoc suum test. precepit et esse voluit secretum donec viserit, et deponi voluit in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conventus ipsorum Fr. Min. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Zanellino* de Carpo, fr. *Thomaxino* de Lambertaciis, fr. *Mellio* de Cremona, fr. *Mathiolo* de Tuterto, fr. *Marchixino* de Mutina, fr. *Bernardino* de Cornazano et fr. *Iohanne* de burgo S. Felicis ... Benvenutus q. d. Mathey not.

27/4159, n. 26. — Orig.

619. Bononiae, 2 ianuarii 1294.

Electio syndici pro conventu Fratrum Min. de Ferraria.

Discretus et religiosus vir fr. *Lambertinus* de Cazanimicis nunc Custos custodie Fr. Min. de Bononia, ratione dicti sui officii sibi comissi, elegit d. fr. *Eliam* de Mediciis de Ferraria fratrem de Penitencia, legitimum administratorem, yconomum et syndicum et actorem, quem dixit, declaravit et nominavit, et vult et declarat et nominat pro Ecclesia Romana posse petere omne illud quod per quamcumque personam esset, vel in futurum erit oblatum, donatum vel concessum, aut in ultima voluntate relictum conventui Fr. Min. de *Ferraria*, vel alicui singulari persone de ipsis Fratribus de ipso conventu; ita quod possit predictas res, et quamlibet earum, nomine ipsius Ecclesie Romane, et precium supradictarum rerum, recipere et in utilitatem dictorum Fratrum convertere, sicut ipsis Fratribus vel sibi Custodi videbitur expedire. Et habeat potestatem predictus fr. *Helia* petendi et exigendi, recipiendi et alienandi predicta, transsigendi quoque super predictis et quolibet predictorum, paciscendi, conveniendi, compromitendi, remitendi, refutandi et quietationem faciendi, et in animas eorum de calumpnia et veritate dicenda iurandi et cuiuslibet alterius generis iuramenti prestandi, contra illos qui huiusmodi res mobiles aut immobiles, aut precium earum vel relictas elimosinas in testamentis, occuparent vel violenter auferrent vel tenerent contra voluntatem Fratrum. Et generaliter in omnibus causis et rebus que ad dictam Ecclesiam spectarent, eo quod ad usum dictorum Fratrum

essent relicta vel concessa. Item quod predictus procurator et syndicus possit experiri pro omnibus privilegiis, immunitatibus, liberalitatibus et indulgenciis Fratribus concessis; et non teneatur subire onus aliquid satisdationis. Et hec omnia fecit et facit predictus Custos ex auctoritate et concessione sibi factam per speciale privilegium concessum ab Apost. Sede, tempore d. Martini pp. IIII, cuius privilegii forma et tenor talis est [1]. Actum Bononie *sub porticu reclausti primi ecclesie* Fr. Min. *ante hostia ecclesie et sacristie*, pp. d. Dominico Poete, fr. *Guilielmo* de Mainardis de Ferraria, fr. *Iacobo* de Ferraria, fr. *Francisco* de Ferraria sacrista, fr. *Rolandino* de Ponticlo, qui dixit cognoscere predictas partes, omnes de Ord. Fr. Min. ... Gerardus Ferrarii not.

27/4159, n. 29. — Exemplum. «Ego Bonavita ... Ferrarie not. ut inveni in autentico instr. scripto manu Gerardi Ferrarii not., ita fideliter scripsi et exemplavi ... in MCCLXXXXIIII, ind. VII, Ferrarie, die V aprilis». In dorso «Carta de uno syndicato anticho facto per il Custode de Bologna».

620. Bononiae, 4 ianuarii 1294.

Codicillus.

Codicillus d. Michaelis q. d. Frugerii ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Nicholao* de Munariis, fr. *Zacharia* de Artinisiis, fr. *Andrea* de Pisis, fr. *Bonazunta* de Bonon., fr. *Iohanne* de Ymola ...

Qui predictus d. Michael ea die dedit et consignavit in sacristia Fratrum B. Francisci de Bon. fr. *Iacobino* de Galleria sacriste dicte domus dictum codicill. ... qui sacrista dictum codicill. recepit et sigillavit sigillo d. Prioris dicti loci et eum recondidit et reposuit ... pp. fr. *Iohanne* de Ymola et fr. *Petro* portonario ... Rolandinus q. Bonavinture Clerici not.

27/4159, n. 32. — Orig. = Cf. n. 581.

621. Bononiae, 26 ianuarii et 23 septembris 1294.

Testamentum.

D. Malgarita f. q. d. Guidonis Frugerini ... de suis bonis reliquid p. a. s. L lib. bon., quas voluit expendi tam circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit et esse voluit apud eccl. Fr. Min., quam allibi, ubi melius et utilius videbitur infrascriptis suis commiss. p. a. s. ... Item reliquid d. Ugolino q. d. Bomiacobi Frugerini usufructum unius petie terre arat. posit. in curia Funi, in loco qui dicitur «Lamedanelo», iuxta *etc.* ... in vita sua, et post mortem ipsius d. Ugolini, voluit dictam petiam terre remanere p. a. s. conventui Fr. Min. de Bononia. Item reliquid i. l. d. Ymeldine sue servienti usufructum unius petie terre arat. et vineate posit. in villa Funi in loco ubi dicitur «la clusarola», iuxta *etc.* ... in vita sua, et post mortem ipsius d. Ymeldine voluit dictam petiam terre remanere dicto conventui Fr. Min. de Bononia p. a. s. Item reliquid dicte d. Ymeldine ... usufructum unius sue domus posit. in civit. Bonon. in cap. S. Barbaciani, in contrata ubi dicitur castrum Ymole, iuxta *etc.* ... in vita sua et post mortem ipsius domine Ymeldine voluit dictam domum remanere dicto conventui Fr. Min. p. a. s. Item reliquid dicte d. Ymeldine usufructum totius massaricie sue que reperiretur in dicta domo, in vita sua, et post

[1] Ut supra, n. 256.

mortem ipsius d. Ymeldine voluit dictas massarizias remanere p. a. s. dicto conventui Fr. Min. de Bon. ... Item reliquid, iure legati, conventui Fr. Min. de Bon. totum bladum et vinum quod reperiretur in domo sua, tempore mortis sue ... Item reliquid d. Anthonie sue nepti usufructum unius petie terre arat. et vineate posit. in villa Funi, in loco ubi dicitur « Callanco », iuxta *etc.* ... donec vixerit, et post mortem ipsius d. Anthonie voluit remanere dictam petiam terre dicto conventui Fr. Min. p. a. s. ... Item reliquid, iure legati, de bonis suis fr. *Francischo* de Schiva Ord. Fr. Min. p. s. n. x lib. bon.; item fr. *Nicholino* de Strata maiori de dicto Ord. Fr. Min. x lib. bon.; item et fr. *Aczino* de Bonon. de dicto Ord. Fr. Min. x lib. bon. p. s. necessit.; item reliquid de bonis suis, iure legati, fr. *Rolandino* de Ponticlo de dicto Ord. Fr. Min. p. s. n. x lib. bon.; item i. l. Guardiano conventus Fr. Min. de Bon. qui esset tempore mortis sue p. s. n. c sol. bon. Item reliquid, iure legati de bonis suis, Fratribus *Ameo* de Aczis, *Iacobo* de Vernaza, *Ugolino* de Loglano, *Michaeli* de Castagnolo, *Francischino* de Lana, *Francischino* de Castro Britonum et *Iohanni* de Ymola, omnibus de Ord. Fr. Min., cuilibet eorum pro uno pare sollarum xx sol. bon. ... item reliquid de bonis suis i. l. fr. *Iacobo* d. Thomaxini de Ord. Fr. Min. v lib. bon. p. s. n.; item fr. *Gandolfino* Ord. Fr. Min. p. s. n. III lib. bon. ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit, et illos intelligit et esse voluit pauperes Christi quos Guardianus conv. Fr. Min. de Bonon., qui nunc est vel p. t. fuerit, duxerit nominandos. Et ad predicta omnia et singula suprascripta et infrascripta facienda et exequenda fecit et constituit Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, fr. *Aczinum* de Bonon. et fr. *Nicholinum* de Strata maiori, ambo de Ord. Fr. Min. ...; et si accideret mori dictum fr. *Nicholinum*, ante mortem dicte testatricis, voluit et ellegit, loco sui, fr. *Rolandinum* de Ponticlo dicti Ord. ... Quibus comiss. et alliis ab eis elligendis ex nunc dedit plenam licentiam *etc.* Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Ameo* de Aczis, fr. *Iacobo* de Vernaza sacerdotibus, qui dixerunt *etc.*, fr. *Ugolino* de Loglano, fr. *Michaele* de Castagnolo, fr. *Francischino* de Lana, fr. *Francischino* de Castro Britonum et fr. *Iohanne* de Ymola portario, omnes de Ord. Fr. Min. ...

1294 die XXIII septembris, dictus fr. *Iohannes* de Ymola proc. dicte testatricis dep. h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in sacristia dictorum Fratrum in manu fr. *Iacobini* de Galleria sacriste sacristie Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Gandolfino* de Mutina et fr. *Ghixino* de Cremona ... Gerardus Ferarii not.

342/5085, n. 75. — Orig.

622. Veronae, 2 aprilis 1294.

Testamentum.

D. Bolnesia f. q. d. Albertini de Bagnio de Bononia et uxor q. d. Bertholomei q. d. Piperati de Sturlitis, que nunc habitat Verone ... reliquid conventui Fr. Min. de Bononia xx sol. bon. ... Si contingerit eam mori Verone voluit sepelliri ad S. Eufemiam Fratrum Heremitarum ... si autem Bononie moriretur, ad domum Fr. Min. de Bon. voluit sepelliri. Actum Verone in hora S. Egidii, in domo *etc.* ... Antonius Iohanini Mathey not.

27/4159, n. 45. — Orig.

623. Bononiae, 6 aprilis et 23 septembris 1294.

Testamentum.

D. Malgarita f. q. d. Sacentis calzolarii ... reliq. xxvi lib. bon., de quibus voluit expendi circha funus et sepult. suam c sol. bon., quam sibi elegit apud eccles. Fr. Min. de Bon. ... Item reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. iii lib. bon.; item fr. *Nicholino* de Strata maiori Ord. Fr. Min. p. s. n. xl sol. bon. ... Et ad predicta exequenda fecit et constituit suum comiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui nunc est vel p. t. fuerit, cui dedit plenam licentiam et liberam potestatem vendendi, allienandi *etc.* Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Nicholino* de Strata maiori, fr. *Nicholao* de Guastavillanis, sacerdotibus, fr. *Nicholao* Sanguineo, fr. *Zanelino* de Carpo, fr. *Bertholomeo* de Manzolino, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Bernardino* de Cornazano et fr. *Mathiolo* de Caldararia, omnes de Ord. Fr. Min. ...

1294 die xxiii septembris fr. *Iohannes* de Ymola procur. dicte d. Malgarite dep. h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in sacristia dictorum Fr. in manu fr. *Iacobini* de Galleria sacriste sacristie Fr. Min. de Bon. ... pp. fr. *Nicholino* de Strata maiori et fr. *Rugerio* de Poetis, qui dixit cognoscere dictum fr. *Iohannem* procur. et dictum fr. *Iacobinum* sacristam ... Gerardus Ferarii not.

27/4159, n. 46. — Orig. = Cf. n. 645.

624. Bononiae, 2 maii 1294.

Testamentum.

D. Danielda q. d. Iohanini de Meserazano ... reliquid xxxv lib. bon., de quibus expendi voluit circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., vi lib. bon.; si qui vero superfuerint a sepultura, dentur conventui p. m. cant. p. a. s. ... Item legavit fr. *Petro* de S. Martino de Aposa de Ord. Fr. Min. xx sol. bon.; item legavit cuilibet infrascr. testium xx sol. bon. pro benedictione ... Et ad hec omnia exequenda constituit suos comiss. fr. *Iohannem* eius filium et fr. *Bonaventuram* de Fanano de Ord. Fr. Min. et Guardianum dictorum Fratrum qui p. t. fuerit ... Item legavit Michaeli et Petrizolo fratribus et filiis q. Ugolini de Meserazano usumfructum et fructuum perceptionem unius petie terre arat. et vineate ... usque ad obitum fr. *Iohannis* eius filii, de quibus fructibus teneantur dare quolibet anno fr. *Iohanni* eius f. xl sol. bon. p. s. n.; et si hoc quolibet anno non facerent, tunc incontinenti extinguatur et defitiat legatum predictum, et comiss. fatiant quicquid velint. In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos p. a. s. salute dicti comiss. vel Guardianus Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, si dicti comiss. non viverent, duxerint nominandos ... et voluit dictos comiss. vel Guardianum hanc heredit. adire vice et nomine dictorum pauperum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Francisco* sartore, fr. *Ugolino* de Loglano, fr. *Michaele* sartore, fr. *Philippo* de Doza, fr. *Gerardino* de Cremona, fr. *Iohanne* de Fulianis et fr. *Bonaventura* de Fanano, qui asseruit *etc.*

Eodem die, loco et testibus dicta testatrix fecit dictum fr. *Bonaventuram* de Fanano suum procur. ad ponendum suum t. in sacristia Fr. Min. de Bononia ... Petrobonus Meglorini de Rilianis not.

27/4159, n. 47. — Orig.

625. Bononiae, 5 et 7 maii 1294.

Testamentum.

D. Gerardonus q. d. Bonazunte not. ... reliq. L lib. bon., de quibus reliq. Fratribus Min. de Bon. p. m. cant. C sol. bon.; item fr. *Pellegrino* de Ord. Fr. Min. pro auxilio unius cape III lib. bon. si viveret tempore mortis dicti testatoris, allioquin dentur conv. Fr. Min. predictorum p. m. cant. Comiss. autem suos ad predicta omnia exoquenda esse voluit d. fr. *Pellegrinum* Ord. Fr. Min. de Bon. si post mortem testatoris viverit, alioquin Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min. in pres. fr. *Pellegrini* fratris et presbiteri dicti Ord., qui asseruit *etc.*, pp. fr. *Dominico* de Ravenna, fr. *Albertucio* de Ymola, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Vendimatore*, fr. *Iacobo* de Vernaza, fr. *Iohanino* de Cesena, omnibus Fratribus dicti Ord. Fr. Min. de Bon. et fr. *Benvenuto* de Forlivio converso dicti Ord. ...

Die VII eiusdem mensis dictus testator dep. h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. dando et dimittendo cum in manibus fr. *Ugolini* sacrist. dictorum Ord. et Fratrum ... pp. fr. *Zanilino* portonario dicti Ord. et fr. *Henrico* converso *monasterii S. Francischi* ... Blaxius Ubaldini de Stiglatico not.

27/4159, n. 48. — Orig.

626. Bononiae, 8 et 27 maii 1294.

Testamentum.

D. Ysabella cui dicitur Sourana f. q. d. Yvani de Pirro et uxor Francischi q. Iulliani Spadarii ... reliq. p. a. s. et q. d. Suzi sui viri L lib. bon. ... de quibus voluit dari et expendi circha funus et sepult. suam X lib. bon., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., expendendas ad voluntatem comiss. suorum infrascr. Item reliquid conventui Fr. Min. de Bon. XV lib. bon. pro mille missis cant. ... item fr. *Gandolfino* de Mutina Ord. Fr. Min. p. s. n. V lib. bon.; item fr. *Iohannino* de Portanova eiusdem Ord. XX sol. bon. ... Item reliq. i. l. *infirmarie* Fr. Min. de Bon. pro linteaminibus et aliis necess. dicte infirmarie C sol. bon. ... Et ad predicta exequenda constituit suos comiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Gandolfinum* de Mutina Ord. Fr. Min. In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos Guardianus conv. Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit duxerit nominandos ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* de Mutina, fr. *Bertholomeo* de Ghisleriis, sacerdotibus, qui dixerunt *etc.*, fr. *Philipo* de Mediolano, fr. *Francischino* de Vinario, fr. *Mellio* de Cremona, fr. *Mathiolo* de Tuderto, fr. *Iacobino* de Parma et fr. *Francisco* sartore, omnes de Ord. Fr. Min. ...

1294 die XXVII madii fr. *Francischus* sartor, procur. dicte d. Ysabelle, dep. h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in sacristia dictorum Fratrum in manu fr. *Iacobini* de Galeria sacriste sacristie Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Bertholomeo* de Manzolino et fr. *Francischo* de Vinario, de Ord. Fr. Min. ... Gerardus Ferarii not.

27/4159, n. 41. — Orig.

627. Bononiae, 10 maii 1294.

Testamentum.

D. Sanctus q. d. Ugolini ... voluit suum test. secretum esse, in sacristia Fr. Min. ecclesie S. Francisci voluit deponi et conservari ... Reliquid X lib. bon., de quibus

legavit ... Residuum vero voluit expendi circha funus et sepult. suam in cereis ... et aliis necess. ... quam sepult. sibi elegit apud eccl. S. Francisci Fr. Min. ... Commiss. et executores anime sue et dicti sui test. esse voluit fr. *Matheum* de Ord. Fr. Min. eius filium et fr. *Egidium* de Penitentia ... Item fr. *Matheo* de Ord. Fr. Min. eius filio, iure institut., sibi legavit p. s. n. et pro libris emendis cx lib. bon., compensando in dictis cx lib. bon. dotes olim matris sue d. Magdalene, et in hiis iussit esse contentum ... Item voluit quod omnia que in quadam cedula continebuntur, que erit in suo test. clusa sigillata sigillo Guardiani Fr. Min., per dictos suos Commiss. debeant efectui demandari. Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. eccl. S. Francisci in press. fr. *Bolognitti* d. Bonacurxii sacerdotis, fr. *Bernardini* de Regio sacerdotis, fr. *Bartolomei* de Prindipartibus, qui asseruerunt *etc.*, fr. *Geremie* de Castello, fr. *Gerardi* de Butrio, fr. *Rogerii* de Poetis, fr. *Iohannis* de Ymola, fr. *Iohannis* de Fulianis, fr. *Bonaventure* de Fanano, omnium Ord. Fr. Min. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Bux. de Parma not.

27/4159, n. 49. — Orig. = Cf. n. 641.

628. Bononiae, 17 maii 1294.

Testamentum.

Reperitur in libro memorial. ... script. manu Mathey Bonvixini Franchutii not. sub MCCLXXXXIV ... inter allia in hunc modum: Die XVII madii d. Stullianus q. d. Soldaderii de Liglano ... relliquid p. a. s. cc lib. bon., de quibus dari voluit et distribui circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eclexiam Fr. Min. de Bon., et dicto conventui c lib. bon. ... In omnibus autem aliis suis bonis mobilib. et inmobil., iuribus *etc.* Benvenutum eius filium sibi heredem instituit, mandans et vollens quod dictus Benvenutus teneatur et debeat adimplere omne id et totum quod fore reperiretur scriptum in quadam cedulla, qua (*sic*) reperiretur penes Guardianum Fr. Min. de Bonon. et sigillata sigillo dicti testatoris et script. manu infrascr. not. Et si dictus Benvenutus nollet adimplere omnia et singulla contenta in dicta cedulla, quod eo casu debeat privari medietate dicte hereditatis, que medietas aplicari debeat illi persone contente et scripte in dicta cedulla ... Ex instrumento Bonafidey de Curionibus not. facto die sabati prosim. preteriti Bononie, in domo Nasinbene q. Benvenuti in qua moratur dictus testator, pp. fr. *Adamo* Ministro Ord. Fr. Min. de Bonon., qui asseruit *etc.*, fr. *Nicollao* de Butrio, fr. *Iacobo* Archiepiscopi, fr. *Dinadano* de Faventia de dicto Ord. ... Alberto q. d. Petri de Condello ... Et sic dictus Albertus testis et procur. dicti testatoris ... una cum dicto fr. *Adam* et not. predicto disserunt et scribi fecerunt.

Retulit Zunta Venture nunt. com. Bon. se de mandato mey not. cridasse alta voce ante domum habitationis dicti testatoris quod ipse fecit suum test. in pres. dicti fr. *Adami* script. manu dicti Bonafidey not., pp. ... Ego Symon Perini Gini not. predicta publ. exempllavi et scripssi ...

27/4159, n. 50. — Exempl.

629. Ferrariae, 20 maii 1294.

Testamentum fr. Ugucionis de Guarinis, nov. in Ord. Fr. Min.

Fr. *Ugucio* de Guarinis de Bononia post assumptum ab eo habitum Fr. Min. dum adhuc sibi adest facultas condere testamentum et disponendi de bonis suis et edendi

eius ultimam voluntatem, ante tempus professionis, quam facere intendit in Ord. memorato, testamentum per nuncupacionem facere decrevit ... In primis reliquid de suis bonis xx lib. bon. dandas et distribuendas illis personis que scripte reperientur in cedula penes fr. *Bonaventuram* de Agrestis dicti Ord.; item reliq. de suis bonis xxx lib. bon., de quibus emantur libri ad usum eius donec vixerit, post eius vero mortem dicti libri perveniant in usum Fratrum ipsius Ord. Provincie Bonon. p. a. s. et patris sui fr. Fulchi. Ad predicta omnia et singula exequenda Guardianum Fr. Min. conventus Bonon. qui p. t. fuerit suum commiss. instituit. Qui commiss. possit et debeat quandocumque sibi placuerit subrogare alium commiss. loco sui; cui commiss. ex nunc confert plenam licentiam et omnimodam potestatem aprehendendi et vendendi *etc.*

Die xx mensis maii. — *Ferarie* in *capitulo* Fr. Min. lectum et publicatum fuit h. t.; ad cuius testamenti publicationem fuerunt testes presentes vocati et rogati, silicet fr. *Bonaventura* de Agrestis, fr. *Peregrinus* de Regio, fr. *Albertus* de Bambaiolis de Bonon., fr. *Franciscus* de Cento, fr. *Donatus* de Aricio, fr. *Iacobus* de Bononia, fr. *Filippus* de Argellata et alii ... Ego Mercatellus de Brinis curie episcopalis Ferar. not. publicat. huius test. presens fui et, rogatus a dicto testatore scribere, scripssi et co[m]plevi ...

27/4159, n. 52. — Orig.

630. Bononiae, 21 maii 1294.

Testamentum.

D. Guido q. Tebaldi merzarius ... reliq. d. Francische sue uxori f. q. Rubei merzarii dotes suas que fuerunt LX lib. bon. Item reliq. dicte sue uxori dominium et usumfructum unius sue petie terre vineat. circa II tornat. posit. in guardia civit. in S. Vito, iuxta vineam que fuit fr. *Amadoris* de Ponticlo ... Item reliq. eam usufructuariam omnium suorum bonorum donec vixerit et vidualem vitam servaverit ... quod si convolaret ad secundas nuptias, voluit eam habere solum dotes et legata predicta ... Fratres vero Predic. de Bon. pro quarta parte, Fratres Min. de Bon. pro alia quarta parte ... heredes sibi instituit in domo sua quam inhabitat, posit. in capella S. Bartholomei in androna castri Tealdi, iuxta *etc.;* item in una sua petia terre ortive et arrat. circa VIII tornat. vel plus que sit posit. in capella S. Homoboni de supra stratam, iuxta *etc.,* prohibendo dictos heredes ne dictam suam uxorem debeant impedire vel molestare de usu et usufructu dicte domus et terre donec ipsa vixerit vidualiter ... Actum Bononie ... Iacobinus Rolandi Benvignonis not.

336/5079, n. 158. — Orig. In dorso « Ave lo chonvento per questa redita lib. XL bon. per la nostra parte ».

631. Bononiae, 23 et 27 maii 1294.

Testamentum.

D. Franciscus f. q. d. Altavocis q. d. Iacobi de Cantone ... reliquid de bonis suis p. a. s. c lib. bon., de quibus reliquid conventui Fr. Min. de Bon. x lib. bon. p. n. cant. p. a. s. ... item reliquid sor. *Anthonie* de Corvolinis monasterii S. Francisci xx sol. bon.; item fr. *Bertholomeo* sartori Ord. Fr. Min. x sol. bon. p. s. n.; item fr. *Francisco* de Vinario Ord. Fr. Min. p. s. n. x lib. bon. ... Si sui hered. omnia et singula

suprascr. et infrascr. non exequerentur, reliquid eos hered. solum in debito nature, residuum vero bonorum suorum reliquid, iure legati, conventui Fr. Pred. et conventui Fr. Min. equaliter. ... Actum Bononie in *capella infirmarie* Fr. Min., pp. fr. *Zacharia* de Artiaixiis, fr. *Francisco* de Vinario, sacerdotibus, qui dixerunt *etc.*, fr. *Bonaventura* de Ianua, fr. *Ugolino* de burgo S. Felicis, fr. *Iohanne* de Fullianis, fr. *Petro* de Fullianis, fr. *Francischino* de Regio et fr. *Marchixino* de Mutina ...

Die XXVII eiusdem mensis testator dep. s. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in sacristia dictorum Fratrum in manu fr. *Ugolini* de Castello sacriste sacristie dictorum Fr. Min. de Bon. ... pp. fr. *Iacobino* de Galleria et fr. *Francischo* de Vinario de Ord. Fr. Min. ... Gerardus Ferarii not.

342/5085, n. 76. — Orig.

632. Bononiae, 26 maii 1294.

Testamentum.

D. Blasia f. q. d. Alberti de Ceula et uxor q. d. Alberti de Nigris ... reliquid conventui Fr. Min. p. m. cant. V lib. bon. ... Item reliq. i. l. p. a. s. fr. *Iohanni* de Ugiano Ord. Fr. Min., quem suum procuratorem facere intendit ad deponend. presens test. in sacristia Fratrum predictorum, p. s. n. XX sol. bon.; item cuilibet ex testibus qui presentes erunt publicationi dicti test. X sol. bon.; item fr. *Viviano* de Penitentia f. q. Bonfigloli XL sol. bon. Comiss. suos esse voluit et sibi elegit fr. *Vivianum* de Penitentia ... Et quia dicta testatrix s. t. quamdiu vixerit voluit esse secretum, voluit atque mandavit illud claudi et etiam sygillari sygillo capituli Fr. Min. de Bon., et per fr. *Iohannem* de Ugiano dicti Ord., quem ad ipsum deponend. in sacristia ipsorum Fr. suum procur. constituit specialem pres. testibus infrascr., nemini, nisi qui de ipsius testamenti depositione publicum ipsi depositario vel etiam sacriste instrumentum attulerit, exhibendum. Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* de Ugiano, procur. suo, fr. *Iohannino* de Parma, fr. *Raynerio* de Samaritanis, fr. *Iohanne* de Feraria, fr. *Francisco* de Lana, fr. *Bartholomeo* de Biriolis de Bonon., fr. *Vicino* de Plumacio et fr. *Petro* de Bonon., Ord. Fr. Min. ... [.... not.]

27/4159, n. 53. — Orig. = Cf. n. 633.

633. Bononiae, 29 maii 1294.

Testamenti depositio.

Fr. *Iohannes* de Ugiano Ord. Fr. Min., procurator a d. Blasia f. q. d. Alberti de Ceula ad deponend. quoddam test. ipsius d. Blasie secrete factum in sacristia et apud sacristam dictorum Fr. Min. specialiter constitutus, ut constat per instrum. dicti procuratorii manu mei not. infrascr. confectum, ipsum test. clausum et sygillatum sygillo capituli prenominati dep. in sacristiam ipsorum, apud fr. *Ugolinum* de Castello sacristam tunc temporis dictorum Fratrum, nemini, nisi forsans ipsi testatrici si aliquando voluerit vel ei qui de ipsius testamenti depositione hoc public. ipsi depositario vel sacriste instrumentum attulerit, exhibendum. Actum Bononie in sacristia dictorum Fratrum, pp. fr. *Gerardino* de Cremona et fr. *Bonmartino* de Cornazano, Ord. Fr. Min. ... Iamboninus q. Ursolini not.

27/4158, n. 51. — Orig. = Cf. n. 632.

634. Bononiae, 1 iunii 1294.

Testamentum.

Michelinus olim d. Zambonini not. ... p. a. s. et predecessorum suorum legavit c lib. bon., de quibus pro sumptibus sepulture sue, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. civit. Bon. ... voluit expendi id et quantum comissariis eius infrascript. decens videbitur et expediens ... voluit quoque quod dicti comiss. sui, pro suis indigentiis vel utilitatibus quas acceptaverint magis, detraant de dicta summa id quod eis placuerit et voluerint ... reliquas vero xxx arbitrio et disponitione comiss. suorum p. a. s. dari mandavit ... Huius autem test. executores et comiss. suos esse voluit fr. *Franciscum* germanum suum et fr. *Thomasinum* de Lambertaciis, ambos de Ord. Min., quibus contulit plenam licentiam *etc.;* et si fr. *Thomasinus* ante horum executionem decesserit aut dictus fr. *Franciscus*, alter superstes ea nichilominus in solidum exequatur; et si ambo decederent, substituit eis Guardianum Fr. Min. conventus Bon. qui nunc est vel p. t. fuerit ... Si filie sue et hered. sine liberis decesserint, eo casu, pauperes Christi quos Guardianus predictus duxerit moninandos in dimidia (patrimonii sui) ... et fratres ipsius testatoris in quarta parte sibi hered. instituit ... Voluit h. ult. volunt. secretam esse, et secretam deponi et servari in sacristia Fr. Min. de Bon. sigilland. sigillo conventus vel Guardiani dictorum Fratrum et suo ... Actum Bononie in *sacristia* predicte ecclesie Fr. Min., pp. fr. *Ugolino* de Castello, sacrista dicte sacristie, presbitero de conventu Bonon. asserente *etc.*, fr. *Landulfo* de Cazanimicis Parvis, fr. *Gerardino* Allerarii, fr. *Ameo* de Azis, fr. *Tancredino* de Bagno, fr. *Bernardino* de Cornazano, fr. *Ugolino* Aigoni, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Ego idem Michilinus Zambonini not. predictum meum test. publ. scripsi ... et coram dictis testibus ... dep. et dedi dicto sacriste sigillatum et servandum ...

27/4159, n. 54. — Orig.

635. Bononiae, 3 iunii 1294 et 12 octobris 1295.

Testamentum.

D. Helia f. q. d. Benvenuti de Manza de Castro S. Petri et nunc uxor d. Petri f. d. Gandolfini muratoris reliq. medietatem tocius dotis sue que fuerunt CXLV lib. bon., de quibus voluit expendi per comiss. suum infrascr. circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bonon. si in illa civitate decesserit, vel ad propinquiorem locum Fr. Min. ubi defuncta fuerit, et pro septimo, trigesimo et centesimo et annuali die, x lib. bon. Item reliquid conventui Fr. Min. Bonon. p. m. xx sol bon. ... item cuilibet loco Fr. Min. qui sunt in episcopatu Bonon. x sol. bon.; item fr. *Guidoni* de Zapulino Ord. Fr. Min. p. s. n. v lib. bon. Item cuilibet test. qui interfuerit huic test. v sol. bon. Item reliq. fr. *Thome* de ultramarinis partibus x sol bon., si fuerit in istis partibus tempore mortis ipsius testatricis ... Item reliq. comiss suo infrascr. xx sol. bon. Residuum vero voluit dispensari per comiss. suum, quem esse voluit fr. *Guillelmum* de Panzonibus de Penitencia, cui dedit plenam licentiam *etc* salvo quod dictus fr. *Guillelmus* comiss. suus teneatur et debeat omnia et singul suprascripta facere per conseilium et mandatum fr. *Guidonis* de Zapulino de Ord Fr. Min., et si non faceret ex nunc voluit esse cassum et nullius valoris. Et si dictu

fr. *Guillelmus* comiss. tempore mortis ipsius testatricis non viveret, fecit suum comiss. loco eius, quem dictus fr. *Guido* de Zapulino nominaverit. Et si contingerit dictum fr. *Guidonem* mori, ex nunc voluit dicta testatris loco eius succedere Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Aczino* de Bononia, fr. *Guidone* de Zapulino sacerdotibus, qui dixerunt *etc.*, fr. *Iohanne* de Salvitis de Feraria, fr. *Michaele* Venancii, fr. *Ugolino* de Casali maiori, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Iacobino* de Parma, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

1295 die XII octubris fr. *Iohannes* de Ymola Ord. Min. procur. dicte d. Helie dep. h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonagratie* de Lamandina sacriste sacristie Fr. Min. de Bon. custod. et salvand. in dicta sacristia Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Petro* de Castagnolo et fr. [*Bon*]*iacobo* (?) Magistre ... Gerardus Ferarii not.

27/4159, n. 55. — Orig.

636. Bononiae, 5 iunii 1294.

Testamentum.

D. Iohannes f. q. d. Lambertini de Caldarariis ... reliquid XXV lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. p. m. cant. XX sol. bon. ... item iure legati fr. *Gerardino* de conv. Fr. Min. III lib. bon. pro una cappa. Reliquas vero expendi voluit et iussit in una archa de lappidibus sibi facienda apud eccl. Fr. Min., ubi sibi ellegit sepult. suam, et circha funus et dictam suam sepult. et ad septimas et ad triginta dies, et ad centessimum et ad anoale suum p. m. cant. arbitrio suorum comiss. Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Bonaventura* de Ienua, fr. *Zanellino* de Carpo, fr. *Ubertino* de Boblio, fr. *Mellio* de Cremona, fr. *Marchixino* de Mutina, fr. *Landulfo* de Cazanimiziis, fr. *Iacobino* de Galleria, fr. *Ugolino* de Cremona et fr. *Gerardino* de Cremona, qui asseruerunt *etc.*

Eodem die testator dep. t. s. in sacristia Fr. Min. de Bon., sigillatum sigillo ipsius testatoris et conv. Fr. Min., pp. fr. *Guidone* de Tuschis et dicto fr. *Ugolino* de Cremona de Ord. Fr. Min. ... Aymericus f. Orandi not.

27/4159, n. 56. — Orig.

637. Bononiae, 13 iunii 1294.

Testamentum.

Guillielmus f. d. Petroboni de Banzis not. ... credens ex conscientia se teneri ad restitucionem aliquorum a se illicite aquisitorum ... usque ad summam CC lib. bon., voluit quod de quantitate ipsa dari et distribui debeat per infrascript. suos comiss., pro animabus eorum de quorum bonis indebite dicta quantitas pecun. exacta fuit per ipsum, filliabus legiptimis d. Dominici q. d. Beltramini de Banzis ... cuilibet earum XXV lib. bon., tam natis quam nascituris, in auxillium maritandi easdem vel intrandi aliquam religionem. Residuum eius summe investiatur in emptione alicuius rei inmobilis pro filiis masculis dicti d. Dominici legiptimis, de qua dicti filii cum dicto suo patre et eorum heredes usumfructum et redictus possint percipere et habere. Que quidem res ullo casu vendi vel allienari non possit ... per suos heredes; quod si contrafactum fuerit, conventus Fr. Min. de Bonon. ius habeat vindicandi eamdem, et eo casu, rem ipsam ad dictum conventum, legati iure, voluit pervenire, vel aliter ipsam

quantitatem erogari mandavit, prout comiss. eius infrascriptis videbitur, ad exonerationem anime sue, salubrius expedire. Ita tamen quod, si aliqua dictarum filiarum dicti d. Dominici ... decesserit ... antequam tradicta fuerit nuptui vel antequam intraverit religionem, voluit legatum cuilibet earum sic decedentium vel intrantium relligionem pervenire debere ad filios masculos dicti Dominici, convertendum in emptione facienda de re aliqua inmobili *etc.;* quod si contrafactum fuerit, conventus Fr. Min. de Bon. ius habeat *etc. (ut supra).* Item reliq. *conventui Dominarum S. Francissci extra circlam strate S. Stephani,* p. a. s., x sol. bon. convertendos in emptione unius dopleri ad ministerium Corpus *(sic)* Christi ... Item reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. et oracionibus dicendis p. a. s. x lib. bon.; item reliquid *infirmarie* dictorum Fr. Min. unam culcidram magnam, unum par linteaminum veterum, et unum zallonem de lana ad usum infirmorum; item fr. *Nicholino* de Butrio eiusdem Ord. suo confessori c sol. bon. in auxillium unius cappe; item fr. *Francisscino* de Vinario eiusdem Ord. c sol. bon. in auxillium unius cappe; item fr. *Alberto* de Soldaderiis eiusdem Ord. in auxillium unius cappe, et pro suis indigentiis x lib. bon. ... Comiss. autem et executores huius test. et anime sue esse voluit dd. Iacobum q. d. Zovenzonis de Soldaderiis et fr. *Albertum* de Soldaderiis de Ord. Fr. Min. de Bon., quibus contulit et concessit plenam licentiam *etc.* Et si fr. *Albertus* ante horum executionem decesserit aut dictus d. Iacobus, alter superstes ea nichilominus in solidum exequatur. Et si ambo decederent, substituit eis d. Rolandinum de Soldaderiis et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit. (Si filios aut filias non habuerit vel decesserint sine liberis), filios et heredes masculos d. Dominici de Banzis sibi hered. instituit in bonis suis; (qui) heredes teneantur solvere annuatim x lib. bon. p. á. predicti testatoris, de quibus omnibus plenam fidem facere teneantur Guardiano Fr. Min. de Bonon. qui p. t. fuerit, alioquin privati sint omni iure et comodo bonorum et hereditatis, et ipsa hereditas et bona possint et debeant pervenire ad conventum Fr. Min. de Bonon. ... Voluit et iuxit h. ult. voluntatem secretam esse et secretam deponi, custodiri et servari in sacristia ecclesie Fr. Min. de Bonon. sigilland. sigillo conventus vel Guardiani Fr. Min. et suo ... Actum Bononie in *sacristia* conv. Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Alberto* de Soldaderiis presbitero Ord. Fr. Min. et conventus Bonon., asserente *etc.,* fr. *Iohanne* de Varegnana, fr. *Iohanino* de Cremona, fr. *Iacobino* de Butrigariis, fr. *Mellio* de Cremona, fr. *Tranchedino* de Bagno, fr. *Iohanne* de burgo S. Felicis, fr. *Iacobino* de Galleria sacrista sacristie prefate et fr. *Bonazunta* de burgo Peradelli, omnibus de Ord. Min. ... Ego Guillielmus Petroboni de Banzis not. predictum meum test. publ. scripsi et coram dictis testibus publicavi; lectum, expositum et publ. coram eis dedi et depos. dicto sacriste sigiland. et servand., ut supra continetur, meoque roboravi sigillo, deinde inmediate, pres. dicto fr. *Alberto* ... dictum test. sigillatum tradidi dicto sacriste.

27/4159, n. 58. — Orig.

638. Bononiae, 15 iunii 1294.

Testamentum.

D. Rolandinus q. d. Bologniti ... reliquid iure legati in missis cant. conventui Fr. Min. de Bon. xx sol. bon.; item fr. *Henrico* de Pertegonibus Ord. Fr. Min. v sol. bon.; item fr. *Iacobo* de Alidoxiis de S. Iohanne in Perseceto Ord. Min. de Bon. v sol. bon. ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min., [pp.] fr. *Iacobo* de S. Iohanne in Per-

seceto, fr. *Iohanne* de Parma, fr. *Albertino* de Choloreto, fr. *Nicholao* Sanguinei, fr. *Meo* de Azis, fr. *Bertolino* Guasperi et d. Iohanne de Zapolino ... Qui quidem testator, dicto loco et testibus, procur. constituit d. Iohannem supradictum ad predicta omnia deponend. in sacristia Fr. Min. de Bon. Fr. Iohannes tercii Ord. Humiliatorum de Bon. not.

27/4159, n. 59. — Orig.

639. Bononiae, 16 iunii et 8 iulii 1294.

Testamentum.

D. Honesta f. q. d. Iacobini de Foglatoribus et uxor d. Andree de Rocha ... de bonis suis reliq. LXXX lib. bon.; de quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. XX lib. bon. p. m. cant.; item fr. *Gandolfino* Ord. Fr. Min. IIII lib. bon. p. s. n.; item fr. *Petrizolo* de Madallena V lib. bon. ... Item reliq. XII lib. bon. pro uno bono homine mittendo ad S. Iacobum de Gallicia, vel si alliud placuerit Guardiano Fr. Min. de Bon., qui p. t. fuerit, faciendum de dictis denar. ... Residuum vero dictorum denar. voluit dari et expendi per fr. *Gandolfinum* de Mutina et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, pro male ablatis incertis et ubi eis melius visum fuerit p. a. s.; quos suos comiss. sibi ellegit ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Aczino* de Bononia sacerdote Ord. Fr. Min., qui dixit *etc.*, fr. *Thomaxino* de Lambertatiis, fr. *Iacobo* de burgo Gallerie, fr. *Petro* de Marzegonibus, fr. *Germia* de Bononia, fr. *Bertholomeo* de Manzolino et fr. *Marchexino* de Strata maiori, omnes de Ord. Fr. Min. ...

Die VIII iullii fr. *Gandolfinus* de Mutina de Ord. Fr. Min. procur. dicte d. Honeste dep. h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in manibus fr. [1] sacriste sacristie Fr. Min. de Bon. custodiend. et salvandum in dicta sacristia Fr. Min. suo loco et tempore ... pp. fr. *Iacobino* de Galleria et fr. *Mellio* de Cremona de Ord. Fr. Min. ... Gerardus Ferarii not.

27/4159, n. 60. — Orig.

640. Bononiae, 21 et 22 iunii 1294.

Testamentum.

D. Guida f. q. d. Lambertini de Blancuciis et uxor d. Comitis de Prindipartibus ... reliq. de bonis suis p. a. s. CLXXXV lib. bon., de quibus dari et expendi voluit pro mille missis cant. et cellebr. p. a. s. XVI lib. bon., expendendas et distrib. per ecclesias et loca religiosa, secundum quod videbitur sororibus *Anthonie* et *Clare* de Poetis de S. Francisco; item conventui Fr. Min. de Bonon. C sol. bon. ... item *conventui Dominarum et Sororum S. Francissi de Bonon. Ord. S. Clare* IIII lib. bon.; item fr. *Bertholomeo* de Manzolino de Ord. Fr. Min. C sol. bon.; item fr. *Petrizolo* de Apposa Ord. Min. III lib. bon.; item fr. *Azino* de Ord. Fr. Min. XL sol. bon.; item fr. *Guillelmo* de Lupiziniś de Regio de dicto Ord. Fr. Min. XX sol. bon., convertendas in eas quas dictis Fratribus magis aceptaverint utilitates seu necessitates eorum ... item sor. *Zolite* de Ord. S. Clare de Bonon. XX sol. bon., et si ante obitum testatricis decederet, sint in distributione sor. *Anthonie* de Poetis p. a. testatricis ... item d. Dol-

[1] Sequitur spatium vacuum.

cebelle servienti Dominarum et Sororum S. Francissi v sol. bon.; item Fratribus Min. de *Caldararia* xx sol. bon.; item sor. *Anthonie* et sor. *Clare* de Poetis de Ord. Sororum S. Clare de Bonon., cuilibet earum L lib. bon., convertendas in eas quas dictis sororibus magis acceptaverint utilitates seu necessitates, tam pro vestibus quam pro libris; una vero earum decedente, quantitas que eidem superesset a dictis suis necessitatibus, ad aliam pervenire seu converti debeant; et si ambe decederent, tunc ipsa quantitas que eis superesset, pervenire debeat ad *conventum dictarum Sororum S. Francissi Ord. S. Clare,* de quibus emi debeat, per ipsum conventum, libros, qui in ipsa ecclesia dictarum Sororum esse debeant ad divinum officium celebrandum p. a. testatricis. Item dari voluit sor. *Anthonie* predicte XL sol. bon. distribuendos eius arbitrio, secundum quod inter se et ipsam oretenus ordinavit. Item dari et distribui voluit inter pauperes personas, orfanos et viduas, arbitrio comiss. suorum, infrascr. x lib. bon. ... Item fr. *Bertholomeo* f. q. d. Antholini de Manzolino q. sui viri reliquid VIII lib. bon. ... Ad hec omnia et singula exequenda constituit suos comiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, fr. *Petrizolum* de Apposa de dicto Ord. Fr. Min. de Bon. et sor. *Anthoniam* de Poetis. Et si nollent dicti Guardianus et fr. *Petrizolus* se intromittere de predictis, concedit eis licentiam quod, loco eorum, elligere possint et debeant duos alios comiss. ... Actum Bononie in *ecclesia Sororum S. Francissi,* pp. fr. *Azino* presbitero, qui dixit *etc.,* fr. *Petro* de Strata, fr. *Vicentio* de Foscardis, fr. *Francisco* de Vinario, fr. *Lodorengo,* fr. *Guillelmo* de Lovexinis, omnes Fratres et Presbiteri de Ord. Fr. Min. de Bon., et fr. *Benvenuto* de Sala, converso Dominarum S. Francissi ...

Die sequenti fr. *Azinus* procur. dicte d. Guide presentavit h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. fr. *Ugolino* sacriste et ipsum sigilari fecit sigillo dicti Ord. seu conv. Fr. Min. ... pp. fr. *Gandolfino* de Mutina (et) fr. *Gerardo* de Butrio de dicto Ord. ... Michael q. Ugolini de Meserazano not.

27/4159, n. 62. — Orig.

641. Bononiae, 23 iunii 1294.

Testamentum.

D. Iullianus f. q. d. Iacobini Grassi de Aposa ... reliq. pro malle ablatis incertis C lib. bon. distribuend. per infrascr. comiss. suos in pauperibus Christi et in aliis operibus pietatis. Item de aliis bonis suis reliq. i. l. ... Fratribus Minor. de Bonon. x lib. bon.; item conventui Fr. Min. de *S. Iohanne* x lib. bon.; item fr. *Andree* de Foro Iulii de dicto Ord., tunc confessori suo, III lib. bon. ... item fr. *Petrizolo* fratri suo de Ord. Fr. Min. x lib. bon.; item fr. *Lambertino* de Pavanensibus III lib. bon. ... Item elegit sibi sepult. apud eccl. Fr. Min. de Bonon., si eum mori contigerit in civit. Bonon. ... Ad supradicta omnia facienda et conplenda constituit suos comiss. fr. *Petrizolum* de Aposa supradictum et fr. *Lambertinum* de Pavanensibus et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit. Et voluit quod, si predicti sui comiss. non possent vel non velent predictam comissariam per se ipsos exercere, possint alios loco sui substituere ... In omnibus aliis bonis suis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos fr. *Petrizolus* supradictus duxerit nominandos. Et si dictus fr. *Petrizolus* non viveret, fr. *Lanbertinum* de Pavanensibus dicto fr. *Petrizolo,* quantum ad hanc nominationem heredum et pauperum, substituit; quod si dictus fr. *Lan-*

bertinus non viveret vel hoc facere recusaret, hanc nominationem Guardiano Fr. Min. conv. Bon. simpliciter et integre comisit ... Voluit s. t. esse secretum sigillari sigillo conventus Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Alberto* Machalde, fr. *Ugolino* de Castello sacerdotibus, qui dixerunt *etc.*, fr. *Rolandino* de Ponticlo, fr. *Guillelmo* de Regio, fr. [*Allio*]*tto* (?) de Parma, fr. *Bonvixino* de Plumacio, fr. *Mathiolo* de Calderaria, fr. *Francisco* sartore, omnes de Ord. Fr. Min.

Eodem die dictus testator dep. dictum s. t. in sacristia dictorum Fr. Min. de Bon. in manu fr. *Ugolini* de Castello sacriste sacristie dictorum Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Rolandino* de Ponticlo et fr. *Petrizolo* de Aposa ... Gerardus Ferarii not.

27/4159, n. 63. — Orig.

642. Bononiae, 27 iunii et 10 iulii 1294.

Testamentum.

D. Bartholomea f. q. Venture et uxor Gerardi Marantini ... dari voluit conventui Fr. Min. XL sol. bon. ... Vult s. t. esse secretum et sigillatum sigillo conv. Fr. Min. et poni in sacristia predictorum Fratrum per fr. *Zanilinum* de Carpo ... quem fecit suum procur. ad predicta facienda ... Actum Bononie in *domo sive ecclesia* Fr. Min., pp. fr. *Iohanino* de Portanova, fr. *Aczino*, fr. *Francischino* de Lana, fr. *Petro* laico de S. Martino de Apposa, omnibus de Ord. Min. ...

Eodem anno dictus fr. *Zanilinus* de Carpo procur. dep. dictum t. fr. *Iacobino* de Galeria sacristano dicte sacristie et in dicta sacristia, pp. fr. *Alberto* de Bambaglolis et fr. *Bertolucio* Ord. dictorum Fratrum ... die x iullii depositum fuit. Egidius q. Alberti de Savigno not.

27/4159, n. 64. — Orig.

643. Mutinae, 5 iulii 1294.

Testamentum.

D. Ameus f. q. d. Gerardi de Tuschis de Bonon. ... voluit et mandavit ... (quod) infra sex menses, a tempore mortis sue computandos, restituatur et solvatur de bonis suis, usque ad integram satisfactionem, illis a quibus [...] illicite acquisita apparuerit habuisse. Ea autem illicite acquisita dixit contineri in libris confectis per manum Martini fratris sui, eo tempore quo una cum fratribus suis in civit. Verone moram et residenciam contraxit, quos libros esse asseruit penes fratrem suum fr. *Guidonem* de Tuschis Ord. Fr. Min. ... Item p. a. s. reliquid xxv lib. bon., de quibus expendi voluit circha sepult. suam et circha funus et occasione funeris et sepulture x lib. bon., quam sepult. sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bonon. in ea parte dicte ecclesie ubi magis placuerit d. Gilie sue matri et eius fideycomissariis infrascriptis, et hoc si ipsum mori in civit. Bononie contingerit. Si vero in extraneas partes ipsum mori contingerit, quod Deus avertat, sibi similiter apud eccl. Fr. Min. in ea civitate in qua ipsum mori contingerit, eisdem expensis superius iam taxatis, ellegit sepulturam. Si autem ipsum mori contingerit in aliqua parte mundi ubi Fratr. Min. aut Predic. eccl. nulla sit, ex nunc sibi sepult. ellegit apud maiorem eccl. illius loci, expensis superius prelibatis. Et ad hec omnia et singula prescripta et infrascr. exequenda esse voluit

comiss. suos et huius test. executores fr. *Albertum* f. q. d. Amei de Azis Ord. Fr. Min., d. Giliam f. q. dicti d. Amei et uxorem q. d. Gerardi de Tuschis et matrem predicti testatoris, quam infra facit heredem, et fr. *Guidonem* Ord. Fr. Min. fratrem dicti testatoris et fr. *Rodulfum* eius fratrem ... dans eis et cuilibet eorum plenam licentiam *etc.* ... Insuper de bonis suis i. l. reliquid fr. *Guidoni* predicto Ord. Fr. Min. x lib. bon.; item fr. *Rodulfo* predicto Ord. Fr. Min. x lib. bon. ... item fr. *Alberto* f. q. d. Guidonis de Aziis Ord. Fr. Min. xl sol. bon.; item fr. *Ameo* f. q. d. Guidonis de Aziis Ord. Fr. Min. xx sol. bon.; item sor. *Gilie* f. predicti q. d. Guidonis Ord. S. Anthonii de Ferraria xx sol. bon. Item dixit dictus testator, se ideo non reliquisse aliqua legata fr. *Alberto* f. q. d. Amei de Aziis Ord. Fr. Min., quia existimavit eum per omnia fore dominum et administratorem bonorum dicti testatoris, si hereditatem dicti testatoris heredem inferius institutam obtinere contigerit. In omnibus autem aliis suis bonis mobilib. et inmobilib., iuribus *etc.* d. Giliam eius matrem sibi universalem heredem instituit. Et si contingerit dictam d. Giliam primo mori quam dictus testator, aut ipsam mori post mortem dicti testatoris et ante aditam heredit. vel aprehensam bonorum possessionem, vel eam nolle hereditatem aprehendere, vel quoquo modo heredem non esse, ex nunc prout ex tunc voluit omnia bona sua pervenire debere iure institutionis aut substitutionis in pauperes Christi ... quos suprascripti sui fideicomiss. una cum Ministro et Guardiano et Custode conventus civit. Bonon. duxerint elligendos ... Et iussit hoc casu quod per suprascriptos suos fideycomiss. omnia male ablata restituantur, prout superius continetur; aut si ipsos vel aliquem ipsorum fideycomiss., eo casu quo eius hereditas in pauperes devenerit, vivere non contingerit, voluit et mandavit omnia male ablata per eum restitui debere per Guardianum et Custodem conv. Fr. Min. civit. Bon. qui p. t. fuerint. Preterea voluit, eo casu quo hereditas in pauperes devenire contingerit, quod omnia legata superius nominata et etiam legata anime duplicata intelligantur et duplicata solvantur. Voluit preterea, hoc casu, fr. *Albertum* predictum f. q. d. Amei de Aziis i. l. habere de bonis suis p. s. n. xxv lib. bon. ... Si autem dictam d. Giliam eius heredit. obtinere contingerit, habeat eam liberam et expeditam toto tempore vite sue sine aliqua molestatione ... Moriente autem predicta d. Gilia, voluit omnia legata in prima parte testamenti relicta intelligi duplicata ... Residuum vero predicte heredit. voluit iure fideycomissi in pauperes civit. Bon. pervenire p. a. s. ... quos pauperes esse voluit et intellexit qui per suprascr. fideycomiss. Ministrum et Guardianum conv. Bon. fuerint electi ... Voluit hoc test. omnibus alliis eius test. hinc retro factis vel in futurum faciendis prevalere, nisi illa ult. voluntas, que fieret post istam, fieret in presencia predicti fr. *Alberti* q. d. Amei de Aziis et Guardiani Fr. Min. conv. Bon. qui p. t. fuerit et dicte d. Gilie. Et presens test. intimari voluit et notifficari dicte d. Gilie et, eo ei notifficato, deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillo conventus sigillari. Actum *Mutine in domo Fr. Min.*, pp. dd. fr. *Petro* de Bononia lectore Fr. Min. de Mutina, fr. *Iohanne* de Spezano de Mutina, fr. *Gerardino* de Allerario de Bononia, qui dixerunt *etc.*, fr. *Gerardino* de Falopiis de Mutina, fr. *Ubertino* de Placencia, fr. *Nicholao* de Christianis et fr. *Iohanino* de Spezano de Mutina et alliis ... Item dictus testator constituit predictum fr. *Gerardinum* de Allerario de Bononia suum procur. ad predictum test. deponendum in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillo conventus sigillandum. Sulianus f. d. Petri de Saxis not.

27/4160, n. 1. — Orig.

644. Bononiae, 11 iulii 1294.

Testamentum.

D. Virmigla f. q. d. Guinizelli Magnani et uxor q. d. Fulchini de Gatariis ... reliq. CL lib. bon., de quibus dari voluit ... Reliquos vero iupxit expendi in una planeta, que stare debeat in ecclesia Fr. Min., ubi placuerit ipsis Fratribus, et circa funus et sepult. suam ... Voluit suum test. esse secretum et poni in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo Ministri vel Custodis vel Guardiani vel conventus ipsorum Fratrum ... Actum Bononie ... pp. d. fr. *Raynerio* de Gixileriis Ord. Fr. Penitencie ... Petrus q. d. Leonardi Tuscholi not.

28/4160, n. 2. — Orig.

645. Bononiae, 16 iulii 1294.

Testamentum.

Cum ego Ubaldus de Bonis Consiliis civis Bonon., miles creatus ab illustri et magnifico d. rege Carulo, sim sanus mente et sensu ac etiam corpore ... presens test. in scriptis in forma future rei memorie facere procuravi sub anno Domini MCCLXXXXIV die XVI mensis iulii ... Et in primis meam ex nunc fieri eligo supulturam, quando casus supervenerit, apud eccl. Fr. Min. de Bonon., ad quam quidem sepult. seu pro qua facienda volui adque iussi seu relinquit (*sic*) C lib. bon., quas vult expendi prout continget honus funeris seu supulture, et residuum de predictis C lib. vult quod predicti Fratres Min. habeant et convertantur in utilitate eorum, et ipsi, premio presentis legati, teneantur missas cantare et oraciones dicere pro remedio anime sue; addiciendo quod pater et mater, fratres, uxores et filii mei gaudeant, pro parte, oracionibus supradictis. Item volo quod cridetur publice alta et preconia voce in terris Coloreti, Spisi, Tizanelli, Saliceti, Castri S. Petri et Castri S. Pauli et Medexani, quod si aliqua persona dictorum locorum tempore aliquo dedisset michi testatori aliquam pecun. quantit. pro dampnis datis vel alia iniusta causa, quod venire debeant coram comiss. meis infrascriptis. Qui comiss. teneantur de bonis mei testatoris satisfacere cuilibet persone conquerenti, credendo cuilibet sacramento suo, facto super hoc et exacto, usque ad quantitatem X sol. bon.; et si plus vel ultra asenderet, tunc cuilibet credatur sufficientibus probacionibus adibitis seu presumpcionibus inspicuis. Item volo quod cridetur publice per civit. Bon., burgos et alibi, ubi melius videbitur meis comiss., quod si aliqua persona conqueretur de me et de patre meo modo aliquo, detinendo vel habendo aliquid seu in preteritum habuisse perperam et iniuste, et hoc, ut supra, possint hostendere, veniant coram comiss. infrascriptis qui teneantur, eo modo quo supra, satisfacere conquerentibus de eisdem. Item relinquo, de bonis meis, pro male ablatis incertis, tam pro me quam pro patre meo, C lib. bon., que distribuantur prout utilius visum fuerit comiss. infrascriptis, aiuncto cum eis (G)uardiano Fr. Min. qui p. t. fuerit. Item reli(n)quo, iure legati, fr. *Mateo* de Pozali Ord. Fr. Min. sol. C bon. p. s. n.; item fr. *Anzino* de Bonon. Ord. Min. C sol. bon. p. s. n.; item fr. *Bertelomeo* magistro Ord. Fr. Min. sol. C bon. p. s. n. ... In omnibus autem meis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Guirardum meum filium et Guarmontem f. q. d. Guillelmi filii mei Ubaudi testatoris, heredes huniversales instituo equaliter, et si aliquis predictorum Guirardi et Guarmontis contingerit mori sine liberis masculis, substituo feminas filias stantes ex ipsis filiis vel aliquo eorumdem, quamlibet in CCC lib. bon.; et in omni residuo pauperes Christi instituo ... quos Guar-

dianus et conventus Fr. Min. et Prior et conventus Fr. Pred., qui p. t. fuerint, duxerint nominandos... Ulterius, ut predicta omnia et singula suprascripta et infrascripta cum effectu compleantur et adimpleantur postquam diem clausero extremum, facio, eligo et volo d. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, Iacobinum de Munariis et Guidonum de Bonis Consiliis meos fore comiss., factores et executores in omnibus supradictis, dans eis plenam licentiam *etc.* Et quia ego Hubaudus de Bonis Consiliis, miles et testator iam dictus, ignoro literas nec non scribere, quibus mediantibus propria manu subscriptionem meam scrîbere possem, ideo rogavi discretum virum d. Antonium Bertanum de Taurino, iure peritum, ut predictam subscriptionem et supradictam scriberet sua manu, ut nomine mei de cetero robur optineat et valorem, protestando quod si eam sivissem scribere, mea manu propria scripsissem, rogans enim infrascriptos testes ut in predicto test. meo suprascripto testimonium perhibeant veritati. In cuius rei memoria presens test. condidi in scriptis et sigillo meo primo sigillavi, testamento concluso et ligato, in *do(mo)* Fr. Min. de Bon. ubi predicta omnia acta fuerunt, pp. testibus infrascriptis:

(A) Et ego Antonius Bertanus de Taurino rogatus a testatore suprascr. subscripcionem suam suprascr. composui et scripsi et sigillum meum apposui test. concluso, ut testimonium perhibeat veritati. Et ego Antonius Bertanus de Taurino testamentum suprad. pro parte scripsi cum Rufino Garino de Taurino, et rogatus a testatore me subscripsi cum apposicione sigilli mei, ut testimonium peribeam veritati.

(A) Et ego Rufinus Garinus pro parte scripsi test. suprascriptum.

(A) Ego fr. *Matheus* de Pozali rogatus a predicto d. Ubaldo, et de ipsius mandato asserente et dicente hoc esse suum test. ... me cum testibus infrascriptis subscripsi et in firmitatis testimonium sigillum proprium apposui, in quo est ymago B. Virginis cum Filio et inferius ymago unius fratris.

(A) Ego fr. *Bonaventura* de Gisso cum testibus suprascr. et infrascr. rogatus et de mandato dicti domini me subscripsi, et quia sigillum proprium non habeo, sigillum predicti fr. *Mathei* apposui.

(A) Ego fr. *Alexius* de Feraria cum testibus *etc.* me subscripsi, et quia *etc.*

(A) Ego fr. *Iacobus* de Pozali cum testibus *etc.* me subscripsi, et quia *etc.*

(A) Ego fr. *Michael* de Castagnolo cum testibus *etc.* me subscripsi, et quia *etc.*

(A) Ego fr. *Guasparinus* de Bon. cum testibus *etc.* me subscripsi, et quia *etc.*

(A) Ego fr. *Galvanus* de S. Iohanne cum testibus *etc.* me subscripsi, et quia *etc.*

342/5085, n. 77. — Orig.

646. Bononiae, 30 iulii 1294.

Testamentum.

D. Salvi q. Actolini Gerardi ... reliq. xxv sol. bon., de quibus expendi voluit circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit aput eccles. Fr. Min. de Bon., xx sol. bon. ... Voluit h. t. poni debere in sacristia Fr. Min. de Bonon. et sigillari secundum formam statut. Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Gandulfino* de Mutina, fr. *Iohanne* de Mutina, fr. *Thomaxino* de Lambertatiis, fr. *Francisco* sartore, fr. *Albertino* de Bonon., fr. *Petro* de S. Martino de Aposa, fr. *Iacobino* de Galeria et fr. *Gerardino* de Cremona, qui dixit *etc.* ... Petrobonus Meglorini de Fulianis not.

28/4160, n. 3. — Orig.

647. Bononiae, ... 1294.

Petitio et reformatio pro festo Annuntiationis expensis comunis Bon. celebrando.

Vobis d. Capit., Anz. et Consul. pop. Bon. petunt Fratres *Minores* et Predicatores, quod ad honorem B. Marie Virg. Matris Dei, et ad hoc ut status com. Bon. et pop. de bono in melius augmentetur, quod fiat festum Matris Dei in septimo die exeunte martio singulis annis, et pro presenti, scilicet festum Annunptiationis apud Fratres Min. et in octava Resurrectionis apud Fratres Predic. singulis annis, per ipsum com. Bon. et de expensis ibi faciendis, per conscilium populi vel comunis possit providere, ut festivitas fiat, sicud solitum est fieri, et ut devotissime factum est; et quod mittantur cedule per societates populi, quod in conscilio pop. predicti proponi possint per d. Capit. vel unum ex Anzianis et Consulibus pop. Bon., et ipsum conscilium provideri, ordinari, disponi et reformari, et quilibet de conscilio concionare, et esse de partito, et notar. Anzian. et conscilium scribere, et legere, et reformare sine pena in predictis, sicud ipsi vel maiori parti videbitur expedire. Non obstante statuto quod loquitur, quod d. Capit. in ultimo mense sui regiminis non possit aliquid proponere in conscilio quod detur aliquid de avere com. Bon. pro aliquo festo faciendo, nec aliquibus aliis statutis *etc.*, a quibus omnibus et singulis d. Capit., Anz. et Consul. et eorum not. et ministrales illarum societatum, que presunt aliis, sint penitus absoluti. Quid igitur placet dicto conscilio, quod unus ex Anzianis et Consul. pop. Bon. predictas cedulas proponere et reformare possit in ipso conscilio, et quilibet consulere super hiis, non obstantibus *etc.* ...

In reformatione cuius conscilii et masse pop. placuit quasi toti conscilio, facto partito per d. Bertholum Anzianum, de voluntate aliorum Anzianorum de sedendo ad levandum, et ad scruptinium cum fabis albis et nigris ... placuit ponentibus fabas albas, qui fuerunt n. 516, quod petitio (supradicta) sit firma et effectui demandetur in omnibus et per omnia, prout scripta est et lecta fuit in presenti conscilio, et plenam obtineat firmitatem. Et quod fr. Iohannes Turizanus mass. et generalis depositarius com. Bon. et omnes alii et singuli depositarii com. Bon. qui p. t. fuerint, teneantur, possint et debeant dare et solvere Guardiano Fratrum Min. de Bon. et Priori Fratrum Predic. sive eorum procuratoribus vel sindicis dictorum Fratrum (Min.) et Predic., sine ipsorum preiudicio et gravamine, de omni pecunia et avere com. Bon. que est vel erit penes eos, quacumque de causa, singulis annis, et presenti anno in dictis festivitatibus, quolibet anno, scilicet Annuntiationis de mense martii apud Fratres Minores, et in octava Resurrectionis Domini apud Fratres Predicatores, cuilibet dictorum conventuum c lib. bon. in dictis festivitatibus et predictis (*sic*) festivitatibus faciendis, singulis annis (et) in presenti anno pro com. Bon. Fabe nigre posite fuerunt in contrarium n. 12 ... non obstantibus *etc.* Testes Rolandus Casottus et Dondus Bencevenis bannitores pop. Bon.

339/5082, n. 52. — Exemplum. In dorso « La reformagone de la Dona, antighe ». Ed. Azzoguidi, I, n. 32, p. XLVI-VIII, sub anno 1290. Sed, ut constat ex vol. III Reformationum Consilii pop. et Massae pop. Bon., fr. Iohannes Turizanus erat massarius et depos. primo semestri huius anni 1294.

648. Bononiae, 3 et 16 augusti 1294.

Testamentum.

D. Petrus q. d. Bonbologni de Prebuntis ... reliquid *Dominabus monasterii S. Francisci de Bonon.* unum suum poderem, quod est in comitatu Bonon. super Quaternum, quod est CVIII tornat., de quo podere debeant habere dicte Domine annuatim medium usumfructum, quem debeant dare conventui Fr. Min. de Bonon., et aliam medietatem debeant expendere infrascripti sui comiss. ubi eis melius et utilius p. a. dicti testatoris videbitur faciendum; et si comiss. decederent, dictam edietas debeat pervenire ad Guardianum Fr. Min. de Bonon. qui p. t. fuerit, qui eam debeat expendere inter pauperes Christi, quos idem Guardianus duxerit nominandos ... Item reliquid fr. *Bonaventure* de Gipso, fr. *Gandulfino* de Mutina et fr. *Petro* de Castagnolo, omnibus Ord. Fr. Min., cuilibet ipsorum V lib. bon. p. eorum n. ... item. fr. *Ansaldo* Ord. Fr. Min. XL sol. bon.; item fr. *Nicholino* de Strata maiori Ord. Fr. Min. III lib. bon. p. s. n.; item fr. *Francisco* sartori eiusdem Ord. XXX sol. bon.; item Francisco de Ymola XL sol. bon. quando religionem intraverit ... item reliquid [sor.] *Iohanne* de S. Francisco Dominarum XX sol. bon.; item sor. *Diademe* de dicto loco sive Ord. XX sol. bon.; item cuilibet testi presentis test. XXX sol. bon.; item reliquid fr. *Viviano* Ord. Fr. Penitentie X lib. bon.; item reliquid Iacobine, quam novit fr. *Bonaventura* de Gipso predictus, XL sol. bon.; item reliquid predictis tribus Fratribus fr. *Bonaventure* de Gipso, fr. *Gandulfino*, fr. *Petro* de Castagnolo, et fr. *Ansaldo* predicto, scilicet cuilibet eorum XXX sol. bon. annuatim, donec vixerint, p. eorum n., quos teneantur solvere heredes sui. Comiss. autem suos et executores huius test. esse voluit ... fr. *Bonaventuram* de Gipso Ord. Fr. Min. et Guardianum conventus Fr. Min. de Bonon. qui p. t. fuerit, quibus suis comiss. dedit licentiam et liberam potestatem *etc.* Si quis vel si qua persona nominata in presenti test. impediret quominus predictum test. mandaretur effectui in omnibus et per omnia ... ex nunc illum vel illos privat omni iure sibi competenti quocumque modo ex heredit. et test. predicti testatoris, et tunc pars et ius contrafacientis debeat pervenire ad conventum Fr. Min. et conv. Fr. Predic. de Bon. et ad illos quos comiss. sui duxerint nominandos. Actum Bononie ... in domo dicti testatoris, pp. fr. *Bonaventura* de Gipso, fr. *Nicholino* de Strata maiori sacerdotibus Ord. Fr. Min., qui dixerunt *etc.*, fr. *Landefredo* de Cremona, fr. *Anthonio* de Tarvisio, fr. *Ugolino* Aygoni, fr. *Alberto* de Soldaderiis, fr. *Bonazunta* de Mantua, fr. *Tancredino* de Bagno, fr. *Melio* de Cremona et fr. *Petro* Parvo, omnibus de Ord. Min. ...

Die XVI eiusdem mensis fr. *Nicholinus* de Strata maiori de Ord. Min. procurator dicti d. Petri dep. h. t. penes fr. *Iacobinum* de Galeria sacristam Fr. Min. conv. Bon. et sigillari fecit sigillo ipsius conventus, pp. fr. *Iohanne* de Fulianis et fr. *Petrobono* de Feraria dicti Ordinis ... Bertolomeus d. Bologniti not.

28/4160, n. 4. — Orig.

649. Bononiae, 27 augusti 1294.

Testamentum.

D. Santus q. Ugolini de Civitate Castelli ... reliquid VI lib. bon., quas dari voluit et expendi circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. B. Francischi,

ad sensum comiss. suorum, quos esse voluit fr. *Egidium* et fr. *Matheum* filium dicti d. Santi ... Item reliquid fr. *Matheo* suo filio LI lib. bon., quas eidem dare tenebatur occasione dotis d. Madalene q. matris dicti fr. *Mathei*, pro necessariis suis, silicet libris ... Item reliquid, iure legati, Iacobo f. Rainerii suo nepoti domum suam in qua habitat ... et unam vineam quam habet in Visidelle, hoc tamen salvo, quod non possint vendi nec allienari hinc ad XX annos prox. vent.; et si dictus Iacobus decederet sine filiis, infra dictam etatem XX annorum, quod dicta domus et vinea pervenire debeant fr. *Matheo* suo filio. In omnibus autem aliis suis bonis mobilib. et inmobilib., iuribus *etc.* sibi fr. *Matheum* suum filium, vel conventum Fr. Min. eius nomine, heredem instituit, hoc tamen salvo, quod dictus fr. *Matheus* habeat et habere debeat p. s. n. usumfructum dicte hereditatis, toto tempore vite sue ... Actum Bononie ... Donatus Cambii q. Aldrevandini not.

28/4160, n. 8. — Orig. = Cf. n. 627.

650. Bononiae, 30 augusti 1294.

Testamentum.

Petrus, cui dicitur Pinardus, f. Useppi de Fanano ... reliquid fr. *Gandulfino* de Ord. Fr. Min. de Bon. X sol. bon. ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min. in pres. fr. *Tranchedini* de Bagno, fr. *Guilielmi* de Apulea, fr. *Michaelis* de Castagnolo, fr. *Aldrevandini* de Musello, fr. *Iacobini* de Galleria, fr. *Dominici* de Muxolinis, fr. *Albertini* de Forlivio, omnes de Ord. Min. ... Ubaldus q. d. Iohannis de Pizoy not.

28/4160, n. 9. — Orig.

651. Bononiae, 14 septembris 1294.

Testamentum.

D. Thomaxinus q. Barufaldini de Formigine districtus Mutin. familiaris d. Bonon. Episcopi ... reliquid i. l. Bertolino suo fratri medietatem unius petie terre vineate posit. in villa Formiginis, in loco qui dicitur « le Fosse »... iuxta fr. *Mutinensem etc.* ... Hoc test. voluit esse secretum, toto tempore vite sue, et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. Actum Bononie in *sacristia* dictorum Fratrum, pp. fr. *Francisco* de Ygnano, fr. *Guidone* de Zapolino presbiteris, fr. *Hugolino* de Castello, fr. *Iacobino* de Galleria, fr. *Thobia* de Regio, fr. *Iohanino* de Regio, fr. *Gandolfino* de Mutina, fr. *Zordano* q. d. Guidonis Gosberti, fratribus dicti Ord. Min. ...

Et dicta die incontinenti, pp. predictis fratribus *Ugolino* et *Iacobino*, ipse idem testator dep. pres. test. in sacristia predicta. Iohannes mag. Petri de Unzola not.

23/4160, n. 13. — Orig.

652. Bononiae, 21 et 23 septembris 1294.

Testamentum.

D. Iacobina f. q. d. Iohannis de Sassonigro et uxor d. Ferantini de Ferantibus ... reliq. XXX lib. bon., de quibus dari voluit fr. *Nicholino* de Ord. Fr. Min. XL sol. bon. Item p. m. cant. XII lib. bon., quas distribui iussit ad sensum et volunt. fr. *Nicholini* de Ord. Fr. Min., secundum quod utilius visum fuerit p. a. dicte testatricis ipsi fr. *Nicholino*. Reliquos autem expendi iussit tam circha funus et sepult. suam, quam sibi

elegit apud eccl. S. Francisci de Bon., quam inter eccl. loca religiosa ... et alibi secundum quod utilius p. a. s. visum fuerit eius comiss. infrascripto; quem quidem ad predicta omnia facienda esse voluit fr. *Nicholinum* predictum de Ord. Fr. Min. ... Et si contingeret dictum suum comiss. mori ante dictam testatricem, vel ante executionem omnium predictorum, tunc voluit et mandavit quod per Guardianum Fr. Min. de Bonon., qui tunc temporis erit, predicta omnia executioni mandentur et fieri debeant ... Actum Bononie in ecclesia S. Francisci Ord. Fr. Min., pp. fr. *Nicholao* de Munarolis, fr. *Sabastiano* de Narni, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Thomaxio* de Piperatis, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Iacobino* de Parma et fr. *Melio* de Cremona, omnes de Ord. Fr. Min.

Die xxiii eiusdem mensis fr. *Zanilinus* de Carpo proc. dicte testatricis ... dep. h. t., quod voluit esse secretum, in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacrist. Fr. Min. sigilatum sigilo conv. dictorum Fratrum ... pp. fr. *Nicholino* de Strata maiori et fr. *Gifredo* de Fregnano ... Bonagratia f. q. d. Guillelmi de Manzolino not.

28/4160, n. 14. — Orig.

653. Bononiae, 21 et 23 septembris 1294.

Codicillus.

Cum hoc esset quod d. Malgarita f. q. d. Saccntis et uxor q. d. Iohannis de Saxonigro ... fecerit test. script. manu, ut dixit, Gerardi Ferarii not. ... presentibus codicillis test. predictum obtinere iussit plenissimam firmitatem, hoc tamen mutato, quod illas xii lib. bon. quas in suo test. reliquerat p. m. cant. distribuendas per Anthonium eius filium ... voluit quod predicte xii lib. expendantur et distribuantur per fr. *Nicholinum* de Ord. Fr. Min. de Bon. in missis cant., ubi melius et utilius visum fuerit, p. a. dicte testatricis, eidem fr. *Nicholino*, et in eis distribuendis esse voluit dictum fr. *Nicholinum* suum comiss., vel, si eum mori contingeret ante dictam testatricem vel ante executionem omnium predictorum, tunc voluit quod per Guardianum Fr. Min. de Bonon., qui tunc temporis erit, predicta omnia executioni mandentur ... Actum Bononie in ecclesia S. Francisci Ord. Fr. Min., pp. fr. *Nicholao* de Munarolis, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Thomaxio* de Piperatis, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Iacobino* de Parma et fr. *Mellio* de Cremona, omnes de Ord. Fr. Min. ...

Die xxiii eiusdem mensis fr. *Zanilinus* de Carpo proc. dicte testatricis ... dep. h. codic., quod voluit esse secretum, in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacrist. Fr. Min. sigilatum sigillo conv. dictorum Fratrum ... pp. fr. *Nicholino* de Strata maiori et fr. *Gifredo* de Fregnano ... Bonagratia f. q. d. Guillelmi de Manzolino not.

28/4160, n. 15. — Orig. = Cf. n. 623.

654. Bononiae, 22 et 24 septembris 1294.

Testamentum.

D. Sophia f. q. d. Treguani de Panzonibus et uxor d. Petri de Voxereriis ... reliquid p. a. s. l lib. bon., de quibus expendi voluit et emi debere unum calicem argenteum, quem calicem voluit poni et deservire debere ad quemdam locum religiosum Ord. Fr. Min. de Bononia in civitate vel districtu Bonon., ubi dixerit et voluerit fr. *Manfredus* Ord. Min. frater dicte testatricis. Item reliquid dicto fr. *Manfred*

ɪ lib. bon. p. s. necessariis faciendis; item fr. *Nicholino* xxx sol. bon.; item fr. *Matheo* le Pozale nunc Guardiano dicti Ord. xx sol. bon.; item fr. *Aspectato* de Panzonibus ɪɪɪ lib. bon.; item *Fratribus pauperibus et Sororibus Ord. Penitencie de Bonon.* xxx sol. bon.; item fr. *Iacobo* de Vernaza Ord. Min. x sol. bon.; item conventui *Sororum S. Francissci de Bonon.* x sol. bon.; item reliquid Fr. Min. de Bonon. p. m. v lib. bon. Residuum vero iussit expendi et distribui circa sepult. suam, quam elegit apud eccl. S. Francissci Fr. Min. ubicumque decederit in civit. vel districtu Bonon. ... Et ad omnia et singula relicta p. a. s. exequenda et solvenda elegit et esse voluit fr. *Manfredum* Ord. Min. suum fratrem ... vel quem vel quos nominare voluerit ad eius voluntatem et fr. *Guillelmum* de Panzonibus, et, si dicti sui comiss. decederent ante obitum dicti testatoris, tunc voluit esse Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit cum aliis quibus (*sic*) ipse voluerit et elegerit ... Et si heredes sui vel aliqua alia persona dilataverint et non solverint dicta legata relicta p. a. s. infra tempus unius anni vel molestaverint in aliquo comiss. suis predictis quod dicta legata non solvantur, tunc reliquid de aliis suis bonis p. a. s. ultra dictam quantit. ʟ lib. bon. xxv lib. bon. conventui Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie ad *locum Sororum S. Francissci*, pp. fr. *Matheo* de Pozale Guardiano conventus Fr. Min., fr. *Petro* de Strata, fr. *Bonifacio* de Lanbertaciis, fr. *Petro* de Canitulo, fr. *Iohanne* de S. Columbano, fr. *Loderengo* de Scarpelinis et fr. *Iacobo* de Vernacia, Ord. Min. ...

Die xxɪv eiusdem mensis fr. *Iacobus* de Vernaza proc. dicte testatricis dep. h. t. penes fr. *Iacobinum* sacrist. dictorum Fratrum sigillatum sigillo conv. predictorum Fratrum, pp. fr. *Albertino* de S. Felici et fr. *Michilino*, fratribus dicti loci ... Oliverius q. d. Iohannis Martelli not.

28/4160, n. 16. — Orig.

655. Bononiae, 20 et 23 octobris 1294.

Testamentum.

D. Ysabetha f. q. d. Bonincontri Marescalchi ... reliq. p. a. s. xxɪ lib. bon., de quibus voluit expendi circa sepult. suam vɪ lib. bon., quam elegit apud eccl. B. Francisci Ord. Min. de Bonon. ... Residuum vero voluit expendi in missis cant. et oracionibus faciendis ubi melius videbitur comiss. suis infrascr. Item reliq., de aliis suis bonis, pro male ablatis incertis c sol. bon. pro animabus illorum ad quod (*sic*) spetaba(n)t, ad arbitrium Guardiani Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... Item reliquid fr. *Acino* Ord. Min. xx sol. bon. p. s. n. ... Ad omnia et singula exequenda tam legata quam alia relicta p. a. s. esse voluit suos comiss. fr. *Acinum* de Ord. Min. et Guardianum de Bon. dicti Ord. qui p. t. fuerit et fr. *Albertum* Cognoscentis barberium. Item voluit quod si tempore mortis sue dictus fr. *Albertus* vixerit et voluerit emere domum suam, habere debeat minori precio quam alter xx sol. bon. In omnibus autem aliis suis bonis mobilib. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi heredes instituit, e illum vel illos intelligit pauperes Christi quod (*sic*) nominatus vel nominati fuerint per Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... Actum Bononie in *ecclesia S. Francissci* Ord. Min., pp. fr. *Bonaventura* miniatore, fr. *Pelegrino* de Principibus, fr. *Nascinbene* burgi Peradelli, fr. *Manfredo* de Thomariis, fr. *Iohanne* de Ugiano, fr. *Petro* de Ymola et fr. *Michaele* de Sanctis, fratribus dicti loci ...

Die xxiii eiusdem mensis fr. *Petrus* de Ymola proc. dicte testatricis dedit h. t. et consignavit fr. *Ugolino* sacrist. dictorum Fratrum sigillatum sigillo Guardiani Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Thomaxio* de Ymola et fr. *Rizardo* de Milano ... Oliverius q. Iohannis Martelli not.

28/4160, n. 20. — Orig. = Cf. n. 661.

656. Bononiae, 3 novembris 1294.

Testamentum.

Rodulfus q. d. Zacharie merzarii ... reliquid xv lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. B. Francisci de Bon. p. m. cant. xl sol. bon.; item fr. *Nicholino* de Bon. de Ord. Fr. Min. xx sol. bon. ... Reliquas autem expendi et distribui iusit tam circa funus et sepult. suam, quam sibi eligit aput eccl. B. Francisci de Ord. Fr. Min., quam vult honorifice sepeliri ... Volui et iussi hoc testam. secretum esse et secretum permanere in sacristia Fr. Min. quamdiu visero, et volui sigilari sigilo conv. Fr. Min. Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min. in pres. fr. *Petri* de Ymola portonario (*sic*), fr. *Henricho* de Pertegonibus, fr. *Iacobo* de Alidosiis de S. Iohanne, fr. *Bertholomeo* de Ghysileriis, fr. *Petro* de Castagnolo, fr. *Iohannis* (*sic*) de Spezano, fr. *Chero* de Castro Britonum, et fr. *Nicholino* d. Michaelis de Butrio de Strata maiori, qui dixit cognoscere me testatorem ...

Eodem die ego Rodulfus testator predictus dep. predictum hoc meum [...] Ego idem Rodulfus q. Zacharie merzarii not.

28/4160, n. 23. — Orig. In dorso « Publicatum est e pagado ».

657. Bononiae, 4 et 8 decembris 1294.

Codicillus.

(De quodam loco pro Fratribus Min. construendo, qui postea ab ipso testatore nomen habuit).

Cum d. Confortinus f. q. d. Boniffatii ... fecerit testamentum, scriptum manu me(i) Guilielmi de Canutis not. infrascr., idem d. Confortinus, quia circa quedam que in ipso test. continentur voluntatem mutavit ... presentibus codicillis test. predictum optinere iussit plenissimam firmitatem, hoc tamen mutato, quod loco eiusdem ecclesie, quam mandavit fieri sive fabricari in dicto suo testamento, vult et disponit quod ad honorem B. Marie Virginis et S. Francisci, et in remissionem peccatorum suorum et heredum ipsius ac etiam mortuorum ediffìcari et fabricari debeat quedam ecclesia in qua morari debeant, ad divina offitia celebranda, continue *Fratres de Ord. Fr. Min.;* et quod iuxta dictam ecclesiam fabricari et ediffìcari debeant domus et ediffitia necessaria dictis Fratribus ibidem morandis pro dictis offitiis celebrandis, silicet dormentorium, capitulum, refrictorium et alia ediffìcia necessaria, prout superius dictum est, secundum voluntatem, dispositionem et deliberationem d. Milchionis filii ipsius d. Confortini; et quod heredes ipsius d. Confortini emere teneantur et debeant et eidem ecclesie confere calices, paramenta, libros necessarios, pro dictis divinis offitiis celebrandis et missis cantandis, secundum deliberationem, dispositionem sive existimationem dicti d. Milchionis sui filii. Quibus Fratribus ibidem morandis legavit, et iure legati reliquid annuatim, pro potu et vitu et aliis necessariis,

L corb. frumenti, et LX corb. vini puri, et XXXV lib. bon. in pecunia numerata, que legata mandavit et disposuit solvi debere per heredes suos in festo S. Michaelis; mandans et disponens quod, si propter gueram vel alium casum fortuitum vel propter aliquam aliam causam Fratres desererent dictum locum et cessarent ibidem divina offitia celebrare, quod pro eo tempore quo cessarent, heredes ipsius d. Confortini nulatenus teneantur ad prestationem dictarum quantitatum frumenti, vini et pecunie; cassans, iritans et anichilans omnia legata que reliquerat in suo testamento occasione ecclesie fabricande, de qua eccl. in suo test. disposuerit ... Item ademit et subtrassit omnia legata legatariis quibus reliquerat in suo test. predicto, que reperiuntur soluta fuisse per dictum d. Confortinum, scripta in libro ipsius ... Et hanc suam ult. volunt. asseruit esse velle, quam valere voluit iure codicillorum vel alicuius ult. volunt., quo melius valere potest, et voluit valere et tenere et habere plenum robur et ab omni suo herede bonorumque possessore perpetualiter precepit et voluit observari, et sigillari sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et deponi et reservari in sacristia dictorum Fratrum ... Actum Bononie in domo dicti d. Confortini, pp. fr. *Nicholino* de Bonon. et fr. *Iohanne* de Ozano, Ord. Min. de Bonon., qui dixerunt *etc.* ...

Die VIII eiusdem mensis fr. *Nicholinus* de Bonon. Ord. Min. procur. d. Confortini ... codicill. dicti d. Confortini ... sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. dep. et designavit in manu fr. *Ugolini* de Castello sacrist. Ord. Min. de Bon. custodiend. et salvandum secundum formam stat. com. Bon. ... pp. fr. *Iacobo* de Pennis et fr. *Francisco* de burgo Peradelli, Ord. Min. de Bonon. ... Guilielmus de Canutis not.

343/5086, n. 2. — Orig. = Cf. n. 523.

658. Bononiae, 31 decembris 1294.

Sententia absolutoria.

1294, 18 iunii. — Comparuit Petrus Tercii ... pro dacio circlarum burgi S. Felicis ... burgi Peradelli *etc.* coram Mathiolo de Ronchore et produxit (undecim) instrumenta solutionum factarum fr. Buvalello Petroboni ... fr. *Guidocto* de Butrio ... fr. *Princivalli* de Pegoloctis ... fr. Iuliano de Gozadinis ... fr. Iohanni speciali depositariis com. Bon. (in summam DCXCVII lib. XII sol. et IV den. bon.), unde ... restant ad solvendum (CLXXII lib. VII sol. et VIII den. bon.).

1294, 6 decembris. — Comparuit dictus Petrus coram d. Bonaventura d. Pasturellis iudice d. Capit. pop. Bon. et Mathiolo de Ronchore et presentavit quoddam instrumentum scriptum ... sub MCCLXXXXI die XXI setembris ... item aliud instrum. factum sub dicto millesimo die [...] setembris, in quibus continetur quod dictus Petrus consignatus fuit Matheo Belandini custodi carceris de subtus pro se et sociis ... pro (dicto) dacio. Item quamdam sententiam ... factam sub MCCLXXXXIII die XXIII iunii, in qua continetur predictum Petrum fore absolvendum et liberandum a prestatione et solutione dicte pecunie, et maxime ex vigore cuiusdam stat. seu ordinam. facti tempore d. Rubei de la Tosa Pot. Bon. ...

Unde, visis predictis solutionibus et instrum. sententiis et stat., ego Bonaventura iud. et Mathiolus de Ronchore predictum Petrum absolvimus et liberamus a prestatione et solutione alicuius quantitatis pecunie predictorum daciorum ... ex vigore arbitrii nobis concessi *etc.* ... Et dicta pronuntiatio facta fuit MCCLXXXXIV die ultimo decembris in sala d. Capitanei ubi redditur ius, pp. ... Mathiolus de Ronchore not.

27/4159, n. 61. — Orig.

659. Bononiae, 14 et 15 ianuarii 1295.

Testamentum.

D. Maria f. q. Taybertini de Monteacuto alpis ... reliq. p. a. s. ... conventui Fr. Min. de Bon. L lib. bon.; item fr. *Nicholino* de Butrio de Ord. Fr. Min. XX lib. bon.; item fr. *Lanberto* de Fabianis de Ord. Fr. Min. XII sol. bon. p. s. n.; item fr. *Landulfo* de Cazanimicis Parvis, fr. *Lanfranchino* de Placentia, fr. *Bonaventure* de Ugiano, fr. *Iohanino* de Cremona, fr. *Nicholao* de Bertenorio, fr. *Raymondino* de Regio et fr. *Lanbertino* de Butrio, scilicet cuilibet eorum XII sol. bon. p. eorum n. ... item fr. *Iohanni* de Ymola de Ord. Fr. Min. XX sol. bon.; item cuidam nepti dicti fr. *Iohannis* XXX sol. bon.; item fr. *Zanilino* de Carpo X sol. bon.; item sor. Marie Parve III lib. bon. Item voluit quod L lib. bon. dentur uno homini qui vadat p. a. s. in pasagium ultramaris, si contingerit passagium fieri hinc ad duos annos; quod si non fieret usque ad dictum tempus, expendantur ad sensum et volunt. sui comiss. infraser., quem quidem comiss. suum ad predicta omnia et singula facienda et ad ponendum suum test. in sacristia Fr. Min. esse voluit fr. *Nicholinum* de Strata maiori de Ord. Fr. Min., dans ei plenam licentiam et liberam potestatem vendendi et alienandi *etc.* Item super funus et occasione funeris et sepult. sue, quam sibi elegit apud eccl. S. Francisci de Bon., expendi voluit, secundum ... quod videbitur suo comiss. supraser. In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos dictus fr. *Nicholinus* voluerit nominare. Et si contingeret dictum fr. *Nicholinum* mori ante execucionem omnium predictorum, tunc voluit quod predicta omnia fieri debeant per Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit. Actum Bononie in domo ... ubi moratur dicta testatrix, pp. fr. *Lanberto* de Fabianis, et fr. *Landulfo* de Cazanimicis, qui dixerunt *etc.*, fr. *Nicholao* de Bertenorio, fr. *Lanfranchino* de Placentia, fr. *Iohanino* de Cremona, fr. *Raymondino* de Regio et fr. *Bonaventura* de Ugiano, omnes de Ord. Fr. Min. ...

Die sequenti fr. *Nicholinus* supradictus dep. h. t. in manibus fr. *Iacobini* de Galleria sacriste Fr. Min. sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum, pp. fr. *Landulfo* de Cazanimicis et fr. *Iacobo* de Vernacia, de Ord. Fr. Min. ... Bonagratia f. d. Guilielmi de Manzolino not.

28/4160, n. 35. — Orig.

660. Bononiae, 19 ianuarii 1295.

Apocha.

D. Iacobinus q. Gerardelli not., sindicus *Dominarum monasterii S. Francischi Ord. S. Clare prope Bononiam*, sindicario nomine dicti monasterii, fuit confessus et contentus se habuisse et recepisse ... a d. Guidone q. d. Cazanimizi de Cazanimizis LX lib. bon., quas eidem sindico dare promiserat, in sollid. cum Iacobo suo filio, occasione cuiusdam compenssactionis seu transactionis et concordie facte inter ipsum d. Guidonem ex una parte, et dictum Iacobinum sindicum ex altera, occasione multorum negotiorum, rationum et debitorum, et occasione nemoris et lignorum, et aliis multis rationibus et causis. Quas dictus d. Guido asseruit habuisse cum fr. *Iacobo* Gherlo de Galleria, olim converso dicti monasterii S. Francischi, in tribus terminis, ut con-

tinetur ex instrumento dicte transactionis scripto manu Bellocti Iacobini Bellocti not. ... Actum Bononie ad dischum memor., a sero pallatii, pp. ... Vinciguerra Rovixii not.

28/4160, n. 36. — Orig.

661. Bononiae, 22 et 25 ianuarii 1295.

Codicillus.

D. Ysabeta f. q. d. Bonincontri Mareschalchi ... cum suum test. condidisset script. manu mei Oliverii not. infrascr. et positum fuit in sacristia Fr. Min. de Bon., per presentem codicill. illud test. affirmat et omologat, exceptis *etc.* ... Item voluit quod XII lib. bon., quas habet fr. *Albertus* Conoscentis de suis, si tempore mortis habuerit, distribuantur per comiss. suos inter pauperes Christi et pro missis et oracionibus faciendis, prout melius videbitur comiss. contentis in dicto test. suo ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Bartholomeo* de Prindipartibus, fr. *Francischo* sartore, fr. *Bonazunta* suo nepote, fr. *Nascenbene* burgi Peradelli et fr. *Zanilino* portonario dominarum ...

Die XXV eiusdem mensis fr. *Zanilinus* de Carpo procur. dicte d. Ysabete dep. dictum c. sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum in manibus fr. *Iacobini* sacrist. dicti conventus, pp. *Francischino* de Arimino et fr. *Rufino* de Placencia, fratribus dicti loci ... Oliverius q. Iohannis Martelli not.

28/4160, n. 37. — Orig. = Cf. n. 655.

662. Bononiae, 3 februarii 1295.

Testamentum.

D. mag. Iohannes q. d. Gandulfi civ. Bon. ... reliquid C lib. bon., de quibus ... reliq. conventui Fr. Min. III lib. bon. ... Superfluum vero dictarum C lib. bon. expendi voluit ad sensum et volunt. infrascriptorum eius comiss. ... quos esse voluit Guardianum devotionis de Batutis, qui dicitur Caput dicte devotionis, qui nunc est vel p. t. fuerit ... Actum Bononie in *sacristia* Fr. Min., pp. fr. *Pellegrino* de Rubeis de Pollizino presbitero, qui dixit *etc.*, fr. *Dominico* de Ravenna presb., fr. *Iohanne* de Varegn[an]a presb., fr. *Ubertino* de Parma, fr. *Iacobo* de Vernacia, fr. *Guillielmino* de Luppicinis de Regio, fr. *Roffino* de Placentia, et fr. *Allioto* de Parma, testibus et viris religiosis de dicto Ord. ...

Eodem die testator dedit et tradidit in manibus fr. *Iacobini* d. Lambertini de Galleria sacrist. Ord. Fr. Min. de Bon., in press. mei not. et testium infrascr., quoddam suum test. script. manu mei not. infrascr. sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum, ut morari debeat in sacristia Fr. Min. de Bon. ... Actum fuit in dicta *sacristia*, pp. fr. *Dominico* de Ravenna presb., fr. *Iohanne* de Varegnana presb. et fr. *Pellegrino* de Rubeis de Pollizino presb., qui dixerunt se cognoscere dictum d. Iohannem et dictum fr. *Iacobinum* sacristanum contrahentes ... Daynisius q. d. Cavace not.

28/4160, n. 40. — Orig.

663. Bononiae, 24 februarii 1295.

Testamentum.

D. Nicholaus q. Ardenghi zuponerius ... reliquid VI lib. bon., quas expendi voluit circa funus et sepult. suam ad volunt. comiss. suorum, quos esse voluit ad predicta

expendenda d. fr. *Iacobinum* q. Petri barberium ... quam sibi ellegit ad eccl. S. Francissi Fr. Min. de Bonon. (Si heredes sui)... decederent sine filiis, vult quod medietas bonorum suorum ... expendatur p. a. s. inter pauperes vagabundos et non religiosos ad voluntatem *Ministri et Sapientum societatis S. Marie*, qui nunc sunt vel p. t. erunt, *que societas congregatur ad ecclesiam seu scolam Fr. Min. de Bon.* Actum Bononie ... Iacobus q. Zenzoris Melize not.

28/4160, n. 41. — Orig.

664. Bononiae, 1 martii 1295.

Testamentum.

D. Magdale f. q. d. Bonagratie de Chanetulo ... voluit suum test. secretum esse et in sacristia Fr. Min. eccl. S. Francisci deponi et conservari ... Conventui Fr. Min. de Bon. legavit c sol. bon. p. m.; item legavit conventui *Sororum S. Francisci* xx sol. bon. Item fr. *Ranbalducio* de Albaris de Ord. Min. legavit xl sol. bon.; item fr. *Franceschino* de Lana de Ord. Min. xl sol. bon.; item fr. *Azzino* de Ord. Min. xx sol. bon.; item fr. *Nicolao* de Bertenorio de Ord. Min. c sol. bon.; item fr. *Petro* de Chanetulo de Ord. Min. c sol. bon. Item voluit expendi circa funus et sepult. suam in uno panno sericho x lib. bon.; de quo fieri debeat una planeta, quam legat ecclesie B. Francisci de Ord. Min. pro divinis officiis celebrandis p. a. s. et in cereis et candelis et aliis necessariis c sol. bon., quam sepult. sibi elegit apud eccl. beati Francisci Fr. Min. Comiss. suos esse voluit ... Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Petrum* de Chanetulo de Ord. Min. Et si predicti Fratres non possent se intromitere ad predicta facienda, tunc possint eligere alium comiss. eorum loco ... Actum Bononie in *ecclesia Sororum S. Francisci suburbiorum*, in pres. fr. *Petri* de Strata sacerdotis, fr. *Iohannis* de S. Columbano sacerdotis, qui asseruit *etc.*, fr. *Loderengi* de Scarpellinis, qui asseruit *etc.*, omnium de Ord. Fr. Min. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Bux. de Parma not.

28/4160, n. 42. — Orig.

665. Bononiae, 14 et 16 martii 1295.

Testamentum.

D. Albertus f. q. d. Guidonis Ellice de Butrio ... dari voluit conventui Fr. Min. civit. Bon. iii lib. bon. p. m. cant. ... item *ecclesie S. Andree que est Fratrum de Penitentia civit. Bon.* xx sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Lanbertino* Caffetto de Ginydanis, fr. *Bertholomeo* portonario, fr. *Bonmercato* de Feraria, qui ambo dixerunt *etc.*, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Petro* de S. Martino de Aposa, fr. *Mansueto* de Montesorbo et fr. *Ugolino* de Castello, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die xvi eiusdem mensis testator dep. h. t., quod voluit esse secretum, in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Ugolini* de Castello sacrist. dictorum Fratrum, sigilatum sigillo conv. dictorum Fratrum, pp. fr. *Lanberto* de Fabianis et fr. *Nicholao* de Bertenorio ... Bonagratia f. d. Guillelmi de Manzolino not.

29/4160, n. 43. — Orig.

666. Bononiae, 22 martii et 30 aprilis 1295.

Testamentum.

D. Vicentia f. q. d. Antholini de Manzolino et uxor Bernardi q. d. Thomaxini de Pizigottis ... reliq. LXII lib. bon. de quibus voluit, dari et expendi circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., X lib. bon. ... Item reliq. conventui Fr. Min. de Bon. X lib. bon. p. m. dicendis; item fr. *Bertholomeo* suo fratri Ord. Fr. Min. C sol. bon. p. s. n.; item fr. *Iacobo* de Pozale Ord. Fr. Min. XL sol. bon. ... Et ad predicta omnia et singula exequenda constituit suos comiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit et fr. *Bertholomeum* q. d. Antholini de dicto Ordine Fr. Min. et illum vel illos quem vel quos ponere vellent loco eorum vel alterius eorum ... quibus ... dedit plenam licentiam *etc.* Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Iacobo* de Pozale sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Lanfranchino* de Placentia, fr. *Lanfredo* de Cremona, fr. *Iohanino* de Cremona, fr. *Tranchedino* de Bagno, fr. *Iacobino* de Parma et fr. *Francisco* sartore, omnes de Ord. Fr. Min. ...

Die ultimo aprilis eiusdem anni fr. *Franciscus* sartor procur. dicte testatrizis dep. h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in sacristia dictorum Fratrum in manu fr. *Bonagratie* de Lamandina sacrist. sacristie Fr. Min. de Bon. ... pp. fr. *Petro* Picinino et fr. *Bertholucio* de Strata maiori, omnes de Ord. Fr. Min. ... Gerardus Ferarii not.

28/4160, n. 45. — Orig.

667. Bononiae, 7 aprilis 1295.

Bonorum divisio.

Miser Uberto, miser Bertholomeo et Francesco, fradegli e figloy che son de miser Federigo di Pavanisi, et Bituzo, figlol che fo de Miser Iacomo de miser Federigo di Pavanisi, de tuti gli beni loro comunay si stabili chomo mobili chi gl'anno inseme, uolendo uignire a diuisione perchè zaschun recognosca la soa parte, ànno fatto inseme questa concordia *etc.* ... Anchemo' che questa scritta debia esser posta in la sacristia di Fra' Minuri e lì stare in perpetua per auctentico e ch'ella non possa esser tratta se non per comunal concordia de tuti loro inseme, ma chin uorà copia de loro possa tor' n asemplo ... Fatta e publicata in la sacristia di Fra' Minuri da Bologna, in presencia del fra *Matheo* Custode del convento, fr. *Ugolino* de Castello sacristano et del fra *Nicolò* di Guastavillani, di septimo intrante aurile. Henreghetto da le Querze not.

28/4160, n. 46. — Orig. In dorso « Hec cedula est deposita per dd. Ubertum, Bertholomeum, Franciscum et Betutium de Pavanensibus perpetuo permansura in sacristia, nisi de voluntate omnium eorum in concordia peteretur, que in eo casu restitui possit eis. — Si quis eorum voluerit copiam huius cedule, possit sumere exemplum, et nullus alius ». — Integre ed. A. Gualandi, ***Accenni alle origini della lingua e della poesia italiana*** etc. p. 18-22.

668. Bononiae, 21 aprilis 1295.

Testamentum.

D. Iullianus f. q. Henrigipti ... reliq. de bonis suis XL sol. bon., de quibus dari voluit fr. *Iacobo* de Pozali Ord. Fr. Min. XX sol. bon. p. s. n.; item reliq. alios XX sol. bon. fr. *Gandolfino* de Mutina Ord. Fr. Min. p. s. n. Item reliquid, iure legati, de

aliis suis bonis fr. *Amadori* de Ponticlo VII sol. bon., quos dixit ei dare debere pro quodam suo orto ... Actum Bononie *sub porticu reclausti ecclesie* Fr. Min., pp. fr. *Gandolfino* de Mutina sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Zanelino* da Carpo, fr. *Iohanne* de Albengana (?), fr. *Ugolino* de Castello, fr. *Iohanne* de Regio, fr. *Bertholomeo* de Butrio, fr. *Bonagratia* de Lamandina et fr. *Gerardo* de Provincia, omnes de Ord. Fr. Min. ...

Eodem die dictus testator dep. h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in sacristia dictorum Fr. in manu fr. *Bonagratie* de Lamandina sacrist. sacristie dictorum Fratrum Min. de Bon., pp. fr. *Zanelino* de Carpo et fr. *Ubertino* de Forlivio de Ord. Fr. Min. ... Gerardus Ferarii not.

28/4160, n. 48. — Orig.

669. Bononiae, 21 et 22 aprilis 1295.

Testamentum.

D. Ysota f. q. d. Thomaxini de Tibaldis et uxor Nicholay d. Munxi de Sabadinis ... relinquid c lib. bon. distribuendas per comiss. suos infrascr., de quibus c lib. bon. expendi voluit ad faciendam unam sepulturam, quam sibi elegit et esse voluit apud eccl. Fr. Min. de Bonon., et in uno pallio ad portandum supra funus xx lib. bon., de quo pallio iussit et voluit fieri debere unam planetam, ad serviend. altaria dicti loci Fr. Min. Item reliquid III lib. bon. fr. *Acino* Ord. Min. p. s. n. Item relinquid de aliis suis bonis comiss. suis infrascriptis IIII lib. bon. p. s. n. ... Ad omnia et singula exequenda relicta p. a. s. esse voluit Guardianum qui p. t. fuerit Ord. Fr. Min. de Bon. et fr. *Acinum* Ord. dicti loci, dans eisdem licentiam *etc.* ... Et si dicti comiss. sui vel alter ipsorum commode non posset interesse, sua eorum propria auctoritate possint et debeant eligere unum vel plures qui habeant eandem auctorit. dictorum comiss. ... Actum Bononie in *scolis* dictorum Fratrum Min., pp. fr. *Francisco* de Ignano, fr. *Manfredo* de Thomariis, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Martino* de Guastavilanis, fr. *Bartolomeo* de Prindipartibus, fr. *Petro* de Ramponibus, fr. *Petro* de Ymola, omnibus Fratribus dicti loci, et fr. *Raynerio* de Ghisleriis, Ord. Fr. de Penitencia, qui asseruit *etc.* ... qui fr. *Raynerius* constitutus (est) procur. ad deponend. h. t. in sacristia dictorum Fratrum.

Die sequenti dictus fr. *Raynerius* dep. dictum t. sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum in manibus fr. *Bonagratie* sacrist. dictorum Fratrum, pp. fr. *Iacobo* de Placencia et fr. *Ubertino* de Furlivio ... Oliverius q. Iohannis Martelli not.

28/4160, n. 50. — Orig.

670. Bononiae, 26 et 28 aprilis 1295.

Testamentum.

D. Benvenutus q. d. Ugolini de Cresceneiis ... reliquid conventui Fr. Min. p. a. s. x sol. bon. ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min., pp. fr. *Nicholino* d. Michaelis de Butrio, fr. *Petro* d. Lanbertini Ramponis, fr. *Iohanino* de Cremona, fr. *Nicholao* de Munarolis, fr. *Albertino* de burgo S. Felicis, fr. *Marchixino* de Mutina, fr. *Thomaxio* de Piperatis, et fr. *Mellio* de Cremona ...

Die XXVIII eiusdem mensis dictus testator dep. h. t. in manibus fr. *Bonagracie* sacriste Fr. Min., ipso existente in ipsa sacristia, pp. fr. *Francisco* de burgo Peradelli et fr. *Pelegrino* de Policino, fratribus de dicto Ord. Min. ... Bene Predalbini not.

28/4160, n. 51. — Orig.

671. Bononiae, 27 aprilis 1295.

Testamentum.

D. Bertholamea f. q. d. Guillelmini de Malavoltis ... reliq. xxx lib. bon., de quibus dari voluit *etc.* ... Reliquos vero ... voluit dari et expendi circha funus et sepult. suam, quam sepult. sibi elegit penes eccl. S. Francisci de Bon. ... Actum Bononie ... Rolandus Falchonus not.

28/4160, n. 52. — Orig.

672. Bononiae, 29 aprilis 1295.

Pro stratura ante eccl. B. Francisci.

Conscilium populi et masse populi comunis Bonon. fecit nobilis milex d. Ienazius de Saglimbenis de Plazencia Capitan. populi Bonon. ... in pallatio novo dicti com. Bon. ... more solito congregari. In quo quidem conscilio fuerunt plusquam due partes Anzianorum et Consulum civit. Bonon., de quorum consensu et voluntate proposuit infrascripta, super quibus omnibus et singulis petiit sibi conscilium exiberi:

Item quod Dacium vel Gabellam circlarum comunis Bon. dentur et vendantur ad incantum, exceptis quas habent Fr. Heremitani de S. Iacobo Strate S. Donati, salvo quod de pecunia que percipietur de dictis daciis circlarum debeat dari et solvi Fratribus Min. vel eius syndico, sive fr. *Guilielmo* de Pauzonibus suprastanti laborerio sallegate, que est ante ecclesiam S. Francisci Ord. Fr. Min., omnem quantitatem pecunie necessariam ad dictam sallegatam complendam, que incepta est super fossato comunis et im publico comunis Bonon.

In Reformatione cuius conscilii placuit quasi toti conscillio, facto partito per dictum d. Capit. de sedendo ad levandum, et ad scrutinium cum fabis albis et nigris ... placuit ponentibus fabas albas, qui fuerunt n. CCLXXXXI, quod supradicta provisio, que loquitur de facto circlarum comunis Bonon. et incipit « Item quod Dacium *etc.* » sit firma, valeat et teneat, et habeat plenum robur et effectui demandetur in omnibus et per omnia, prout scripta est et lecta fuit in presenti conscilio, ex auctoritate presentis conscilii, non obstantibus *etc.* ... Illi qui posuerunt fabas nigras in contrarium fuerunt n. LI ... Ego Guido q. Lambertini de Stifunti not. scripsi et publicavi.

28/4160, n. 53. — Orig. In dorso « Determinatio pro silegata ante eccl. [S. Francisci]. = Cf. nn. 465, 535.

673. Faventiae, 4 maii 1295.

Sorores S. Clarae Faventiae synd. et procur. constituunt ad partem quorumdam bonorum sibi spectantem vendend., quae indivise possident cum Sororibus S. Clarae Forilivii.

Cum *monasterium et conventus Dominarum Sororum sive Monialium S. Clare de Faventia,* quod dicitur *locus fr. Viviani,* habeant, teneant et poscideant medietatem unius petie terre arat., vineat. et prativ., quam dixerunt esse XXVII tornat., indivise cum *Sororibus et conventu Sororum S. Clare de Foroliv.,* posit. in comitatu Bononie, in curia Castri Brittorum, in loco qui dicitur « Tauletum », cum quadam domo

coperta cuppis, posit. et constructa in dicta petia terre ... item medietatem unius domus indivise cum dictis *Sororibus de Foroliv.,* posit. in dicta curte, in loco qui dicitur « la Plana » ... item medietatem unius petie terre prativ. indivise cum dictis Sororibus, posit. in dicta curte, in loco qui dicitur « Sechetum », quam esse dixerunt VIII tornat. ... et medietatem unius petie terre VIII tornat. indivise cum dictis Sororibus, posit. in comitatu Bonon. in curia Castenaxii, que dicitur « Clausuria Petroboni » ... et predicte possessiones et domus nimium distent et longinque sint a conventu et loco dictarum *Dominarum S. Clare de Faventia,* et honerose parumque utiles monast. et Sororibus supradictis, et ob ipsarum longitudinem et distantiam, fructus et redditus dictarum rerum comode, non sine magnis laboribus et expensis, percipere et habere possint, et etiam locus et conventus dictarum Sororum, ad presens gravetur pluribus expensis et debitis contractis pro utilitate et necessitate dicti monasterii et conventus, et sic dictis de causis et aliis necesseitas dictas res allienandi immineat, nec ad presens existant alique res mobiliares, que comode vendi possent, et dictarum rerum vendictio et alienatio sit ipsi monasterio minus dampnosa quam alicuius alterius rei vel possess. dicti monasterii et conventus; ideo d. sor. *Agnes* abbatissa dicti monast. et conventus, una cum Sororibus dicti monast., loci et conventus, silicet sor. *Nobilis* de Faventia, sor. *Caterina* de Faventia, sor. *Benedicta,* sor. *Andrea* de Faventia, sor. *Anthonia* de Faventia, sor. *Mathia* de Faventia, sor. *Franscischa* fr. Peregini de Bononia, sor. *Peregrina* de Faventia, sor. *Francischa* fr. Vitalis de Bononia, sor. *Zoanna* de Castrocaro, sor. *Hugolina* de Faventia, sor. *Bartholomea* de Faventia, sor. *Cecilia* de Bononia, sor. *Margarita* de Faventia, sor. *Clara* Marsupini, sor. *Thomaxina* de Lamola, sor. *Thomaxina* Ministri de Bononia, sor. *Sophia* de Tuscia, sor. *Thomaxia* de Faventia, sor. *Agnes* de Faventia, sor. *Clara* de Glauzano, sor. *Agnes* de Faventia, sor. *Imigla* de Castrocaro, sor. *Cristina* de Faventia, sor. *Francischa* de Faventia, sor. *Pacifica* de Faventia, sor. *Bonaventura* de Florentia, sor. *Thomaxina* de Samaritanis, sor. *Bartholomea* de Prindipartis, sor. *Clara* de Faventia, sor. *Beatrixia* de Susinana, sor. *Beatrixia* de Bononia, sor. *Iohanna* de Faventia, sor. *Elysabet* de Faventia, sor. *Tramontana,* sor. *Malgarita* de Auzano, sor. *Iohanna* de Pontremolo et sor. *Ghysila* de Faventia, choadunatis ad sonum campanelle in *parlatorio* ecclesie dictarum Sororum, iuxta gradam feream, specialiter nomine et occasione constituendi et faciendi ac creandi syndicum infrascriptum ad faciend. vend. de predictis rebus, habito etiam solempn. tractatu et deliberatione in loco predicto, et ipse Sorores omnes unanimi voluntate cum predicta d. abbatissa et dicto earum monasterio et conventu exempto a lege dioc. iurisdictionis, ut in earum cartis et privilegiis de ipsa exemptione patet, a me not. infrascripto visis et lectis, ipsis etiam sororibus existentibus plusquam duobus partibus et ultra, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt ser Lambertinum q. Lombardi de Bononia capelle S. Iuliani presentem et mandatum sponte suscipientem, earum et dicti monasterii et conventus syndicum, procuratorem, actorem, defensorem, negotiorum zestorem et nuntium specialem specialiter ad dandum, vendendum, tradendum predictas res et quamlibet predictarum, et ad conveniendum de pretio ipsarum rerum et cuiuslibet earum et ad pretium recipiendum ... et in utilitatem dicti monast. et conventus ipsum pretium converti faciendum ... et ad inpetrand. et inveniend., nomine dicti monasterii et conventus, licentiam, si eidem videbitur expedire, a d. Legato d. Pape de ipsa venditione facienda et generaliter ad omnia et singula que in predictis fuerint opor-

tuna et que ipsemet Sorores facere et exercere possent, et bona dicti monast. et Sororum pro predictis omnibus observandis obligand., dantes et conced. di[cto] earum syndico et procur. plenum, liberum et generale mandatum in predictis, cum libera et generali aministratione, promittentes predicte d. Abbatissa et Sorores per se et nomine dicti monast. et earum suc. ... se gratum, firmum et ratum perpetuo habitur. quicquid per dictum earum syndicum sive procur. factum fuerit in predictis, sub obligatione bonorum dicti monast., Sororum eius et conventus. Actum apud *monasterium S. Clare de Virginibus, quod dicitur locus fr. Viviani prope Faventiam, in parlatorio ante gradam feream* [...] est inter ipsum monasterium et ecclesiam dicti monasterii, pp. testibus fr. *Michaele* de Arimino, fr. *Bonacurso* de Triguisio, fr. *Raynerio* de Agrestis de Bononia, fr. *Iacobo* de Imola et fr. *Martino* de S. Aghata, ad predicta audienda vocatis et rogatis. Salvolinus not. scrips.

28/4160, n. 55. — Exempl. non authenticum.

674. Bononiae, 14 et 15 maii 1295.

Testamentum.

D. Ymelda f. q. d. Bonelli q. d. Dendi et Predoxa ... reliq. p. a. s. xxv lib. bon., quas voluit expendi tam circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., quam alibi ... Item reliquid i. l. fr. *Iacobo* de Pozali Ord. Fr. Min. p. s. n. c sol. bon.; item fr. *Nascinbene* de Pozali Ord. Fr. Min. c sol. bon. p. s. n. ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Iacobo* de Pozali sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Henricho* de Perticonibus, fr. *Landulfo* de Cazanimizis, fr. *Michaele* de Castagnolo, fr. *Petro* d. Lanbertini Ranponis, fr. *Thomaxio* de Portanova, fr. *Franceschino* de Regio, fr. *Chixino* de Cremona et fr. *Guasparino* de Bonon., omnes de Ord. Fr. Min. ...

Die sequenti fr. *Iacobus* de Pozali procur. dicte testatricis dep. h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in sacristia dictorum Fratrum in manu fr. *Bonagratie* de Lamandina sacrist. sacristie Fr. Min. de Bon. ... pp. fr. *Iohanino* de Maltaiatis et fr. *Guilielmino* de Regio ... Gerardus Ferarii not.

28/4160, n. 56. — Orig. — In dorso « Die tertio mensis [...]tibus fr. *Bartolomeo* de Manzolino [...] fuit publicata [...]

675. Bononiae, 1 iunii et 27 iulii 1295.

Testamentum.

D. Beatrixia f. q. d. Iacobi Pixarini et uxor q. d. Michaelis de Canetulo ... reliq. xxv lib. bon., de quibus dari voluit fr. *Maynerio* Ord. Fr. Min. suo confessori III lib. bon.; item fr. *Landulfo* de Cazanimizis de dicto Ord. III lib. bon.; item fr. *Iohanino* de Portanova de dicto Ord. xx sol. bon.; item fr. *Petro* de Canetullo de dicto Ord. xx sol. bon. ... Residuum vero voluit dari et expendi circha funus et sepult. suam vel alibi ubi melius visum fuerit p. a. ipsius testatricis comiss. suis infrascr., quam sepulturam suam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. Item voluit et iussit poni solum in terra et non in archa. Et ad predicta omnia et singula exequenda constituit suos comiss. fr. *Maynerium* Ord. Fr. Min., fr. *Landulfum* de Cazanimizis dicti Ord. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Nicholino* de Strata maiore sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Alberto* de Banbaglolis, fr. *Iacobo* de Faventia, fr. *Fran-*

cischo de Thebaldis, fr. *Henrico* de Argellata, fr. *Bonaventura* de Fregnano, fr. *Petro* Pizinino, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die xxvii iulii eiusdem anni, fr. *Bonaventura* de Fregnano proc. dicte testatricis dep. h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in sacristia dictorum Fratrum in manu fr. *Francissi* sartoris sacriste Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Francischo* de Ygnano et fr. *Nicholino* de Strata maiori ... Gerardus Ferarii not.

28/4160, n. 57. — Orig.

676. Bononiae, 1 iunii 1295.

Testamentum.

D. Iacobinus q. Usepi de Sala ... voluit s. t. esse secretum, et debere poni et conservari in sacristia Fr. Min. et presentari ubi et sicut et quando debuerit secundum formam stat. et ord. com. Bon., et ad maiorem firmitatem iussit dictum test. sigillari sigillo conventus vel Guardiani ipsorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Blasio* de Barbaria, fr. *Bonaventura* de Gisso sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Rigo* de Argellata, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Henrigo* de Abaisio, fr. *Albertino* de burgo S. Felicis et fr. *Bonaventura* de Fanano, omnibus de Ord. Min. ... Graciadeus Aymerici not.

28/4160, n. 58. — Orig.

677. Bononiae, 21 et 22 iunii 1295.

Codicillus.

Verum est d. Honestam f. q. d. Iacobi de Foglatoribus et uxorem d. Andree de Rocha ... suum fecisse test. script. manu mei Gerardi not., quod quidem test. presentibus codicillis approbat et confirmat, hoc addito quod quandam petiam terre vineate posit. in curia Cereluli comit. Bonon., que fuit d. Agnexine q. sue matris, iuxta *etc.* ... reliquid p. a. s. conventui Fr. Min. de Bonon., que vendi possit per comiss. suos in test. suo relictos ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Gandofino* de Mutina sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Iacobo* de Faventia, fr. *Thomaxio* de Portanova, fr. *Bertholomeo* de Sexena et fr. *Bonazunta* de burgo Peradelli, omnes de Ord. Fr. Min. ...

Die sequenti fr. *Gandolfinus* de Mutina proc. dicte d. Honeste dep. dictos c. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonagratie* de Lamandina sacrist. sacristie Fr. Min. de Bon. sigillatos sigillo conv. Fr. Min. de Bon. ... pp. fr. *Iohanne* de Asisio et fr. *Petro* de Ymola ... Gerardus Ferarii not.

28/4160, n. 61. — Orig. = Cf. n. 639.

678. Bononiae, 24 iunii 1295.

Testamentum.

D. Agnesina f. q. d. Alberti de Malavoltis et uxor q. d. Gallaotti de Lambertinis ... p. a. s. de bonis suis reliquid cxxx lib. bon., de quibus dari et expendi voluit circha funus et sepult. suam x lib. bon. et non ultra, quam sibi ellegit apud eccl. S. Francisci de Bon. ... Item voluit dari fr. *Addam* Ministro Ord. Fr. Min. in *provincia Romandiole sive Lombardie* x lib. bon., et si tempore mortis dicte testatricis, dictus Frater

non viveret vel extaret, voluit dictam quantitatem pecunie expendi in missis cantandis et celebrandis pro ipsius anima; item fr. *Gandulfino* de Ord. Fr. Min. de Bon., confessori dicte testatricis, p. s. n. III lib. bon.; item fr. *Henrico* de Perticonibus de dicto Ord. p. s. n. XL sol. bon. Item voluit expendi et dari in uno bono viro, qui pro ipsius anima debeat ire in suxidium Terre Sante de ultra mare, si dictum passadium fieret infra VII annos post decessum dicte testatricis, LX lib. bon. Et quod eius heres infra III annos post decessum dicte testatricis debeat solvere dictam quant. pecun. infrascriptis suis commiss., et quod infrascr. sui commiss. si licite possent percipere dicto medio tempore aliquam utilitatem de dicta quant. pecun., quod ipsa quantitas ... expendi et dari voluit in utilitatem dicti passadii. Si vero dictum passadium non fieret infra dictum tempus VII annorum, voluit dictam quantitatem pecunie expendi per commiss. suos, infrascripto modo, silicet XXV lib. bon. conventui Fr. Min. de Bononia ... residuum vero ... voluit dari et expendi et distribui ubi melius et utilius dictis suis commiss. visum fuerit pro anima ipsius. Item dari voluit de ipsa quantit. relicta per eam pro ipsius anima XV lib. bon. conventui Fr. Min. de Bonon. Constituit suos commiss. fr. *Addam* et fr. *Gandulfinum* predictos, vel alios quibus per eos comitteretur, et si tempore mortis dicte testatricis predicti commissarii non extarent, voluit dictam commissariam pervenire ad Guardianum Fr. Min. de Bon. qui tunc temporis esset ... Voluit s. t. deponi debere in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo dicti conventus ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Gerardo* de Provincia, fr. *Guillelmo* de Appulea, fr. *Stephano* de Ungaria, fr. *Leonardo* de Tibori, fr. *Roberto* de Pergamo, fr. *Paciente* de Pissis, fr. *Iacobo* de Pennis, fr. *Gandulfino* de Mutina, omnibus sacerdotibus et omnibus de Ord. Fr. Min., qui omnes asseruerunt *etc.* Rolandus Falchonus not.

24/4156, n. 32. — Orig.

679. Bononiae, 24 et 26 iulii 1295.

Testamentum.

D. Bonitus Alberti ... volens *B. Francischi limina visitare*, nolens decedere intestatus, suum test. disposuit in hunc modum. In primis quidem reliq. XX lib. bon., de quibus reliquid Fratrum Min. (*sic*) de Bonon. X sol. bon. ... Actum Bononie in *domo* Fr. Min. de S. Francischo, pp. fr. *Iohanino* de Maltaglatis, fr. *Iohanne* de Mutina, fr. *Alioto* de Parma, fr. *Francischino*, fr. *Ugolino* de Rimino, fr. *Bonazunta* de Bononia et fr. *Iohanne* de Ugiano, qui asseruit *etc.*

Die XXVI eiusdem mensis istud test. dep. fuit per fr. *Iohannem* de Ugiano in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Vindimiatore* de Feraria et fr. *Bonmercato* de Feraria ... qui quidem fr. *Iohannes* institutus fuit procur. a dicto testatore in presentia omnium testium qui sunt scripti in dicto test. Petrobonus q. Clarelli not.

28/4160, n. 63. — Orig.

680. Bononiae, 29 iulii 1295.

Testamentum.

D. Rolandus q. d. Bernardini Merzarii ... sepelliri voluit apud ecclesiam B. Francissci Ord. Fr. Min. de Bonon., volens et mandans sumptus necessarios, utiles et

honestos, tam circha funus et sepult. suam, quam in septimo, trigessimo, centessimo et anniversario sui obitus fieri, de bonis suis, per comiss. suos ... Item dari voluit Fr. Min. de Bon. p. m. cant. IIII lib. bon. ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi (sibi heredes instituit) quos Guardianus Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit duxerit nominandos ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Alberto* de Corvis, fr. *Zanillino* de Carpo, fr. *Rolandino* Armani sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Lamberto* de Fabianis, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Pellegrino* de Principibus, fr. *Henrico* de Baysio, fr. *Thomaxio* de Ymola, omnes Fr. Min. ...

Eodem die d. Rolandus testator dep. h. t. penes fr. *Francisscum* sacristam Ord. Min., ut ipsum test. sigillo conv. Fr. Min. sigillet ... pp. fr. *Alberto* de Corvis et fr. *Rolandino* Armani, qui dixit *etc.* Michael Petri Specialis not.

28/4160, n. 64. — Orig.

681. Bononiae, 31 iulii 1295.

Testamentum.

D. Iohannes de Baxelea f. q. d. Brocaldi not. civit. Baxilien. ... reliquid sororibus suis Monialibus monasterii de Blazein, silicet Hedoyge et sor. Margarite Decretum suum, quod est in potestate cognati sui d. Gualterii civis Baxilien. dicti Hysner ... Item reliquid de bonis suis, sorori sue *Helizabet* moniali de Monasterio de Engloberg, dum modo vivat, duas marchas argenti ... conventui monast. monialium de Blacein Ord. Cistercien. II marchas argenti ... Item reliquid, de bonis suis, duas marchas argenti fr. *Nicholao* de Filiburgo Ord. Min. ... que dari debeant per eum, sicud ipse testator horetenus sibi dixit ... item reliquid Decretales suas, obligatas dominis de Poetis pro XVIII lib. bon. die XXVIII iullii, et omnia alia sua bona mobilia et inmobilia, que habet in civit. Bonon., fr. *Nicholao* de Allamania Ord. Fr. Min. studenti Bononie et d. Henrico canonico eccl. S. Iohannis Constanciensis, que Decretales et bona dari et distribui debeant per eos, ubi melius et utilius eis visum fuerit p. a. ipsius test., dum tamen dictus fr. *Nicholaus* possit de dictis bonis retinere V lib. bon. p. s. n. ... Voluit s. t. esse secretum donec vixerit, et sigilari sigillo conventus Fr. Min. de Bonon. et deponi et servari in sacristia dictorum Fratrum secundum formam stat. et ord. com. vel pop. Bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Nicholao* de Filiburgo sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Stephano* de Ungaria, fr. *Leonardo* de Tibore, fr. *Petro* de Yspanea, fr. *Anthonio* de Trivixio, fr. *Bonagratia* de Lamandina et fr. *Roperto* de Bergamo, omnes de Ord. Fr. Min. ... Gerardus Ferarii not.

28/4160, n. 65. — Orig.

682. Bononiae, 2 augusti 1295.

Testamentum fr. Matthaei de Valle Maiori, nov. in Ord. Fr. Min.

Matheus q. Zanelli qui fuit de Valmazore comitatus Ymole ... quia receptus est in Ord. Fr. Min. et nondum habet habitum, nuncupativum suum test. sine scriptis in hunc modum facere procuravit, in quo quidem instituit sibi heredes in omnibus suis bonis d. Ugolinum qui fuit de Valmazore et nunc moratur Bononie, et d. Ghiselam f. q. d. Ugolini que moratur in terra Ymole, equis portionibus, que bona inter cetera sunt hec: silicet una domus posit. in terra Ymole in capella S. Iacobi, iuxta *etc.* ... salvo semper quod dicta d. Ghisela ea bona que sibi obvenerint occasione dicte he-

reditatis non possit vendere, alienare vel obligare, set solum ea usufructuare et usumfructum habere, donec vixerit; post mortem vero ipsius, vult quod Guardianus Fr. Min. de *Ymola* distribuat illa bona ubi melius et utillus ei videbitur p. a. dicti testatoris ... Vult dictum s. t. deponi in sacristia Fr. Min. de Bonon. et sigillari debere sigillo conventus seu Guardiani dictorum Fratrum; ita quod dicto testamento fides habeatur ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Bonaventura* de Fano, fr. *Manfredo* de Thomaris, fr. *Ameo* de Azis, fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Alberto* de Corvis, fr. *Iohanne* de Ymola et fr. *Gerardino* de Alerariis sacerdote, qui dixit *etc.* ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

29/4161, n. 1. — Orig.

683. Bononiae, 8 augusti et 1 decembris 1295.

Testamentum

D. Guido q. Melige ... reliquid i. l. fr. *Lambertino* Cafito de Ord. Fr. Min., x sol. bon. ... Actum Bononie in *capitulo* ecclesie Fr. Min., pp. fr. *Lambertino* Cafito, fr. *Iacobo* de Penis, fr. *Iohanne* de Mutina, fr. *Rofino* de Placentia sacerdote, fr. *Bertholomeo* de Gisso, fr. *Pellegrino* de Principibus.

Eodem anno die primo decembris fr. *Lambertinus* Cafitus, proc. predicti testatoris ad ponend. h. t. in sacristia Fr. Min., t. predictum dedit et dep. in manibus fr. *Bonagratie* sacrist., pp. fr. *Gandolfino* de Mutina, fr. *Francisco* de Ygnano et fr. *Rogerio* de Poetis ... Zacharellus q. Petri de Gisso not.

29/4161, n. 3. — Orig.

684. Bononiae, 12 et 13 augusti 1295.

Testamentum.

Fr. *Benvenutus* q. d. Pedrini de Sala, familiaris *Dominarum et Sororum S. Francisi de Bononia* ... reliquid xviii lib., et iiii sol. bon. dari debere illis personis que scripte sunt in quadam cedula, que est penes fr. *Petrum* de Canetulo *capelanum ecclesie Sororum S. Francisi de Bonon.*, vel qui (*sic*) erit penes alium capelanum qui esset loco sui, silicet illas quantitates pecunie que in ipsa cedula continentur. Item de aliis suis bonis reliquid p. a. s. et dari voluit *Fratribus qui erunt apud ecclesiam Sororum S. Francisi* p. m. cant. iii lib. bon.; item conventui Fr. Min. de Bon. p. m. xx sol. bon. ... Et ad predicta omnia et singula exequenda suos comiss. esse voluit *capellanum seu confesorem Dominarum et Sororum S. Francisi de Bonon.* qui nunc est vel p. t. fuerit. Et si dictus capelanus nollet se de dicta comissaria intromitere, possit loco sui alium elligere comiss. ad suam voluntatem, dans eidem comiss. vel alio ellecto per eum, loco sui, plenam et liberam potestatem accipiendi de bonis suis et ea vendere *etc.* ... In omnibus autem aliis suis bonis mobilib. et inmobilib, iuribus *etc. conventum Sororum S. Francisi de Bonon.*, seu pauperes Christi quos d. Abbatisa dicti conventus elligere voluerit, sibi heredes instituit ... Actum Bononie *in domo Sororum S. Francisi de Bon.*, pp. fratribus *Gandolfino* de Mutina et fr. *Iacobo* de Vernacia presb. de Ord. Fr. Min., fr. *Francisco* de Parma de dicto Ord., qui dixerunt *etc.*, fr. *Alberto* q. Conosentis, fr. *Henrico* converso dictarum Sororum S. Francisi ...

Die sequenti fr. *Iacobus* de Vernacia de Ord. Fr. Min. procur. dicti testatoris... dep. h. t. ... in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonagratie* sacriste, faciens ipsum sigilari sigillo conv. predictorum Fratrum Min., pp. fr. *Iohanino* de Regio et fr. *Iohanne* de S. Columbano, de Ord. Fr. Min. ... Michael q. Ugolini de Meserazano not.

29/4161, n. 6. — Orig.

685. Bononiae, 14 augusti et 1 decembris 1295.

Testamentum.

D. Todisca q. Aldrevandi et uxor q. Alberti de Munseverio ... reliq. x lib. bon., quas expendi debeant circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... Item reliquid fr. *Gandolfino* de Mutina de Ord. Fr. Min., xx sol. bon. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Guido* de Zapolino sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Guasparino*, fr. *Gerardino* de Lelario, fr. *Gandolfino* de Mutina, fr. *Zanellino* de Carpo, fr. *Bonmercato* de Feraria et fr. *Francisco* sacrestano.

Eodem anno die primo decembris fr. *Gandolfinus* de Mutina, procur. predicte testatricis ad ponend. h. t. in sacristia Fr. Min., test. predictum dedit et deposuit in manibus *Bonagratie* sacrist., pp. fr. *Lambertino* Cafilo et fr. *Francisco* de Ygnano ... Zacharellus q. Petri de Gisso not.

29/4161, n. 5. — Orig.

686. Bononiae, ... septembris 1295.

Testamentum.

D. Iohannes f. q. d. Iohannis de Zapulino ... de bonis suis p. a. s. reliquid L lib. bon., de quibus dari voluit et satisfieri omnibus illis personis quibus reperiretur aliquid ab eis habuisse ocaxione male ablatorum faciendo fidem legitimam comiss. suis. Item reliquid conventui Fr. Min. de Bon. v lib. bon. ... item fr. *Guidoni* suo fratri v lib. bon.; item cuilibet testi qui fuerit testis huic test. v sol. bon. ... Reliquum vero voluit distribui et expendi circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., in sepulclo (*sic*) parentum suorum, et in die septimo, trigesimo et centesimo et annali et alibi ubi melius videbitur comiss. suis, quos suos comiss. esse voluit ad predicta omnia exequenda et singula d. Devotam uxorem suam, que omnia teneatur facere cum consilio et ascensu fr. *Guidonis* fratris ipsius testatoris, quibus ex nunc dedit plenam licentiam *etc.* ... Et hec omnia vult habere effectum existentibus sibi filiis masculis de ipsa d. Devota uxore sua natis; si autem contingeret eum mori sine filiis masculis de ipsa uxore sua natis, tunc reliq. c lib. bon. p. a. s. expendendas secundum formam predictam per comiss. suos, quos in eo casu fecit suos comiss. generales ad omnia et singula suprascripta et infrascripta expendenda, cum condictionibus appositis, d. Petrum q. Arpinelli et d. Addelaxiam sororem ipsius testatoris ... Item reliquid fr. *Guidoni* suo fratri c lib. bon., quas sibi tenebatur ex testamento patris sui ... Item reliquid de bonis suis, iure institutionis, Nicholao filio suo unam suam vineam posit. in curia Ponticli, iuxta *etc.* ... si autem dictus Nicholaus nolet vel non posset dictam vineam capere, aut per heredes suos impediretur capere eam ... devolvatur ad pauperes Christi quos fr. *Guido* de Zapulino de Ord. Fr. Min., frater ipsius testatoris, ellegerit vel nominaverit vel predicti d. Petrus et d. Adelaxia comiss. sui cum consilio Guardiani conventus Fr. Min. de Bonon., si

dictus fr. *Guido* non viveret, salvo quod non possit elligere aliquam domum religiosam vel conventualem, et condempnat hered. suos in cc lib. bon. et in expensis quas propter hoc fecerit; que si ad dictum Nicholaum pervenire non poterunt, deveniant ad pauperes Christi secundum predictum modum et condictionem. In omnibus vero aliis suis bonis mobilib. et inmobilib., iuribus *etc.* Guidonem f. suum sibi hered. instituit. Si vero alii filii masculi legittimi ex quacumque uxore sua legitima sibi nascerentur, unum vel plures, equaliter cum predicto Guidone sibi hered. instituit. Tutores autem dicti Guidonis sui filii et hered. et Francische et Castore et Lucie filiarum suarum esse voluit d. Devotam uxorem suam et d. Petrum q. Arpineli ... qui ... omnia faciant per consilium, voluntatem et ascensum dicti fr. *Guidonis* de Zapulino de Ord. Fr. Min. fratris dicti testatoris, cui, bis in anno, teneantur de introytibus et expensis reddere rationem, vel ei cui ipse fr. *Guido* comiserit. Et non possint de rebus predicte heredit. vendere vel obligare aud quoquo modo alienare tam mobilia quam inmobil. sine consensu et voluntate dicti fr. *Guidonis.* Et si dictus d. Petrus aud dicta d. Devota vel alter eorum nolet aud non posset gerere predictam tutele administrationem, licentiam habeat dictus fr. *Guido* et potestatem ponendi alios loco ipsorum vel alterius eorum. Eodem modo et eadem licentia et potestate possit eos cassare et in loco eorum alios subrogare quandocumque et quocienscumque eidem fr. *Guidoni* videbitur expedire ... et ad omnia teneantur sicud primi. Tutorem autem Nicolay f. sui constituit mag. Iohannem de Vicencia repetitorem in grammatica ... vel illum quem dictus fr. *Guido* nominaverit ... Si vero contingeret, quod absit, quod Guido predictus f. s. et heres vel alii filii sui nascituri ex quacumque uxore sua legittima morerentur in pupillari etate, vel post, sine test. et filiis ... tunc substituit eis quamlibet filiarum suarum natarum et nasciturar. in cc lib. bon. ... et L lib. bon. expendantur per pauperes Christi per comiss. suos cum consilio, volunt. et ascensu fr. *Guidonis* supradicti si viveret, sin autem cum consilio Guardiani Fr. Min. de Bon. In reliquo substituit ei vel eis Nicholaum f. s. vel eius filios masculos et filias feminas, quelibet in cc lib. bon. si non viveret. Si vero dictus Nicholaus nolet vel habere prepediretur dictam heredit., pauperes Christi sibi hered. instituit ex nunc ... quos predicti comiss. sui cum consilio predicti fr. *Guidonis* nominaverint, salvo quod non possint elligere aliquam domum religiosam vel conventualem, vel cum consilio Guardiani Fr. Min. de Bon., si dictus fr. *Guido* non viveret. Si autem predictus Nicholaus filios masculos non haberet set feminas tantum et esset defuntus, tunc vult dictus testator quod filie dicti Nicholay quelibet, si fuerit una vel plures, habeat per substit. ccc lib. bon., et Francischa et Castora et Lucia filie ipsius testatoris et relique nasciture ex quacumque uxore sua legittima habeat i. substit. cccc lib. bon. quelibet ... In toto reliquo pauperes Christi predictis filii suis hered. substituit, quos dictus fr. *Guido* ellegerit vel nominaverit cum dictis comiss. suis, et ipsi teneantur facere secundum volunt. et ascensum ipsius fr. *Guidonis;* et si ipse fr. *Guido* non viveret, quos ellegerit Guardianus Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit cum predictis comiss. ... Item voluit predictus testator quod omnes filie sue tam nate quam nasciture nubant sive Iesu Christo intrantes religionem sive sponso mundano ad sensum et per consilium et consensum et volunt. dicti fr. *Guidonis,* et si contrarium fecerint privat eas vel illam, que hoc facere presumpserit, medietate omnium bonorum que in hoc test. eis reliquid ... Et si aliqua filiarum suarum velet intrare religionem, vult quod de eo quod reliquid eis ... fiat secundum disponicionem dicti fr. *Guidonis,* si viveret ...

Si vero pervenisset ad (Nicholaum s. f.) hereditas fratris vel fratrum suorum per substit. suprascriptum et moreretur in pupilari etate, tunc substituit ei filias suas suprascriptas, si viverent, vel earum filios vel filias in medietate omnium bonorum suorum que reperta fuerint, et in alia medietate substituit ei pauperes Christi quos fr. *Guido* predictus ellegerit, alioquin quos ellegerit Guardianus Fr. Min. de Bon. Et si nulla superviveret de predictis filiabus suis nec earum descendentes, in eo casu substituit pauperes Christi in totum secundum predictum modum et condictionem predictam ... [... not.].

29/4161, n. 8. — Exempl. non authent. = Cf. n. 691.

687. Bononiae, 4 septembris 1295.

Venditio.

Constat d. Agnesiam f. q. d. Zanonis d. Episcopi ... suum fecisse test., in quo quidem test. pauperes Christi sibi heredes instituit, silicet illos quos Guardianus Fr. Min., qui p. t. fuerit, elegerit, ut patet ex test. ipsius script. manu Pacis q. d. Lambertini de Calderariis not. ... Constat etiam religiosum virum d. fr. *Matheum* de Pozale Guardianum Fr. Min. de Bonon. elegisse heredem pauperum Christi hereditatis predicte d. Agnesie, d. *Zaninum* q. Guidonis qui fuit de Mantua, ut patet publico instr. script. manu mey Francisci infrascr. not. Quapropter predictus d. *Zaninus* heres, hereditario nomine dicte hereditatis, iure proprio, vendidit ... d. Diane f. d. Bonavolte de Malavol[...] et uxori q. Guillelmi de Guastavilanis ... peciam unam terre labor. et vineat. posit. in guardia Bonon., in loco ubi dicitur « Val de Ravone », iuxta *etc.* ... pro pretio ... cx lib. bon. ... Actum Bononie in *domo* Fr. Min., pp. d. fr. *Matheo* Botoli Custode Fr. Min., d. fr. *Matheo* de Pozale Guardiano dictorum Fratrum ... fr. *Meo* de Azis et fr. *Henrico* q. d. Petri de Bitifredo ... Franciscus Cambii Attollini not.

29/4161, n. 9. — Orig.

688. Bononiae, 2 octobris 1295.

Testamentum.

Ugolinus q. d. Petri de Malgermis ... i. l. relliquid conventui Fr. Min. de Bon., p. m. cant. p. a. s. infra unum annum post mortem testatoris, c sol. bon. ... Item fr. *Nicholino* Ord. Fr. Min. de Bon. xxv lib bon., et si contingeret eum decedere ante executionem huius test., scilicet dictus fr. *Nicholinus*, voluit quod dicti denarii dari debeant conventui Fr. Min. predictorum de Bonon. Item relliq. pro sepult. sua et exequiis xxx lib. bon., quam sepult. suam elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... Comissarios suos ad supradicta et infrascr. omnia exequenda esse voluit fr. *Nicholinum* predictum Ord. Fr. Min. de Bon. ... Voluit h. t. secretum esse, et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie in *claustro* Fr. Min. in pres. fr. *Nicholini* predicti presbit. Ord. Fr. Min. de Bon., qui dixit *etc.*, d. fr. *Albertino* q. Lanfranchi, d. fr. *Zambono* q. Zamboni de Villanova, fr. *Landulfo* de Cremona, fr. *Iacobo* de Cavagli, fr. *Nicholao* Mulnaroli, fr. *Iohanne* de Ymola, et fr. *Zanilino* de Carpo, omnibus Ord Fr. Min. de Bon. ... Blaxius Ubaldini de Stiglatico not.

29/4161, n. 12. — Orig.

689. Bononiae, 8 et 11 octobris 1295.

Testamentum.

D. Iohanna f. q. fr. Nicholai de Magarottis, et uxor d. Azolini f. q. d. Castelani d. Fabri de Lanbertaciis ... reliquid LX lib bon., de quibus dari voluit ... conventui Fr. Min. de Bon. pro missis cant. XVIII lib. bon.; item fr. *Bonifacio* q. d. Fabri de Lanbertaciis de Ord. Fr. Min. pro orac. faciendis et p. s. n. x sol. bon.; item fr. *Alberto* q. d. Guidonis de Aziis de dicto Ord. x lib. bon.; item sor. *Iacobine* f. q. d. Fabri de Lanbertaciis de Ord. S. Francisci XL sol. bon. p. s. n.; item sor. *Marxibilie* f. q. dicti d. Fabri de Lanbertaciis XL sol. bon. p. s. n. et pro orac. faciendis ... Reliquas autem x lib. bon. expendi et distribui iussit circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. si contigerit eam mori in civitate Bonon. Si autem allibi decesserit, voluit sepeliri ad eccl. Fr. Min. de dicta terra vel civitate, ubi ipsa morietur. Et ad predicta omnia et singula exequenda esse voluit suum comiss. et huius test. executorem predictum fr. *Bonifacium* de Ord. Fr. Min. et quemlibet alium quem dictus fr. *Bonifacius* voluerit nominare ... dans et concedens eidem fr. *Bonifacio* suo comiss. plenam licentiam *etc.* ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* d. *Marxibiliam* eius filiam sibi hered. instituit ... et si contingeret dictam *Marxibiliam* eius f. vel alios suos filios ex nunc habituros decedere in pupillari etate ... tunc d. Azolinum suum maritum et Pacem fratrem dicte testatricis sibi equalibus portionibus hered. instituit ... Preterea si contingeret dictum Pacem mori sine filiis, tunc voluit quod pars eidem contingens predicte heredit. distribuatur p. a. dicte testatricis ubi melius visum fuerit dicto fr. *Bonifacio* suo comiss. suprascripto vel illi cui dictus fr. *Bonifacius* comiserit dictam comissariam ... Actum Bononie extra circlam burgi Strate S. Stephani *in claustro ecclesie Dominarum S. Francisci*, pp. fr. *Bonifacio* q. d. Fabri de Lambertaciis, fr. *Alberto* q. d. Guidonis de Aziis, qui ambo dixerunt *etc.*, fr. *Iohanne* q. d. Ugolini Gualcherii de S. Columbano, fr. *Petro* de Canitulo *Guardiano predicti loci*, fr. *Bonaventura* q. d. Michaelis de Valdelaposa, fr. *Iacobo* de Vernacia et fr. *Thomasio* de Portanova, omnibus de Ord. Fr. Min.

Die XI eiusdem mensis fr. *Albertus* q. d. Guidonis de Aziis de Ord. Fr. Min. procurator constitutus a suprascripta d. Iohanna ... dep. h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonagratie* sacriste Ord. Fr. Min. de Bon. sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum ... pp. fr. *Iohanino* de Luvixinis et fr. *Bonafè* de burgo S. Ysaie de Ord. Min. ... Bonagratia f. d. Guillelmi de Manzolino not.

29/4161, n. 14. — Orig.

690. Bononiae, 8 et 20 octobris 1295.

Testamentum.

D. Pannixia f. q. d. Saraceni de Caldarariis et uxor q. d. Henrici Zeche ... relliquid x lib. bon., de quibus i. l. relliq. ... conventui Fr. Min., p. m. cant. xx sol. bon. ... Residuum vero voluit expendi circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. Item iure legati relliq. fr. *Gerardino* de Cremona Ord. Fr. Min. de Bon. p. m. cant. xx sol. bon. ... Actum Bononie in ecclesia S. Francischi dictorum Fratrum Min. in pres. fr. *Gerardini* de Cremona presbit. dicti Ord. Fr. Min. de

Bon. qui asseruit *etc.* et pp. fr. *Alchixino* de Cremona, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Iohanne* de Mutina, fr. *Bertholomeo* de Ghisilleriis, fr. *Francisco* de Vinario, fr. *Iohanino* de Cremona, fr. *Petrizolo* de Parma et fr. *Rufino* de Placentia, omnibus dicti Ord. Fr. Min. ...

Die xx eiusdem mensis dep. fuit h. t. in sacristia Fr. Min. et dimissum in manibus fr. *Bonagratie* sacriste dictorum Fratrum per fr. *Gerardinum* de Cremona, procur. dicte testatricis, et sigillatum sigillo Fratrum et conv. dicti Ord. ... pp. fr. *Iacobino* de Parma et fr. *Ansaldo* de Butrio ... Blaxius Ubaldini de Stiglatico not.

29/4161, n. 15. — Orig.

691. Bononiae, 10 et 12 octobris 1295.

Codicillus.

Verum est d. Iohannem q. d. Iohannis de Zapulino infirmum fecisse suum test. in scriptis script. manu mei Gerardi Ferarii not., quod quidem test. present. codicillis aprobat et confirmat, hoc retracto et mutato ... quod si d. Devota sua uxor non posset cohabitare paciffice et quiete in domo sua cum Guidone eius filio ... reliquid eidem d. Devote i. l. habitationem domus sue posit. Bononie in androna iuxta *cimiterium* Fr. Min. et iuxta ipsum d. Iohannem et iuxta andronam vicinalem ... Actum Bononie in domo testatoris, pp. fr. *Lanbertino* de Banbaglolis sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Guidone* de Zapulino, fr. *Francishino* de Vinario, fr. *Guasperino* de Bonon., fr. *Albertucio* de Soldaderiis et fr. *Albertino* de burgo S. Felicis, omnibus de Ord. Fr. Min.

Die xii eiusdem mensis, fr. *Franciscinus* de Vinario procur. dicti d. Iohannis fecit sigillari dictos codicill. sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et eos sic sigillatos dep. in sacristia dictorum Fratrum in manibus fr. *Francissi* sacriste sacristie Fr. Min. de Bon. ... pp. fr. *Guasperino* de Bonon. et fr. *Bonaventura* de Agrestis, Ord. Fr. Min. ... Gerardus Ferarii not.

29/4161, n. 8 (Exempl. non authent.) et n. 16 (Orig.) = Cf. n. 686.

692. Bononiae, 22 octobris 1295.

Codicillus.

Magister Albricus cantor et canonicus Acquillegen. qui fuit de Funi districtus Bonon. ... quibusdam a se hactenus, ut asseruit, voluntatibus ultimis pres. superaddidit codicillos. Voluit enim et disposuit quod omnia bona sua mobilia, que habet in civit. Bonon. et districtu, penes quascumque personas et ex quacumque causa, tam pecunia quam libri, et alia quecumque res mobiles sue, quas existimavit esse valoris circa quantitatem dccc lib. bon., errogentur et distribuantur p. a. s. ... hoc modo: dimidiam tercie partis, silicet sextam partem dictorum bonorum, dari voluit conventui Fr. Predic. civit. Bon. Reliquam vero dimidiam dicte tercie partis, silicet sextam partem, dari voluit conv. Fr. Min. civit. Bonon. et aliis locis Fr. Min. districtus Bononie ... Voluit hanc suam ultimam voluntatem esse secretam, et secreto depositam custodiri et servari in sacristia eccl. Fr. Min. civit. Bon., presentandam secundum formam stat. et ord. com. et pop. Bon. Actum Bononie in *sacristia* predicta, pp. fr. *Iohanino* de Luvixinis, fr. *Lambertino* de Bambaiolis presbit. de conventu Bonon., asserente *etc.*, fr. *Guasparino* de Bononia, fr. *Bonagratia* sacrista, fr. *Iohanne* de Imola,

fr. *Francisco* de Vinario civit. Bononie, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Michilinus Zambonini not.

29/4161, n. 18. — Orig.

693. Bononiae, 28 octobris 1295.

Testamentum.

D. Petrus q. Henregipti ... reliquid ecclesie S. Francisci de Bon. v sol. bon. p. a. s. Item reliquid III lib. bon. circa funus et sepult. ipsius, quam sibi ellegit apud eccl. S. Francisci de Bonon. ... Voluit h. t. secretum esse et in sacristia Fr. Min. de Bon. deponi, et sigillo Guardiani vel conventus sigillari ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Leone* de Cremona, fr. *Bene* de Cesena, fr. *Petrizolo* de Parma, fr. *Iohanne* burgi S. Felicis, fr. *Raymundino* de Regio, fr. *Petro* de Strata, fr. *Gratiadeo* barberio et fr. *Iacobino* de Butrigariis, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Aspectatus q. Petri de Cento not.

29/4161, n. 19. — Orig.

694. Bononiae, 16 novembris 1295.

Testamentum.

D. Franciscus q. Rodolfini de Mayneriis de Burgo novo comitatus Bononie ... reliquid p. a. s. XII lib. bon., de quibus dari voluit et mandavit C sol. bon. in auxilium ad emendum libros pro officiando in ecclesia Fr. Min. de *Burgo novo*, posit. in curia *Casalicli Comitum*. Item reliquid fr. *Iohanni* de Ugiano de Ord. Fr. Min. XX sol. bon. p. s. n.; item conventui Fr. Min. de Bonon. p. m. cant. et horacionibus faciendis p. a. dicti testatoris XX sol. bon. ... Comiss. suos ad predicta omnia exequenda esse voluit fr. *Iohannem* de Ulgiano de Ord. Fr. Min. ... dans eis plenam licentiam *etc.* Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. *Iohanne* de Ulgiano, fr. *Henricho* de Perticonibus, qui ambo dixerunt *etc.*, fr. *Francisco* de Ygnano, fr. *Acharixio* de Lobia, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Nicholao* Sanguineo et fr. *Iohanne* de burgo S. Felicis, testibus *etc.*

Eodem die d. Franciscus suprascriptus testator dep. h. suum test., quod voluit esse secretum, in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonagracie* sacriste sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum et sigillo dicti testatoris ... pp. fr. *Iohanne* de Ulgiano et fr. *Nicholao* Sanguineo ... Bonagratia f. q. d. Guillelmi de Manzolino not.

350/,5093 n. 1. — Orig.

695. Bononiae, 14 decembris 1295.

Testamentum.

D. Iacobus q. Mathey Olmi de Picardia et nunc morat. Bonon. ... reliq. i. l. circa sepult. ipsius, quam eligit et esse vult apud eccl. Fr. Min. de Bon., C sol. bon. Item reliquid p. a. s. conventui Fr. Min. de Bon. XXV lib. bon. ... Item reliquid p. a. s. decem conventibus pauperum mendicantium de Bonon., pro quolibet ipsorum conv. X sol. bon. Item reliq. ecclesiis pauperibus eligendis per suos comiss. L lib. bon. Ad predicta vero exequenda sibi comiss. eligit Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et ... quibus dat liberam administrationem et potest. vendendi, alienandi *etc.* ...

In omnibus aliis suis bonis sibi hered. instituit pauperes Christi civit. Bon. ... quos predicti sui comiss. nominaverint ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Meo* de Azis, fr. *Alle* de Sichis, fr. *Petrizolo* de Veruculo, fr. *Bernardino* de Regio, fr. *Lambertino* de Bambaglolis, fr. *Ioanne* de Ianua, fr. *Uberto* de Ianua et fr. *Benno* de Zesena ... Fr. Iohannes Turizanus not.

29/4161, n. 21. — Orig.

696. Bononiae, 31 ianuarii 1296.

Testamentum.

D. Sarafinus q. Petri de Argelata ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. x sol. bon. p. m. cant. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. d. fr. *Iohanino* de Regio, d. fr. *Gerardino* de Lana, d. fr. *Cherio* de Castello Britorum, d. fr. *Franceschino* de Castello Britorum, d. fr. *Bertolameo* de Belliuso, d. fr. *Michaele* de Sanctis, d. fr. *Zanilino* de Carpo et d. fr. *Bonaventura* sacristano Fr. Min., qui dixit *etc.* Guido d. Iohannis Benzevennis not.

29/4161, n. 24. — Orig.

697. Bononiae, 31 ianuarii 1296.

Testamentum.

D. Albertus q. Certi ... reliquid conventui Fr. Min. de Bononia c sol bon. p. m. cant. ... Ad hec omnia exequenda suos comiss. ellegit ... et fr. *Bonaventuram* de Ciso (*sic*) de Ord. Fr. Min., dans eis plenam licentiam *etc.* In omnibus aliis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* hospitale de societate Devotorum sive Batutis sibi hered. instituit, salvo quod dicti hered. teneantur facere cantare, quolibet sabato, unam missam toto tempore vite dicte socie(ta)tis p. a. dicti defuncti; quod si non fecerint, cadant ab heredit., et dicta hereditas perveniat in conventum Fr. Min. de Bon. tamquam pauperes Christi et illi intelligantur pauperes Christi quos nominare voluerit Minister Fr. Min. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. d. fr. *Iohanino* de Regio, d. fr. *Gerardino* de Lana, d. fr. *Cherio* de Castello Britorum, d. fr. *Franceschino* de Castello Britorum, d. fr. *Bertolameo* de Beliuso, d. fr. *Michaele* de Sanctis, d. fr. *Zanilino* de Carpo et d. fr. *Bonaventura* sacristano Fr. Min., qui dixit *etc.* ...

Eodem die et hora et in pres. dictorum testium dep. fuit h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. et datum et traditum in manibus fr. *Bonagracie* sacrist. per dictum testatorem sigillatum sigillo dicti conventus. Guido d. Iohannis Benzevennis not.

29/4161, n. 25. — Orig.

698. Bononiae, 1 februarii 1296.

Testamentum.

D. Aychina q. d. Ranbalducii de Albaris et uxor q. d. Albrici de Gardinis ... reliquid de bonis suis p. a. s. L lib. bon., de quibus dari voluit quod ematur unum pallium pretii XII lib. bon., quod ponatur in sacristia Fr. Min. de Bon. causa faciendi unam planetam. Item reliquid XIII lib. bon. conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. pro septem, triginta et centum diebus p. a. dicte defuncte. Item d. fr. *Bonagracie* sacrist. Fr. Min. de Bon. c sol. bon.; item d. fr. *Amadore* de Picigotis c sol

bon. Item reliquid sore (*sic*) *Drusiane* de Ord. S. Clare v lib. bon.; item sore *Bertolamee* de dicto Ord. xx sol. bon.; item sore *Phylippe* de dicto Ord. x sol. bon. Item reliq. fr. *Ranbalducio* de Ord. Fr. Min. de Bon. III lib. bon.... item fr. *Petrizolo* de Aposa Ord. Fr. Min. de Bon. xx sol. bon.; item fr. *Iacobo* de S. Iohanne de Ord. Fr. Min. de Bononia xx sol. bon.; item fr. *Petro* de Canitulo de dicto Ord. xx sol. bon.; item fr. *Rolandino* de Rustiganis de dicto Ord. xx sol. bon. Item *Fratribus et Sororibus de Penitentia* xx sol. bon. Ad hec omnia exequenda suos comiss. ellegit d. fr. Guardianum de Ord. Fratrum Min. de Bonon. qui nunc est vel p. t. fuerit, d. fr. *Bonagraciam* sacristam Ord. Fr. Min. de Bon. ... dans eis plenam licentiam vendendi *etc.* ... Actum Bononie in ecclesia Fratrum Min., pp. d. fr. *Iacobo* de Pozale, d. fr. *Matiolo* de Aspuli, d. fr. *Guilielmino* de Luvisinis, d. fr. *Zacharia* de Artinisiis, d. fr. *Bertolameo* Beliusi, d. fr. *Francisco* sacrista, d. fr. *Michaele* de Sanctis, omnes de Ord. Fr. Min. de Bon.

1296 die primo ianuarii (*sic*) fr. *Franciscus* sacrista Fr. Min., procur. constitutus a dicta d. Aychina ... dedit et tradidit h. t. in manibus fr. *Bonagracie* sacrist. ad hoc ut ponetur [...] in sacristia dictorum Fratrum, pp. fr. *Franciscchino* de Lana et fr. *Bertolameo* de Beliu[so]. Guido d. Iohann[i]s Benzevennis not.

29/4161, n. 26. — Orig.

699. Bononiae, 23 februarii et 6 martii 1296.

Testamentum.

D. Bolnisia f. q. d. Iacobi Horie et uxor Piyi q. d. Petrizoli de Malpiyis ... reliq. VII lib. bon., quas expendi voluit circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit aput ecclesiam Fr. Min. de Bon. et pro septimis et alibi ubi vissum fuerit utile per comiss. suos infrascr. Item conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. III lib. bon. ... item fr. *Acino* de Ord. Min. de Bon. iure legati, pro una capa, IIII lib. bon. ... item fr. *Iohanni* q. Aynardini de Astis III lib. bon. ... Ad hec omnia exequenda constituit suos comiss. fr. *Acinum* de Ord. Fr. Min., fr. *Iohannem* Aynardini et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, dans eis plenam licentiam *etc.* ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* d. Tebaldinam f. q. d. Alberti merzarii et uxorem fr. *Iohannis* q. Aynardini sibi hered. instituit ... Si reperiretur aliquid aliud test. esse factum per eam post istud test. vel ante, pro falso habeatur nisi esset munitum sigillo Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie in *domo Fr. Min. a latere superiori iuxta scalam ad cancellas*, pp. fr. *Alchisino* de Cremona, fr. *Francisco* sartore de burgo Peratelli, fr. *Visino* de Plumatio, fr. *Zacharia* de Artinensibûs, fr. *Iohanino* de Montedraconi, fr. *Guililmino* de Lupicinis, fr. *Zanillino* de Carpo, fratribus dicti Ord. Min. ...

Die VI martii fr. *Iohannes* q. Aynardini procur. dicte testatricis dep. et consignavit h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manu fr. *Bonagracie* sagriste dicti Ord., pp. fr *Francisco* de Tebaldis et fr. *Iohanne* de Ymola ... Palmerius Aynardini not.

29/4161, n. 27. — Orig.

700. Bononiae, 13 aprilis 1296.

Testamentum.

Manfredus q. d. Rainaldi calzolarius ... reliq. p. a. s. et circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit aput eccl. S. Franciscbi x lib. bon.; item fr. *Iohanni* Bonbelli de Ord. Min. p. s. n. c sol. bon.; item fr. *Francischo* de Schiva de Ord. Min. XL sol. bon.; item

ecclesie S. Francischi p. a. s. c sol. bon. ... Item reliq. pro restitucione mallorum ablatorum incertorum c lib. bon. ... quos den. expendi et distribui vult ad sensum d. Avenantis f. q. d. Iacobini Bonbelli eius uxoris et fr. *Iohannis* Bonbelli de Ord. Fr. Min., quos suos sibi elligit comiss., dando eis licentiam vendendi *etc.* ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* d. Avenantem eius uxorem hered. instituit hoc modo ... si dicta domina se maritaverit vel monast. intraret, instituit sibi heredes pauperes Christi quos duxerint elligendos comiss. sui ... Actum Bononie in *domo* Fr. Min., pp. fr. *Francischo* de Ygnano, fr. *Francischo* de Feraria, fr. *Francischo* de Tebaldis, fr. *Francischo* de Schiva, fr. *Ubaldino* de Masello, fr. *Simone* de Corvis, fr. *Rogerio* de Poetis ... Guido q. Iacobini Bonbelli not.

29/4161, n. 35. — Orig.

701. Bononiae, 18 et 19 aprilis 1296.

Testamentum.

D. Allerrarius q. d. Mathey de Allerrariis ... reliquid de bonis suis, pro male ablatis incertis, cx lib. bon. distribuendas ad voluntatem fr. *Gerardini* fratris dicti testatoris, ubi melius visum fuerit eidem, pro ipsius anima, quas cx lib. bon. dari debeant dicto fr. *Gerardino* per heredes ipsius testatoris infra v annos a die mortis dicti testatoris. Item reliq. de bonis suis L lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. x lib. bon. ... item fr. *Francisco* de Ord. Min. f. d. Quiriaci de Allerrariis III lib. bon. ... Residuum vero distribui iupsit circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. Item reliquid quod ... de bonis dicti testatoris satisfieri debeat per dictum fr. *Gerardinum* illi vel illis cui vel quibus ipse testator dare deberet per scripturam dicti testatoris sua propria manu confectam ... Item reliq. iure legati dicto fr. *Gerardino* annuatim, si voluerit recipere dictus fr. *Gerardinus*, c sol. bon. donec vixerit dictus fr. *Gerardinus* ... Ad predicta omnia et singula exequenda constituit suos comiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, dictum fr. *Gerardinum* ... In omnibus autem aliis bonis suis mobilibus et inmobilibus, iuribus *etc.* Gerardinum eius filium et omnes filios masculos dicti testatoris natos vel nascituros ... equalibus portionibus sibi hered. instituit. Et si contingeret ... omnes decedere sine liberis, vult quod in eo casu filia sua nata et nasciture habeant ultra quant. eis relictam, tantum de bonis dicte heredit. cum quantitate predicta eis relicta quod sint D lib. bon. pro qualibet ... superfluum vero vult quod expendatur ad sensum et volunt. dicti fr. *Gerardini* si tunc viveret, et si non viveret, tunc vult quod expendatur ad voluntatem Guardiani Fr. Min. de Bon. qui p. t. foret, pro anima dicti testatoris et parentum suorum ... Voluit hoc test. esse secretum et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conventus vel Guardiani Fr. Min. de Bon. et sigillo dicti testatoris, ad hoc ut eidem testamento fides perpetuo adhibeatur. Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Lambertino* de Banbaglolis presbit., qui dixit *etc.* fr. *Francisco* fratris *Zanelli* sacristano, fr. *Iohanne* q. Iacobini Sedazarii, fr. *Lambertino* de Ymola, fr. *Boniiacobo* de Portanova, fr. *Nicolao* de Guastavilanis, fr. *Iacobo* barberio et fr. *Iohanne* de Ymola ... qui omnes sunt Fratres de Ord. Min.

Die sequenti dictus testator dep. h. t. penes fr. *Bonagratiam* sacristam Fr. Min. pp. fr. *Liazario* de Ulgiano de Ord. Min. et fr. *Iacobino* de Parma magistro lignaminis de Ord. Min. ... Iacobus Bonavolte de Sedazariis not.

29/4161, n. 37. — Orig.

702. Bononiae, 23 et 25 aprilis 1296.

Testamentum.

D. Contenatius f. q. d. Guarini de Spoleto qui nunc moratur Bononie ... relinquid de bonis suis expendi super sepult. suam in cereis et candelis et aliis necess. VIII lib. bon. et de dictis denar. debeat indui de una stamigna cum qua debeat sepelliri, quam sepult. elligit sibi ad domum Fr. Min. Item relinquid Fratribus Min. de Bon. x lib. bon. ... item Fratribus Min. [...] IIII lib. bon.; item Fratribus Min., de *Ricardina* XX sol. bon.; item Fratribus Min. de *Crespelano* XX sol. bon.; item Fratribus Min. de *S. Iohanne in Perseceto* XX sol. bon.; item Fratribus Min. de *Varegnana* XX sol. bon.; item Fratribus Min. de *Planorio* p. m. canendis XX sol. bon.; item fr. *Gandulfino* de Ord. Fr. Min. p. s. n. XL sol. bon.; item fr. *Homodeo* de Asti de Ord. Fr. Min., XL sol. bon. p. sua necessitate; item conventui Fr. Min. de Bon. pro una pietanza V lib. bon.; item pro una planeta nigra XL sol. bon.; item *conventui Dominarum de S. Francischo* V lib. bon. p. m. canend. et XL sol. bon. pro una pietanza; item (*conventui*) *Dominarum de S. Francischo* pro una planeta alba XL sol. bon. ... Comiss. ad predicta omnia et singula exequenda esse voluit Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Andream* raso[rem] cartarum ... quibus comiss. dedit plenam licentiam *etc.* Et pro eorum mercede et labore reliq. cuilibet predictorum comiss. XXX sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. d. fr. *Iohanino* de Porta de Ord. Fr. Min., d. fr. *Gandulfino* de Mutina, ambo sacerdotes, qui dicunt *etc.*, d. fr. *Guillelmino* de Regio, fr. *Francischo* de S. Martino de Aposa, fr. *Francischo* de Tebaldis, fr. *Bonazunta* de Bononia et fr. *Francischo* sacristano ...

Quod t. posit. fuit in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Gandulfino*, fr. *Zanne* de Ymola et fr. *Bonvisino*, die XXV aprilis ... Bonfiglolus Cambii not.

29/4161, n. 40. — Orig.

703. Planorii, 24 aprilis 1296.

Testamentum.

D. Iacoba f. q. d. Villani de Castro Brithonum et uxor d. Ubaldini de Lauglano ... reliquid de bonis suis C lib. bon., quas sic expendi voluit. In primis p. m. et orationibus XV lib. bon., de quibus voluit dari Fratribus Min. *loci S. Benedicti de Planorio* III lib. bon. Item conventui Fr. Min. de Bon. VI lib. bon. Item reliq. de predictis . lib. bon. loci Fratribus Min. de *Planorio* XV lib. bon. pro uno calice, aput quem locum Fr. Min. de *Planorio* ellegit suam sepulturam, si contingerit eam mori in terra Planorii, et si contingerit eam mori Bononie, tunc ellegit suam sepult. aput domum Fr. Min. de Bon.; et si contingerit eam mori alibi in comitatu Bonon., semper vult sepult. suam esse ad domum Fr. Min.; set ad quam domum Fr. Min. vult quod remaneat eam sepulturam esse ad arbitrium comiss. suorum. Calicem autem vult semper quod remaneat in loco et ad locum Fr. Min. de *Planorio* ... Item reliq. ... *Sororibus S. Clare de Bonon.* XXX sol. bon.; item fr. *Iacobo* de Alidoxiis de S. Iohanne de Ord. Fr. Min. III lib. bon.; item fratribus *Bonagratie* et fr. *Berthollomeo* de dicta terra S. Iohannis et de Ord. predicto Fr. Min., cuilibet eorum XX sol. bon.; item fr. *Henrigo* procurratoris *(sic)* de dicto Ord. XX sol. bon. ... Reliquos vero et residuum voluit expendi et distribui tam circha funus et sepult. eius quam alibi ... ubi melius et

utilius visum fuerit p. a. s. comiss. suis infrascr. Quos quidem comiss. suos et executores huius test. esse voluit Guardianum Fr. Min. de Bonon. et Guardianum Fr. Min. de *Planorio,* qui nunc sunt vel qui p. t. erunt, dans eisdem et cuilibet eorum plenam licentiam *etc.* ... Item voluit quod hered. sui teneantur de aliis suis bonis dare omni anno in anniversario suo pro m. celebr. p. a. s. et p. a. patris sui Fratribus de *S. Benedicto* xx sol. bon. Item reliq. i. l. de supradicto residuo quantit. denar. ad quos teneantur dicti sui comiss. dare cuilibet infrascr. testium testamenti predicti x sol. bon. ... Item instituit fr. *Ugolinum* de Ord. Fr. Min. suum filium sibi heredem in v lib. bon., quas vult eas habere, omni anno, p. s. n. cum petierit vel petere fecerit, et si non petierit vel peti fecerit, pro illo anno heredes sui non teneantur ... Actum *Planorii in loco Fr. Min. de S. Benedicto,* pp. fr. *Iacobo* de S. Iohanne Guardiano dicti loci, qui dixit *etc.,* fr. *Albertino* de burgo S. Felicis de dicto Ord., fr. *Donato* de Aretio, fr. *Martino* de Bononia, qui fuit de *Provintia Romanie,* fr. *Petro* de Caburatia, fr. *Bertholllino* de Bonon. de contrata Brocalinsossi, omnes de Ord. predicto ... Rodulfus olim Guidonis de Planorio not.

29/4161, n. 41. — Orig.

704. Bononiae, 24 aprilis 1296.

Commissariorum substitutio.

Presbiter Iacobus rector ecclesie S. Catherine de Bonon. et d. Petrizolus Pellatus de burgo Nosadelle, comissarii et executores testamenti d. Iacobini f. q. d. Iacobi Gulfiroli de curia Ceule, in presentia discreti viri d. Gerardi de Cornazano canon. Tornacen. Vicar. ven. patris d. Sclatte Dei gratia Bonon. Electi, personaliter constituti, renuntiaverunt commissarie predicte, cum propter senectutem et debilitatem persone non possint nec velint intendere. Qui d. Vicarius, volens dictum test. executioni mandari debere. dedit, concessit et subrogavit loco predictorum comiss. fr. *Cambium* Ord. Fr. Min. de Bonon. et Guardianum dictorum Fratrum, comittens eisdem omnia et singula que commissa erant executoribus contentis in testamento predicto, scripto manu Tenci Rolandi not. ... Actum Bononie in coro S. Petri Bon. ante altare S. Andree, pp. ... Iohaninus Iacobini Papazonis de S. Georgio not.

338/5081, n. 80. — Orig.

705. Bononiae, 3 et 4 maii 1896.

Testamentum.

D. Oddo q. Rolandi not. ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bonon. xx sol. bon. p. m. cant. ... item conventui Fr. Min. de *Crespelano* p. m. cant. xx sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Iohanino* de Portanova presbitero, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Iacobo* de Favencia presbitero, fr. *Francischino* de Castro Britonum presb., fr. *Raynaldo* de Moro presb., fr. *Bonagracia* sacrista presb., fr. *Bolognito* d. Bonvixini presb., fr. *Francischino* de la Lana, fr. *Francischo* sacrista, fr. *Francischo* de Tebaldis, qui fr. *Iohaninus* de Portanova dixit *etc.*

Die sequenti fr. *Zanilinus* de Carpo procur. d. Oddonis dep. h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonagracie* sacriste dictorum Fratrum Min. de Bon., sigillo Custodis sigillato (*sic*), pp. dd. Dominico Poete et fr. *Iohanne* de Ymola ... Michael Ambroxini not.

29/4161, n. 42. — Orig.

706. Bononiae, 3 maii 1296.

Testamentum.

D. Rolandinus q. d. Mathioli de Alamanis de Unzola ... reliq. cc lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bonon. x lib. bon. p. m. celebr. et orac. faciendis ... Item conventui Fr. Min. de *S. Iohanne in Persiceto* IIII lib. bon. ... Item reliquid *Sororibus Ord. S. Francisci de Bonon.* x sol. bon. p. m. cant. ... Item reliq. fr. *Phylippo* de Marzegonibus de Ord. Fratrum Min. III lib. bon. p. s. n. Item fr. *Iacobo* de Alidosiis de S. Iohanne Ord. Fr. Min. v lib. bon. p. s. n. Item fr. *Paci* de Tenosis de S. Iohanne Ord. Fr. Min., x sol. bon. p. s. n. Item sor. *Iacobe* de Alidosiis de S. Iohanne Ord. S. Francisci x sol. bon. p. a. s.; item fr. *Iohanni* de Ugiano Ord. S. Francisci de Bonon. XL sol. bon. ... Item reliquid conventui Ord. Fr. Min. de *Caldararia* x sol. bon. p. m. cant. Item conventui Fr. Min. de *Crespelano* p. m. cant. x sol. bon. ... Residuum vero dictarum cc lib. bon. voluit expendi et distribui tam circa funus et sepult. suam, ubicumque eum spelli (*sic*) contigerit, quam alias ubi melius et utilius visum fuerit comiss. suis infrascr., quos comiss. suos ad predicta omnia effectui demandanda esse voluit fr. *Iacobum* de Alidosiis de S. Iohanne Ord. Fr. Min. ... dando eis et cuilibet ipsorum plenam licentiam *etc.* Item reliq. de aliis suis bonis pro ablatis incertis v lib. bon., quas iussit expendi ad voluptatem dicti fr. *Iacobi* et aliorum suorum comiss. ... In omnibus autem suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Bertholomeum fr. *La*[*n*]*bertini* de Alamanis suum hered. universalem instituit ... Et si dictus Bertholomeus, vel alter qui esset heres ipsius test., non solverint omnia suprascripta legata ad terminos in suo test. relictos, tunc privat [eos] heredit. et bonis suis predictis et instituit sibi hered. conv. Fr. Min. et conv. Fr. Pred. de Bon. ... Voluit ... predictum test. secretum esse et poni debere in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigilari debere sigillo conventus sive Guardiani dictorum Fratrum Min. de Bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Nicholao* de Munarolis presbit., qui dixit *etc.*, fr. *Zacharia* de Artinisiis presbit., fr. *Francisco* de Ygnano, fr. *Bonagracia* sacristano, fr. *Andriolo* de Imola, fr. *Francisco* de Tebaldis, fr. *Conforto* de Modayno (?) et fr. *Francisco* sartore ...

Eodem die, loco et testibus dictus testator presentavit et dep. h. t. in manibus fr. *Bonagracie* sacrist. dictorum Fratrum ... Blaxius q. Iohannis Laurencii not.

29/4161, n. 43. — Orig. In dorso « Die tercio septembris. Publicatum fuit pres. test. predicta die in pallatio veteri com. Bon. ad discum Aquile in presencia ... ».

707. Bononiae, 8 et 9 maii 1296.

Solutiones.

Recepit fr. *Hegidius* q. Iacobini massarius et depositarius com. Bon. CCCCXIII lib. bon. a d. Uberto de Pavanensibus de denariis ad eum perventis de consillio Quatuormillium ad racionem x sol. bon. pro colibet.

1296, 9 maii. — Recepit fr. *Hegidius etc.* (*ut supra*) L lib. bon. et x sol. bon. a d. Uberto *etc.* (*ut supra*) pro quolibet [illorum?] de quarterio Portesterii. Ego Ugolinus de Malgermis, nunc not. dicti depositarii, scripsi.

29/4161, n. 45. — Orig.

708. Bononiae, 15 maii 1296.

Testamentum.

Reperitur in sacristia Fr. Predic. de Bon. test. scriptum et autenticatum manu d. Iacobini de Turrim (*sic*) q. Iacopini de Buxeto de Parma not., cuius tenor talis est ... D. Docta f. q. d. Accursii legum doct. ... conventui Fr. Min. de Bonon. legavit L lib. bon. p. a. s. ... Item cuilibet conv. religiosorum civit. Bon. et suburbiorum tam masculorum quam feminarum legavit p. a. s. XX sol. bon. ... Commiss. et executores anime sue et sui test. esse voluit Priorem Fr. Pred. qui p. t. fuerit et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, quibus tribuit plenam et liberam potestatem *etc.* Actum Bononie in eccl. B. Dominici ...

29/4161, n. 46. — Exempl. non authent. In dorso « Testamento de madonna Dotta da Loliano »; « Contra illos de Loiano ».

709. Bononiae, 25 maii et 10 iunii 1296.

Testamentum.

D. Iohannes q. Aldrevandini de Montarmato ... p. a. s. et super sepult. suam, quam eligit et vult eam aput Fr. Min. de Bonon., vult quod expendantur V lib. bon. ... Item reliquid *Societati B. Marie que congregatur in scola Fr. Min.* X sol. bon.; item *nuntiis* dicte societatis IIII sol. bon.; item fr. *Petro* condutori dicte societatis de Ord. Fr. Min. XX sol. bon. ... item fr. *Boniiacobo* de dicto Ord. Fr. Min. suo cognato XL sol. bon. ... Actum in sacristia Fr. Min. de Bononia, pp. fr. *Petro* de Coligno (?), fr. *Peligrino* de Principibus, fr. *Guidone* de Zapulino, fr. *Cherio* de Castro Britonum, fr. *Henrico* de Pertighonibus, fr. *Bonagracia* sacrista de Portasterii, fr. *Michaele* de Sanctis, fr. *Francisco* de burgo Peradeli et fr. *Iohanino* de Portanova sacerdote, qui dixit *etc.* ...

Die X iunii supradictus testator dep. presens t. in manu fr. *Bonagracie* sacriste sigilatum sigilo conv. Fr. Min. de Bon. ibidem servandum ... pp. fr. *Iohanino* de Portanova, qui asseruit *etc.*, fr. *Guidotino* de Prindipartibus et fr. *Aczino* de Bonon., omnes de Ord. Fr. Min. ... Egidius q. Alberti de Savigno not.

29/4161, n. 48. — Orig.

710. Bononiae, 4 et 6 iunii 1296.

Testamentum.

D. Pasquallinus f. q. d. Bonacurxii ... relliquid conventui Fr. Min. de Bon. III lib. bon. ... item fr. *Iohanino* de Portanova Ord. Min. p. s. n. III lib. bon. ... item cuilibet testium infrascriptorum V sol. bon. ... Item relliq. heredibus q. fr. *Lambertini* Gillii pistoris de Portanova IV lib. bon. ... Si quid alliut test. inveniretur factum per eum et specialiter test. factum manu Dominici de Cento not., test. factum manu Bondiey q. Petrizoli Bonincontri not. et alliut test. factum manu mei Teutii not. sub annis Domini 1295, ex nunc cassat et nullius valoris vult esse, et istut solum test. vallere ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Ugolino* de Chastello, fr. *Guillielmo* de Curtimillia, fr. *Pellegrino* de Principibus, fr. *Francischino* de Arimino, fr. *Iacobo* de Placentia, fr. *Bonmerchato* de Feraria, fr. *Iacobo* de Bononia barbario et fr. *Iohanino* de Portanova sacerdote, qui dixit *etc.*, omnes [...] fratres Ord. Fr. Min. ...

Die VI iunii fr. *Iohaninus* de Portanova proc. dicti d. Pasquallini istut test. in manu fr. *Bonagratie* sacriste Fr. Min. de Bon. sigillatum sigillo conventus dictorum Fratrum servandum deposuit, pp. fr. *Guilielmino* de Regio, fr. *Francischo* sarto et fr. *Azino* de Bonon. ... Teutius f. q. Rolandi not.

29/4161, n. 50. — Orig.

711. Bononiae, 10 iunii 1296.

Testamentum.

D. Albertus f. d. Iacobi de Canitulo ... reliquit XLVII lib. bon., de quibus voluit expendi super funus suum, quod sibi ellegit apud eccl. Fr. Min., XXV lib. bon.; et si dicte XXV lib. non expenderentur circa dictum suum funus, residuum ipsarum debeat expendi ad voluntatem infrascr. suorum commiss. Item reliq. p. m. cant. XII lib. bon., que debeant expendi ad volunt. suorum commiss. Item reliquid pro male ablatis incertis X lib. bon., de quibus fr. *Henricus* de Perticonibus de Ord. Fr. Min. debeat habere unam tunicam valoris III lib. bon.; residuum vero expendatur ad volunt. suorum commiss. ... Ad que omnia et singula executioni mandanda suos commiss. esse voluit Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, fr. *Petrum* de Canitulo de Ord. Fr. Min. ... et si contingeret quod predicti Guardianus et fr. *Petrus* nollent vel non possent de dicta commissaria se intromittere, possint quos voluerint ad dictam commissariam exequendam elligere ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Petro* de Parma, fr. *Petro* de Gaieta, fr. *Iohanne* de Asisio, fr. *Iacobo* de Penne, fr. *Aliotto* de Parma, fr. *Mino* de Butrigariis, fr. *Francischino* de Castro Britorum, fr. *Francisco* de Vinario, fr. *Bertholomeo* Beliusi et fr. *Francisco* sacrista, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Iacobinus q. Aldrovandini not.

29/4161, n. 52. — Orig.

712. Bononiae, 11 iunii 1296.

Testamentum.

D. Dominicus q. Dominici sartor ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. et oracionibus III lib. bon. ... item fr. *Iohanino* de Portanova de Ord. Min. p. s. n. XX sol. bon. ... Hanc suam ult. voluntatem voluit esse secretam et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo Custodis, Prioris aut conventus dictorum Fratrum. Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Iohanino* de Portanova sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Alliotto* de Parma, fr. *Bonagracia* sacrista de Bon., fr. *Bertholomeo* Bonaiuti de Verona, fr. *Bonazunta* de burgo Peradelli, fr. *Michaele* de Sanctis, fr. *Petro* de Veruclo et fr. *Bollognitto* de burgo Peradelli, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Eodem die dictus testator dep. dictum t. in manibus fr. *Bonagracie* sacrist. conv. Fr. Min. de Bon. sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum ibidemque servandum et suo tempore iudici presentandum ... pp. fr. *Iohanino* de Portanova et fr. *Francisco* sartore ... Angellinus q. Oddonis not.

29/4161, n. 51. — Orig.

713. Bononiae, 13 et 17 iunii 1296.

Testamentum.

Magister Gugliminus barberius f. q. d. Zanitti ... reliq. de bonis suis pro male ablatis incertis X lib. bon. pro animabus illorum quorum fuerunt, et iussit quod per

infrascript. suos comiss. debeant dare et solvere infra unum mensem post mortem suam ubi eis videbitur fore melius expedire ... Item reliq. p. a. s. x lib. bon., de quibus ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. p. m. cellebr. et horationibus faciendis ... Comiss. suos esse voluit, ad dicta legata solvenda et alia que in test. continentur, Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... quibus dedit plenam et liberam potestatem vendendi, alienandi *etc.* Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Pellegrino* de Principibus Ord. Fr. Min. de Bon., fr. *Gerardo* de Mutina eiusdem Ord., fr. *Bernardino* de Regio eiusdem Ord., fr. *Ansaldo* de Butrio eiusdem Ord., qui dixerunt *etc.*, et omnes sacerdotes, fr. *Bertolomeo* Beliusio, fr. *Michaele* de Sanctis de Marano, fr. *Andreolo* de Cremona eiusdem Ord. et fr. *Francisco* sacristano Fr. Min., omnes eiusdem Ord. ...

Die xvii eiusdem mensis predictus testator deposuit presens testamentum penes fr. *Bonagratiam* sacrist. Fr. Min. de Bon. in sacristia dictorum Fratrum, pp. fr. *Ansaldo* predicto et fr. *Rambalducio* de Albaris ... Bonagratia f. q. Bonensegne not.

29/4161, n. 53. — Orig.

714. Bononiae 14 et 16 iunii 1296.

Testamentum.

D. Ugolinus q. d. Corvolini ... mandavit quod omnia male ablata, ad que restituenda teneretur quacumque de causa ... restituantur eatenus, quatenus tenetur hereditario nomine patris sui et suo proprio ... pro quibus restituendis ... omnia bona sua (obligavit). Preterea si quid de bonis suis supererit usque ad valorem c lib. bon. vel ab inde infra, restitutis male ablatis suprascriptis ... de dicta summa reliquid conventui Fr. Min. xx lib. bon. ... item fr. *Bonaventure* de Gisso Ord. Min. xx sol. bon.; item fr. *Francischo* de Tabullis eiusdem Ord. c sol. bon. item sor. *Anthonie* de Corvolinis Ord. S. Clare de Bonon. x lib. bon. ... Residuum autem dicte summe expendi voluit tam circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. civit. Bon., silicet in fovea terre et non in archa, quam in cereis, candellis et aliis fieri solitis pro defunctis ... Commiss. autem suos et horum omnium executores esse voluit Guardianum Fratrum Min., Priorem Fr. Pred. et Rectorem Devotorum qui nunc sunt in civit. Bon. vel p. t. fuerint in dicto officio, quibus dedit plenam auctoritatem vendendi *etc.* ... adiurans eos quod predicta effectui demandentur infra unum annum a die obitus testatoris, volens quod quilibet eorum possit predicta omnia adimplere. Et si aliquis predictorum commiss. neglexerit officium sibi commissum exercere, tunc conventus cui preerit commiss. negligens omni comodo sibi in test. relicto privetur, et illi commiss. applicetur qui predicta effectui demandabit. Et si aliquis heredum vel legatariorum predictorum contradixerit, de iure vel de facto, quominus dicta executio fiat, tunc voluit quod privetur omni comodo sibi in dicto test. relicto, et applicetur commiss. predicta exequenti et effectui demandanti ... Actum Bononie in domo congregationis Devotorum, pp. ... fr. Lanfrancho q. Ramberti Ord. tercii Humiliatorum ... fr. Gerbino q. Alberti ...

Die xvi eiusdem mensis testator predictus dedit et obtulit h. t. fr. *Bonagracie* sacriste sacristie Fr. Min. civit. Bon. secretum custodiend. et salvandum ab eo in

dicta sacristia et presentandum secundum formam stat. com. Bon. ... pp. fr. *Iacobo* de Pozali et fr. *Sebastiano* de Areti ... Guido q. Zambonini not.

29/4161, n. 54. — Orig.

715. Bononiae, 17 iunii 1296.

Testamentum.

D. Iacobus q. d. Alberti Yscharii ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. XL sol. bon. ... item fr. *Matheo* q. Santi de Ord. Fr. Min. p. m. cant. XL sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Lambertino* de Bambaglolis sacerdote, asserente *etc.*, fr. *Bonagratia* sacrista, fr. *Iacobo* de Favencia, fr. *Thomace* de Portanova. fr. *Ale* de Sichis, fr. *Francisco* de Lana, fr. *Francisco* sartore ...

Eodem die presentibus dictis testibus dictus Iacobus testator h. t. dep. in sacristia Fr. Min. de Bon. et consignavit eum fr. *Bonagratie* sacriste, sigillatum sigillo conventus dictorum Fratrum ... Iohannes Petri Inghilerii not.

29/4161, n. 56. — Orig.

716. Bononiae, 18 et 23 iunii 1296.

Testamentum.

D. Bos f. q. d. Bonifaci q. d. Albertini Buxini ... reliq. et expendi voluit p. a. s. et predictorum dd. Bonifacii sui patris et Albertini sui avi MM lib. bon., de quibus voluit expendi circa funus et sepult. suam C lib. bon. et ultra dictam quantit. prout melius et utilius visum fuerit comiss. suis, quam sepult. sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... Item reliquid de predictis conventui Fr. Min. de Bon. p. m. celebr. XXV lib. bon. ... item fr. *Nicolino* de Ord. Fr. Min. X lib. bon. pro una capa et aliis suis necess. ... Item reliquid de aliis suis bonis p. a. s. et dictorum dd. Bonifacii et Albertini D lib. bon. expendend. per suos comiss. pro constructione et edifficatione unius *altaris* ubi divinum officium debeat celebrari, sub nomine et vocabulo *B. Blaxii*, quod altare voluit edifficari debere in ecclesia B. Francisci Ord. Fr. Min., seu B. Petri episcopatus, seu B. Dominici Ord. Pred., secundum voluntatem predictorum comiss. ... et si eis videbitur et si filios masculos legitimos et naturales non habuerit ... Actum Bononie in *capella infirmorum* Fr. Min. de Bon., pp. d. fr. *Nicholino* de Strata maiori presbit. de dicto Ord., qui asseruit *etc.*, fr. *Homodeo* de Asti, fr. *Leone* de Cremona, fr. *Pelegrino* de Principibus, fr. *Alberto* Soldaderii, fr. *Iohanne* de Lugo, fr. *Mansueto* de Montesorbo, fr. *Francisco* de Ygnano et fr. *Zanilino* portario ...

Die XXIII eiusdem mensis testator presentavit et dedit d. fr. *Bonagratie* sacristano Fr. Min. de Bonon. h. s. t. ut ponetur in sacristia dictorum Fratrum ... pp. fr. *Nicolino* de Strata maiori et fr. *Zanilino* portario [...] de Ord. Min. ... Franciscus Cambii Attolini not.

342/5085, n. 85. — Orig. In dorso « Nota quod ipse fecit aliud test., unde istud nichil valet nisi cedula sigillata [...] ».

717. Bononiae, 19 iunii 1296.

Testamentum.

D. Petrus f. q. d. Brunelli de Pullinago ... reliquid C lib. bon., de quibus iussit dari et distribui circa funus et suam sepult. X lib. bon., quam sibi elegit apud eccl.

B. Francisci Ord. Fr. Min. vel ubi utilius videbitur comiss. suis infrascr. Item relinquid, de dictis x lib. bon. relictis nomine expensarum circa funus suum, Fratribus Min. c sol. bon. p. a. s. ... Item relinquid pro ablatis incertis xv lib. bon., quas iussit distribui ad voluntatem fr. *Gandolfini* Ord. Fr. Min. vel Guardiani dicti Ord. de Bononia ... Item relinquid conventui Fr. Min. de *Mutina* xx sol. bon. ... Item relinquid x lib. bon., quas expendi debeant ad volunt. d. Bonaventure uxoris sue, et de dictis x lib. detur (*sic*) fr. *Gandolfino* Ord. Fr. Min. iii lib. bon. ... Actum Bononie in domo habitationis dicti testatoris, pp. fr. *Gandolfino* de Mutina et fr. *Bonomercatho* de Feraria, religiosis Ord. Fr. Min. de Bon., qui asseruerunt *etc.* ...

Eodem die dep. est h. t. per dictum testatorem in sacristia Fr. Min. in manibus fr. *Bonagratie* sacrist. dicti Ord. sigillatum sigillo conv., pp. fr. *Zanellino* de Carpo et fr. *Gandolfino* de Mutina Fr. Min. ... Symon cui dicitur Mone q. Simonis de Equis not.

29/4161, n. 57. — Orig.

718. Bononiae, 20 iunii 1296.

Testamentum.

D. Benvenutus f. q. d. Placiti ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. xl sol. bon. p. m. cant. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Azino* de Bononia, fr. *Sabastiano* de Assixio, fr. *Landulfo* de Bonon., fr. *Lambertino* de Ymola, fr. *Micaele* de Marano, fr. *Francischino* de Castro Britonum, fr. *Iohanne* de Lugo et fr. *Iohanne* de Ugiano ... Lambertus q. d. Petrobelli not.

29/4161, n. 58. — Orig.

719. Bononiae, 29 iunii 1296.

Testamentum.

D. Petrus q. Ricardi scriptor de Burgo Policini ... voluit dari conventui Fr. Min. x sol. bon. pro m. cant. p. ipsius a. ... Item pauperibus *societatis B. Marie Virg. que congregatur in scolis Fr. Min.* x sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia eccl. B. Francisci, pp. fr. *Bertholomeo* d. Guidonis de Beliuso, fr. *Iacobino* de Butrigariis de Bon., fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Pelegrino* de Principibus, fr. *Michaele* vestiario dicti conventus, fr. *Iacobo* barberio, fr. *Ubertino* de Forlivio, fr. *Bonagrazia* sacristano, qui dixit *etc.*

Eodem anno, die, loco et testibus predictus testator dedit et dep. h. t. in manu fr. *Bonagrazie* sacristani dicti conventus de Bononia et in sacristia predicti conventus ... Franciscus q. Fantini Saniche not.

29/4161, n. 59. — Orig.

720. Bononiae, 15 iulii 1296.

Testamentum.

D. Petrus sive Bompetrus f. q. d. Iohannis de Garnarolo ... de bonis suis p. a. s. reliq. cx lib. bon., de quibus dari voluit per commiss. suos infrascr. uni homini qui vadat ultra mare ... si passagium fieret usque ad x annos a die obitus testatoris, lx lib. bon. Si autem infra illos x annos non fieret, tunc vult illas lx lib. bon. dari et distribui inter puellas pauperimas de civit. vel comitatu Bon. que religionem in-

trarent vel nuberent. Si autem commiss. sui infra illos x annos decederent et passagium non esset, vult illas LX lib. dari et distribui per Guardianum Fr. Min. de Bon. qui tunc temporis fuerit, vel per alium cui ipse commiserit, sicut superius ordinavit. Item de predictis CX lib. bon. reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. III lib. bon.; item fr. *Iohanino* de Portanova de dicto Ord. pro dicta causa III lib. bon.; item fr. *Iohanni* de Cartis XX sol. bon.; item fr. *Nicholino* de Strata maiori V sol. bon.; item fr. *Bonaventure* de Gisso V sol. bon.; item fr. *Petro* de Parma lectori V sol. bon.; item *societati S. Marie de Scolis* XX sol. bon. Item cuilibet infrascr. suorum comiss. XX sol. bon. Reliquos vero expendi voluit circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. S. Franciscbi Fr. Min. de Bon. Commiss. autem suos ad predicta omnia exequenda esse voluit ... fr. *Andream* de Parma rasorem cartarum ... et d. Babiloniam uxorem suam, quibus dedit licentiam *etc.* In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos supradicti sui comiss. nominaverint, quam hereditatem ad dictos pauperes post mortem dicte sue uxoris vel quando nupserit vel religionem intraverit voluit pervenire et non ante. Et veniente et secuto aliquo predictorum trium casuum, voluit quod omnia sua bona hereditaria pervenire debeant ad dictos suos commiss., qui ipsa bona omnia vendere debeant et pretium ipsorum p. a. ipsius testatoris distribuant inter hered. suos pauperes Christi, silicet inter pauperes senes, viduas, horfanos et pupillos, claudos, ulzeratos et miserabiles personas, et pauperes domizellas de civitate et districtu Bon. ... Et voluit quod predicti commiss. supradictas CX lib. bon. legatas p. a. infra annum post mortem testatoris solvere teneantur; similiter et bona hered. sue que ad eos pervenerint post mortem dicte d. Babilonie vel postquam nupserit vel religionem intraverit, infra annum, vendere et, ut supra dictum est, distribuere teneantur; quod si facere neglixerint vel non fecerint vel si omnes ante mortem d. Babilonie decesserint, in eo casu vult quod omnia sua bona ad Guardianum Fr. Min. conventus Bononie qui p. t. fuerit debeant pervenire, qui ea vendere et distribuere debeat inter predictos suos heredes secundum quod supradictum est ... Voluit h. t. deponi debere in sacristia dictorum Fr. Min. ... Actum Bononie in *loco* Fr. Min. sub *porticu que est ante hostium scolarum dicti loci*, pp. fr. *Iohanino* de Portanova sacerdote, qui asseruit *etc.*, fr. *Bonaventura* de Fanano de dicto Ord. Fr. Min. ... Iacobus Bonaventure de Cospis not.

30/4162, n. 3. — Orig.

721. Bononiae, 19 et 22 iulii 1296.

Testamentum.

Fr. *Iohannes* q. Alberti de Canitulo ... reliq. p. a. s. XXV lib. bon., de quibus dari voluit et expendi iussit apud sepult. eius C sol. bon., quam sibi elegit apud eccl. S. Franciscbi Ord. Fr. Min. ... item reliquid *Ordinum fratris* (*sic*) *Penitentie S. Francischi* X sol. bon.; item *societati S. Marie de Schola Ord. Fr. Min.* V sol. bon. ... item *fr. Bonifacio* de Lambertaciis de Ord. Fr. Min. XL sol. bon.; item conventui Fr. Min. p. m. cant. et celebr. XX sol. bon ... item fr. *Cambio* suo fratri de Canitulo XL sol. bon.; item Alberto d. Cambii de Canitulo XX sol. bon.; item fr. *Petro* de Canitulo de Ord. Fr. Min. XX sol. bon. p. s. n. ... Residuum vero expendi et distribui iussit ubi melius et utilius visum fuerit comiss. suos infrascriptos (*sic*), quibus (*sic*) esse

voluit suos comiss. ad hec omnia et singula facienda fr. *Petrum* de Canitulo, vel alium quem ipse vellet loco sui nominare, fr. *Cambium* de Canitulo fratrem dicti testatoris et d. Bonam suam uxorem ... Et hec omnia teneantur facere comiss. predicti de consensu et voluntate dicti fr. *Petri* de Canitulo; et si contingeret omnes predictos comiss. decedere ante mortem testatoris, reliquid suos comiss. *Ministros Fratrum de Penitentia* qui nunc sunt vel p. t. fuerint ... Actum Bononie in domo dicti testatoris, pp. fr. *Bonifacio* de Lambertaciis de Ord. Fr. Min. et fr. *Petro* de Canitulo de dicto Ord. ...

Die XXII eiusdem mensis fr. *Bonifacius* de Lambertaciis procur. dicti testatoris, dedit et tradiditi h. t. in manibus fr. *Francischi* sacriste ad ponetur (*sic*) in sacristia conv. Fr. Min. de Bon. et quod sigilletur sigillo dicti conv., ad hoc ut ibi stet secretum, pp. fr. *Ubertino* de Forlivio et d. fr. *Bertholameo* d. Bonavere de Verona, de Ord. Fr. Min. ... Palmerius Cambii de Canitulo not.

30/4162, n. 4. — Orig.

722. Bononiae, 30 iulii et 6 augusti 1296 [1].

Testamentum.

Thonius f. q. d. fr. Petri Corradi ... reliq. p. a. s. XXV lib. bon., de quibus dari voluit ... conventui Fr. Min. p. m. cant. XL sol. bon. Item XX sol. bon. fr. *Acino* Ord. Min. p. s. n.; item III lib bon. uni bono homini *qui visitet altare B. Francissci de Assisio* ... Residuum vero voluit expendi et distribui ... ubi melius visum fuerit comiss. suis infrascriptis, quos esse voluit d. Gasdiam matrem suam et d. Luciam eius uxorem, si commode interesse poterint, alioquin voluit esse fr. *Acinum* Ord. Min. vel Guardianum conventus Fr. Min. de Bon. q. p. t. fuerit ... Actum Bononie in sacristia conventus Fr. Min., pp. fr. *Acino* dicti Ord. presbit., qui dixit *etc.*, fr. *Guidone* de Mantello (?) Ord. Penitentie, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Bonagracia* sacrista dicti loci, fr. *Bonaventura* de Fanano, fr. *Francischino* de la Lana et fr. *Iohanne* de Lugo, fratribus dicti loci.

Die vero VI augusti testator dep. h. t. in manu fr. *Bonagracie* sacriste Fr. Min. de Bon. sigillatum sigillo conv. Fr. Min., pp. fr. *Zacharia* Munarolus et fr. *Gerardino* de Aleraro et fr. *Iacobino* de Parma ... Oliverius q. Iohannis Martelli not.

335/5078, n. 2. — Orig.

723. Bononiae, 3 augusti 1296.

Testamentum.

D. Agnexia f. q. d. fr. Ganbaldi de Ganbaldis et uxor q. Iohannis Ugolini ... ellegit sibi sepult. apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... Commiss. autem suos esse voluit Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, et fr. *Thomaxium* de dicto Ord. suum fratrem, dans et concedens predictis et cuilibet eorum plenam licentiam *etc.* ... In omnibus autem alliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Franciscum suum filium sibi hered. instituit. Et si contingeret dictum suum filium decedere sine

---

[1] In perg. falso habetur 1206. Ex indict. et testibus, sub hoc anno 1296 inscribendum videtur.

liberis, d. sor. Samaritanam suam matrem sibi universalem hered. instituit ... Actum Bononie ... Thomax f. d. Carnelv[...] de Preytis not.

30/4162, n. 5. — Orig.

724. Bononiae, 10 augusti 1296.

Testamentum.

D. Tisius q. d. Henregipti Cabriozii ... reliquid c lib. bon., de quibus voluit expendi circa funus suum xv lib. bon., quod sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. Item III lib. bon. dicto Ord. Fr. Min. p. m. cant. ... Superfluum vero expendatur pro male ablatis per d. Iacominam uxorem suam ... cum conscilio fr. Petri sacristani si vixerit, et si non cum conscilio alterius Fratris de Ord. Pred. vel Min. fidedigni et bone persone. Et si dicta pecunia non sufficeret, tunc vult quod de aliis bonis suis mala ablata integre persolvantur per dictam dominam de conscilio predictorum Fratrum ... Actum Bononie ... Ugolinus Miglatius not.

30/4162, n. 6. — Orig.

725. Bononiae, 28 et 29 augusti 1296.

Testamentum.

Nicholaus q. d. Ugolini Gulcherii not. ... reliq. xxx lib. bon., de quibus reliquid conventui Fr. Min. III lib. bon. ... fr. *Bonifacio* de Lanbertaciis de Ord. Min. xxx sol. bon.; fr. *Iohannito* de Ymola de dicto Ord. pro uno pari solarum xv sol. bon. ... conventui Fr. Umiliatorum S. Iacobi de Sabina XL sol. bon.; sor. Iohanne de dicto ord. sorori dicti testatoris c sol. bon. ... fr. Benvenuto de dicto ordine Umiliatorum xx sol. bon. ... Reliquos autem voluit expendi in missis cant. et circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit aput eccl. B. Francissi de Bon. et alibi ubi melius visum fuerit p. a. s. comiss. suis, quos esse voluit ad hec omnia et alia exequenda d. fr. *Iohannem* eius fratrem de Ord. Fr. Min. ... Item reliquid fr. *Iohanni* de Ord. Fr. Min. fratris (*sic*) ipsius testatoris p. s. n. x lib. bon. ... Voluit h. s. t. debere deponi penes sacristiam Fr. Min. de Bon. sigillatum sigillo capituli et conventus predictorum Fratrum et presentari sacristie sive Fratribus dicti Ord. et capituli per fr. *Iohannitum* de Ymola de dicto Ord., quem suum proc. ad hec facienda constituit et citavit ... Actum Bononie in domo testatoris, pp. fr. *Iohanne* q. d. Ugolini de Ord. Fr. Min. presbit., qui dixit *etc.*, fr. *Iohannito* de Ymola de dicto Ord. ...

Die sequenti fr. *Iohanitus* de Ymola de Ord. Fr. Min. de Bon. procur. suprascripti testatoris presentavit h. t. fr. *Bonagratie* sacristano conv. et capituli S. Francissi, petens ipsum test. sigillari debere, qui Frater dictum test. sigillavit sigillo dicti capituli et conv. ... pp. fr. *Iohanne* d. Ugolini et fr. *Martino* de S. Archangello de dicto Ord. ... Ugolinus de Mellegotis not.

30/4162, n. 8. — Orig.

726. Bononiae, 5 septembris et 19 decembris 1296.

Testamentum.

D. Iacobina f. q. d. Gruamontis de Fratta ... reliq. XL lib. bon., de quibus voluit expendi circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon.

XII lib. bon. ... ad volunt. infraser. suorum commiss. reliquid conventui Fr. Min. de Bon. XII lib. bon. pro mille missis cant. p. a. s. Item voluit expendi in septimo die III lib. bon. et in trigesimo die alias III lib. bon. et in capite centum dierum alias III lib. bon. p. a. s. per infraser. suos commiss. Item reliquid fr. *Gandulfino* de Ord. Fr. Min. V lib. bon. ... Item sor. Beatrixie de Mutina V sol. bon. ... Ad predicta omnia et singula exequenda constituit suos commiss. Guardianum Fr. Min. de Bonon. q. p. t. fuerit ... et fr. *Gandulfinum* predictum de Ord. Fr. Min., quibus dedit plenam et liberam potestatem *etc.* ... Et si contingeret dictum fr. *Gandulfinum* vivere tempore mortis sue, voluit quod posit facere de dictis XL lib. bon. ad suam voluntatem. Hoc test. voluit esse secretum toto tempore vite sue et sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et positum in sacristia dictorum Fratrum et ibi stare secretum donec vixerit. Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Gandulfino*, qui asseruit *etc.*, fr. *Gerardo* de Axinellis, fr. *Ameo* de Azis, fr. *Leone* de Cremona, fr. *Francischino* de Rimanno, fr. *Iohanino* de Cremona iuniore, fr. *Luca* de Arimano et fr. *Michaele* de Sanctis, omnibus de dicto Ord. Fr. Min. ...

Die XVIII decembris fr. *Gandulfinus* de Ord. Fr. Min. proc. dicte testatricis dedit h. t. in manibus fr. *Bonagratie* sacristani Fr. Min. de Bon., ut ipsum ponat in sacristia dictorum Fratrum et sigillet, ut in ipso test. continetur ... pp. fr. *Tranchedino* de Bagno et fr. *Michaele* sacrist. de dicto Ord. ... Martinus q. d. Iohannis Gerardi not.

30/4162, n. 9. — Orig.

727. Bononiae, 17 septembris 1296.

Testamentum.

D. Laygonus f. q. d. Gandulfi de Gisso ... reliquid Ordini Fr. Min. c sol. bon.; item fr. *Bonaventure* de Giso de Ord. Min. III lib. bon ... Actum Bononie ... Ego Thomas q. Bertholomei not., ut in rogationibus q. Bertholomei Rubini inveni ... fideliter exempl. et scripsi.

30/4162, n. 10. — Exempl.

728. Bononiae, 14 et 15 octobris 1296.

Testamentum.

D. Ubertus f. q. d. Frederici de Pavanensibus ... voluit et mandavit quod omnia et singula male ablata sua certa et incerta restituantur de bonis suis et specialiter illa que reperirentur scripta in quadam cedula scripta manu Bitucii de Pavanensibus sive fr. *Petrizoli* de Apposa de Ord. Min. ... Item p. a. s. et suplemento male ablatorum, de quibus non recordatur, et circha sepult. reliq. D lib. bon. distribuendas arbitrio comiss. suorum infrascr., quam sepult. sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. Item reliquid sor. *Tomaxine* sue filie de Ord. Sororum Minorum de Bonon. de bonis suis annuatim, donec ipsa visserit, XX lib. bon. iure institucionis, et etiam ultra id quod pro ea dedit dicto monasterio quando ingressa fuit in eo, quas XX lib. voluit expendi in necessitatibus dicte sor. *Tomaxine* ... Suos autem comiss. esse voluit fr. *Petrizolum* de Aposa Ord. Min. ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Simonem qui dicitur Simolinus s. f. sibi hered. instituit. Et si dictus Simon decederet sine filiis masculis legitimis ante XXV annum, voluit et man-

davit quod hereditas sua distribuatur et dividatur inter illas personas que in cedula scripta manu fr. *Petrizoli* de Aposa de Ord. Min., sigillata sigillo ipsius d. Uberti et dicti fr. *Petrizoli* et deposita in sacristia Fr. Min. de Bonon., scripte reperirentur, et credatur et stetur et probetur quod sit scripta dicta cedula manu fr. *Petrizoli* eo ipso quod sigillata reperiatur sigillo dicti d. Uberti et sigillo dicti fr. *Petrizoli*, et illo modo et forma qui et que in ipsa cedula scripta essent ... Item voluit quod ubi duo ex dictis sui comiss. consensu fr. *Petrizoli* predicti sui comiss. fuerint concordes, quod quicquid facient sic concordes valeat et teneat ac si omnes sui comiss. concordes essent ... Actum Bononie in domo in qua habitat dictus testator, pp. fr. *Leone* de Cremona de Ord. Min. ... fr. *Guillelmo* de Naxinis ...

Die sequenti h. t. dep. fuit in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonagracie* sacriste dictorum Fratrum et dicti Ord. de Bon. ... pp. fr. *Nicholao* de Munarolis, fr. *Iacobo* de S. Iohanne et fr. *Iohanne* de Pollicino de dicto Ord. Min. ... Niger q. Ugolini de Querziis not.

30/4162, n. 11. — Orig.

729. Bononiae, 23 et 26 octobris 1296.

Testamentum.

D. Bertholinus f. q. d. Bigeli de Baysio ... reliq. p. a. s. CCCC lib. bon. distribuendas et expendendas circa funus et sepult. suam et loca religiosa ... et alibi prout inferius declaratur per suos comiss. infrascr., quam sepult. suam ellegit aput eccl. S. Francisci de Bonon. Fr. Min. Item reliq. conventui Fr. Min. de Bon. X lib. bon. ... Item cuilibet monasterio Dominarum XL sol. bon. ... Item reliquid fr. *Henrico* de Baysio Ord. Fr. Min. L lib. bon. pro libris emendis, ad hoc ut valeat studere, et quod roget Deum p. a. s. et dicti testatoris. Item Iohanni f. fr. Martini Rosselli not. reliq. C sol. bon. p. a. s. Item dicit dictus testator quod si fr. *Petrizolus* de Aposa Ord. Min. non restitueret male ablatum quod dictus testator habuit apud Sillustram ... et male ablatum quod habuit de una alia cavalcata quam fecit cum aliis pluribus apud Linarium ... tunc comiss. sui vult quod teneantur ire per se vel per alios et inquirere predicta prout melius potuerint et scito illud tunc restituatur per ipsos secundum iura ... Item dicit quod fecit instrumentum fr. *Petrizolo* de Aposa de C lib. bon. dandis et expend. pro male ablatis incertis, et vult dictus testator quod Guardianus Fr. Min. et fr. *Henricus* de Baysio una sint et esse debeant cum dicto fr. *Petrizolo* ad dandum et solvend. dictam pecunie quantit., secundum quod melius et utilius videbitur p. a. dicti testatoris. Item reliq. cuilibet Fratri qui sunt et erunt conscripti in h. test. in testem IV sol. bon. p. a. s. et p. m. cant. ... Et ad predicta omnia et singula exequenda ... fr. *Hericum* de Baysio ... suos ellegit comiss., dans et concedens eis plenam potestatem *etc.* Actum Bononie ... pp. fr. *Iacobo* de Podiali, qui dixit *etc.*, fr. *Iacobo* de Ducis (?), fr. *Bonaventura* de Elziano, fr. *Bartholomeo* de Feraria, fr. *Lambertino* de Ymola, fr. *Petro* de Veruculo et fr. *Iohanne* de Elziano, omnibus de Ord. Min. ...

Die XXVI eiusdem mensis fr. *Iacobus* de Podiali proc. dicti testatoris consignavit et dedit h. I. in manibus fr. *Bonagratie* sacriste Fr. Min., pp. fr. *Petro* de Castagnolo et fr. *Gregorio* de Feraria ... Fr. Martinus Rossellus q. Belluni not.

30/4162, n. 13. — Orig.

730. Bononiae, 23 octobris 1296.

Testamentum.

Iohannes f. q. d. Lambertini de Galleria ... reliq. et dari iussit de bonis suis illis personis, que scripte sunt in quadam cedula quam habet penes se fr. *Iacobinus* de Galleria de Ord. Min., illas quantitates pecunie que in illa cedula continentur pro male ablatis certis et incertis ad voluntatem ipsius Fratris ... Item reliq. de bonis suis xx lib. bon., de quibus dari voluit ... III lib. bon. conventui Fr. Min. pro missis canend. Reliquos autem expendi et distribui iussit circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. et ... alias secundum visum fuerit utilius p. a. s. dicto fr. *Iacobino*, quem suum comiss. esse voluit, dans eidem plenam licentiam vendendi, alienandi *etc.* Et si dictus fr. *Iacobinus* non posset vel nollet se intromittere de dicta comissaria ... reliquid eidem fratri potestatem et bayliam constituendi alium et alios comissarios loco sui, ad suam voluntatem ... Item reliq. cuilibet infrascriptorum, qui sunt vel erunt conscripti testes in hoc test., v sol. bon. p. a. s. Item reliquid de aliis suis bonis ... fr. *Iacobino* predicto p. a. s. annuatim illud quod sibi fuerit necessarium p. s. n. ad suam voluntatem, ita quod sua auctoritate possit, de bonis suis et de quibus voluerit, accipere et apprehendere, dicta occasione, sine contradictione heredum vel alterius cuiuscumque persone; item reliquid fr. *Iohanni* de Ugiano xx sol. bon. ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Lambertinum et Bertholomeum suos filios sibi hered. instituit ... et si ... non exstantibus vel remanentibus aliquibus ex eis filiis, decesserint, eo casu reliq. de bonis suis d. Beatrixie sue sorori xxv lib. bon. i. l. ... Residuum vero expendi et distribui (voluit) p. a. s. arbitrio fr. *Iacobini* predicti ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Iohannino* de Portanova, fr. *Iacobo* Candelino, fr. *Iacobo* barbario de burgo S. Chaterine, fr. *Enricho* de Perticonibus, fr. *Petro* de Canitulo sacerdote, qui asseruit *etc.*, fr. *Anthonio* Porcello de Ymola, fr. *Bonagracia* sacrista Fr. Min. et fr. *Guillelmo* Honeste de strata S. Vitalis, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Eodem die testator predictus dep. h. t. in manibus fr. *Bonagracie* sacriste dictorum Fratrum et fecit ipsum sigillari eidem fratri *Bonagracie* sigillo conventus dictorum Fratrum ... Bene Predalbini not.

30/4162, n. 14. — Orig.

731. Mutinae, 17 novembris 1296.

Testamentum.

Azolinus f. q. d. Fabrutii de Lambertatiis de Bon. ... pro male ablatis incertis de bonis suis relinquid XII lib. bon. dispensandas arbitrio fr. *Guidonis* de Tuschis de Bononia lectoris Fr. Min. de *Mutina* et fr. *Bonefatii*. Item relinquid pro animabus trium suarum sororum defontarum xv lib bon. dispensandas arbitrio dictorum Fratrum. Item conventui Fr. Min. de *Mutina* p. a. s. x lib. bon. pro una tabulla altaris, ubi pingatur ymago B. Virginis et aliquid alliud, sicut eis videbitur ... Item pro vestiendis xx pauperibus de bixolle arbitrio dictorum Fratrum relinquid xxx lib. bon. p. a. s. Item relinquid unum calicem precio x lib. bon., qui detur uni capelle pauperi de Bon. arbitrio dictorum Fratrum. Item unam planetam precio x lib. bon., que

detur arbitrio dictorum Fratrum uni alteri capelle pauperi de Bon. ... Si heredes sui capaces sue heredit. inventi non fuerint, tunc privat eos omni heredit. sua, et pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos predicti fratres *Guido* et *Bonefatius* ellegerint et nominaverint, dans ipsis Fratribus liberum et generale mandatum predicta legata solvendi, pauperes elligendi et inter [eos] distribuendi et bona sua aprehendendi, vendendi *etc.* ... Et voluit et precepit quod ponatur, tempore mortis sue, in sepultura ad domum Fratrum Min. ... (Actum) in Motena in *domo* Fratrum Min. (in) pres. fr. *Nicholayi* de Motina ... Griffus de Casaleclo not.

30/4162, n. 16. — Orig.

732. Bononiae, 27 decembris 1296.

Testamentum.

Testamentum d. Petri Azarini de Castagnolo maiori ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Bonacosa* de Castro Francho, Bertholomeo de Bonaveris Mutina, d. fr. *Ubaldino* de Feschardis, d. fr. *Bollognito* de Peradello, d. fr. *Henrico* de Gallutiis, fr. *Francischo* de burgo Peradelli sart[ore?] sacrista et d. fr. *Bonagratia* sacrista Fr. Min. de Bon. ...

Ipse idem testator in pres. dictorum testium voluit poni dictum suum test. in sacristia predictorum Fratrum dicta die ... Victorius q. Iacobi not.

30/4162, n. 18. — Orig.

733. Bononiae, 28 et 29 decembris 1296.

Codicillus et donatio.

D. Ugolinus q. d. Raynerii comitis de Montaxico ... de CXII lib. bon., quas debet recipere ab Artuxio q. d. Nicholay de Monzone ... remitit ipso Artuxio debitori VI lib. bon.; item d. Ynide sorori dicti Artuxii reliquid XIII lib. bon., in quibus eidem domine tenebatur ... Residuum vero reliquid, dedit et causa mortis donavit, p. a. s. et male ablatis incertis, conventui Fr. Min. de Bonon. Quam donacionem promisit habere firmam et ratam et non contra venire aliqua racione vel causa, sub obligacione omnium bonorum suorum; ad cuius donacionis maiorem firmitatem tradidit fr. *Maynerio* Guardiano conventus eiusdem instrumentum obligationis, in quo continetur et apparet dictum Artuxium fore obligatum ad solvendum ipso d. Ugolino dictam peccunie quantitatem, volens ex nunc ipsum Guardianum et conventum omne ius habere contra dictum Artuxium et eius bona, quod sibi competebat et competere poterat ... et vult et ordinat quod de peccunia memorata, Guardianus qui nunc est vel p. t. fuerit, fatiat fieri unum saltirium ad usum chori conventus predicti, et unam tunicellam et unam dalmaticam subdiacono et diacono ecclesie plebis de Sambro de prima peccunia que recipietur de quantitate predicta. Residuum vero peccunie memorate expendere debeat pro anima ipsius donatoris, de conscilio fr. *Bonifacii* de Lambertaciis et fr. *Iohanini* de Cremona, si presentes fuerint, ubi et secundum quod eis melius et utilius videbitur expedire ... Volens insuper predictam donacionem et codicillos esse secretos ... et deponi debere in sacristia Fr. Min. Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Guidoctino* de Prindipartibus, fr. *Manfredo* de Thomariis, fr. *Anthonio* de Trivixio, fr. *Gerardino* de Allerariis, fr. *Iohanne* de Ymola et fr. *Bonifacio* q. d. Fabri de Lambertaciis, qui dixit *etc.* ...

Die sequenti dictus d. Ugolinus dep. predictam donacionem et codicillos sigillandam et sigillandos sigillo capituli et conventus penes fr. *Bonagratiam* sacrestanum, pp. fr. *Iohanino* de Cremona et fr. *Francischo* de Tebaldis, de Ord. Fr. Min. ... Zacharias de Christianis not.

342/5085, n. 82. — Orig.

734. Bononiae, ... 1296.

Schedula testamentaria.

Cum d. Ubertus de Pavanensibus fecerit test., in quo inter cetera reliquid et instituit Symolinum suum filium sibi heredem, et si dictus Simolinus decederet sine filliis masculis legitimis ante xxv annum, voluit et mandavit quod hereditas sua distribuatur et dividatur inter illas personas que in cedula quadam scripta manu fr. *Petrizoli* de Aposa Ord. Min. sigillata sigillo ipsius d. Uberti et dicti fratris et deposita in sacristia Fr. Min. de Bonon. scripte reperrientur ... et ideo volens dictus d. Ubertus voluntatem suam declarare per cedulam supradictam, et bona sua distribuere, secundum dictum modum, et infrascriptas personas substituere dicto suo fillio in infrascriptis quantitatibus et rebus et bonis, et legata relinquere prout inferius continetur, predictam cedulam iussit et fieri voluit et scribi, manu dicti fratris, infrascripta forma et modo, mandans quod quicquid in ipsa cedula reperietur ... totum efectui mancipetur per heredes et comiss. suos ... Item sor. *Thomasina* sua fillia habeat ccc lib. bon. iure legati sive substit.; item cum dicte sorori reliquerit in suo test. annuatim xx lib. bon., vult quod, quandocunque ipsi sorori vel monasterio suo placuerit, detur tantum in possessionibus ipso monasterio, unde ipsa soror, dum vixerit, et monasterium suum, post mortem ipsius sororis, plene et integre possit habere illas xx lib. bon. annuatim; que possessio remanere debeat dicto monasterio, post mortem ipsius sororis p. a. ipsius d. Uberti, etiam non contingente casu suprascripto mortis dicti Symulini; contingente autem dicto casu, habeat dicta soror si vixerit, ultra supra prox. dictam possessionem, in pecunia illas ccc lib. superius dictas. Item voluit et mandavit quod per predictum fr. *Petrizolum* si vixerit, allias per Guardianum Fr. Min. conventus Bonon. qui p. t. fuerit, et d. Bertholomeum et d. Betutium de Pavanensibus, dentur pauperibus et distribuantur in operibus pietatis et altarium ornamentis et paramentis pro missis ccccc lib. bon. ... Et ego fr. *Petrizolus* de Aposa Ord. Fr. Min. de mandato et voluntate et licentia dicti d. Uberti cedulam predictam, et omnia et singula que in ea continentur mea propria manu scripssi et meo sigillo sigillavi, et sigillo ipsius d. Uberti sigillari feci ...

346/5089, n. 14. — Orig. In dorso « Hec est cedula de qua facit mentionem testamentum d. Uberti de Pavanensibus; debet aperiri quando Symolinus compleverit xxv annos vel ante quandocumque ipse Symollinus decederet ante dictam etatem ». = Cf. n. 758.

735. Bononiae, 15 ianuarii 1297.

Testamentum.

D. Iohaninus q. d. Ranberti ... reliquid p. a. s. conventui Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. p. m. cant. ... item fr. *Gandolfino* Ord. Fr. Min. pro auxillio unius tonice x sol. bon. ... Hoc test. voluit esse secretum et in sacristia Fr. Min. poni et sigillari sigillo predictorum Fratrum et conventi (*sic*) ad perpetuam rei memoriam. Actum Bo-

nonie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Gandolfino* de Mutina, fr. *Nicolino* de Butrio, fr. *Landulfo* de Cazanimicis, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Bonagratia* sartore, fr. *Marchixino* de Parma, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Francisco* sartore, qui dixit *etc.*

Eodem die dictus testator dep. predictum suum test. penes fr. *Bonagratiam* sacrist. predicti Ord., pp. fr. *Gandolfino* de Mutina et fr. *Micaele* d. Venancii ... Albertus Iohannis de Ricalfis not.

30/4162, n. 22. — Orig.

736. Bononiae, 28 ianuarii et 6 februarii 1297.

Testamentum.

D. Maria f. q. d. Buvalelli Petri Cavalli de Portanova et uxor q. d. Thomaxii Bonandini ... reliq. LXXX lib. bon. ... de quibus reliquid iusta sepult. suam, quam sibi elligit apud eccl. Fr. Min. de Bon., x lib. bon. ... Item reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. IV lib. bon.; item p. a. s. ecclesie S. Francischi de Bonon. unum pallium pro una planeta quod costet x lib. bon.; item fr. *Gandulfino* de Ord. Min. XX sol. bon. Et si predicti Fratres vel aliquis predictorum ... prohiberent ne legata que in hoc test. continentur legatariis solverentur, ipso dicto vel facto priventur sibi et conventui et ecclesie dictorum Fratrum relictis ... Item reliq. fr. *Azoni* XX sol. bon.; item fr. *Iohanino* de Portanova XX sol. bon.; item fr. *Ianellino* XX sol. bon. ... Comiss. suos ad predicta omnia exequenda sibi elligit ... et fr. *Gandulfinum* de Ord. Fr. Min. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. apud ecclesiam S. Francisci, pp. fr. *Acino*, fr. *Gandulfino* de Mutina, fr. *Thomaxio* Gambaldo, fr. *Zane* de Ymola, fr. *Iacobo* barbario, fr. *Iohanne* de Placentia, omnibus de Ord. Fr. Min., fr. *Petro* Picinino ...

Die VI februarii predictus fr. *Gandulfinus* Frater Minor procur. dicti testatoris presentavit, dep. et dedit fr. *Bonagratie* sacriste Fr. Min. hoc test., pp. fr. *Iacobino* de Parma Ord. Fr. Min. et fr. *Francisco* sartore eiusdem Ordinis ... Thomas f. q. Alberti Fabri not.

30/4162, n. 26. — Orig.

737. Bononiae, 2 februarii 1297.

Testamentum.

D. Agnexia f. q. d. Guezii de Gueziis ... reliq. XXXVI lib. bon., de quibus dari voluit fr. *Gandulfino* de Mutina de Ord. Fr. Min. de Bon. III lib. bon.; item fr. *Francissco* de Ord. dictorum Fratrum Min. IV lib. bon. ... Item reliq. et expendi iussit circha funus et sepult. ipsius, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., C sol. bon. Actum Bononie ... Boniohannes q. Rolandini Scornavaze not.

30/4162, n. 27. — Orig.

738. Bononiae, 17 februarii et 3 martii 1297.

Testamentum.

Gerardina f. q. d. Bonacurxii de Tuschis Strate Maioris ... reliq. de bonis suis p. a. s. fr. *Petro* de Canitulo de Ord. Fr. Min. x lib. bon. ... Ad omnia et singula suprascripta et infrascripta facienda suum commiss. ellegit fr. *Petrum* de Canitulo

de Ord. Fr. Min., et si contingerit dictum fr. *Petrum* mori ante mortem testatricis, vel alias legitime impediri, tunc suum fideicommiss. *Guardianum Fr. Min. de loco S. Francischi de contrata S. Stephani* et confessorem Dominarum eiusdem loci, qui p. t. fuerint; et (si) supradictus fr. *Petrus* vel Guardianus vel confessorem (*sic*) nolent vel non possent se de dicta commissaria intromittere, illum vult esse suum commiss. quem supradicti commissarii elligere vellent, cui vel quibus dedit plenam et liberam potestatem vendendi *etc.* ... In omnibus aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi suos hered. instituit, quos supradictus commiss. suus sive commissarii nominare voluerint. Actum Bononie in *domo S. Francischi strate S. Stephani de loco Dominarum*, pp. fr. *Petro* de Canitulo de Ord. Fr. Min., qui dixit *etc.*, fr. *Petro* de S. Maria in Strata, fr. *Iacobo* de Maystra, fr. *Iacobo* de Vernacia, fr. *Francishino* de Parma, fr. *Iacobino* de Galeria, d. Mathiolo q. Albertini famulus (*sic*) Dominarum S. Francischi et Iacobino Zannis de Parma famulus dictarum Dominarum ...

Die III martii dictus fr. *Petrus* de Canitulo proc. dicte d. Gerardine dedit et consignavit h. t. in manibus fr. *Bonagracie* sacristano Fr. Min. ad hoc ut sigilletur sigillo dicti conv. et ad hoc ut secrete teneatur, pp. fr. *Zanelino* de Carpo et fr. *Bolognito* d. Bonvixini et fr. *Iohanne* de Canitulo ... Palmerius Cambii de Canitulo not.

30/4162, n. 32. — Orig.

739. Bononiae, 23 et 24 februarii 1297.

Testamentum.

D. Manfredus de Abaysio de Mutina, qui nunc moratur Bononie ... reliq. III lib. bon., quas vult quod expendantur circha funus et sepult. suam et in miss. cant. et in terminis septem dierum, treginta, centum et in anoale, quam sepult. sibi elligit apud eccl. S. Francisci Ord. Fr. Min. de Bonon. ... Voluit quod sui commiss. debeant facere secundum consillium et voluntatem fr. *Francisci* de Pisarinis de Mutina et fr. *Iohannis* de Mutina, ambo de Ord. Fr. Min. ... Item reliquid de aliis suis bonis pro male ablatis certis et incertis c lib. bon., quas vult dari et distribui secundum voluntatem, conssillium et disponitionem fr. *Iohannis* de Mutina et fr. *Francisci* de Pixarinis de Mutina, ambo de Ord. Fr. Min., vel ad voluntatem Guardiani Fr. Min. de *Mutina* qui p. t. fuerit, ut patet instrumento scripto manu mei not. infrascr. Actum Bononie ... pp. fr. *Francischo* de Pissarinis de Mutina Ord. Fr. Min., qui asseruit *etc.*, fr. *Iohanne* de Mutina Ord. Fr. Min. suo confessori. ...

Die sequenti fr. *Iohannes* de Mutina proc. dicti testatoris dep. h. t. in sacrista Fr. Min. de Bon. ... sigillatum sigillo Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonagratie* sacriste sacristie Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Bonincuntro* de Butrigariis et fr. *Rodulfo* de Tuschis. ... Bertholameus Michaelis Addami not.

30/4162, n. 33. — Orig.

740. Canituli, 5 et 6 martii 1297.

Codicillus.

D. Dominicus q. Gillerii, cui dicitur Cavacosone de Pollicino a sero Reni ... ellegit suum comiss. d. Martinellum suum fratrem, et si dictus Martinellus moriretur ante mortem dicti testatoris, suum fideicommissarium ellegit Guardianum Fr. Min., cui dedit plenam licentiam *etc.* Actum in curia Canituli ...

Die sequenti h. t. consignatum fuit in manibus fr. *Bonagratie* sacristano Fr. Min. quod sigilletur sigillo dicti conventus ad hoc ut secrete teneatur, pp. fr. *Petro* de Canitulo de Ord. Fr. Min. ... Palmerius Cambii de Canitulo not.

30/4162, n. 34. — Orig.

741. Bononiae, 13 martii 1297.

Conventio super quodam legato inter Sorores S. Clarae Bon. et commissarios test. q. mag. Thaddaei Alderoti de Florentia.

Cum olim bone memorie egregius vir d. magister Thadeus q. d. Alderoti de Florentia, artis physice professor et doctor, suum fecerit testamentum, scriptum manu d. Bonaventure Viviani not. sub anno Domini MCCLXXXXIII, ind. VI, die XXII ianuarii; et infra cetera que in eodem test. continentur, tales dispositiones fecit et ordinavit: in quo quidem in primis reliquid p. a. s. et parentum suorum X^m lib. bon. expendend. et distribuend. per infrascriptos modos, de qua quantitate X^m lib. bon. sic disposuit et ordinavit: nam voluit et mandavit quod IIII^m lib. bon. de dicta summa et quantitate sibi relicta pro anima, expendantur et ex eis emantur possessiones fructifere, per commiss. suos infrascriptos, pro conventu et nomine conventus *Dominarum S. Francisci Ord. S. Clare de strata S. Stephani* civit. Bonon., si dictis Dominabus et conventui earum placuerit, de fructibus quarum possessionum teneantur dicte *Domine de S. Francisco* et conventus ipsarum tenere et habere perpetuo ad honorem Dei omnipotentis et gloriose Virginis Marie, beati Francisci et S. Clare, et ad reverentiam Ord. predicti, in domibus ipsarum iuxta vel prope ipsum monasterium XIII Fratres Minores de Ord. Fr. Min. pro divino ibidem officio continue celebrando; quibus omnibus Fratribus ipse Domine et conventus ipsarum expensas omnes secundum ritum eorum facere teneantur et debeant. Item de fructibus dictarum possessionum, que ementur de dicta pecunia, singulis annis, perpetuo ipse *Domine et Sorores et conventus S. Francisci de strata S. Stephani*, teneantur et debeant dare L lib. bon. pro expensis unius Fratris de Ord. Min. de Prov. Bonon., qui Frater debeat stare in *studio Parisiensi in Theologia*, ultra numerum Fratrum studencium, qui ibidem stare soliti sunt et stabunt; et illo Fratre revocato, alius continue succedat in ipso studio, et sic perpetuo fieri debeat nichil obmisso; cui vel quibus dicte *Domine et Sorores de S. Francisco* dare teneantur dictas L lib. bon. pro expensis et necessitatibus eorum, ut predictum est. Et voluit ipse testator quod ille Frater Minor et scolaris et allii sibi successuri elligantur et elligi debeant secundum quod consueverunt allii de dicta Provincia Bon. elligi, qui mittuntur Parisiis ad studendum, et secundum quod p. t. elligentur, et sic fieri debeat, et non aliter vel allio modo; et voluit, ordinavit atque mandavit quod ille Frater sic eligendus, et allii successuri sic elligendi, elligi debeant magis pauperes et magis indigentes qui non habeant aliquorum scolarium auxilium nec habere possint. Et pro predictis omnibus et singulis sic exequendis, complendis et faciendis et observandis, dicte *Domine de S. Francisco* et earum conventus, se et bona dicti monasterii obligare teneantur et debeant commissariis dicti testatoris infrascriptis, per eum modum et formam quo et qua magis et fortius poterunt, cum conseilio sapientum, ad hoc ut predicta observare et facere non desistant. Et in predicta quantitate IIII^m lib. bon., cum condictionibus et modis superius dictis, predictas *Dominas et conventum de S. Francisco* heredes instituit. Et

si dicte *Domine de S. Francisco* nollent vel non acceptaverint predicta, vel si acceptaverint, et steterint per biennium quod dictos Fratres non tenerent, ut predictum est, tunc et in eo casu voluit et mandavit ipse testator quod de illis IIII^m lib. ematur unus locus per dictos suos commiss. etc. Et infra allia que in eo testamento continentur, suos commiss. elegit et esse voluit, ad omnia predicta et singula exequenda et etiam ad allia que in eodem test. continentur, silicet dd. Thomaxinum de Plantavignis, Ugolinum de Montezanigho, Novelonem Migloris de Flor. et Amideum Poete, quibus commiss. dedit et concessit plenam et liberam licentiam, auctoritatem et potestatem etc., que in eodem test. continentur. Et quia dictus d. Thomaxinus de Plantavignis mortuus erat ante mortem dicti testatoris, loco eius fecit et ordinavit suum commiss. d. fr. Raynucium Deutaiuti de Flor., cui dedit similem potestatem et bayliam, ut et alliis commiss. contulit et fecit, ut de hoc apparet codicillo scripto manu Ieremie Angellelli not. sub anno Domini MCCLXXXXV, ind. VIII, die secundo iunii, a me Iacobino not. infrascripto viso et lecto.

Ideo volentes predicti commissarii adimplere et executioni mandare predictum legatum de IIII^m lib. bon. et ea que in dicto legato et circa dictum legatum per eos facienda sunt, ut supra dictum est, accesserunt omnes unanimiter ad predictum monasterium *Dominarum S. Francisci* pluries, et denuntiaverunt dictum legatum, et hostenderunt et legi fecerunt dictum test. d. Abbatisse et dictis Sororibus, et illud eis dimiserunt ut deliberationem et conscilium haberent super dicto test. et legato eis relicto predicto; rogantes dominam Abbatissam et Dominas, ut amore Dei et ob reverentiam B. Francisci et S. Clare, et ad remissionem peccatorum anime predicti testatoris, et ob reverenciam quam dictus testator gessit et habuit circa dictum Ord. S. Francisci et monasterium predictarum Dominarum, dictum legatum vellent et deberent acceptare. Que d. Abbatissa et Sorores, habito conscilio sollempni et pluries deliberato et habita collatione in capitulo earum, firmaverunt et stabilierunt unanimiter et concorditer recipere et acceptare dictum legatum, eo modo et forma prout in test. dicti magistri Thadei continetur, quamvis credant quod dictum legatum mag. Thadei vix sufficeret ad medietatem omnium expensarum que oportet et oportebit subire dictum monasterium dicta de causa, et promittere et obligare se et earum success. et bona dicti monasterii et conventus predictis commiss. magistri Tadei, sicut in dicto test. continetur plene et melius, secundum conscilium sapientum eorum, ut omnia predicta predicte Domine et Sorores et conventus, coram me not. et testibus infrascriptis, confesse sunt et sic actum esse affirmaverunt. Predicti vero commiss., intellecta voluntate et deliberatione predictarum Abbatisse, conventus et Sororum, iuxta formam test. predicti, ut omnia ordinate et de iure procederent et taliter firmarentur quod perpetuo servarentur, habuerunt et requisierunt conscilium sapientum, tam in iure canonico quam civili; per quos super dicto negotio, ad hoc ut predictum opus et legati predicti perfectio et adimpletio possit et debeat habere perpetuam et continuam perseverántiam secundum voluntatem et intentionem dicti testatoris, prout in dicto suo test. continetur, et ad hoc ut propter inconveniencias non possit perire vel diminui, consultum fuit quod inter commiss. et Dominas et conventum predictos infrascripta forma et modus servetur, silicet quod per dictos commiss. et ipsi commiss. debeant dare et consignare dictis d. Abbatisse, *Dominabus Sororibus et conventui S. Francisci* tantam quantitatem possessionum fructiferarum emendarum de denariis q. mag. Tadei, que sint valoris emptionis ac precii IIII^m lib. bon., pro ipsis conv. et

nomine dicti conv. monast. S. Francisci predicti de parte quantitatis x^m lib. bon. relictarum p. a. ipsius testatoris; et quod predicta de causa, ad honorem Dei omnipotentis, Virginis Marie, S. Francisci, B. Clare et ad reverentiam Ord. predicti S. Francisci, et predicte d. Abbatissa, Sorores et conventus eiusdem monast. promittant per sollempnem stipulationem, per se et earum success. dictis commiss. et not. stipul. vice et nomine quorum interest vel intererit vel interesse potest vel poterit, tenere et habere perpetuo in domibus ipsarum predicti monasterii, iuxta ipsum monasterium, *xiii Fratres de Ord. Fr. Min.* pro divino ibidem officio continue celebrando in ecclesia dicti monasterii et domibus que sunt iuxta ipsum monasterium, computatis in dicto numero XIII *illis 6 Fratribus de dicto Ord.* quos tenere ibidem consueverunt, et nunc tenent, et etiam in dicto numero sit computatus capellanus seu confessor dictarum Sororum, quia sic constat fuisse intentio testatoris. Et ad hoc ut conventus dictorum Fratrum tredicim de bono in melius conservetur, et ne per multiplicationem aliqua inconveniencia oriatur vel oriri possit, promittant dicta d. Abbatissa, Sorores et conventus predicti, dictis commiss. et not. stipul., ut predictum est, modo aliquo vel ingenio sub aliquo titulo non consentire nec permittere esse ibidem aliquo tempore, in conventu, ultra dictam quantitatem XIII Fratrum, nisi esset de licentia d. Cardinalis qui p. t. preherit Ordini S. Clare, expressa per suas litteras sui sigilli munimine roboratas. expresse facientes mentionem de hoc test. et legato et contractu habito inter predictas Dominas et commiss., et etiam nisi esset de consensu et voluntate totius conventus vel saltem trium parcium ipsius. Quibus XIII Fratribus continue residentibus cum famulo suo, et cum transeuntibus et hospitantibus, se astringant dictis commis. et not. stipul. nomine quorum interest vel posset interesse, quolibet anno, secundum formam test. dicti magistri Tadei p. s. n. dare panem eis necessarium, silicet talem qualem dicte Domine et Sorores utentur pro conventu earum, et vinum necessarium eis de vinea vel vineis que ementur de dicta pecunia, vel de vineis dicti monasterii, que sunt iuxta dictum monasterium supra ramum Savine, qui fluit per dictum locum monasterii predicti, de qua vel quibus voluerit Guardianus; et si contigeret de dictis vineis vinum suffitiens pro predictis Fratribus non recoligi, propter tempestatem vel aliam calamitatem, teneantur eis dare vinum bonum et sanum et similiter si aliquando corumpetur, ad eorum sufficenciam, et etiam de farina, fabis et leguminibus causa commedendi pro eorum necessitatibus, famulo et forensibus Fratribus, et oleum pro luminaribus ecclesie, et candelas et allia necessaria in ecclesia, pro solo divino officio celebrando et non aliter, et CLX lib. bon. quolibet anno, silicet LXXX lib. bon. de mense madii, et alias LXXX lib. de mense ottubris, pro omnibus expensis eorum et famuli necessariis, et etiam pro expensis Fratrum dicti Ord. S. Francisci inde transeuncium et etiam ibidem ospitantium, silicet pro oleo, larto, caxeo, sale, candelis, lignis, toaglis, et pro vestimentis, capis, tunicis et soleis, mantellis, pellibus et cozis et omnibus pannis laneis et lineis, et pro conservatione vasorum et suppellatilium a primo anno in antea, et generaliter pro omnibus alliis necessariis eis et famulo et Fratribus forensibus ibidem hospitantibus vel transeuntibus; et ex nunc prout ex tunc consenciant et concedant quod sit predictis Fratribus licitum et possint de fructibus loci et broyli ubi habitant vel habitabunt, ut supra dictum est, facere omnem eorum voluntatem, et similiter de horto facere fieri et coli ibidem per eorum famulum et alios p. s. n. Item consuluerunt sapientes predicti, ad hoc ut omnia pacifice et sine murmuratione procedant, permaneant et serventur perpetuo, quod

omne legatum, oblatio et helemosina que fiet seu relinquetur dicto loco et monasterio, nisi esset dimissum alicui fratri vel Fratribus in speciali, sive conventui ipsorum Fratrum, totum debeat devenire ad Abbatissam et ad monasterium predictarum Dominarum pro ipsis Dominabus, nisi fuerint denarii et candele dati pro missis celebr. dictis Fratribus, et quod helemosina vel helemosine que darentur dictis Fratribus vel Sororibus per Comune Bonon. semper esse intelligantur monasterii predictarum Dominarum, etiam si Fratribus relinquentur. Reliquie vero que supererint vel superaverint a mensa dictorum Fratrum, quibus dicti Fratres noluerint uti pro se et servientibus in dicto loco, coniungantur cum helemosina dictarum Dominarum tali modo et forma, quod dicti Fratres de hoc se non intromittant de aliqua helemosina facienda.

Item quod cum provisum sit dictis XIII Fratribus, et hospitantibus et transeuntibus et famulo, secundum intentionem dicti testatoris et ritum eorum Ordinis, de omnibus expensis, predicte d. Abbatissa, domine Sorores et conventus predicti monast. non possint nec debeant aliquid ultra per se vel per alios, vel per aliquem modum rectum vel obliquum, modo aliquo vel ingenio, dare vel mittere in speciali vel generali dictis Fratribus, nec hospitantibus vel transeuntibus, neque famulo vel alicui in dicto loco existenti, nec permittent per dictum conventum dictarum Dominarum vel aliquam ex earum Sororibus vel familiaribus eiusdem, seu per aliquam personam, quod habeant aliquid de bonis dicti monasterii, conventus et Sororum, ultra dictam summam; nisi solummodo quod d. Abbatissa, que est vel erit pro tempore, possit ob reverenciam Dei et B. Virg. gloriose Marie, B. Francisci et B. Clare et omnium infrascriptorum Sanctorum Sanctarumque Dei, et pro anima sua et Sororum predictarum, et parentum earum et earum success. et p. a. mag. Tadei, dare vel mittere, singulis annis, in festo Nativitatis Domini et in Pascate Resurectionis, in festo B. Francisci et B. Clare, tantum quod valeat, quolibet festo, usque ad quantitatem XXXX sol. bon. sive XXXX sol. bon. et non ultra; et in festo purificationis B. Marie et in festo Annuntiationis eiusdem, in Ascensione, in Pentecoste, in festo B. Antonii mensis Iunii, in festo B. Iohannis Baptiste et S. Petri apostoli mensis Iunii, in festo Magdalene, in Adsumptione gloriose Virg. Marie et in Nativitate eiusdem, et in festo omnium Sanctorum et B. Andree, silicet in quolibet festo predictorum, tantum dare vel mittere, quolibet anno, quod valeat XX sol. bon. sive XX sol. bon. et non ultra.

Item consuluerunt sapientes, quod dicte d. Abbatissa, Sorores et conventus obligent se et bona dicti mon., singulis annis perpetuo, secundum formam test. dicti mag. Tadei, dare et designare L lib. bon. pro expensis unius fratris de Ord. Min. de Prov. Bon. qui stare debeat in *studio Parisiensi in theologia,* ultra numerum Fratrum studencium qui ibidem stare et soliti studere sunt vel erunt, cui teneantur dare, pro expensis et necessitatibus, ut supra dictum est, dicti Fratris et scolaris, ut notatum est per ipsum testatorem in dicto eius testamento.

Quare commiss. predicti, silicet dd. Ugolinus de Montezanicho, Novelonus Migloris de Flor. et fr. Raynucius q. Deutaiuti de Flor. et vice et nomine d. Amidei Poete eorum socii commiss., nomine ipsius q. mag. Tadei predicti, dederunt, et consignaverunt fr. *Henrico* syndico et converso dicti monasterii et conventus S. Francisci Ord. S. Clare, pro ipso monasterio et conventu predicto *Dominarum S. Francisci,* ut de dicto syndicatu plene patet ex instrumento mei Iacobini not., peciam unam terre casamentate posit. in strata S. Stephani extra circulam cum tribus vel quatuor domibus propriis donegatis super ea sitis, que est vel esse dicitur circa

v tornat., aut plus vel minus que sit cadat in hanc dationem et consignationem, et cum omnibus iuribus et actionibus et requisitionibus eidem spectantibus, cuius hii dicuntur confines, iuxta Henrigyptum Gallum, et iuxta possessiones dicti monasterii, et iuxta stratam publicam, et iuxta quamdam viam qua itur ad locum Guidonis de Lentiis sive d. Gerardini de Pegolotis. Item aliam petiam terre ortive et partim vineate, cum una domo cuppata super ea, posit. iuxta foveam civit. Bonon. via mediante extra circulam, infra circula (*sic*) strate S. Stephani et strate Castillionis, et iuxta viam Formighelle, et iuxta dictum monasterium S. Francisci, et iuxta possessiones S. Iuliani, que est vel esse dicitur circa vi tornat., aut plus vel minus que reperiretur cadere debeat in predictam summam, que petie terre et domus prelibate empte sunt a d. Dominico Poete per ipsos commiss. magistri Tadei pro pretio DLXXV lib. bon. de predicta summa et quantitate IIII^m lib. bon. relictarum per ipsum testatorem dicto monasterio S. Francisci, ut de dicta emptione patet instrumento manu mei Iacobini not. scripto; dantes dicti commiss. dicto syndico pro dicto monast. convent. et Sororibus plenam licentiam et liberam potestatem sua propria auctoritate, possessionem et tenutam ingrediendi et accipiendi predictarum omnium rerum et cuiuslibet earum. Item dederunt et designaverunt predicto syndico, pro dicto monast., convent. et Sororibus, domos et possessiones que fuerunt q. magistri Tadei predicti, silicet III domos continue et quasi simul se tenentes, sine aliquo medio, posit. iuxta campum fori, et iuxta viam publicam [1]; et aliam petiam terre ortive posit. in contrata Veze, quas predictas domos et terram emit mag. Tadeus predictus a societate calzolariorum [1]; et aliam petiam terre ortive posit. in guardia civit. in loco qui dicitur Veza, que est III tornat. minus duobus tabulis iuxta *etc.*, existimatas predictas domus et petias terre ortive, que olim fuerunt magistri Tadei, per ipsos commiss. predictis Dominabus et convent., DCCCXXV lib. bon., quas DCCCXXV lib. bon. dicti commiss. acceperunt de predicto legato IIII^m lib. bon. relicto predictis Dominabus, et converterunt et distribuerunt in aliis legatis et negotiis ordinatis per dictum magistrum Tadeum in suo test.; dantes predicto syndico, pro dictis Dominabus et conventu, licentiam et potestatem ingrediendi possessionem et tenutam accipiendi dictorum bonorum. Et promiserunt dicti commiss. quod quam citius potuerint, facient emptionem, de superfluo quantitatis predicte IIII^m lib. bon., quod superfluum est MMDC lib. bon., de aliquibus bonis possessionibus, quas utiliores et magis fructiferas pro ipsis monasterio, Dominabus et conventu potuerint invenire, et emptas eis tradent et consignabunt, et ex nunc eisdem tradunt et consignant, et volunt quod emptione facta per eos vel aliquem eorum, dicta de causa, ipso iure eorum sit dominium et proprietas, cum modis et condictionibus in test. contentis.

Et versa vice, dictus fr. *Henricus* syndicus dicti monast. S. Francisci, ad omnia et singula suprascripta et infrascripta specialiter constitutus, et generaliter ad omnia et singula in hoc contractu contenta, ut de ipso syndicato plene patet instrumento (manu) mei Iacobini not. scripto, et ipsa d. Abbatissa, Sorores et conventus, ibidem presentes, consentientes et volentes, nomina quarum sunt hec: sor. *Maria* Abbatissa, sor. *Marxibilia* antiquior, sor. *Iohanna* de Panico, sor. *Tramontana*, sor. *Cecilia*, sor. *Azolina*, sor. *Agapta*, sor. *Phylippa* de Faventia, sor. *Iacobina* de Castro Britorum, sor. *Iacobina* de Lambertaciis, sor. *Clara* de Ponticulo, sor. *Agnexia* de Ram-

[1] Spatium vacuum.

ponibus, sor. *Iohanna* de Campagna, sor. *Antonia Corvolina*, sor. *Lea*, sor. *Dyadema*, sor. *Clara* de Poetis, sor. *Lambertina* de Poetis, sor. *Iacoba* de S. Iohanne, sor. *Iohanne* (sic) de S. Iohanne, sor. *Margarita* de S. Iohanne, sor. *Benedicta*, sor. *Lambertina* de Muxolinis, sor. *Lucia* de Ghysleriis, sor. *Iacobina* de Porta, sor. *Ghysla* de Ponticulo, sor. *Christina* de S. Iohanne, sor. *Maria* de Schyva, sor. *Francisca* de Cathelanis, sor. *Agnexia* de Gueziis, sor. *Symona* de Prindipartibus, sor. *Thomaxina* fr. Henrici, sor. *Bartholomea* de Galleria, sor. *Bartholomea* de Castro Britorum, sor. *Beatrixia* eius soror, sor. *Marxibilia* iunior, sor. *Chese*, sor. *Margarita* eius soror, sor. *Mixina* de Pavanensibus, sor. *Lena* de Panico, sor. *Zuasiana*, sor. *Bartholomea* de Gardinis, sor. *Paulina*, sor. *Antonia Magarota* et sor. *Phylippa* de Samaritanis, volendo servare et adimplere formam test. et voluntatem testatoris, atque predictum conseilium et ordinationem sapientum, iuxta formam dicti conseilii, per se et suos success. se et bona et iura sui monasterii in sollid. obligarunt commiss. predictis, ac mihi not. recip. vice et nomine quorum interest vel intererit vel interesse potest, et sollempniter promiserunt eisdem commiss. et mihi not. recipienti, ut supra, quod omnia et singula in hoc contractu contenta, scripta, lecta et publicata, et per sapientes predictos consulta, observabunt, nec ullo tempore contravenient de iure vel de facto, sub pena M lib. imperialium, stipul. promissa, que totiens committatur et exigi possit, quotiens fuerit contrafactum, et ea soluta vel non, nichilominus predicta et infrascripta in sua maneant firmitate, et sub reffectione dampnorum et expensarum lictis et extra. Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis, obligavit dictus syndicus, nomine syndicario, pro dicto monasterio et conventu, eisdem omnia sua bona et suarum success. presentia et futura; renuntians dictus syndicus et Abbatissa predicta, de consensu predictarum suarum Sororum, benefitio novarum constitut. et epistole divi Adriani, privilegio clericatus et omni allii constit. et cuilibet allii privilegio, pro eis inducto, quocumque modo vel iure. Preterea dictus fr. *Henricus* syndicus ipsius monast. et conventus, in animabus ipsarum Sororum et conventus, et predicta d. Abbatissa ibidem presente, et volentibus et consentientibus dictis suis Sororibus supradictis presentibus, iuravit corporaliter ad sancta Dei Evangelia, in animabus earum predicta omnia et singula in presenti contractu contenta, bona fide sine fraude adtendere, observare et adimplere, et non contravenire ratione aliqua vel causa, de iure vel de facto. Actum Bononie extra circulam Strate S. Stephani, in *ecclesia S. Francisci* predicti, pp. d. Iacobino Gerardelli not. de Castro Britorum, d. Dominico Poete, qui dixit cognoscere partes seu contrahentes, fr. *Petro* de Canitulo, fr. *Petro* de Strata, fr. *Pellegrino* de Principibus, fr. *Domenico* fr. Azini, fr. *Iacobo* de Magistra et fr. *Francischino* de Parma, omnibus de Ord. Min., et Iacobo de Fregnano serviente d. Dominici Poete rogatis testibus et vocatis. Iacobinus Rolandi Benvignonis not.

30/4162, n. 36. — Exempl. non authent. In margine « Fratrum Min. monasterii S. Francisci prope Bononiam ». = Cf. n. 578.

742. Bononiae, 14 et 16 martii 1297.

Testamentum.

D. Ugolinus. q. d. Iohannis q. d. Bonacursii Ludoyci ... reliq. p. a. s. cc lib. bon., de quibus dari iussit conventui Fr. Min. III lib. bon. p. m. cant. ... item sor. *Al-*

chonde f. d. Berte de conventu Dominarum S. Francisci XL sol. bon.; item fr. *Homodeo* de Asti de Ord. Fr. Min. pro una cappa IIII lib. bon.; item fr. *Blaxio* de Barbaria de dicto Ord. XL sol bon.; item fr. *Henrico* de Perticonibus de dicto Ord. XL sol. bon. ... item conventui *Dominarum S. Francisci* X sol bon. ... Item reliq. de aliis suis bonis expend. circa funus et sepult. suam et alibi ubi melius videbitur commiss. suis, XII lib. bon., quam sepult. sibi elegit apud eccl. S. Francisci Ord. Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Blaxio* de Barbaria de Ord. Fr. Min., qui asseruit *etc.*, procur. dicti testatoris ad deponend. h. t. in sacristia Fr. Min., fr. *Gerardo* de Mutina, fr. *Roberto* de Bergamo, fr. *Ubaldino* de Musello, fr. *Ale* de Bonon., fr. *Leone* de Cremona et fr. *Bonazunta* de Bonon., omnibus de dicto Ord. ...

Die XVI eiusdem mensis fr. *Blaxius* de Barbaria proc. dicti testatoris dep. dictum t. penes fr. *Banagratiam* et ipsi fr. *Bonagratie* sacrist. Fr. Min. de Bon. in sacristia dictorum Fratrum, coram ... fr. *Bertholameo* portonario de Ord. Fr. Min. et fr. *Iohanne* de S. Colunbano de dicto Ord. ... Michael magistri Addami not.

30/4162, n. 37. — Orig.

743. Bononiae, 23 martii 1297.

Testamentum.

D. sor. *Samaritana* uxor q. fr. *Gambaldi* de Gambaldis ... reliq. V lib. bon. expendendas circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... Item reliquid cuilibet testium sui testamenti V sol. bon.; item reliquid sor. *Margarite* sue filie unam domum posit. in capella S. Prosperi, iuxta *etc.* ... et ipsam domum possit vendere, donare et alienare ad suam omnimodam voluntatem ... Item reliq. Franceschino suo nepoti, post mortem sor. *Margarite* et fr. *Thome* sui filii, possessionem quam nunc habet apud Voltam ... Ad hec omnia et singula exequenda suos comiss. sibi elegit fr. *Thomam* et sor. *Margaritam* suos filios; post mortem vero eorum, suos comiss. sibi elegit Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, et *Ministros de Penitencia*. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et inmobilibus, iuribus *etc.* sor. *Margaritam* suam filiam sibi heredem instituit, donec vixerit, dum tamen non possit vendere, donare vel alienare de bonis et rebus dicte hereditatis, sine consensu et consilio fr. *Thome*. Post mortem vero dicte sor. *Margarite*, vult et precipit dicta testatrix, *Fratribus de Penitencia*, quibus dat ex nunc prout ex tunc, proprietatem omnium bonorum suorum, quod integre annuatim assignent vel assignari faciant fructus omnium bonorum suorum fr. *Thome* suo filio p. s. n. donec vixerit. Et si supererit aliquid aliquando a suis necessitatibus, tunc illud superfluum teneatur idem fr. *Thomas*, et non alius, illud superfluum expendi, secundum quod sibi et non alteri videbitur expedire; quod si non faceret, vel non posset facere, tunc illud superfluum perveniat ad Fratres de Carmello. Item vult quod si fr. *Thomas* infirmaretur in aliquo heremitorio, et translatus fuerit ad aliquem conventum propter infirmitatem, et ibi moreretur, tunc illud heremitorium habeat medietatem fructuum unius anni, et conventus, ad quem translatus fuerit, aliam medietatem. Et ut anima viri sui, fr. *Thome* predicti, filiarum suarum et sua sint semper Fratribus recomendate, in missis et aliis oracionibus, fructus omnium suorum bonorum infrascripto modo disponit: post mortem fr. *Thome* vult quod de fructibus omnium suorum bonorum fiant annuatim III porciones equales, prima assegnetur conventui Fr. Min. de Bononia, secunda pro

rata dividatur per heremitoria comitatus Bononie, et appellat *heremitoria* ubi morantur et stant infra XXII Fratres, tercia per *Fratres et Sorores pauperes de Penitentia*, prout Ministris videbitur, expendatur. Item vult quod si domus in quo nunc habitat deberet vendi ... quod sor. *Iacobina*, cum qua nunc habitat, possit eam emere si voluerit. Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Tranchedino* de Bagno presb., qui asseruit *etc.*, fr. *Lambertino* de Butrio, fr. *Iohanne* de Burgo S. Ysaie, fr. *Iordano* de Gosberto, fr. *Iermiolo*, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Petro* Pizinino et fr. *Zanelino* de Carpo ...

Eodem die, (loco et testibus) dicta testatrix constituit fr. *Zanelinum* de Carpo predictum, suum procuratorem ad faciendum poni h. t. in sacristia dictorum Fratrum Min. de Bon. et sigillari sigillo Custodis seu conventus dictorum Fratrum ... Franciscus Cambii Attolini not.

30/4162, n. 39. — Orig.

744. Bononiae, 26 martii 1297.

Testamentum.

D. Iacobus f. q. d. Martini de Manzis de Canitulo ... reliq. LXXV lib. bon., de quibus ... reliquid conventui Fr. Min. civit. Bon. V lib. bon. ... Item pauperibus Christi terre Canituli X lib. bon. distribuend. inter dictos pauperes secundum quod visum fuerit infrascr. suis commiss.; item fr. *Petro* de Canitulo de Ord. Min. p. s. n. XX sol. bon. ... Residuum vero expendi voluit per ipsos suos commiss. circa sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. et al[...] per pauperes Christi, ubi melius et utilius visum fuerit ipsis commiss. p. a. s., et illos intelligi voluit pauperes Christi quos dicti sui commiss. nominaverint ... Et ad predicta omnia et singula exequenda constituit suos commiss. fr. *Petrum* de Canitulo de Ord. Min., fr. *Bonaventuram* de Lovatto de Ord. Fr. Penitencie ... quibus dedit licentiam *etc.* Actum Bononie in *claustro ecclesie* Fr. Min., pp. fr. *Pellegrino* de Pollicino presb., qui dixit *etc.*, fr. *Zanelino* de Carpo, fr. *Marchixino* Bacerle, omnibus de Ord. Fr. Min., fr. *Recouro* Guidonis de Florencia, fr. *Delay* Ubaldini de Sala, fr. *Guillelmo* Panzoni, fr. *Iohanne* Medico scriptore, omnibus de Ord. Penitencie ...

Eodem die predictus d. Iacobus dedit et dimisit h. t. sigillatum sigillo Guardiani Fr. Min. fr. *Bonagratie* sacrist. Ord. Fr. Min., pp. fr. *Vindemiatore* de Ord. Min. et fr. *Azino* de Ord. predicto ... Iacobinus Aldrevandini not.

30/4162, n. 40. — Orig. In dorso « Mortuus est; lectum et publicatum ».

745. Bononiae, 20 aprilis 1297.

Testamentum.

D. Maritata f. q. d. Iermie et uxor q. d. Luterii q. Bonafidey de Castro S. Petri ... reliquid Fratribus et conventui Fr. Min. de Bon. p. m. canend. et oracion. faciendis XL sol. bon. ... et Fratribus et conventui Fr. Min. de *Monte Regis* XL sol. bon. ... Item reliquid expendi de bonis suis super funus et sepult. suam, quam sibi elegit, si contingerit ... eam mori in civit. Bonon., apud eccl. Fr. Min. de Bonon. VI lib. bon. ... Item fr. *Gandulfino* qui fuit de Mutina, Ord. Fr. Min. de Bon., pro auxilio unius cape emende XL sol. bon. ... Comiss. suos ad predicta omnia et singula et infrascripta exequenda esse voluit Guardianum Fr. Min. de *Monte Regis* qui nunc est vel p. t. erit

et fr. *Mathiolum* Surentine de Castro S. Petri, quibus et cuilibet eorum in solidum dedit plenam potestatem *etc.* ... Actum Bononie in ecclesia B. Franceschi Fr. Min., pp. fr. *Gandolfino* qui fuit de Mutina, presb. et fratre dicti Ord., qui dixit *etc.*, fr. *Zacharia* de Artinixiis, fr. *Iacobo* Ducii, presbiteris et fratribus dicti Ord., fr. *Thomaxio* de Pelaciis, fr. *Bartholomeo* Biriole, fr. *Michaele* de Bonon. et fr. *Marchixino* Bazerle, fratribus dicti Ord. Fr. Min. de Bon. ...

Eodem anno, die et loco, pp. dictis fr. *Marchixino* Bacerle et *Bertholomeo* ... dicta d. Maritata constituit dictum fr. *Gandolfinum* suum procurat., actorem et nuntium specialem ad presentandum et dep. h. t. in sacrista Fr. Min. de Bononia et ad faciendum sigilari secundum formam stat. com. Bon. et ad omnia et singula facienda que circha predicta fuerint oportuna ... Iacobinus q. Guidonis Francholi not.

30/4162, n. 43. — Orig.

746. Bononiae, 21 aprilis 1297.

Conventio super quodam legato inter Fratres Poenitentiae civit. Bon. et commiss. test. q. mag. Thaddaei Alderotti de Florentia.

Cum olim b. m. d. mag. Tadeus q. d. Alderotti de Florentia, artis physice professor et doctor, suum fecerit test. et ult. volunt. scriptum manu d. Bonaventure Viviani not. sub anno Domini MCCLXXXXIII, die XXII mens. iunii (*sic, sed* ianuarii) intrante ... in quo quidem test. inter cetera reliquid p. a. s. et parentum suorum x^m lib. bon. expend. et distribuend., de quibus primo voluit quod MMD lib. bon. expendantur et ex eis emantur possessiones fructifere, que sint perpetuo et esse debeant iure proprietatis et dominii pauperum vergonzosorum civit. Bononie et districtus; que possessiones emantur, possideantur et teneantur per *Fratres et Ord. Fratrum de Penitentia* civit. Bonon. nomine dictorum pauperum vergonzosorum, et gubernentur, et earum fructus distribuantur per Ministros dictorum Fratrum de Penitentia civit. Bon. qui fuerint p. t., cum conscilio Prioris Fratrum Pred., Guardiani vel Custodis Bon. Fratrum Min. de conventibus Bon. qui p. t. fuerint, vel maioris partis ipsorum; qui debeant locare et affictare dictas possessiones, et earum fructus recipere, et inter pauperes vergonzosos infirmos et debiles et senes et magis indigentes civit. Bon. et districtus, distribuere, singulis annis, perpetuo ... et quod dicti Ministri Fratrum de Penitentia possint et debeant, singulis annis, habere et retinere perpetuo XX lib. bon. de fructibus dictarum possessionum, de quibus XX lib. bon. possint ipsi Ministri Fratrum de Penitentia distribuere et dare Sororibus eorum Ord. infirmis, debilibus et senibus X lib. bon., et alie X lib. bon. convertantur ad usum infirmorum senum et debilium Fratrum Min. et Fr. Pred., silicet C sol. bon. pro quolibet conventu dictorum Fr. Min. et Fr. Pred.; et voluit et mandavit quod de ipsis fructibus dictarum possess. alicui loco religioso vel personis religiosis aliquid dari non possit, quibus aliquid reliquid in dicto test. in genere vel specie nec de Ordinibus ipsorum, nisi secundum quod supra dictum est. Que loca religiosa, quibus legavit de suis bonis, sunt hec et iam est eis satisfactum, scilicet conv. Fr. Pred. de Bon., conv. Fr. Min. de Bon. ... *Sorores S. Francisci* ... Fratres de *Ricardina* de Ord. Min., Fratres de *Varignana*, Fratres de *Crespelano*, Fratres de *S. Iohanne in Perxiceto*, Fratres de *Caldararia*, Fratres de *Argelata*, Fratres *S. Benedicti de Planorio* ... Item inter alia que in eodem test. disposuit et reliquid, Tadeum suum filium sibi heredem instituit in tercia

parte bonorum suorum cum omnibus condictionibus et modis denotatis et scriptis in dicto suo test.: scilicet, si dictus Tadeus eius filius decederet sine filiis masculis legittimis, voluit et mandavit, quod dimidia sue partis hereditatis predicte sibi contingentis perveniat et pervenire debeat ad Fratres Penitentie civit. Bon. pro pauperibus vergonzosis et infirmis et in necessitatibus infirmorum et vergonzosorum convertatur, ita quod fructus dicte dimidie, singulis annis perpetuo, expendere et errogare teneantur, tam presentes quam qui p. t. fuerint, secundum modum superius dictum de dictis MMD lib. bon. Alia vero dimidia hereditatis predicti prefati Tadei perveniat et pervenire debeat ad prefatos Fratres Ord. de Penitentia, fructus cuius dimidie expendere, dare et errogare teneantur et debeant, singulis annis perpetuo, Fratribus Min. infirmis et senibus, qui nunc sunt vel erunt p. t. in conventu Bon. et maxime forensibus. Commiss. suos ellegit infrascr. d. Ugolinum de Montezanigo et socios, quibus commiss. dedit et concessit plenam et liberam licentiam *etc.* ... volens et mandans quod quicquid fecerint in predictis et quolibet predictorum non possint vel debeant modo aliquo vel ratione aliqua ab aliquo vel aliquibus inquiri vel requiri aut molestari nec alicui rationem reddere teneantur nec possint compelli.

Volentes namque dd. Ugolinus de Montezanigho, Nevolonus Migloris de Florentia, et Amideus Poete commiss. et executores test. predicti magistri Tadei, ut in dicto test. continetur, et fr. Raynucius q. Deutaiuti de Florentia, una cum predictis commiss. eamdem potestatem habens in predicto test., ut de hiis patet codicillo scripto manu Germie Angelelli not., ea que dictis commiss. per dictum test. commissa fuerunt fideliter per eos executioni mandari, dederunt, solverunt et numeraverunt fr. *Iacobo* de Cazano et fr. *Petro* q. Benvenuti de Sala, syndicis Ord. et Collegii Fratrum de Penitentia civit. Bononie, ut de ipso syndicato plene patet instr. publico facto manu fr. *Benvenuti* Lovatti not. ... in presentia fr. *Delay* de Sala Burgi S. Felicis, et fr. *Princivallis* Pegolotti de capella S. Thome strate Maioris, Ministrorum dictorum Fratrum de Penitentia de Bon., et etiam presentibus, consencientibus et volentibus infrascriptis Fratribus dicti Ord. de Penitentia de Bon. convocatis ordinate eorum more solito per fr. *Martinum* Roxellum eorum nuncium, et congregatis ad capitulum ad locum Fratrum Min. de Bon. in refectorio eorundem, quorum nomina sunt hec: fr. *Ventura* pictor, fr. *Zambellus* de Sellis, fr. *Bologninus* q. Alberti, fr. *Benedictus* q. Michaelis de Cospis, fr. *Iacobus* de Cazano, fr. *Benvenutus* Calamonus, fr. *Bonacurxius* Guillelmi de capella S. Marie Magdalene, fr. *Petrus* fr. Bonmercati, fr. *Benvenutus* Lovatti, fr. *Federicus* de Ferraria, fr. *Guillelmus* Panzonus, fr. *Marchus* de S. Zeorgio, fr. *Stephanus* de Cultris, fr. *Albertus* Conoscentis, fr. *Iacobinus* barberius, fr. *Ardoynus* de Bonzagnis, fr. *Nicolaus* Gambaldi, fr. *Raynerius* de Ghysleriis, fr. *Cambius* de Canitulo, fr. *Egidius* scriptor, fr. *Nicolaus* de Firmo, fr. *Blanchus* de Altedo, fr. *Franciscus* qui facit urceos, fr. *Iacobinus* qui fuit de Varignana, fr. *Andreas* cartolarius, fr. *Vivianus* sartor, fr. *Albertinus* de Catelanis, fr. *Blanchus* de Maglatrixicis, fr. *Dominicus* cartolarius, fr. *Henregiptus* Superbe, fr. *Naxinbene* de Filo, fr. *Iacobinus* Bracii, fr. *Iacobinus* Gualdonis, fr. *Liazarius* Bocafogaza, fr. *Pellegrinus* de Spiolariis, fr. *Princivalle* Pegolotti, fr. *Vicencius* fr. Martini, fr. *Rolandinus* de Vallis, fr. *Benzevenne* Ugolini Gabrielis, fr. *Petrus* Lotherii, fr. *Bitinus* Bixilerius, fr. *Iohannes* Aynardini, fr. *Delay* de Sala, fr. *Petrus* Benvenuti de Sala, fr. *Vivianus* Bonfigloli, fr. *Benedictus* de Folianis, fr. *Albertus* Vixine, fr. *Iohannes* de Canitulo, fr. *Iacobus* Ramexini, asserentibus et dicentibus esse duas partes dicti Collegii, MMD

lib. bon., quam peccunie quantitatem dicti syndici, syndicario nomine pro dicto Collegio et predictis Fratribus et Ministris dicti Ord. de Penitentia de Bon. presentibus, consencientibus et volentibus, et coram me not. et testibus infrascr., confessi et contenti fuerunt habere et recipere, ac eis integre datas, solutas, habitas et numeratas esse, et ... integre satisfactum esse de predicto legato MMD lib. bon. ... et dictam peccunie quantitatem promiserunt per stipul. dictis commiss. investire in possessionibus fructiferis, et ipsas possess. tenere perpetuo et possidere ipsi et eorum successores, nomine et vice pauperum vergonzosorum, senium et infirmorum civit. Bon. et districtus, et fructus predictarum possess. quos percipient, dabunt et designabunt, singulis annis, secundum modum et formam superius dictam et secundum quod in dicto test. continetur ... Item designaverunt dicti commiss. pro substitutione Tadei f. q. magistri Tadei predicti predictis syndicis, Fratribus et Ministris dicti Ord. petiam unam terre arat., quam esse dixerunt et crediderunt esse CXXV tornat. minus VI tabul., cum una domo seu tumba sita super ea, et caxamento et orto, posit. in guardia civit. Bon. in contrata S. Donini Bon. dioc. ... fructus vero dicte possessionis, singulis annis, dabunt perpetuo, secundum formam et modum test. dicti magistri Tadei, ubi loquitur de substitutione Tadei sui filii; et etiam predicti comiss. dederunt ... dictis syndicis, presentibus dictis Ministris et Fratribus consencientibus et volentibus, CCC lib. bon. investiendas per eos in possess. frutiferis, que sint perpetuo obligate modis et condictionibus, prout est superius obligata prox. predicta petia terre posit. in S. Donino ... Item pro substitutione Tadei dicti sui filii mag. Tadei designaverunt dicti commiss. dictis syndicis et ipsis Ministris dicti Ord., Fratribus predictis presentibus, consencientibus et volentibus, petiam unam terre et cult. cum domo super ea posit. sitam in territorio florentino, in loco qui dicitur « Roncho » in populo S. Petri in Gatulino, que est staria XV, panera VII et med., sive plus sive minus sit ... quam petiam terre d. Adhela uxor magistri Tadei debeat tenere et possidere et usufructare in vita sua, donec caste vixerit et honorem servaverit maritalem, quam petiam terre perpetuo dicti Fratres et Collegium dicti Ord. de Penitentia de Bon. perpetuo habeant et teneant et possideant, salva semper condictione cui subiecta est dicta terra, in dicta d. Adhela; finito vero casu de predicta d. Adhela, fructus dicte petie terre, perpetuo singulis annis, debeant perpetuo errogare et dare per modum et formam superius prox. denotatum, et ut scriptum plene habetur in test. dicti magistri Tadei, ubi loquitur de substitutione Tadei sui filii; dantes eisdem syndicis, predictis Fratribus et Collegio plenam et liberam potestatem ingrediendi possessionem dictarum possessionum ... et dictam possessionem habeant et teneant perpetuo pro predictis. Quas peccunie summas supradictas, scilicet MMD lib. bon., sive possessiones que ementur ex eis denar. pro ipsis Fratribus vel alios (*sic*) eorum nomine et predictas possess. sibi designatas ex substitutione dicti Tadei sui filii et etiam dictas CCC lib. bon. eis datas ex dicta substitutione, prefati commiss. dictis syndicis pro ipsis Fratribus de Penitentia, et etiam ibidem presentibus dictis Fratribus, consencientibus et volentibus, dederunt, designaverunt et consignaverunt, salvis semper omnibus et singulis condictionibus et honeribus appositis et contentis in dicto test. mag. Tadei ... Item dicti commiss. vigore eorum arbitrii dederunt plenam licentiam et potestatem ut possint dicti Ministri vel eorum success. cum voluntate Fratrum suorum vendere vel permutare dictam possess. de Florencia infra triennium, finito usufructu, cum voluntate et requisicione dictorum commiss. vel eorum qui viverent, convertendo precium in possessionem fructiferam

et bonam ... Qui syndici syndicario nomine pro Fratribus antedictis de Penitentia, in presencia mei not. et testium infrascr. et dictorum Fratrum et de eorum voluntate et consensu, dixerunt et confessi fuerunt sibi et dictis Fratribus et Ordini esse integre satisfactum a dictis commiss. tam de dictis MMD lib. bon. legatis ut supra dictum est ... quam de tercia parte bonorum olim mag. Tadei, que relicta fuit ... dicto Ordini et Fratribus ex substitucione q. dicti Tadei secundum modum et formam superius designatam et etiam in test. contentam; confitendo et asserendo res et possessiones [...] pro dicta tercia parte superius designatas esse et facere [...] et sollempni stipul. promittentes predictis commiss. et mihi not. recip. et stipul. pro se ipsis et vice et nomine omnium quorum interest vel intererit vel interesse posset de predictis vel aliquo predictorum, predictis commiss. nec [...] litem, questionem vel controversiam ullam non movere ... sed predictam satisfactionem, dationem et consignationem et omnia et singula in hoc contractu contenta, suprascripta et infrascripta, firma perpetua habere et tenere, observare et adimplere et non contrafacere aut contravenire de iure vel de facto aliqua ratione vel causa, sub pena M lib. bon. in singulis capitulis committenda quotiens fuerit contraventum ... et sub reffectione dampnorum et expensarum litis et extra; pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis, obligaverunt eisdem omnia bona eis perventa, data et designata ex bonis et heredit. dicti mag. Tadei. Actum expresse inter dictos commiss. ex una parte et syndicos et dictos Fratres et Ministros ex altera, quod non intelligantur nec esse debeant obligata bona dictorum Fratrum vel alterius eorum seu Collegii eorum vel heredum ipsorum seu successor. ad penam vel penas aliquas, sed solummodo bona que superius sunt designata eis de bonis et heredit. dicti mag. Tadei, renuntiantes privilegio clericatus *etc.* ... Actum Bononie in *loco* Fratrum Min. in *refectorio* eorundem Fratrum, pp. fr. *Ansaldo* de Ord. Min., d. Dominico Poete, qui dixit *etc.*, fr. Ugolino de Varignana tercii Ord., fr. Iohanne q. Gerardi de Carariis de Ulgiano dicti tercii Ord. ... fr. Iohanne Livaldi de dicto tercio Ord. ... Iacobinus Rolandi Benvignonis not.

336/5079, n. 230. — Orig. In dorso « Compositio inter commissarios test. mag. Tadey et Fratres de Penitentia de Bon. ». = Cf. n. 578.

747. Bononiae, 24 aprilis et ...... 1297.

Testamentum.

D. Pana uxor d. Iacobi Cichardi et f. q. d. Anthonii Furmintini ... reliquid p. a. s. LX lib. bon., de quibus expendi voluit circa sepult. suam XXV lib. bon., de quibus emi voluit unum pallium precii XII lib. bon., de quo vult fieri unam planetam ad serviendum divinum officium ad *altare B. Francissci*, sive *altare B. Virg. Marie* Ord. Min., ad quem locum suam elegit et esse mandavit sepulturam. Item reliq. de dictis denar. XVI lib. bon. pro M missis cant. ubi melius visum fuerit commiss. suis infrascr. ... Item de aliis suis bonis ... reliquid V lib. bon. fr. *Azino* de Ord. Min. p. s. n. ... Commiss. suos esse voluit fr. *Acinum* Ord. Min. et Guardianum dicti loci qui p. t. fuerit, ad omnia et singula facienda ... et si dictus Guardianus seu fr. *Azinus* nollent vel non possent se intromittere de memorata commissaria, ex nunc constituit suos commiss. illum vel illos, quem vel quos dictus Guardianus seu fr. *Acinus* nominaverit ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes

Christi sibi heredes instituit, et illum vel illos intelligit et esse voluit pauperes Christi, quem vel quos dictus Guardianus, qui p. t. fuerit, elegerit et nominaverit ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Henrico* de Perticonibus presbit. Ord. Min., qui asseruit *etc.*, fr. *Lanbertino* de Banbaglolis, fr. *Thomaxino* de Lambertaciis, fr. *Phylippo* de Marcigonibus, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Hugolino* de Varegnana, fr. *Bartholomeo* Biriole et fr. *Zanilino* de Carpo, fratribus dicti loci ...

Anno Domini MCCLXXXXVII die [1] fr. *Zanilinus* de Carpo Ord. Min. proc. dicte testatricis, dedit, dep. et consignavit fr. *Bonagracie* sacrist. Fr. Min. h. l. et sigillari fecit et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... pp. fr. *Francisco* de Ygnano, fr. *Bartholomeo* de Butrio et fr. *Tranchidino* de Bagno, fratribus dicti loci ... Oliverius q. Iohannis Martelli not.

30/4162, n. 45. — Orig.

748. Bononiae, 26 aprilis et 2 maii 1297.

Testamentum.

D. Guillelmus f. q. d. Iacobi de Malabranchis de Montursio ... ellegit suam sepult. penes locum Fr. Min. in civitate illa in qua decedere ipsum contingerit ... voluit quod sui fideicomiss. omnia teneantur et debeant satisfacere secundum conscilium et voluntatem fr. *Uberti* de Sadoletis de Ord. Min. ... Item vollo et iubeo quod si heredes mei non solverent mala ablata ... ad (statutum) terminum privo eos hereditate mea ... et tunc vollo predictam meam hereditatem pervenire debere ad discum pauperum verecondosorum de Mutina, ita tamen, quod ministri dicti dischi predictam hereditatem debeant dare et distribuere, secundum consilium et disposicionem predicti fr. *Uberti* de Sadoletis vel Guardiani predictorum Fratrum Min. qui p. t. fuerit ... Actum in civit. Bononie in *domo* Fratrum Min., pp. fr. *Zanelino* de Carpo, fr. *Marchixino* de Bononia, fr. *Bonafe* de Bon., fr. *Michaelle* sartore de Bon., fr. *Francischo* de Pesarinis de Mutina, fr. *Uberto* de Sadoletis de Mutina. ...

Die II mai testator dep. et consignavit h. l. fr. *Bonincuntro* sacriste sacristie Fratrum Min. et sigilari fecit et deponi in sacristia dictorum Fratrum ... pp. fr. *Francischo* de Mutina, fr. *Iohanne* de Fulianis de Bon., fr. *Tranchedino* de Bagno ... Iordanus q. fr. Brazerii de Mutina not.

30/4162, n. 46. — Orig.

749. Bononiae, 2 maii et 2 iunii 1297.

Testamentum.

D. Buvallellus q. d. Berofaldini de Primadiziis ... reliquid d. fr. *Zino* de Ord. Fr. Min. de Bon. III lib bon. ... Item ellegit in suos comiss. ... d. fr. Zanpetrum de Ligapassaris et d. Guidam eius uxorem f. dicti d. fr. Zanpetri ... Actum Bononie in *domo* Fr. Min., pp. d. fr. *Nicholluzio* de Arimano, d. fr. *Berthollomeo* de S. Iohanne in Persizeto, d. fr. *Azino* de Bon., qui dixit *etc.*, d. fr. *Ubertino* de Forlivio, d. fr. *Iacobo* de Imolla, d. fr. *Petro* de Fullianis, d. fr. *Mathiolo* de Caldararia et d. fr. *Iohanne* de Fullianis. ...

---

[1] Spatium vacuum.

Die II iunii dictus d. testator dep. h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. et in manibus d. fr. *Bonagratie* sacriste dictorum Fratrum posuit et designavit et dictum test. sigillavit et sigillatum fuit de sigillo conv. predictorum Fratrum ... pp. d. fr. *Azino* de Ord. Fr. Min., d. fr. *Iacobo* d. Duzii, d. fr. *Bonazunta* de burgo Peradelli, ... Bertholomeus q. d. Henrizi de Arpinellis not.

30/4162, n. 47. — Orig.

750. Bononiae, 2 et 13 maii 1297.

Testamentum.

D. Thomax natus olim Iacobi de Coloreto ... reliquid comventui Fr. Min. de Bononia x lib. bon. p. m. cant. et orac. faciendis. Item reliquid conventui Fr. Min. de *Rumchis de Argelata* Bon. dioc. LX lib. bon., de quibus fieri voluit et mandavit, ad honorem Dei et B. Francisci, unum altare cum apparatibus omnibus divino cultui opportunis, quod altare et apparatus in dicta ecclesia perpetuo debeant permanere, et ad honorem Dei, B. Marie Virg. gloriose et Sanctorum eius, ubi misse continue debeant cellebrari p. a. dicti testatoris. Item reliquid. fr. *Nicholao* Sanguineo Ord. Min. c sol. bon. pro orac. faciendis p. a. s.; item reliquid fratribus *Cino* et *Bonaventure* de Gipso Ord. Min. et cuilibet eorum xx sol. bon.; item fr. *Michaeli* de Santis Ord. Min. c sol. bon.; item fr. *Albertino* de Coloreto Ord. Min. xxxx sol. bon.; item fr. *Martino* de Coloreto Ord. Min. xx sol. bon. ... Item reliquid hered. cuiusdam not., quem cognoscit fr. *Nicholaus* Sanguineus, xv sol. bon. ... In omnibus autem aliis bonis suis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* d. fr. Baldinozem f. q. Calzarerii tert. Ord. Humiliatorum ... sibi hered. universalem instituit ... Comiss. autem suos esse voluit d. fr. *Nicholaum* Sanguineum Ord. Fr. Min. ... quibus dedit plenam licentiam *etc.* Actum Bononie in domo habitationis dicti testatoris, pp. d. fr. *Bonaventura* de Gipso presbit. Ord. Fr. Min., qui asseruit *etc.*, d. fr. *Henricho* de Bon. Ord. antedicti ...

Die XIII eiusdem mensis d. Iacobus q. d. Tramphini procurator dicti testatoris presentavit et dedit h. t. d. fr. *Bonagracie* sacriste Ord. et conv. Fr. Min. de Bon. ut poneret in sacristia dictorum Fratrum et ipsum sigillaret sigillo conv. dictorum Fratrum vel sigillo Guardiani dictorum Fratrum, secundum formam stat. refor. vel prov. com. et pop. Bon. et secundum voluntatem dicti testatoris. Qui fr. *Bonagracia* dictum test. recepit ipsumque sigilli conv. dictorum Fratrum munimine roboravit et eum depos. in sacristia predicta ... pp. d. fr. *Bonaventura* de Gipso dicti Ord., qui asseruit cognoscere dictum sacristam et procur. prefatum, fr. *Iohanne* de Imola, d. fr. *Bonincontro* de Butrighellis ... Melonus q. Albertucii not.

342/5085, n. 95. — Orig. = Cf. n. 752.

751. Bononiae, 8 maii 1297.

Testamentum.

Ego Andreas de Spezano natus q. d. Guidonis de Spezano ... relinquo p. a. m. pro sepultura et setimis III lib. mutin., quam sepult. elligo apud Fr. Min. de Bononia ... Item volo quod omnibus qui reperientur scriti in quodam meo memoriali, quod est penex *Fr. Min. de Mutina,* integre satisfiat ... Item relinquo pro male ablatis incertis xxv lib. mutin. distribuend. secundum cunsilium et volunt. fideycomiss. meorum

infrascr. Item volo quod omnia mea malle ablata certa et incerta, que cuntinentur in quadam carta, scrita per me not. infrascriptum, et deposita in secristia Fr. Min. de Bononia ... quod restituantur, secundum modum et formam in ea carta repertum, per fideycomiss. meos infrascritos ... Item relinquo fr. Oprandinum et d. Nicolaum et Guardianum Fr. Min. de *Mutina*, qui nunc est vel p. t. fuerit, meos fideycomiss. ita quod liberam et plenam habeant potestatem et dominium dandi, vendendi *etc.* pro adimplendo omnia et singulla superius et inferius contenta et pro adimplendo omnia et singula cuntenta in carta scrita per not. infrascr. et deposita penex Fratres Min. de Bon. ... Meum autem procur. constituo d. Ihacopum de Spezano ad ponend. h. m. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie ... pp. dd. fr. *Francisco* et fr. *Girardo* de Mutina de Ord. Min. ... Amadeus de Anzelinis not.

30/4162, n. 48. — Orig.

752. Bononiae, 19 maii 1297.

Codicillus.

D. Tomax q. d. Iacobi de Coloreto ... intendens Iacobino suo fratri in aliquo providere, voluit in presentibus codicillis quod heres suus universalis toneatur de bonis suis hereditariis redimere quamdam domum que fuit dicti testatoris ... et predicto Iacobino suo fratri tradere ... Et quia bona ipsius testatoris que sunt relicta in test. suo non sufficiunt ad redentionem domus predicte, iuxit quod omnes legatarii conferant pro rata ad redentionem domus predicte et diminuantur pro rata ... Item reliq. de aliis suis bonis i. l. sor. Agnesie q. Zagnis de Coloreto c sol. bon. ... Voluit h. codicill. secretos esse et deponi in sacristia Fr. Min. Bon. et sigillari sigillo conventus dictorum Fratrum ... Actum Bononie ... Benvenutus Bombologni Barabani not.

30/4162, n. 49. — Orig. = Cf. n. 750.

753. Bononiae, 21 maii 1297.

Testamentum.

Albertinus q. Henregipti ... dari voluit *illis de societate S. Marie de scola* Fr. Min. x sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Zanino* de Regio, fr. *Francisco* de Feraria, fr. *Tobias* de Regio, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Bonagratia* de Bononia, fr. *Henrico* de Perticonibus ... Nicholaus f. fr. *Benedicti* de Fulianis not.

30/4162, n. 50. — Orig.

754. Bononiae, 21 maii 1297.

Testamentum.

D. Thophania f. q. Zambonini Petri Mantoani et uxor Albertini q. Henrigipti ... reliq. de bonis suis p. a. s. c sol. bon., de quibus dari voluit ... *societati S. Marie de scola* Fr. Min. x sol. bon. ... reliquos autem circa funus et sepult. eius, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. ... Actum Bononiae in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Zanino* de Regio, fr. *Francisco* de Ferraria, fr. *Tobias* de Regio, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Bonagratia* da Bonon., fr. *Henrico* de Perticonibus ... Nicholaus f. fr. *Benedicti* de Fulianis not.

30/4162, n. 51. — Orig.

755. Bononiae, 23 maii et 11 octobris 1297.

Testamentum.

D. Pasqualis q. Zannitti de Monte ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. ... Et voluit h. t. secretum esse et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conv. sine Custodis vel Guardiani Fr. Min. de Bon. Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Francisco* de Schiva presbit., qui dixit *etc.*, fr. *Rainerio* de Ghisileriis fratre Penitentie, fr. *Bolognito* d. Bonvisini de Ord. Min., fr. *Bonagratia* sacrista dicti Ord. ... fr. *Zanilino* de Carpo et fr. *Iohanne* de Burgo S. Ysaie ...

Die xi octubris dictus d. Pasqualis dep. pres. suum t. secretum in sacristia Fr. Min., penes fr. *Bonagratiam* sacrist. Ord. Fr. Min. de Bon. in pres. fr. *Azini* de Ord. Min. et fr. *Francisci* de Aglano ... Iacobus Bonavolte de Sedazariis not.

30/4162, n. 53. — Orig.

756. Bononiae, 24 maii 1297.

Testamentum.

D. Iacobus q. d. Benvenuti not. ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. celebrandis ii lib. bon. ... Actum Bononie ... Iohannes Thomaxini Crocevaldi not.

30/4162, n. 54. — Orig.

757. Bononiae, 24 maii 1297.

Testamentum.

D. Beatrixia f. q. d. Bonafidey et uxor q. d. Cambii Martini ... reliquid et dari iussit p. a. s. et circha funus et sepult. suam lxi lib. et x sol. bon., de quibus iussit et dari voluit p. a. s. Fratribus Min. p. m. cant. iii lib. bon. ... item *Dominabus S. Francischi* iii sol. bon. ... item fr. *Azino* de Ord. Fratrum Min. p. m. cant. xx sol. bon.; item fr. *Henrico* de Argellata de dicto Ord. p. a. s. iii lib. bon. ... Item reliquid expendi debere, per comiss. suos, circha funus et sepult. suam c sol. bon. et plus et minus secundum quod eis videbitur expedire ... Sepulturam suam sibi ellegit et esse voluit apud eccl. Fr. Min. Suos commiss. ellegit et esse voluit ad predicta omnia et singula exequenda ... et fr. *Henricum* de Argellata de Ord. Fr. Min. ... quibus suis commiss. dedit licentiam *etc.* Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Azino* presbitero, aserente *etc.*, fr. *Iohanne* de Ulgiano, fr. *Gandulfino* de Mutina, fr. *Ugolino* de Castello, fr. *Bonagracia* sacrista, fr. *Petrizolo* de Parma, fr. *Iacobo* de Ymola, fr. *Iacobo* de Agrestis, omnibus de dicto Ord. Fr. Min. ...

Eodem die fr. *Azinus* predictus, procur. dicte d. Beatrixie, d. h. t. sygillatum sygillo conv. dictorum Fratrum in sacristia dictorum Fratrum penes fr. *Bonagraciam* sacristanum dictorum Fratrum, secundum formam stat. ... pp. fr. *Iacobo* de Parma et fr. *Ugolino* de Castello ... Iohannes Thomaxini Crocevaldi not.

30/4162, n. 55. — Orig.

758. Bononiae, 25 [1] maii 1297.

Testamentum.

Ego Clarixima uxor q. Andree de Spezano ... relinquo iii lib. mutin. pro sepult. mea, quam elligo apud Fr. Min. ... item *loco et conventui Fr. Min. de Mutina* xx

[1] In perg. habetur « die veneris setimo exeunte madio ».

sol. mutin. p. m. cant.; item fr. Oprandino de Spezano Ord. Pred. xx sol mutin.; item fr. Paulo de Spezano x sol. mutin. ... Actum Bononie ... pp. fr. *Girardo* de Mutina, fr. *Iohanne* de Mutina de Ord. Min. ... et suum procuratorem constituit d. Iacopum de Spezano ad ponend. h. t. in secristia Fr. Min. ... qui testes dixerunt *etc.* Amadeus de Anzelinis not.

30/4162, n. 52. — Orig.

759. Bononiae 3 et 4 iunii 1297.

Testamentum.

D. Fayta uxor q. d. Bonaprese de Lamandina et f. q. d. Bonacursii de Lanfranchis ... reliquid p. a. s. x lib. bon., de quibus dari volluit fr. *Bonagratie* sacristano Ord. Min. p. s. n. c sol. bon. ... relliquos iussit expendi et disstribui tam circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud ecclesiam Fr. Min. de Bon., et in pauperibus Christi, ubi infrascriptis commis. suis p. a. s. utillius videbitur expedire. Item volluit quod omnia legata anime rellicta olim per dictum d. Bonapresam eius virum in suo test. scripto manu mei Michaelis not. infrascr. quod soluta non reperirentur solvantur per infrascr. suos commiss. Ad que omnia et singula exequenda suos commiss. esse voluit fr. *Bonagratiam* sacrist. Ord. Fr. Min. ... dans eis et cuilibet eorum licentiam *etc.* Actum Bononie ... pp. fr. *Bonagratia* sacristano sacerdote Ord. Min., qui dixit *etc.*, fr. *Gerardino* de Allerariis Ord. Min. ...

Die sequenti h. t. dep. fuit penes fr. *Bonagratiam* sacrist. Fr. Min. de Bon. ut sigilletur sigillo conv. dictorum Fratrum et deponatur et depositum remaneat in sacristia dictorum Fratrum penes dictos Fratres, ut per ipsum testamentum et Fratres cuntis de cetero plena fides adybeatur ... pp. fr. *Bonincontro* de Butrigariis et fr. *Deotachora* de Sichis ... Michael Petri Specialis not.

30/4162, n. 57. — Orig.

760. Bononiae, 5 iunii 1297.

Testamentum.

D. Bertholomea f. q. d. Bellini et uxor Hencii de Foscardis ... reliquid p. a. s. c lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. p. m. et orat. dicendis v lib. bon. ... Item fr. *Petro* de Parma de Ord. Fr. Min. xxxx sol. bon. Item fr. *Vicentio* de Foschardis de Ord. Fr. Min. xxxx sol bon. ... Item reliquid fr. Iohanni Calzato penitentiali d. Episc. pro omnibus et singulis votis et fraudis penitentie olim factis usque ad odiernam diem vii lib. bon. dispensand. et dand. ad ipsius voluntatem ... Item reliquid circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit aput eccl. B. Francischi Fr. Min. de Bon., xii lib. bon., scilicet in cereis et candelis secundum formam stat. et prout oportunum fuerit. Residuum vero quod supererit, distribuatur in quodam convivio Fr. Min. et in missis et orationibus dicendis infra viii dies, et ubi et quomodo videbitur commiss. suis. ... Actum Bononie in ecclesia B. Francischi Fr. Min., pp. fr. *Marchixino* Bacerla de Strata maioris *(sic)* Ord. Fr. Min., fr. *Gerardino* Alerarii, fr. *Iacobo* d. Ducii, fr. *Bolognito* d. Bonvixini, fr. *Ubertino* de Forlivio, fr. *Bonincuntro* de Butrigariis, fr. *Petro* de Parma, omnes de Ord. Fr. Min. ... Eodem die testatrix constituit fr. *Petrum* de Colecclo de Parma suum procur. ad dep. h. t.

in sacristia Fr. Min. de Bon. ... pp. fr. *Bolognito* d. Bonvixini Ord. Fr. Min., fr. *Bonincuntro* de Butrigariis Ord. Fr. Min. ...

Eodem die fr. *Petrus* de Colecclo de Parma Ord. Fr. Min. proc. dicte testatricis d. h. t. et designavit fr. *Bonincuntro* de Butrigariis sacrist. Fr. Min. in suis propriis manibus ... sygilatum sygillo Guardiani conv. Bon. et etiam sygilatum sygillo mei Guidonis Ugolini not., quia alium reperiri non potuimus, in quo est coroboratum caput unius arietis, pp. fr. *Ubertino* de Forlivio Ord. Fr. Min. et fr. *Bolognitto* d. Bonvisini Ord. Fr. Min. ... Guido Ugolini Raymondini de Pecudibus not.

30/4162, n. 58. — Orig.

761. Bononiae, 21 et 23 iunii 1297.

Testamentum.

D. Dominicus q. Zaniti ... reliquid ... fr. *Petro* de Canitulo de Ord. Fr. Min. xxxx sol. bon. p. suis n., et si dictus fr. *Petrus* moriretur ante mortem dicti testatoris, tunc reliquid dictos xxxx sol. bon. conventui Fr. Min. ... Ad omnia et singula suprascripta et infrascripta facienda esse voluit suum commiss. Albertum fr. *Cambii* de Canitulo; et si contingeret dictum Albertum mori ante mortem dicti testatoris, tunc esse voluit suum commiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, cui dedit plenam potestatem vendendi, alienandi *etc.* Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min. ... pp. fr. *Petro* de Canitulo de Ord. Fr. Min. ... fr. *Zanilino* de Carpo de Ord. Fr. Min., fr. *Rolandino* Ioannis capelle S. Georgii, fr. *Thomaxio* de Ymola de Ord. Fr. Min. ...

Die xxiii eiusdem mensis dictus testator dedit et tradidit h. t. in manibus fr. *Bonagratie* sacrist. Fr. Min., ad hoc ut teneatur facere et quod sigilletur sigillo dicti conventus, pp. fr. *Martino* de Guastavillanis et fr. *Iacobino* de Parma ... Palmerius fr. *Cambii* de Canitulo not.

30/4162, n. 63. — Orig.

762. Urbeveteri, 29 iunii 1297.

Quod Sorores Monasterii S. Antonii de S. Agatha, Feretranae dioec., Ord. S. Damiani, ad professionem novae Regulae admittantur.

Matheus, miseratione divina S. Marie in Porticu Diac. Cardinalis, religiosis viris in Christo dilectis ... Ministro Fr. Min. in Prov. Bonon. ... Visitatori monasteriorum Ord. S. Clare in eadem Prov. ... Custodi et ... Guardiano Fr. Min. *S. Agathe* salutem in Domino.

Felicis recordationis d. Urbanus pp. iiii universis Abbatissis et Sororibus Ord. S. Clare regulam, de consilio maturo, concessit, sub qua uniformiter virtutum Domino deservirent, quam dilecte in Christo *Vicaria et Sorores monasterii S. Antunii de S. Agatha Ord. S. Damiani* non receperunt huc usque. Nunc tamen, saniori ducte consilio, sunt parate ipsam regulam recipere reverenter. Quapropter nos, cui prefati Ord. S. Clare gubernatio, correctio et protectio a Sede Apost. sunt commisse, de dictarum Vicarie et Sororum salute solliciti, vestram prudentiam requirimus et affectuose rogamus, quatenus ad dictum monasterium personaliter accedentes, si, pensatis dictarum Vicarie et conventus conditionibus et eiusdem monasterii circumstantiis, videritis expedire quod ad prefatam regulam admittantur, ipsas admittatis ad professionem regule sepedicte, iuxta formam et modum qui in ipsa regula conti-

nentur, presertim cum hoc ipse postulent reverenter. Ceterum quia desideramus de illarum statu, quarum curam gerimus, in conscientie consistere puritate, ac earundem comodo, pro nostro modulo possibilitatis, intendere, vobis presentium tenore mandamus, quatenus, postquam predicte Vicaria et Sorores professe fuerint regulam prelibatam, vos prefati nichi(lo)minus monasterii conditiones et statum et circumstantias et in eo personarum degentium numerum, nec non et cum qua reverentia in eodem monasterio predicta regula suscepta fuerit, nobis per fidum Nuntium rescribatis super huiusmodi receptione regule, facientes fieri publica instrumenta eiusdem tenoris, quorum alterum faciatis fideliter custodiri, alterum nobis per eundem Nuntium transmissuri, ut ex iis, qualem circa ipsum monasterium oporteat diligentiam adhiberi, instrui valeamus. Tenorem vero supradicte regule nostris litteris non duximus inserendum, sperantes firmiter quod in diversis monasteriis sive locis vestre Prov. habeatur; set et litterarum formam et instrumenti tenorem, per quem Abbatisse et conventus prefati Ord. S. Clare solent Ordini vestro cavere, quod per obsequia et administrationem ecclesiasticorum sacramentorum et aliorum que eis a Fratribus vestri Ord. impenduntur, nullum ipsi Ordini preiudicium generetur, credimus esse in diversis partibus Prov. memorate, unde nec tenorem huiusmodi presentibus inseruimus. Set eandem cautelam, sub eodem tenore, per vos recipi volumus ab Abbatissa et conventu monasterii supradicti; concedentes vobis et unicuique vestrum licentiam specialem ut, predictorum occasione vel causa, possitis accedere ad monasterium prelibatum, associati cum uno vel duobus prudentibus Fratribus vestri Ord., capitulo vestre regule aut constitutionis eidite (*sic*) per felicis recordationis d. Nicolaum pp. III. nequaquam obstantibus; premissa autem omnia vos quatuor, aut tres, vel duo vestrum exequamini diligenter, dum tamen semper unus de exequentibus sit Minister vel, in eius absentia, Visitator.

Datum apud Urbemveterem III. kal. iulii, pontif. d. Bonifatii pp. VIII anno tertio.

352/4159, n. 64. — Orig. cum chorda et sigillo cer. rubr.

763. Bononiae, 8 iulii et 22 septembris 1297.

Testamentum.

D. Catelina f. q. d. Iohannis Bonacurxii ... reliq. p. a. s. LX lib. bon., de quibus dari voluit XII lib. et X sol. bon. pro orat. et miss. cant. p. a. s. sacerdotibus eligendis per infrascr. commiss. suos, quos quidem ad omnia et singula exequenda esse voluit d. Marchesellam suam matrem, que si decederet ... tunc voluit esse suos commiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui tunc esset, et ... quibus dedit licentiam *etc.* Item legavit conventui Fr. Min. de Bon. XXXX sol. bon. pro orat. et missis cant. p. a. s. ... Item sor. *Agnexie* f. q. d. Iacobini de Guezis, que est in monasterio et religione S. Francisci de Dominabus, XX sol. bon. p. orac. celebrandis p. a. s. ... Item fr. *Henrico* de Pertigonibus, fr. *Azino*, fr. *Petro* de Parma, fr. *Blaxio*, omnibus de Ord. Fr. Min., unicuique XX sol. bon. p. a. s. pro missis et orac. faciendis. Sepult. autem suam sibi elegit apud eccl. S. Francisci Ord. Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. *iusta altare S. Clare*, pp. d. fr. *Azino* de dicto Ord., qui asseruit *etc.*, d. fr. *Bonincuntro* de Butrigariis, d. fr. *Francisco* de Tebaldis, d. fr. *Michaele* de Castagnolo, d. fr. *Iacopino* de Parma, d. fr. *Bertolomeo* et d. fr. *Zanellino* de Carpo, omnibus de dicto Ord.

Die xxii septembris d. fr. *Zanellinus* procur. dicte testatricis sigillavit h. t. sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et posuit ipsum in sacristia dictorum Fratrum et conv. secundum formam stat. com. Bon. ... pp. d. fr. *Bonincuntro* de Butrigariis, d. fr. *Iacobino* de Parma et d. fr. *Ubertino* de Forlivio ... Marcus q. d. Alberti Benasay not.

31/4163, n. 1. — Orig.

764. Bononiae, 7 iulii 1297.

Testamentum.

D. Maria f. q. d. Bendidey de Canitulo ... reliq. xxiv lib. bon., de quibus expendi voluit circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min., x lib. bon. ... Item fr. *Peregrino*, fr. *Maynerio*, fr. *Bonagratie*, omnibus de Ord. Min., cuilibet eorum pro missis dicendis xx sol. bon. ... Item fr. *Petro* de Canitulo Ord. Fr. Min. p. m. dicendis x sol. bon. ... Hoc test. iussit secretum esse et registrari et poni debere in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conventus dictorum Fratrum de Bon. et pro secreto teneri et conservari debere donec vixerit; post mortem autem eius debeat publicari et apperiri. Actum Bononie ... pp. ... fr. *Bonagratia* sacrist. Ord. Fr. Min., fr. *Francischo* sartore eiusdem Ord. ... Francischo f. fr. *Benedicti* de Fullianis ... Matheus q. Iohannini Petri Fabri not.

31/4163, n. 2. — Orig.

765. Bononiae, 9, 11 et 19 iulii 1297.

Testamentum.

D. Berta f. q. d. Bolognitti de Argelle et uxor q. d. Bolognitti Acti ... reliq. p. a. s. cl lib. de bon., quibus expendi voluit x lib. bon. circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud locum Fr. Min. de Bonon. ... Item conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. v lib. bon. ... item conventui Fr. Min. de Bonon. xii lib. bon., de quibus emi debeat unus calix cum quo misse celebrentur p. a. s. ... item fr. *Iohanino* de Portanova, fr. *Bonaventure* de Agrestis, cuilibet p. s. n. iii lib. bon. ... item fr. *Iacobo* de Agrestis xx sol. bon. ... item cuilibet infrascriptorum testium v sol. bon. ... Comiss. autem suos instituit ad predicta omnia efectui manzipanda ... fr. *Iohaninum* de Portanova de Ord. Min. ... quibus dat plenam licentiam *etc.* ... Et si inveniretur aliquod alliud test. ... eam hinc retro fecisse et specialiter test. scriptum manu d. Dominici Tolomei not. ... irritat et capsat ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Ugutione* f. q. fr. Fulchi de Guarinis, fr. *Iohanne* de Cremona iuniore, fr. *Iohanino* de Portanova sacerdote, qui asserit *etc.*, fr. *Marchisino* de Bacerla de Bonon., fr. *Iacobino* de Strata maiore, fr. *Bartholino* de Bon. layco, et fr. *Cherio* de Castro Britonum, omnibus predictis Fratribus de Ord. Min. ...

Die xi eiusdem mensis predictus fr. *Marchisinus* Bacerla proc. predicte d. Berte d. et consignavit h. t. ... penes fr. *Bonagratiam* nunc sacristam dictorum Fratrum et in sacristia eorum coram fr. *Ansaldo* de Butrio, fr. *Iacobino* de Parma et fr. *Iohanino* de Portanova de Ord. Min. ...

Die xviii iullii predictum test. lectum et publicatum fuit coram d. Veclo [1] iudice d. Tegle de Frescobaldis de Flor. Pot. Bon. sub porticu curtilis pallatii com. Bon.

---

[1] Spatium vacuum.

et fr. *Iohanino* de Portanova et fr. *Bonagratia* sacrista de Ord. Min. ... Ugolinus Ambroxii not.

31/4163, n. 3. — Orig.

766. Planorii, 12 iulii 1297.

Testamentum.

D. presb. Iohannes, rector hospitalis S. Marie de Ronchastaldo ... reliq. de bonis suis LX lib. bon., de quibus voluit dari loco Fr. Min. de *Planorio*, aput quem locum ellegit suam sepult., XXX lib. bon., quas vult expendi pro ornamentis ecclesie loci predicti, ad hoc ut Fratres illius loci teneantur et debeant semper orare et celebrare pro eo et p. a. d. Richelde matris sue ... Item Ordini Fr. Min. de Bon. IV lib. bon., ad hoc ut teneantur orare et celebrare pro eo; item fr. *Francisscho* de Schiva dicti Ord. III lib bon. pro una tunicha; item fr. *Ugolino* de Lauglano Ord. predicti pro una tunicha III lib. bon.; item omnibus Fratribus qui erunt, tempore mortis sue, in loco predicto Fr. Min. de *Planorio* X sol. bon. pro quolibet eorum. Reliquos vero voluit expendi tam circha funus et sepult. eius quam alibi, ubi melius et utilius visum fuerit comiss. suis expend. p. a. s., quos quidem comiss. suos esse voluit Guardianum ipsius loci Fr. Min. de *Planorio* et fr. *Ugolinum* de Lauglano de dicto Ord., dando eis et cuilibet eorum plenam licentiam *etc.* ... In omnibus aliis suis bonis mobilibus et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit, silicet illos pauperes quos Guardianus dicti loci Fr. Min. de *Planorio* duxerit nominandos. ... Actum Planorii in domo d. Bonifatii de Lauglano, pp. fr. *Francisscho* de Schiva, qui dixit *etc.*, fr. *Iacobo* de Cavaghli, fr. *Francisscho* de Castagnolo, fr. *Francisschino* de Parma, fr. *Lamberto* de Fabianis, fr. *Ugolino* de Lauglano, fr. *Iohanne* de Policino ... [... not.].

31/4163, n. 4. — Orig.

767. Bononiae, 19 iulii 1297.

Testamentum.

D. Hostia uxor q. d. Petri Martini Boaterii ... reliq. p. a. s. XXX lib. bon., de quibus dari voluit et expendi circa funus et sepult. suam, quam sibi elligit apud eccl. Fr. Min. X lib. bon. ... Item fr. *Accino* Ord. Min. XXXX sol. bon. pro auxilio unius cape; item fr. *Petro* sacristano pro auxilio unius cape XXX sol. bon.; item conventui Fr. Min. p. m. cant. IIII lib. bon.; item p. a. matris sue dicto conventui Fr. Min. IIII lib. bon. p. m. cant. ... Post mortem (heredum suorum), solutis omnibus predictis legatis, omnia sua bona reliquid p. a. s. et dicti d. Petri sui mariti, conventui Fr. Min. de Bon. ... Voluit h. t. esse secretum et sigillari sigillo conventus Fr. Min. sive Guardiani ipsorum, et deponi in sacristia ipsorum Fratrum ... Actum Bononie in ecclesia S. Francisschi Fr. Min., pp. fr. *Aczino* de Bon., fr. *Iacobino* de Parma portonario, fr. *Zanillino* de Carpo, fr. *Francissco* sartore, fr. *Iohanne* Guidonis, fr. *Michaele* sartore et fr. *Henrico* de Argellata, omnibus de Ord. Fr. Min., qui fr. *Aczinus* asseruit *etc.* ... Et fecit dictum fr. *Aczinum* suum procur. ad deponend. in sacristia. Michael Guidonis de Fusschis not.

31/4163, n. 5. — Orig.

768. Bononiae, 22 et 26 iulii 1297.

Testamentum.

D. Contissa f. q. d. Bonzanelli et uxor d. Avanzii de Burgo Gallerie. ... reliquid c lib. bon. si contingerit eius maritum mori ante dictam testatricem; si vero contingerit ipsam testatricem mori ante dictum eius maritum, tunc reliq. solum L lib. bon., de quibus dari voluit et expendi XVI lib. XIII sol. et IIII denar. per suum comiss. infraser., ubi sibi videbitur, in faciendo cantari M missis p. a. ipsius testatricis. Reliquos expendi et distribui iussit tam circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bonon., et in faciendo fieri unam archam pro sepultura ipsius testatricis apud eccl. predictam, quam etiam inter eccl., loca religiosa, pauperes Christi et alibi ubi melius et utilius visum fuerit p. a. ipsius testatricis eius comiss. infrascripto. Quem quidem comiss. suum ad predicta omnia et singula in h. t. contenta exequenda constituit fr. *Nicholinum* de Strata maiori de Ord. Min., dans ei plenam licentiam et liberam potestatem vendendi, allienandi *etc.* ... Si vero contingeret dictum fr. *Nicholinum* suum comiss. premori eidem testatrici, aut mori ante execucionem omnium predictorum, tunc voluit quod Guardianus Fr. Min. de Bon., qui tunc temporis fuerit, sit suus comiss., dans ei similem licentiam et potestatem, aut cui ipse Guardianus comiserit, vendendi, allienandi *etc.* In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos dictus fr. *Nicholinus* seu dictus Guardianus ellegerit et voluerit nominare, et non alios. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Nicholino* de Strata maiori, fr. *Bonmercato* de burgo Gallerie de Ord. Fr. Min., qui ambo dixerunt *etc.*, fr. *Lanbertino* de Ymola, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Ugolino* de Varegnana, fr. *Marchixino* de Strata maiori, fr. *Mathiolo* de Caldararia et fr. *Thomaxio* de Pellaciis, de Ord. Fr. Min. omnes ...

Die XXVI eiusdem mensis fr. *Lanbertinus* de Ymola de Ord. Fr. Min. proc. suprascripte d. Contisse dep. h. t. in sacristia Fr. Min. in manibus fr. *Bonagratie* sacriste Fr. Min. sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum Min. ... pp. fr. *Ubertino* de Forlivio et fr. *Michaele* sartore. ... Bonagratia f. q. d. Guillelmi de Manzolino not.

31/4163, n. 6. — Orig.

769. Bononiae, 24 iulii et 6 augusti 1297.

Testamentum.

D. Franciscus f. q. d. Frederici de Pavanensibus. ... reliquit quod per infraser. commiss. suos satisfiat et satisfieri debeat de bonis suis omnibus et singulis a quibus reperiretur ipsum d. Franciscum habuisse et recepisse aliquid per usuras vel alio quoquo illicito modo vel causa, et generaliter omnibus et singulis qui petere et ostendere possent se ab eo aliquid debere recipere quoquo modo, sine strepitu iudicii et omni exceptione, que obici posset, reiecta. Item reliquid quod omnia et singula que continentur in quadam cedula scripta manu fr. *Mathei* de Ord. Min., que est sigillata suo sigillo et deposita penes dictum fr. *Matheum*, mandentur executioni per infrascriptos commiss. suos, de bonis suis. Item reliquid p. a. s. CCC lib. bon., de quibus dari voluit ... fr. *Lambertino* de Pavanensibus de Ord. Min. c sol. bon., item conventui Fr. Min. de Bonon. p. m. cant. x lib. bon. ... item sor. *Thomaxine* de Pavanensibus de Ord. S. Clare c sol. bon. ... item fr. *Matheo* de Boytolo de Ord. Min. c sol. bon.;

item Guardiano presenti de Ord. Min. Bon. conventus xxx sol. bon.; item fr. *Petrizolo* de Aposa de Ord. Min. III lib. bon. ... item fr. *Iohanino* de Cremona de Ord. Min. xx sol. bon.; item fr. *Iacobino* de Parma de dicto Ord. xx sol. bon.; item fr. *Azino* de dicto Ord. xx sol. bon.; item fr. *Alberto* de Corvis de dicto Ord. xx sol. bon.; item fr. *Henrico* de Perticonibus de dicto Ord. xx sol. bon. ... Item dompno Galvano presb. S. Andree extra circlam Peradelli xxx sol. bon. Item cuilibet conv. Fratrum seu Sororum de civit. et burgis Bon. qui non sunt supra specificati, qui declarabuntur per commiss. suos, x sol. bon. Item fr. *Gerardo* de Asinellis, fr. *Nascimbeni* de Burgo S. Felicis, fr. *Ameo* de Azis, fr. *Manfredo* de Thomariis, fr. *Gandulfino*, omnibus de Ord. Min., cuilibet eorum xx sol. bon. ... Residuum vero expendi iussit et mandavit circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit aput eccl. Fr. Min., circa vestimenta vidualia uxoris et filiarum suarum, in septenario, trigenario, centenario et anniversario, et alibi ubi melius visum fuerit infrascr. commiss. suis, quibus dedit licentiam *etc.* ... Item mandavit quod de dictis CCC lib. bon. p. a. relictis, ematur unus pannus aureus qui deferatur super corpus suum tempore sepulture, de quo postmodum, vel alio bono, fiat una planeta *ad altare Virg. Marie* in domo Fr. Min. de Bonon. Item voluit et mandavit quod de dictis CCC lib. dentur et solvantur conventui Fr. Min. de Bon., si contingat quod altare quod reliquit d. Guillelmus de Pavanensibus eius frater fieri et constitui in ecclesia dictorum Fratrum in suo test., fiat et constituatur in dicta ecclesia, vel *in loco novo qui edificatur apud S. Franciscum*, et ibi fieret capella nova, ubi Fratres possent celebrare et celebrarent continuo divinum officium *seorsum ab ecclesia Dominarum* dicti loci, xxv lib. bon. in suplementum dicti operis altaris construendi. Item reliquit et mandavit quod de bonis suis dentur et solvantur per infrascrip. commiss. suos, CCC lib. bon. secundum modum et formam qua commisit eisdem, iubens quod per heredes eius nulla administrationis ratio petatur de dictis CCC lib. bon. ... In omnibus aliis suis bonis mobilibus et immobil., iuribus *etc.* Guillelmum suum filium et filium eius nasciturum, si masculus fuerit, sibi heredes instituit, equa portione; si vero femina fuerit nascitura, reliquid eidem iure institutionis DC lib. bon. ... Item voluit quod si heredes sui morerentur in pupillari etate vel post pupillarem etatem infra tempus xxv annorum sine liberis, quod per comiss. suos infrascript., si vixerint, alioquin per Guardianum Fr. Min. q. p. t. fuerit, Priorem Fr. Pred. et Priorem Fr. Heremitarum, dentur, solvantur et expendantur p. a. ipsius testatoris M lib. bon. de bonis suis, secundum quod melius et utilius eis visum fuerit, pro salute anime sue, dum tamen alicui conventui non possint dare ultra xxv lib. bon. Item quod de bonis suis immobilibus, eo casu, consignare debeant cuilibet filiarum suarum tantum quod valeat CCCC lib. bon., ex quo quelibet earum habeat usufructum toto tempore vite sue, et si aliqua earum moreretur sine liberis, quod usufructus unius perveniat ad alteram quousque vixerit. Post mortem vero earum, si sine liberis decesserint, dicte possessiones, que deputate fuerint eis ad usufructum, perveniant ad commiss. suos, si vixerint, alioquin ad Guardianum Fr. Min. de conventu Bon. qui p. t. fuerit, qui debeant dictas possessiones vendere et pretium distribuere inter pauperes Christi, dum tamen nullo conventui possint dare, de dicto pretio, ultra xxv lib. bon. ... Commiss. suos esse voluit et statuit ad omnia et singula suprascripta fr. *Matheum* de Boytolo de Ord. Min. ... Actum Bononie in domo dicti testatoris, pp. fr. *Matheo* de Boytolo de Ord. Min., qui dixit *etc.* ... fr. *Alberto* de Azis Guardiano conv. Fr. Min. de Bon., fr. *Philippo* de Marzegonibus, fr. *Alberto* de

Corvis, fr. *Lambertino* de Pavanensibus, fr. *Thoma* de Piperatis, fr. *Alberto* de Soldaderis et fr. *Ugolino* de Prato, omnibus de Ord. Min. de conventu Bononie ...

Die VI augusti fr. *Matheus* suprascriptus proc. dicti Francisci presentavit h. t. fr. *Bonagratie* sacriste conv. Fr. Min. de Bon., petens ipsum secretum teneri et reponi in sacristia dictorum Fratrum et sigillari sigillo conv. dictorum Fratrum ... pp. fr. *Gerardo* de Asinellis et fr. *Gerardino* de Alerario de dicto conventu, qui dixerunt cognoscere dictum presentantem, testibus. Henrigiptus de Querziis not.

312/5085, n. 94. — Orig.

770. Bononiae, 28 et 29 iulii 1297.

Testamentum.

Bonifatius cui dicitur Faciolus f. d. q. Simonis q. d. Petrizoli Trivellini ... relliq. L lib. bon., de quibus relliq. Fratribus Min. de Bon. p. m. cant. XX sol. bon. ... Item fr. *Iohanni* de Ugiano Ord. Fr. Min. p. m. cant. XX sol. bon. ... Residuum vero voluit dari et expendi circha funus et sepult. suam, quam ellegit apud eccl. S. Donati, vel apud eccl. S. Francischi, vel apud eccl. S. Dominici, ad voluntatem d. Horabilis sue uxoris ... Actum Bononie ... in pres. d. fr. *Iohannis* de Ugiano Ord. Fr. Min. de Bon. et presbit., qui asserit *etc.*, et pp. fr. *Regucio* de Abaysio Ord. Fr. Min. ...

Die sequenti h. t. dep. fuit in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonagratie* dicti Ord. Fr. Min. fratris et sacriste dicti Ord. ... recipiendo ipse fr. *Bonagratia* sacrista dictum test. in suis manibus in dicta sacristia et sigillando eumdem sigillo dictorum Fratrum ... pp. fr. *Zanillino* de Carpo. ... Blaxius Ubaldini de Stiglatico not.

31/4163, n. 7. — Orig.

771. Bononiae, 7 et 8 augusti 1297.

Testamentum.

D. Domdideus q. d. Andree ... relliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. C sol. bon. ... item fr. *Berthollo* de S. Iohanne in Persizeto Ord. Fr. Min. de Bon. p. s. n. XX sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Lamberto* de Fabianis, fr. *Michaelle* de Sanctis de Marano, fr. *Gerardino* de Alerario, fr. *Petro* de Arichullo, fr. *Iacobino* de Parma layco, fr. *Iohannino* de Portanova, fr. *Rogerio* de Poetis et fr. *Berthollomeo* de S. Iohanne in Persizeto, qui dixit *etc.*

Die sequenti dictus testator dedit, designavit et porexit suum test. in manibus fr. *Bonagratie* sacrist. conv. Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Rogerio* de Poetis et fr. *Iacobino* de Parma ... Villanus Guidonis Bonvillani not.

31/4163, n. 8. — Orig.

772. Bononiae, 12 et 15 augusti 1297.

Testamentum.

D. Ugolinus q. d. Raymondini de Pecudibus ... reliquid XXII lib. bon., de quibus dari et distribui iuxit, super funus et sepult. suam, quam sibi elegit aput eccl. S. Francisci de Ord. Fr. Min. de Bon., XII lib. bon. in cereis et candelis et alliis necessariis, et id quod supererit a sepultura sua de dictis XII lib. bon. voluit et iuxit dari conventui Fr. Min. de Bon. pro C missis per eos celebrandis p. a. s. ... Item *Dominabus*

S. *Clare de Ord. S. Francisi, que morantur extra circhulam S. Stephani* xx sol. bon. ... Item fr. *Naximbeni* de burgo Peratelli de Ord. Fr. Min. pro una capa emenda, xl sol. ... et si filii sui non darent omnia legata relicta per eum Imeldine sue uxori, dimixit eis in perpetuum maledicionem suam et maledicionem Christi et Matris sue et omnium aliorum Sanctorum ... Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Thomaxio* de Gambaldis sacerd., fr. *Alle* d. Iohannis Sichi sacerd., fr. *Iacobino* de Demozola, fr. *Petro* Picinino, fr. *Ubertino* de Forlivio, fr. *Marchixino* de Bacerlla et fr. *Bertolomeo* q. d. Raymondi de Gisso, qui fr. *Bertolomeus* cognoscit dictum testatorem ...

Die xv eiusdem mensis fr. *Bertolomeus* q. d. Raymondi de Gisso proc. dicti testatoris dep. h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonagracie* sacriste dictorum Fratrum et cum sigillavit sigillo conventus, pp. fr. *Petro* de Veruchullo, fr. *Bonazunta* f. fr. Zanelli ... Michael Ambroxini not.

31/4163, n. 10. — Orig.

773. Bononiae, 23 augusti 1297.

Testamentum.

D. Guillielminus q. d. Ribaldini de terra Luminaxii ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. v sol. bon. p. m. et orac. dicendis ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Bonagratia* sacristano et sacerdote, fr. *Gerardino* de Mutina, fr. *Francischo* sartore, fr. *Germia* de Bononia, fr. *Bonifatio* q. Gratiani, fr. *Iohanne* de Argenta, fr. *Bertholomeo* de Gisso ... et dictus fr. *Bonagratia* dixit *etc.* ... Et dictus testator iussit dictum test. apponi in sacristia Fr. Min., ut rei veritas clareat in aperto, et ipsum test. sigillari sigillo predictorum Fratrum.

Eodem die dictus testator dep. dictum t. in manibus fr. *Bonagratie* sacrist. Fratrum predictorum, pp. fr. *Francischo* de Ignano et fr. *Lambertino* de Ymola ... Nicholaus q. Iacobi Spiglati not.

31/4163, n. 11. — Orig.

774. Bononiae, 31 augusti 1297.

Testamentum.

D. Comtissa f. q. d. Ugolini de Magnonis et uxor d. Nicholai q. d. Nicholai de Temcarariis ... reliquid lx lib. bon., de quibus ... reliquid fr. *Azino* Ord. Fr. Min. de Bononia iii lib. bon. p. a. s.; item de predicta quantitate pecunie reliquid quod ematur unus palius sive panus de sericho, qui portetur super corpus suum, de quo pano voluit quod debeat fieri una planeta et ea debeat remanere in ecclesia S. Francissi de Bon., cum qua debeant cellebrare divina officia p. a. s. ... Reliquos iussit et voluit expendi circha funus et sepult. suam, quam voluit et sibi elegit apud eccl. S. Francissi de Bononia, et iussit corpus suum sepeliri in una sepultura terre et ubi melius et utilius videbitur comiss. suis infrascriptis p. a. s. Quos ad omnia et singula exequenda esse voluit d. fr. *Azinum* Ord. Fr. Min. de Bononia ... et eis dedit generalem et liberam aministrationem vendendi *etc.* ... Actum Bononie ... Albertus q. Lamberti Petri Maisarii not.

31/4163, n. 12. — Orig. In dorso « È paghado questo testamento al chonvento e a fra *Azeno* ».

775. Bononiae, 3 septembris et 29 octobris 1297.

Testamentum.

D. Pizolus q. d. Gerardi de Manfredis ... reliquid c lib. bon., de quibus ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. xx sol. bon., quod expendi debeant in uno duplerio ... Item fr. *Aspetato* f. fr. *Guillelmi* de Panzonibus Ord. Fr. Min. x lib. bon. p. s. n. Reliquos iussit expendi et distribuy circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. et alibi ubi melius et utilius visum fuerit commiss. suis, quos quidem commiss., ad predicta omnia et singula exequenda, esse voluit fr. *Guillelmum* de Panzonibus ... dans eis plenam et liberam potestatem *etc.* ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* d. Mixinam eius filiam sibi hered. instituit, hac condictione adiecta, quod non possit aliqua bona inmobilia dicte heredit. vendere, alienare *etc.;* (alioquin) privat eam a dicta heredit. ... et in dictis bonis et heredit. heredes instituit fr. *Guillelmum* de Panzonibus, d. Iacobinum de Brunis et d. Bonacursium de Manfredis ... Et si contingeret dictam d. Mixinam sine liberis decedere, tunc vult dicta bona pervenire, silicet ... conventui Fr. Min. de Bon. xx lib. bon. pro uno calice emendo ... Item fr. *Guillelmo* de Panzonibus vel suis heredibus L lib. bon. ... hoc adiecto quod ratione privilegii Fratrum de Crosatis vel alique alie ecclesiastice vel religiose persone sibi dicta bona non possint ullatenus vendicare, set distribuenda maneant ad voluntatem dictorum suorum commiss. ... Hoc s. t. voluit esse secretum et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigilari sigillo dicti conv. seu Prioris et sui, secundum formam stat. com. Bon. Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. Fr. *Bonincuntro* de Butrigariis, qui asseruit *etc.,* fr. *Bonagratia* sacrist., fr. *Iohannino* de Portanova, fr. *Iohanne* de Santuseya, fr. *Cherio* de Castro Britonum, fr. *Bertholomeo* de Butrio, fr. *Petro* de Fulianis et fr. *Bonazunta* de burgo Peradelii. omnes sunt de Ord. Fr. Min. de Bon. ...

Die xxviii octubris h. t. dep. fuit in sacristia Fr. Min. de Bon. penes fr. *Bonincuntrum* de Butrigariis, pp. fr. *Iacobino* de Parma et fr. *Marchixino* de Bacerla et fr. *Bertholomeo* de S. Iohanne ... Compagnonus q. Corvolini not.

31/4163, n. 13. — Orig.

776. Bononiae, 6 septembris 1297.

Particula testamenti.

D. Dominicus Bixillerius f. q. d. Iacobi ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon x lib. bon. p. m. et orac. p. a. eius celebrandis ... Actum Bononie ... Iacobu Iacobini not.

31/4163, n. 14. — Exempl. « mccciii, ind. i, die 11 februarii. Hoc exempl. et pars test. per me Bernardum subscript. not. sumptum ex autentico test. predicti Iacobi not. manu scripto, rev. et discreto viro d. Buxolo de Parma ... vicario ven. in Christo patris d. Uberti Dei gratia Bon. Elec insinuatum fuit *etc.* Ego Bernardus fr. Bencevennis de Lamola not. predictum exempl. ex autentic test. ... scripsi et fideliter exemplavi ... sub anno, ind. et die premissis ». In dorso « È paga' quest leghato al chonvento ».

777. Bononiae, 7 et 10 septembris 1297.

Testamentum.

D. Beatrixia f. q. d. Iacobini Gozoli et uxor q. d. fr. Fini q. d. Theuzii ... reliquid c lib. bon., de quibus ... reliquid fr. *Nicholino* de Strata maiori de Ord. Fr. Mi

c sol. bon. pro una tunicha; item fr. *Alberto* de Azziis antiquiori de Ord. Fr. Min. c sol. bon. pro una tunicha ... Reliquos autem expendi iussit tam circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., quam inter eccl., loca religiosa, pauperes Christi et alibi, prout utilius visum fuerit p. a. s. suis comiss. infrascr. Quos quidem comiss. ad predicta omnia et singula exequenda constituit fr. *Nicholinum* de Strata maiori et fr. *Albertum* de Azziis antiquiorem de Ord. Fr. Min. de Bon., dans eis et cuilibet eorum, seu cui dicti comiss. comiserint vices suas, plenam licentiam, *etc.*.... Actum Bononie ... pp. fr. *Alberto* de Azziis antiquiore et fr. *Nicholino* de Strata maiori, ambo de Ord. Fr. Min., qui dixerunt *etc.* ...

Die x eiusdem mensis h. t. dep. fuit in sacristia Fr. Min. in manibus fr. *Bonagratie* sacriste dictorum Fratrum, sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum Min. .. pp. fr. *Lanbertino* de Butrio et fr. *Thomaxio* de Pelaciis ... Bonagratia f. q. d. Guillelmi de Manzolino not.

31/4163, n. 15. — Orig.

778. Bononiae, 7 septembris 1297.

Testamentum fr. Bonifatii novitii in Ord. Fr. Min.

Fr. *Bonifacius* seu Faciolus q. d. Graciani de Trasassa Ord. Min., nondum facta per ipsum professione in dicto Ordine ... rerum suarum et bonorum omnium dispositionem per presens nuncupativum test. sine scriptis in hunc modum facere procuravit. In primis reliquid, iure legati et omni modo et iure quo melius potest, fr. *Bartholomeo* f. d. Abbatis de Verona dicti Ord. unam Bibiam pretii et extimationis L lib. bon. et unum Breviarium pretii XXII lib. bon., quos duos libros dedit iam in manibus ipsius fr. *Bartholomei.* Item reliquid eidem fr. *Bartholomeo,* eodem iure, XXVIII lib. bon., quas fr. *Petrus* de la Lana dicti Ord. tenetur eidem testatori ex causa mutui, expendendas in libris per ipsum fr. *Bartholomeum;* salvo quod si dictus fr. *Bartholomeus* decesserit ante mortem dicti testatoris, teneatur et debeat ipse fr. *Bartholomeus* relinquere omnes dictos libros ipsi testatori, ita quod ipse testator habere possit p. s. n. dictos libros et pretium ipsorum. Si vero dictus testator decesserit ante mortem dicti fr. *Bartholomei,* voluit et disposuit, ordinavit et mandavit dictus testator quod post mortem dicti fr. *Bartho(lo)mei,* dicti libri vendi debeant, et pretium ipsorum converti debeat in quadam possessione emenda per *conventum et monasterium Dominarum B. Francisci Ord. S. Clare de Bon.,* que Domine et conventus dicti monast. teneantur fructus dicte possessionis integre dare seu dari facere conventui et Fratribus Min. qui morabuntur apud eccl. *S. Marie de Planorio,* ubi nunc morantur Fratres eiusdem Ord., annuatim, salvo quod dictus fr. *Bartholomeus,* eo vivente, si esset in necessitate, p. s. n. vendere possit dictos libros. Item voluit et ordinavit quod si reperiretur, tempore mortis sue, ipsum testatorem habere Bibiam et Breviarium vel alterum ipsorum, ipsos libros Bibiam et Breviarium et quemlibet ipsorum librorum habere debeat, post mortem dicti testatoris, fr. *Hugolinus* de Lauglano de dicto Ord. ad suum usum, donec vixerit; post vero mortem dicti fr. *Hugolini,* dicti libri vendi debeant, et de pretio ematur una possessio seu quoddam predium per dictum *monasterium et Sorores S. Francisci,* que teneantur fructus et redditus dicte possessionis seu ipsius predii dare et convertere, annuatim, ad usum et substentationem Fr. Min., qui morabuntur in dicto loco de *Planorio.* Item reliquid i. l. d. Bonifacio

q. d. Dotecherii de Lauglano medietatem unius petie terre vineate XII tornat., salva ratione pluris minorisve, posit. in guardia civitatis Bonon. in loco et contrata ubi (dicitur) « Roccha maior », iuxta *etc.* ... et aliam medietatem diete petie terre vineate, super qua est domus, et ipsam domum eodem modo i. l. reliquid Alberto fratri suo, qui donec ipse Albertus vixerit habere et percipere possit fructus et redditus ipsius medietatis ... Post vero mortem ipsius Alberti, si dictus d. Bonifacius vivus erit, voluit ... dictus testator, quod idem d. Bonifacius, donec vixerit, percipere et habere debeat fructus et redditus ipsius alterius medietatis ipsi Alberto relicte. Post mortem vero dicti d. Bonifacii et etiam post mortem dicti Alberti, si ipse Albertus esset vivus post mortem dicti d. Bonifacii, voluit dictus testator. quod dicta medietas vinee, tam in proprietate quam possessione, pervenire debeat ad predictum *monasterium et Sorores B. Francisci*, que teneantur integre fructus et redditus ipsius medietatis dare et convertere ad usum et substentationem Fr. Min. qui morabuntur in dicto loco de *Planorio*. Item voluit et mandavit quod si dictus Albertus vendere posset bene et utiliter dictam medietatem, quod possit vendere et ea vendita teneatur de pretio dare d. Bonifacio predicto tantam pecuniam, quod habita ratione, tam occasione domus que est super ea, quam alia quacumque, quod si dicta medietas fuerit maioris extimationis quam alia medietas d. Bonifacii, quod ipse due partes sint equalis extimationis et valoris, computata pecunia quam sibi dabit de dicto pretio; totum aliud pretium teneatur et debeat dictus Albertus ponere in aquisto in una possessione secundum quod utilius facere poterit; que possess. post mortem dicti Alberti si dictus d. Bonifacius non viveret, et post mortem dicti d. Bonifacii si Albertus predictus non viveret, pervenire debeat ad *dictum monast. et Sorores*, que teneantur fructus et redditus ipsius possess. dare et convertere ad usum et substentationem Fratrum Min. de *Planorio*, ut dictum est. Si vero dictus d. Bonifacius esset vivus post mortem dicti Alberti, habere debeat ipse d. Bonifacius fructus et redditus ipsius possess. toto tempore vite sue; post vero mortem suam pervenire debeat ad dictum monast., ut dictum est, conditionibus supradictis. Item dixit dictus testator et mandavit quod predicta legata relicta per ipsum, ut supra dictum est, ad substentationem dicto(rum) Fratrum, reliquid hoc modo et hac intencione, quod converti debeant ad usum et substentationum unius vel duorum Fratrum dicti Ord. ibidem morantium, ultra numerum nunc ibidem deputatum, secundum facultates dictorum legatorum. Reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. p. a. s. c sol. bon.; item fr. *Bonagratie* sacriste dicti conventus p. n. eius III lib. bon.; item fr. *Bartholomeo* Castaldo eiusdem Ord. p. s. n. III lib. bon. In omnibus aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Albertum predictum suum fratrem sibi hered. instituit ... Actum Bononie in domo Fr. Min. in *scolis*, pp. fr. *Nicolino* de Butrio, fr. *Marchixino* Bacerle, fr. *Hugolino* de Lauglano, fr. *Bonazunta*, fr. *Iohanne* Sedazario, fr. *Auliverio* Bracii, fr. *Rogerio* de Poetis et fr. *Philippo* de Argele, omnibus de dicto Ord. Fr. Min. ...

Et ego Iohannes magistri Petri de Unzola not. ... dictum testatorem cognovi, et hoc test. una cum dicto testatore dep. in sacristia Fr. Min. conv. Bon. sigillatum sigillo dicti conv. Et etiam dictus fr. *Nicolinus* testis, qui sacerdos est, eumdem testatorem cognovit ...

342/5085, n. 96. — Orig. = Cf. n. 779.

779. Bononiae, 8 septembris 1297.

Codicillus fr. Bonifacii de Trassasso, novitii in Ord. Fr. Min.

Cum fr. *Bonifatius* q. Gratiani de Trassasso ... test. fecerit, ut scriptum manu Iohannis mag. Barberii de Rota not. dixit ... presentibus codicill. test. predict. optinere iuxit plenissimam firmitatem, hoc tamen mutato, quod hiis codicillis, omnes libri, quos aparuerint post mortem dicti fr. *Bonifatii*, sint et esse debeant et remanere fr. *Bertholameo* de Mutina eiusdem Ord. Fr. Min. usque ad ultimum vite sue, excepto unam Bibiam, si apareret dictum fr. *Bonifatium* de Ord. Min. habere post mortem suam. In obitu autem mortis eiusdem fr. *Bertholamei* de Mutina, voluit predictos libros remanere debere loco seu ecclesie Fr. Min. de *Planorio*, ut in predicto suo test. dixit contineri; et predictos suos codicill. iuxit reponi in sacristia Fr. Min. de Bon. Actum in *capella infirmorum* ecclesie S. Francischi de Bononia, pp. fr. *Petro* de Veruchio, qui asseruit se predictos cognoscere, fr. *Federico* de Provincia Ianuensi eiusdem Ord. Fr. Min., fr. *Iohanne* de Varignana eiusdem Ord. Fr. Min., fr. *Bonazunta* de burgo Peradelli, fr. *Iacobo* de Polixino eiusdem Ord. ...

Eodem die dictus fr. *Bonifatius* constituit fr. *Petrum* de Veruchio suum procurat. ad ponend. dictos codicill. in sacristia Fr. Min. de Bon., pp. testibus suprascriptis ... Dominicus Iohannis Azonis not.

31/4163, n. 16. — Orig. = Cf. n. 778.

780. In Civitate Austria, 9 septembris 1297.

Testamenti exhibitio et resignatio.

In Civitate Austria, in anticamera palacii patriarchalis, pp. fratribus Iacobo de Civit. Ord. Pred. lectore Venet., *Apolonio* de Mantua Guardiano Fr. Min. conventus *Civit.* ... ad hoc vocatis testibus et rogatis. Religiosi viri fr. Egidius de Parma Prior Fratrum Pred. conventus Civitaten. et fr. *Baldasar* Ord. Min. conventus *Civitaten.* presentaverunt reverendo in Christo patri et d. Raymundo, Dei gratia (et) S. Sedis Aquilegensis Patriarche, duo testamenta clausa et sigillata quatuor integris et illesis sigillis cereis pro quolibet, uno videlicet sigillo conventus Fr. Min. de *Civitat.*, in quo impressa erat forma Agni Dei cum cruce et littere tales: ✝ S. FRATRUM MINOR. DE CIVITATE FORUMIULLII; altero sigillo fr. Arcivei de Atens (?) Ord. Pred., in quo impressa erat figura unius Sancti habentis crucem in manu dextra, et forma unius fratris genibus flexis existentis et littere: ✝ S. FRATRIS ARCIVEI DE ATENS (?) ORD. PRED.; tercio sigillo, in quo erat impressa forma unius magistri cum capucio sedentis ad catedram cum libro ante se, et littere: ✝ S. MAGISTRI; quarto sigillo in quo erat impressa forma Crucis cum qu(a)tuor punctis et littere: ✝ S. ALBRICI BON. AQUILEGEN. CANTORIS. Et insuper exterius in unoquoque test. hec erant scripta: « Hoc est test. mag. Albrici cantoris et canon. Aquilegen. »; quod dixit suum esse test. coram me not. infrascr. et testibus scriptis in quodam publ. instrumento per me inde confecto et appositum erat signum consuetum Morandini not., postque erat hoc scriptum: « Et ego Morandinus de Ramazaco imper. auct. not. predictis omnibus interfui et mandato dicti magistri Albrici scripsi et roboravi ». Qui quidem Fratres Egidius et *Baldassar* supplicaverunt humiliter eidem d. Patriarche ut, cum dictus mag. Albricus sit viam universe carnis ingressus, testamenta huiusmodi que penes eos seu eorum loca de-

posita fuerant, faceret aperiri et auctoritate ordinaria publicari. Predictus vero d. Patriarcha recipiens et videns test. predicta, mandavit mihi Antonio not. infrascr. ut illa aperire deberem et de ipsorum tenore publica conficiantur instrumenta. Quibus apertis, visis *etc.*, eorum tenor talis est:

1291, 12 novembris. — In Civitate Austria in domo mea ... ego magister Albricus cantor et canonicus Aquilegensis ... lego Fratribus Min. de *Civit.* c flurinos aureos pro ecclesia fabricanda, et L pro sustentatione eorum ... Item *Sororibus de Cella* IIII marchas. Item *Sororibus S. Clare* IIII marchas ... Item *Sororibus S. Antonii de Aquilegia* XL florinos pro alodio emendo. Item lego Fratribus Pred. et Min. de *Ymola* terram sive possessionem quam habeo Ymole in (loco) qui dicitur « Pugnolo » ... Item lego Fratribus Predic. de Ven. omnes denar. meos qui sunt in capsella mea quam deposui apud eos in deposito eorum. Item lego Fratribus Min. de *Venetiis* VII lib. grossor., quas mihi debent Stephanus et Marinus Cuppo, et XIIII sol. bon. grossorum, quos deposui apud predictos. Instrumentum vero inde factum est in capsella mea que est in deposito Fratrum Predic. de Ven. ... Item lego fr. *Baldasar* de Ord. Fr. Min. Breviarium meum, Iohannem et Lucam et Epistolas Pauli et duas cupas argenteas; item lego fr. *Iohanni* de Carpenitto (?) de Ord. Fr. Min. unam marcham ... Item lego Albrico nepoti meo ... x sextar. frumenti et x congios vini ... Reliquum vero frumenti et vini dividant inter se predicti Fratres Pred. et Min. ... Item volo quod meus Avizenna maior et melior vendatur et precium eius distribuatur inter pauperes Christi de Foroiullii per meos fideicommiss. ... In ceteris vero meis bonis, si que habeo vel in posterum haberem ... heredes instituo pauperes Iesu Christi habitantes et mendicantes sive egentes in Forumiulii, que hereditas si qua esset vel apareret dictis pauperibus detur et distribuatur per meos fideicommiss. inferius nominandos. Ad hec omnia facienda et exequenda instituo et volo meos esse fideicomiss. et executores fr. Arciveum de Ord. Pred. et fr. *Baldasar* de Ord. Fr. Min. ...

Item eodem anno, die XI septembris. In Civit. Austria in palacii sala patriarchalis, pp. Fratribus Egidio Priore et *Apolonio* Guardiano ... predictus d. Patriarcha, suam interponens auctoritatem [... huius]modi test. mandavit mihi Antonio not. ut illud redigerem in publica documenta, in cuius evidentiam et stabiliter firmitatem presens instrumentum iusit sui pendentis sigilli munimine roborari

Et ego Antonius Civitaten. not. predictum testamentum sive testamenta clausa vidi et de mandato predicti d. Patriarche aperui autenticum legi, ascultavi et fideliter exemplavi ... Ego Dominus Mascaronis imper. auctorit. et nunc ven. patris d. Sclatte Dei gratia Bon. Episc. not. hoc public. instrumentum exempl. ab autentico instrum. scripto manu Antonii Civitaten. not. per infrascriptum fr. *Bonagratiam* not ad ipsum autenticum coram d. Gerardo de Cornazano vic. dicti patris cum infrascriptis Michaele et fr. *Bonagratia* notariis diligenter et fideliter ascultavi, et quia utrumque concordare inveni mandato et auctorit. dicti d. vicar. me testem subscripsi Ego Michael Guidonis de Fusschis not. presens exempl. sumptum ab autentico ... una cum suprascr. Dominico et infrascr. *Bonagratia* not. coram *etc.* ascultavi, et quia *etc.* me in testem subscripsi in anno Domini MCCLXXXXVII die III octubris. Ego fr. *Bonagratia* de Lamandinis auctoritate imperiali not. pres. exempl. test. per me sumptum ab autentico testamento, scripto manu Antonii not. una cum suprascriptis Dominico et Michaele not. coram discreto viro d. Gerardo de Cornazano canon. Tornacens. vic. d. Bonon. Episcop. diligenter et fideliter ascultavi, et quia dictum exempl. cum

dicto autentico concordare inveni ut pres. exemplo adibeatur perpetuo plena fides, de mandato et auctoritate dicti d. Vicarii me in testem subscripsi signumque meum apposui. In anno Domini MCCLXXXXVII, die III octubris ...

31/4163, n. 36. — Exempl.

781. Bononiae, 18 septembris 1297 et 4 ianuarii 1298.

Testamentum.

Nobilis et prudens vir d. Nicholaus f. nobilis et potentis militis q. d. Pegorarii de la Fontana de Feraria ... reliquid de bonis suis p. a. s. DCC lib. bon., de quibus ... reliquid conventui Fr. Min. de *Feraria* CCC lib. bon. Residuum vero voluit dari et expendi circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. illius terre in qua decesserit, et alibi ubi melius et utilius visum fuerit Guardiano Fr. Min. de Bononia et Guardiano Fr. Min. de *Feraria*, p. a. s. ... Item reliquid de aliis suis bonis, iure legati, CCCC lib. bon., que dari debeant Fratribus *Celle Volane* et distribui secundum quod predictis Guardianis conventuum Fr. Min. de Bon. et de *Feraria* visum fuerit utilius p. a. ipsius testatoris, quam quantitatem pecunie dictus testator credit habere de bonis dictorum Fratrum indebite ... Item reliquid de bonis suis, iure legati, conventui Fr. Min. de *Cavodistria* L lib. bon. pro sepultura matris et filii ipsius testatoris, que ibi est ... Item reliquid, iure legati, de bonis suis, Custodi Fr. Min. de *Feraria* et Guardianis conventuum dictorum Fratrum de *Feraria* et de Bononia, casamenta, terras et vineas et possessiones omnes quas habet in terra et curia Tresegalis et in villa Arere et Ronchodega, et vineas positas in guardia civit. Ferarie, iuxta foveam civitatis de turri Furmignane, et medietatem casamenti sui quod habet in civit. Ferarie; que possessiones, terre, casamenta et vinee dictus testator voluit dari et distribui per dictum Custodem et Guardianos, secundum quod continebitur in quadam cedula sigillata sigillo ipsius testatoris, que erit cum presenti test. in sacristia Fr. Min. de Bononia ...

In omnibus aliis suis bonis mobilibus et inmobilibus, iuribus et actionibus, tam presentibus quam futuris, *Dominas et Sorores monasterii S. Guillelmi Ord. S. Clare de Feraria* sibi heredes instituit, de qua hereditate dictus testator voluit et iussit quod omnia suprascripta legata solvi debeant, per commiss. suos, de fructibus et redditibus dicte hereditatis; et solutis dictis legatis, voluit dictus testator, dictis heredibus permanere annuatim terciam partem omnium dictorum fructuum et redituum; et alias duas partes, annuatim, dari et distribui voluit et iussit, per commiss. suos p. a. ipsius testatoris et parentum suorum, inter pauperes vestiend. et puellas nubend. et alibi ubi melius et utilius eisdem vel maiori parti ipsorum videbitur ... Item voluit et iussit quod possessiones que pervenient in dicta hereditate dictis Dominabus, non possint nec debeant vendi, obligari, nec alienari vel permutari modo aliquo ... set semper perpetuo manere debeant ad predicta facienda, que superius dixit et iussit et scripta sunt. Et ad predicta omnia et singula facienda et executioni mandanda fecit constituit et ordinavit Custodem Fr. Min. de *Feraria* qui p. t. fuerit, Guardianum Fr. Min. de *Feraria* et Guardianum conventus Fr. Min. de Bonon. qui p. t. fuerint, suos commiss., quibus dedit plenam licentiam et liberam potest. vendendi de fructibus et redditibus poss. superius nominatis relictis *Dominabus S. Guillelmi*, et d. Zanpolo et heredibus suis ... donec satisfacta fuerint dicta legata ... Voluit h. t. esse

secretum et sigillari debere sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et sic sigillatum deponi debere in sacristia dictorum Fratrum et ibidem servari et custodiri sic secretum, donec vixerit, secundum formam stat. seu proviss. com. vel populi Bon. Actum Bononie in *barbaria* Fr. Min., pp. fr. *Pellegrino* de Pollicino Ord. Fr. Min. sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Iohanne* de Asixio, fr. *Andriolo* de Forlivio, fr. *Raphaele* de Cremona, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Henricho* de Habaysio, fr. *Iacobino* d. Iohannini Magnani et fr. *Zumignano* de Bon., omnes de Ord. Fr. Min. ...

Anno MCCLXXXXVIII IIII ianuarii dictus testator dep. dictum t. in dicta sacristia dictorum Fratrum, dando et dimittendo eumdem in manibus fr. *Bonagratie* de Lamandina sacriste sacristie predictorum Fratrum, qui eum recepit et habuit in suis manibus et eum sigillavit sigillo conv. dictorum Fratrum et dicti d. testatoris ... pp. fr. *Pellegrino* de Pollicino, fr. *Albertino* de Colloreto, fr. *Bertholomeo* de Butrio, omnes de Ordine Fr. Min. ... Gerardus Ferarii not.

342/5085, n. 98. — Orig.

782. Bononiae, 24 septembris 1297.

Testamentum.

D. fr. *Grimaldus* f. q. d. Guidolini de Bompetris de Argele ... reliq. p. a s. et circha funus et sepult. suam c lib. bon., quam sepult. sibi ellegit aput eccl. Fr. Min. de Bonon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Bonagratia* sacristano, fr. *Bonincontro* sacristano, fr. *Rogerio* de Poetis, qui cognovit dictum testatorem, fr. *Aspetato* de Panzonibus, fr. *Bertholomeo* portonario, fr. *Ale* de Bononia, fr. *Iohanne* de Ymola ...

Eodem die, loco et pp. dictis tt., dictus testator constituit dictum fr. *Rogerium* suum procur. ad ponendum h. t. in sacristia dictorum Fratrum ... Iacobinus f. q. d. Rolandini de Aposa not.

31/4163, n. 18. — Orig.

783. Bononiae, 1 octobris 1297.

Testamentum.

Iohannes f. q. d. Lambertini, qui fuit de terra Surixani et qui consuevit habitare in terra Galerie et nunc habitat Bon. ... relinquit p. a. s. XV lib. bon., de quibus dari iussit *etc.* ... residuum vult expendi circha sepult. suam, quam sibi elegit aput locum Fr. Min. de Bon., et quicquit superaverit de dicto ressiduo a dicta sepultura detur conventui Fr. Min. de Bon. p. m. dicendis ... Item relinquit fr. *Iohanni* de Ugiano de Ord. Fr. Min. p. s. n. XXXX sol. bon. In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* filios suos sibi hered. instituit ... et si omnes morirentur sine liberis ... pauperes Christi sibi heredes instituit, quos pauperes Christi esse voluit illos quos elegerit Guardianus Fr. Min. de Bon., ita tamen quod dictus Guardianus non possit elligere Fratres Min. pro talibus pauperibus Christi nisi pro medietate dicte hereditatis, pro alia medietate elligat pauperes extra Ordinem dictorum Fratrum sicut melius et utilius sibi videbitur ... Hoc test. voluit esse secretum et pro secreto haberi et teneri et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon., et constituit suum procur. fr. *Iohannem* Ord. Fr. Min. predictum ad depon. test. predictum in sacristia dictorum

Fratrum Min. ... Actum Bononie ... pp. ... fr. *Gerardo* de Fera de Mutina et fr. *Iohanne* de Ugiano Ord. Fr. Min., qui fratres sunt presbiteri, ut aseruerunt, et asseruerunt *etc.* ... Deodatus q. Nicholai not.

31/4163, n. 19. — Orig.

784. Bononiae, 14 octobris 1297.

Codicillus.

Cum hoc (sit) quod d. Benvenuta q. Zannis [Cervi] fecerit test. script. manu Bondi q. Petrizoli Bonincontri not., test. predictum optinere iussit plenissimam firmitatem, hoc tamen mutato, quod illos xxx sol. bon. quos legavit in dicto test. fr. *Iacobo* de S. Iohanne, ademit et subtraxit eidem; item reliquid fr. *Bertolameo* de S. Iohanne xxx sol. bon. ... item reliquid conventui Fr. Min. xxx sol. bon. pro male ablacionibus ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Guidone* de Zapulino, fr. *Ansaldo* de Butrio, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Alberto* de Mutina, fr. *Francisco* de Thebaldis ...

Eodem die, pp. fr. *Ansaldo* de Butrio et fr. *Francisco* de Thebaldis, fr. *Bertolomeus* de S. Iohanne procur. dicte d. Benvenute dep. h. c. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonincontri* de Butrigariis sacriste dicti loci. Guido q. Iohannis Bencevennis not.

31/4163, n. 20. — Orig. = Cf. n. 572.

785. Bononiae, 14 octobris 1297.

Testamentum.

D. Iacobus q. d. Sicardi mercator ... reliquid D lib. bon., de quibus dari voluit Fratribus Min. civitatis et comitatus Bonon. C lib. bon., dividendas inter eos commiss. arbitrio suorum ... Item circa sepult. et occasione sepult. sue, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. civit. Bon., et pro omnibus que ipsa de causa commiss. suis fieri videbuntur expediencia et honesta, de dicta summa dari et errogari mandavit XXV lib. bon. vel tanto plus aut minus quantum videbitur commiss. suis ... Item sor. *Poverine* conventus Sororum Min. de *Imola* X sol. bon. ... Residuum vero ... p. a. s. et pro animabus parentum suorum errogari et dari voluit per commiss. suos pauperibus, viduis, orfanis *etc.* ... Et si ex eo non superfuerint filii mares legittimi, eo casu, (in omnibus aliis suis bonis) pauperes Christi sibi hered. instituit civit. Bon. et districtus, silicet orfanos, pupillos, viduas, infirmos et alias miserabiles personas quas commiss. sui nominaverint, dum tamen nil habere aut recipere possint in genere vel specie aliqui religiosi vel religiose quibus est supra relictum, et etiam Fratres hospitalium Templi nec S. Iohannis aut aliqui alii religiosi, privillegiati vel privillegiandi ab apostolica Sede, quos omnes et singulos ab horum participio (*sic*) penitus exclusit. Commiss. autem suos esse voluit dd. fr. *Rogerium* Ord. Min. ... quibus contulit et concessit plenam licentiam *etc.* ... Finaliter voluit et iussit h. t. esse secretum et deponi et remanere in sacristia ecclesie Fr. Min. civit. Bon., ubi ad id condendum personaliter fuit, et sigillari sigillo Guardiani vel conventus Fratrum dicte ecclesie servand. et presentand. secundum formam stat. com. et pop. Bon. Actum Bononie in eadem sacristia ecclesie Fr. Min., pp. fr. *Azzino* de Bonon. presbit. conventus predicti, asserente *etc.*, fr. *Zanillino* de Carpo, fr. *Marchisino* Bacerle, fr. *Bonincontro*

de Butrigariis, fr. *Loderengo* d. Scarpellini, fr. *Iacobino* de Parma et fr. *Bartholomeo* d. Raimundi de Gisso, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Michilinus Zambonini not.

342/5085, n. 97. — Orig.

786. Bononiae, 19 et 22 octobris 1297.

Codicillus.

Cum hoc sit quod d. Sufya f. q. d. Tegrini de Panzonibus et uxor d. Petri q. d. Iacobini de Bochadechane suum condiderit test. script. manu [1] not., ut dixit, quod secretum est in sacristia Fr. Min., in quo quidem reliquid L lib. bon. expendendas prout in dicto test. continetur, ipsum test. in totum confirmat cum hiis adicionibus, sutracionibus et mutacionibus in present. codicillis contentis, silicet quod L lib. bon., quas legavit in suo test., subtrait legatariis testament. et eas distribui voluit per comiss. suos infrascriptis legatariis ... In primis quidem reliquid, iure legati, fr. *Manfredo* de Tomariis de Ord. Fr. Min. p. s. n. X lib. bon. ... item reliquid *capelle* que fieri debet in eccl. Fr. Min., que est in terra *Argellate* comitatus Bonon., pro uno calice sive uno missale XII lib. bon. ... item fr. *Liazaro* de Ord. Fr. Min. de Bonon. II lib. bon. p. s. n.; item fr. *Banaventure* de Ugiano dicti Ord. p. s. n. XXX sol. bon.; item fr. *Nicholino* dicti Ord. XX sol. bon. p. m. cant. pro eius anima; item fr. *Asspetato* de Panzonibus dicti Ord. XXXX sol. bon. ... item conventui Fr. Min. de Bonon. p. m. c. XXXX sol. bon. ... Actum Bononie ... pp. fr. *Liazaro* sacerdote de Ord. Fr. Min., qui asseruit *etc.*, fr. *Bonaventura* de Ugiano dicti Ord. ...

Die XXII octubris d. fr. *Bonaventura* de Ugiano present. dictos codic. fr. [...] sacristano Fr. Min. in dicta sacristia Fr. Min., pp. fr. *Ubertino* de Forlivio ... Bombolognus de Tonsis not.

31/4163, n. 21. — Orig. = Cf. n. 654.

787. Bononiae, 21 et 25 octobris 1297.

Testamentum.

D. Passqualinus q. d. Manfredini murator ... reliquid XXXVIII lib. bon., de quibus volluit expendi, circa funus et sepult. V lib. bon., quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... Item reliquid fr. *Pellegrino* de Pollicino Ord. Min. de Bononia pro una capa III lib. bon. Item *hospitali S. Andree, quod est extra circhulam S. Ysaye,* pro uno sachone emendo X sol. bon.; item pro duobus lentiaminibus hospitali predicto X sol. bon.; item pro una cultra X sol. bon.; item (pro) animabus parentum suorum conventui Fr. Min. C sol. bon. ... item reliquid cuilibet suo comiss. infrascripto XXXX sol. bon. ... Ressiduum vero volluit expendi et disstribui p. a. s. [...] pauperibus, prout infrascrip. suis comiss. utillius videbitur et quos sui infrascr. comiss. nominaverint ... Ad que omnia exequenda fr. *Bitinum* Ord. Penitentum q. Alberti, et Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, suos comiss. esse volluit, dans eis et cuilibet eorum insolidum licentiam *etc.* Item reliq. VIII lib. bon. pro septimo, tregessimo, centessimo et anniversario die, solvend. per suum hered. de bonis suis, penes conv. Fr. Min. pro eorum pictantia hiis diebus ... Et si contingerit eum fillios vel fillias non habere, tunc pauperes Christi, quos dicti sui comiss. nominaverint, sibi hered. constituit ... Actum

[1] Sequitur spatium vacuum.

Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Pellegrino* de Pollicino sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Marchisino* Bacerle, fr. *Boni(n)contro* de Butrigariis, fr. *Bonagratia* sacristano, fr. *Bonazunta* de Ymola, fr. *Bartholameo* portonario, fr. *Petro* de Varegnana, fr. *Egidio* de Pollicino et fr. *Iacobino* de Parma, omnibus de Ord. Min. ...

Die xxv eiusdem mensis dictus Passqualinus dep. h. t. penes fr. *Bonagratiam* sacristam Fr. Min. ut ipsum test. secretum habeat et sigillo conv. Fr. Min. sigillet et deponat in sacristia dictorum Fratrum, ut per ipsum test. et Fratres cunctis omnibus sit plena fides de cetero ... pp. fr. *Marchisino* Bacerla et fr. *Bonincontro* de Butrigariis Ord. Min. ... Michael Petri Specialis not.

31/4163, n. 22. — Orig.

788. Bononiae, 8 novembris 1297.

Testamentum.

Testamentum d. Guidonis f. q. Iohannis Ugonis Bone de terra Aqualti presbiteri et rectoris eccl. S. Prosperi de Bononia ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. ... fr. *Petro* de Veruclo, fr. *Zacharia* de Munarollis presbitero, fr. *Martino* de Guastavillanis presbit., fr. *Iacobo* de Agrestis presbit., fr. *Benincuntro* de Butrigariis, fr. *Bonagratia* sacrista, omnibus Ord. Fr. Min., qui dixerunt *etc.*

Die viii novembris predictus d. testator h. t. sigillatum sigillo conventus predictorum Fratrum Min. cum suis manibus propriis deposuit penes fr. *Bonagratiam* sacristam Fr. Min. et in sacristia dictorum Fratrum et conv. ipsorum Fratrum dimisit, pp. fr. *Martino* de Guastavillanis et fr. *Iacobo* de Agrestis Ord. Fr. Min. ... Albertus Nicholay Payni not.

31/4163, n. 27. — Orig.

789. Bononiae, 6 novembris 1297.

Collationis solutio.

Fr. *Iohannes* de Canitulo coletor colete sive prestantie xxx sol. pro miliario imposit. hominibus civit. Bon. de mense otubris, tempore nobil. d. march. Moroelli Potestatis et generalis Capit. guere civit. Bon., qui Frater coligit ditam coletam pro capella S. Laurencii de Portasteri, recepit xxxiii sol. a sor. *Zoleta* d. Guidoti de Lamola solvente pro extimo suo, quod est mc lib. bon. Ego Cervatus q. d. Iohannini de Monteumbrario ... nunc not. dicti Fratris a[d] ditam coletam coligend. scripsi.

31/4163, n. 26. — Orig.

790. Bononiae, 9 et 27 novembris 1297.

Codicillus.

Verum est d. Beatrixiam f. q. d. Iacobi Pixarini et uxorem q. d. Michaelis de Canetulo suum fecisse test. script. manu mei Gerardi Ferarii not. et deposit. in sacristia Fr. Min. de Bon., quod quidem test. pres. codicillis approbat et confirmat, hoc mutato et addito ... Actum Bononie in *domo* Fr. Min., pp. fr. *Landulfo* de Cazanimicis, sacerdote Ord. Fr. Min., qui dixit *etc.*, fr. *Rugerio* de Poetis, fr. *Tranchedino* de Bagno, fr. *Lanbertino* de Butrio, fr. *Marchixino* Bazerla et fr. *Iacobino* de Parma, omnes de Ord. Fr. Min. ...

Die xxvii eiusdem mensis fr. *Iacobinus* de Parma Ord. Fr. Min. procur. dicte d. Beatrixie dep. h. e. in dicta sacristia dictorum Fratrum dimittendo eos in manibus fr. *Bonagratie* de Lamandinis sacriste sacristie Fr. Min. de Bon., qui eos recepit et habuit in suis manibus et eos sigillavit sigillo conventus Fr. Min. de Bon. ... pp. fr. *Blaxio* de Barbaria et fr. *Bonincontro* de Butrigariis ... Gerardus Ferarii not.

31/4163, n. 28. — Orig. = Cf. n. 675.

791. Bononiae, 22 et 23 novembris 1297.

Codicillus.

Cum fr. *Nicholaus* frater Penitentie f. q. d. Henrizi de Marchia Anchontana, qui nunc moratur Bononie, suum fecerit test. script. manu Bertholomei Pizolpasi not. ... dictum s. t. ... per pres. codicill. confirmavit in totum, cum hac aditione, quod si uxor eius d. Allegranza ... noluerit cum Franzisco eius filio manere in eadem domo, quia forte dictus eius filius malle se haberet de ea, tunc reliq. sibi i. l. habitationem domus sue et utensilia sibi necess. et competentia ad arbitrium boni viri, scilicet fr. *Iacobi* de Pozale de Ord. Fr. Min. et totam camaram suam cum lecto et apparatu ... Et voluit predict. codicill. esse secretum et sigillatum sigillo conv. sive Guardiani Fr. Min. de Bon., et sic secretum et sigillatum deponi apud sacristiam Fratrum predictorum de Bon. Min. per fr. *Mathiolum* de burgo S. Felicis de dicto Ord., quem suum ad predicta constituit procuratorem. Actum Bononie in domo dicti fr. *Nicholay*, pp. fr. *Mathiolo* de Ord. Min. et fr. *Iacobo* de Pozale de dicto Ordine, presbiteris, fr. *Iohanne* q. Henrizi, qui fuit de Marchia, fratre Penitentie ... qui omnes dixerunt *etc.*

Die xxiii novembris fr. *Mathiolus* de burgo S. Felicis de Ord. Fr. Min., proc. dicti fr. *Nicholay* ... dep. predictum codic. in sacristia dictorum Fratrum Min. de Bon. apud fr. *Bonagratiam* tunc sacrist. dicti conv. Fr. Min. de Bon., sic sigillatum sigillo conventus Fratrum predictorum ... pp. fr. *Tranchedino* de Bagno et fr. *Rafaele* de Cremona de Ord. Min. ... Ugolinus Ambroxii not.

31/4163, n. 29. — Orig.

792. Bononiae, 6 decembris 1297.

Testamentum.

Magister Simon f. q. d. Guidonis Alberti ... ellegit suos comiss. Guardianum Ord. Fr. Min. civit. Bon. et Priorem Ord. Fr. Pred. ... quibus dedit plenam licentiam *etc.* ... In omnibus suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* sibi heredes instituit pauperes Christi quos Guardianus Fr. Min. civit. Bononie et Prior Fr. Pred. duxerint nominandos ... Hoc test. volluit esse secretum et in sacristia Fr. Min. deponi et servari volluit usque ad extremum sue victe. Actum Bononie in *claustro* Fr. Min., pp. d. fr. *Acino*, d. fr. *Francisco* de Ygnano, d. fr. *Iacobo* de Vinario, fr. *Francisco* sartore, fr. *Alberto* de Soldaderiis, fr. *Ugolino* Aygoni, fr. *Tancredino* de Bangno et pluribus alliis, omnibus de dicto Ord. Fr. Min. ... Bernardus f. q. Bencevennis not.

31/4163, n. 31. — Orig. In dorso « Factum est et solutum ».

793. Bononiae, 8 decembris 1297.

Pignoris traditio.

Ricardus Buxularie procur. d. Guidonis q. d. Cazanimici Alberti Ursi de Cazanimicis et Genoysii sui filii, suo nomine et procur. nomine predictorum, dedit et consignavit d. Rolandino de Savignano iud. appellat. pro quarterio parte S. Proculi ... unum mantellum ab homine de sagla blaueta frodatum de zendato azurro; item unam guarnachiam ab homine eiusdem panni et coloris frodatam de zendato azurro, in pignus et pro pignore cause appellat. et nullitatis interposite per ipsum Ricardum et vertentis inter ipsum et ... d. Petrum Muxolinum, *Dominas de S. Francischo*, d. Veneticum de Cazanimicis hered. Sighizini ... Et dictum pignus dictus d. Rolandinus fuit confessus penes se habere pro salario ipsius iud. et pro expensis partis adverse reficiendis, secundum formam stat. com. Bon. Actum Bononie ... Michilinus Iacobini Cavaze not.

31/4163, n. 32. — Orig.

794. Bononiae, 11 decembris 1297.

Testamentum.

D. Rolandinus q. Boninsegne ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. et orac. celebrandis p. a. s. xxx sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Bonifacio* de Lambertaciis, qui dixit *etc.*, fr. *Bonagracia* sacristano, fr. *Nicholao* de Munarolis, fr. *Ieremia* de Bononia, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Marchixino* de Bacerlla et fr. *Iacobino* de strata Maiore ...

Eodem die et in pres. dictorum testium h. t. dep. fuit in manibus fr. *Bonagracie*, per dictum testatorem, et voluit quod ponatur in sacristia dictorum Fratrum Min. secundum formam stat. et subgiletur de subgello dicti Ordinis ... Ardicio Dozenuallis not.

31/4163, n. 33. — Orig.

795. Bononiae, 18 decembris 1297.

Testamentum.

D. Beatrixia f. q. d. Iacobini d. Petri Chalegarii, et uxor q. d. Spagnoli Abatis ... dari voluit conventus (*sic*) Fr. Min. xxx lib. bon. p. a. dicti d. Spagnoli olim sui viri ... Actum Bononie ... Sachitus q. Iacobini de Sachitis not.

31/4163, n. 34. — Orig.

796. Florentiae, 11 ianuarii 1298.

Facultas tribuitur Crucem praedicandi contra Columnenses eorumque fautores.

Fr. *Matheus*, miseratione divina Portuen. et S. Rufine Episc., apost. Sedis Legatus, religioso viro Ministro Provinciali Ord. Fr. Min. Prov. Bononie salutem et sinceram in Domino caritatem.

Sanctissimus Pater d. noster d. Bonifatius divina providentia pp. viii in Tuscie, Lombardie, Marchie Tervisine et Romaniole, Aquilegensis et Graden. Patriarcatuum

et Archiep. Ravennat. provinciis, locis et partibus, iniuncto nobis plene legationis officio, per apost. nobis scripta commisit, ut Crucem contra scismaticos et perfides Columpnenses, quorum nomina inferius exprimuntur, eorumque fautores, ac terras et loca que per eos vel eorum aliquem, pro eis vel eorum aliquo in rebellione tenentur, per nos predicare et per alium vel alios predicari facere deberemus, ac recipientibus huiusmodi [...] Crucis signum illam suorum peccaminum veniam nuntiare, et per alium seu alios facere nuntiari, que in apost. litteris super ipsius Crucis predicatione confectis plenius continetur. Unde ne defectu nostre presentie, quam nequimus simul diversis locis et partibus exhibere, in quibus ipse dominus noster vult Crucem ipsam, ad depressionem dampnande superbie predictorum scismaticorum, et salutem multorum fidelium predicari, prefatus dominus sua intentione, in hac parte, frustretur; Nos de prudentia et circumspectione vestra plenam in Domino fiduciam obtinentes, vobis, auctoritate qua fungimur, ex parte ipsius domini nostri, in virtute obedientie, presentium tenore, commictimus et mandamus, quatinus Crucem ipsam in civitatibus, diocesibus, burgis et castris ac villis Provincie vobis commisse, per vos predicetis, et per duos vel tres Fratres vestri Ord. de quolibet conventu civitatis, seu de conventu extra civitates per unum dumtaxat, quos ad hoc discretos et ydoneos duxeritis eligendos, in locis et temporibus de quibus expedire videritis, super quibus omnibus vestram conscientiam onerare intendimus, publice predicari, et recipientibus ipsius vivi[fi]ce Crucis signum, illam suorum peccaminum veniam nuntietis et faciatis per predictos alios nuntiari, que in dictis apost. licteris explicatur, quarum licterarum talis est tenor:

Bonifatius episc. ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. « Provocatur apostolice Sedis auctoritas ». Datum Rome apud S. Petrum XVIIII kal. ianuarii pontif. anno tertio [1].

Predicta quoque vobis auctoritate commictimus ut omnibus vere penitentibus et confessis, qui huiusmodi vestris vel illorum, cui hoc commiseritis, predicationibus personaliter interfuerint, centum dies de iniunctis sibi penitentiis, tam vos quam ipsi misericorditer relaxare possitis. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri mandavimus et sigilli nostri munimine roborari.

Datum Florentie III id. ianuarii, pontif. sanctissimi patris d. Bonifatii pp. VIII anno tertio.

352/5095, n. 65. — Orig. Adest chorda e qua pendebat sigillum.

797. Florentiae, 21 ianuarii 1298.

Indulgentia conceditur ecclesiam Fr. Min. de Bonon., statutis diebus, visitantibus.

Fr. *Matheus*, miseratione divina Portuens. et S. Rufine Episc., apost. Sedis Legatus, universis Christifidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam.

Licet is de cuius munere venit ut sibi a suis fidelibus digne et laudabiliter serviatur, de habundantia pietatis sue que merita supplicum excedit et vota, bene servientibus multo maiora tribuat quam valeant promereri; nichilominus tamen cupientes reddere Domino populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam illectivis premiis, silicet remissionibus et indulgentiis, invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Ut igitur ecclesia Fr. Min. Bononien. congruis ho-

[1] Potthast, *Reg. Pont. Rom.*, n. 24607; cf. BF IV, 457.

noribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in singulis B. Marie Virg., B. Francisci, B. Antonii et S. Clare festivitatibus, singulisque octo diebus quamlibet festivitatum ipsarum immediate sequentibus, venerabiliter visitaverint, annuatim centum dies, auctoritate qua fungimur, de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus.

Datum Florentie XII kl. februarii, pontif. sanctissimi patris d. Bonifatii pape VIII anno tertio.

352/5095, n. 63. — Orig. Desunt chorda et sigillum. In dorso « Indulgentia c dierum d. *Mathei* Portuen. et S. Rufine Episc. Card. Legati d. pp. in omnibus festivitatibus S. Marie, B. Francisci, B. Antonii et B. Clare, omnibus qui visitant eccl. Fr. Min. de Bon., et durat per novem dies ».

798. Bononiae, 31 ianuarii et 9 februarii 1298.

Testamentum.

D. Maria f. q. d. Guillelmi, que fuit de Parma et nunc moratur in cap. S. Laurentii Portesterii cum fr. Bertholomeo de Riziis ... reliq. XXIII lib. bon., de quibus reliquid conventui Fr. Min. de Bon. XXXX sol. bon. p. m. cant.; item reliquid pro male ablatis incertis XX sol. bon. expendendos et dandos ad voluntatem Guardiani Fr. Min. qui p. t. fuerit conventus Bononie; item fr. *Blaxio* de Barbaria XX sol. bon. p. s. n. Ressiduum vero voluit dari et expendi tam in Christi pauperes quam circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud ecclesiam Fr. Min. de Bon., prout melius videbitur, p. a. ipsius testatricis, Guardiano Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit. Item reliq. de aliis suis bonis fr. Bertholomeo de Rizis X lib. bon. Item reliq. eidem fr. Bertholomeo VIII corb. frumenti quos sibi dare tenebatur ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et immobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit, quos elegerit et nominaverit Guardianus Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit. Et ad predicta omnia et singula executioni mandari constituit suos commiss. fr. Bertholomeum de Riziis et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit. Item dicta testatrix rogat dictum Guardianum qui p. t. fuerit, quod predicta omnia faciat de voluntate et consensu dicti fr. Bertholomei, si tunc temporis viveret ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Blaxio* de Barbaria sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Bonazunta* fr. Zanelli, fr. *Gerardo* de Asinellis, fr. *Rodulfo* de Tuschis, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Rodulfo* de Agrestis, et fr. *Bonagratia* sacrista; et fecit suum procur. fr. *Iacobinum* de Parma ad deponend. dictum test. in sacristia dictorum Fratrum ...

Die VIIII februarii fr. *Iacobinus* de Parma proc. dicte d. Marie, que fuit de Parma et nunc habitat cum fr. Bertholomeo de Riziis, dedit h. t. in manibus fr. *Bonincontri* sacriste eorumdem Fratrum custodiendum et salvandum et suo tempore iudici presentandum, pp. fr. *Albertino* de Coloreto, fr. *Petro* de Fulianis, et fr. *Iohannino* de Portanova Ord. Min. ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

31/4163, n. 40. — Orig.

799. Bononiae, 8 februarii 1298.

Conventio inter Fratres Min. et Fratres Poenitentiae de Bon. super quodam legato.

Cum eggregius vir magister Thadeus q. Aldiroti, qui fuit de Florentia, artis fisice professor et doctor fecerit test. scriptum per d. Bonaventuram Viviani not. sub anno Domini MCCLXXXXIII, ind. VI, die XXII ianuarii, infrascripta, inter alia, ordinavit in

hunc modum, scilicet quod MMD lib. bon. expendantur, et ex eis emantur possessiones fructifere, que sint perpetuo et esse debeant, iure proprietatis et dominii, pauperum vergunzosorum civit. Bonon. et districtus. Que possessiones emantur et teneantur et possideantur per *Fratres Ord. Fr. de Penitentia* de Bonon. nomine dictorum pauperum vergunzosorum, et gubernentur et distribuantur earum fructus per *Ministros Fratrum* dicti *Ord. de Penitentia* civ. Bon. qui fuerint p. t., de quibus fructibus, ipsi Ministri debeant convertere ad usum infirmorum, senum et debilium Fr. Min. civit. Bonon. V lib. bon. pro quolibet anno, perpetuo. Item instituit in dicto suo test. suum filium Thadeum sibi heredem in tercia parte, hac conditione apposita, scilicet quod si ipse Thadeus decesserit sine legittimis filiis masculis, voluit et mandavit quod dimidia sue partis hereditatis predicte sibi contingentis perveniat et pervenire debeat ad *Fratres Penitentie* civit. Bonon. pro pauperibus vergunzosis et infirmis, et in necessitatibus infirmorum vergunzosorum convertantur, ita quod fructus dicte dimidie dicte hereditatis, singulis annis, perpetuo, *Ministri* dictorum *Fratrum de Penitentia*, tam presentes quam qui p. t. fuerint, teneantur expendere et errogare, secundum modum contentum in dicto test., de fructibus dictorum MMD lib. bon. Alia vero dimidia hereditatis dicti Thadei perveniat et pervenire debeat ad eosdem *Fratres de Penitentia*, fructus cuius dimidie Ministri dicti Ord. expendere, dare et errogare, singulis annis, perpetuo teneantur infirmis, senibus et debilibus qui fuerint p. t. in conventu Fr. Min. civit. Bonon., et maxime forensibus. Unde cum dicta condicio evenerit per mortem dicti Thadei, qui mortuus est sine liberis masculis, et possessio dicte hereditatis pervenerit ad dictos Fratres de Penitentia, fr. *Iacobus* de Chazano de capella S. Martini de Aposa et fr. *Benvenutus* Lovatti de capella S. Nicholay burgi S. Felicis, nunc *Ministri Fr. de Penitentia* civit. Bon., volentes providere ita quod ipsi et sui successores, ad distributionem dicte elemosine faciende pro utilitate dictorum infirmorum, senum et debilium et forensium conventus civ. Bonon. Fr. Min. debite et ordinate procedant, cum religioso viro fr. *Octorengino*, nunc Ministro Fr. Min. in Provincia Bononie, fr. *Matheo* de Pozali Custode Fr. Min. in Custodia Bononie, fr. *Alberto* de Azis Guardiano dictorum Fratrum Min. in conventu Bononie, et pluribus aliis discretis Fratribus Min. dicti conventus, in *camera* sive *cella* dicti Ministri existentibus, unanimiter ordinaverunt, dixerunt et voluerunt quod, omni anno, circa festum omnium Sanctorum, *Ministri Fr. de Penitentia*, tam presentes quam qui p. t. fuerint, debeant examinare, videre quicquid spectat ad infirmos conventus Fr. Min. civit. Bonon. de dictis elemosinis, et id totum, quod ad ipsos infirmos spectat, dividere equaliter in duodecim partibus, ita quod *Ministri Fr. Penitentie* civit. Bon. qui nunc sunt vel p. t. fuerint, per se vel alios cui commiserint, in principio vel circa principium cuiuslibet mensis, dent et assignent Guardiano dicti conventus Fr. Min. civit. Bon., qui nunc est vel p. t. fuerit, vel cui ipse Guardianus commiserit, duodecimam partem tocius eius quod pervenit infirmis, senibus, debilibus et forensibus infirmis dicti conventus, de dictis elemosinis, pro anno elapso. Ad supradictorum maius robur, presens cedula sigillata est sigillo Ministri Prov. Bonon. et sigillo etiam *Ministri Fr. de Penitentia*. Anno Domini MCCLXXXXVIII, sexto idus februarii.

342/ n. 5085, 84. — Orig.

800. Bononiae, 1 martii 1298.

Testamentum.

D. sor. Dania tertii Ord. Humiliatorum S. Bernardi f. q. d. Rodulfini Ghislabelle et uxor fr. Ubaldini Albergati ... reliq. cx lib. bon., de quibus dari voluit ... conventui Fr. Min. p. m. cant. III lib. bon. ... item fr. *Gandulfino* de Mutina Ord. Min. p. s. n. xxxx sol. bon. ... Item super funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bononia, expendi voluit VIII lib. bon., quas peccunie quantitates dari et expendi voluit per comiss. suos infrascr., quos esse voluit Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, d. Bonaventuram q. d. Zamboni Ghyslabelle, et d. Tibertum q. d. Guidonis de Fassis ad predicta et infrascripta omnia et singula exequenda ... quibus dedit plenam licentiam *etc.* ... In omnibus aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* dictos Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, d. Bonaventuram et d. Tibertum comiss. suos sibi, equalibus portionibus, heredes instituit ... Actum Bononie in domo d. Ysee uxoris q. d. Peregrini de Castello, pp. ... Arpinellus q. d. Ugolini de Folia not.

346/5089, n. 72. — Orig. In dorso « Test. sor. Danie uxoris fr. Ubaldini ... de quo test. debent habere Fratres XL lib. bon. post mortem dicti fr. Ubaldini ».

801. Bononiae, 8 et 26 martii 1298.

Testamentum.

D. Lucia f. q. d. Andree Facovele, et uxor fr. Benzevenis q. d. Ugolini ... reliq. p. a. s. xxx lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. III lib. bon. p. m. dicendis ... item fr. *Bonaventure* de Gisso Ord. Min. III lib. bon. p. s. n.; item fr. *Aczino* Ord. Min. x sol. bon. p. s. n.; item cuilibet testium, qui scriptus fuerit in presenti testamento, III sol. bon. Residuum vero voluit dari et expendi tam circa funus et sepult. suam quam alibi ubi melius vissum fuerit p. a. s. commiss. suo infrascr., quam sepult. suam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... In omnibus autem alliis suis bonis mobilibus et inmobil., iuribus *etc.* fr. *Benzevennem* q. d. Ugolini suum virum sibi hered. instituit. Et ad predicta omnia et singula exequenda constituit fr. *Benzevennem* predictum suum virum suum commiss., cui dedit plenam licentiam *etc.* Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Bonaventura* de Gisso sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Zanelino* de Carpo, fr. *Raphaele* de Cremona, fr. *Bonaventura* de Liveto, fr. *Iohanne* Cuminacii de S. Ysaia, fr. *Cherio* de Castro Britonum, fr. *Thoma* de Pellaziis, fr. *Nicholao* de Aczoguidis et fr. *Iacobino* de Parma, omnes de Ord. Min. ...

Die XXVI eiusdem mensis fr. *Iacobinus* de Parma, testis predictus, procur. dicte d. Lucie dep. h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. dimittendo eumdem in manibus fr. *Bonincontri* de Butrigariis sacriste sacristie dictorum Fratrum, qui eum recepit et ... sigillavit sigillo conv. dictorum Fratrum ... pp. fr. *Bonaventura* de Gisso et fr. *Zanelino* de Carpo ... Gerardus Ferarii not.

31/4163, n. 43. — Orig.

802. Bononiae, 10 martii 1298.

Testamentum.

D. Iacobinus q. d. Michaelis Mangani ... reliq. p. a. s. L lib. bon., de quibus dari voluit ... fr. *Blaxio* de Barbaria Ord. Min. p. s. n. III lib. bon.; item sor. *Marchexine* Ord. Penitencie v sol. bon. ... Residuum vero dictorum denar. voluit quod dentur et distribuantur tam circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., si contingat eum mori in civit. Bonon. ... quam alibi ubi melius vissum fuerit commiss. suis p. a. ipsius testatoris ... Comiss. suos esse voluit ad predicta omnia et singula suprascr. et infrascr. exequenda fr. *Blaxium* de Barbaria Ord. Min. et Guardianum conv. Fratrum Min. de Bon. qui p. t. fuerit, quibus et cuilibet eorum dedit plenam et liberam potestatem *etc.* ... Voluit h. t. esse secretum et deponi debere in sacristia Fr. Min. de Bonon. et sigillari sigillo dicti conventus ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Iohannino* de Portanova sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Ansaldo* de Butrio, fr. *Bonincontro* de Butrigariis, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Alberto* de Soldaderiis, fr. *Iohanne* de Asixio, fr. *Bertholomeo* Biriola et fr. *Blaxio* de Barbaria, omnes de Ord. Fr. Min. ... Gerardus Ferarii not.

31/4163, n. 44. — Orig.

803. Bononiae, 13 et 16 martii 1298.

Testamentum.

D. Lanbertus f. q. Moreni ... reliquid de bonis suis p. a. eius et pro restit. male ablatis XVI lib. bon., de quibus dari voluit ... pro animabus illorum cuius (*sic*) fuerunt, ubi melius videbitur commiss. suis, L sol. bon. Residuum vero expendi et distribui iussit super funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., et hec exequi et distribui voluit per d. fr. *Visinum* f. q. d. Alberti de Ord. Fr. Min. et ... quos suos elegit sibi commiss. ad predicta omnia et singula exequenda, dans eis et cuilibet eorum plenam licentiam *etc.* ... Actum Bononie in *domo* Fr. Min., pp. fr. *Benedicto* de Favencia, fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Michaele* sartore, fr. *Iohanne* de Sublaco, fr. *Iohanne* de Bruzo, fr. *Petro* Parvo, fr. *Bertolomeo* q. d. Raymundi de Gisso, et fr. *Vixino* q. d. Alberti, omnes de Ord. Fr. Min. ... qui fr. *Vixinus* asseruit *etc.*

Die XVI eiusdem mensis dictus testator dep. h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. apud fr. *Bonagratiam* sacrist. Ord. Fr. Min. ad conservandum et reponend. in sacristia Fr. Min. predictorum ... pp. fr. *Vixino* q. d. Alberti de dicto Ord. et fr. *Bonazunta* de burgo Peradelli de eodem Ord. ... Michael q. d. Rolandini de Gatis de Tizano not.

31/4163, n. 45. — Orig.

804. Bononiae, 17 martii 1298.

Codicillus.

Claram eisdem, ut amore Dei et ob reverenciam quam ipse testator gessit et habuit ad dictum monasterium et Sorores dicti conventus, quod de fructibus et redditibus qui percipientur ex dictis possessionibus, quolibet anno velint et debeant dare et concedere dicte sor. *Clare,* p. s. n. infirmitatibus et vestimentis, xv lib. bon. singulis annis perpetuo dum vixerit, et quod possit helemosinam facere pro anima testatoris, inter alias Sorores dicti Ord., eo quia dicte sor. *Clare* non remanent pater neque mater, fratres neque sorores, nec heredes ipsius d. Dominici, qui sint apti vel habiles ad helemosinam faciend. et subveniend. eidem, quia pauperes Christi sibi heredes instituit; rogans etiam et supplicans eisdem, ut de dictis proventibus et redditibus dictarum possessionum, annuatim, debeant dare et concedere sor. *Masconixie* et sor. *Margarite,* filiabus Rolandi sui fratris, c sol bon. cuilibet earum, pro vestimentis et aliis earum necessitatibus et consolationibus. Superfluum vero dictorum fructuum dictarum possessionum et peccunie, que percipietur ex eis, perpetuo et quolibet anno, debeat dari et errogari, per dictam et dictas dominam Abbatissam tam presentem quam futuram et futuras, ob reverenciam Dei et B. Francisci et S. Clare, inter Sorores dicti monasterii senescentes, infirmas et pauperes et destitutas ab eorum parentibus et affinibus et amicis, et maxime eis pauperibus que non possunt habere auxilium vel iuvamen a parentibus, affinibus et amicis et nichil vel quasi extra dictum monasterium, et inter tales detur et distribuatur et non alliter vel alio modo p. n. earum, vestimentorum et medicinarum et aliorum necessariorum talibus personibus; et hoc teneatur Abbatissa sollicite et attente facere que fuerit p. t. Et quociensconque aliqua predictarum sororum *Clare* et *Masconixie* et *Margarite* decesserit, helemosina data et designata per dictum testatorem cuilibet earum que decesserit, voluit ampliari et dari inter predictas Sorores senescentes, infirmas et pauperes, ut dictum est, et non aliter vel alio modo; et ut supra dicte sorores *Clara, Masconisia* et *Margarita* vere sint pauperes, et nichil congregent in hoc mundo, voluit quod domina Abbatissa non debeat dare helemosinam annualem eis, vel alicui earum, nisi primo sciverit eam fore expensam et distributam, et omne id quod recepit et designatum fuerit ante, et sic de singulis annis semper intelligatur, et semper intelligens dictus testator, quod dicta helemosina de dictis Sororibus et cuiuslibet earum, dicte Sorores debeant dare et distribuere secundum voluntatem domine Abbatisse et regulam earum, vere cognoscens aliter non posse fieri secundum Deum et regulam predictarum. Si vero dicta eius filia decederet ante mortem testatoris, voluit dictum monasterium esse tacitum predicta institutione dicte terre de Broylo, et etiam cum sua intencio sit et fuerit dicti testatoris, nichil de predicta institutione sor. *Clare* debere acquirere, si ipsa sor. *Clara* decederet ante mortem testatoris sed voluit predicta possessio seu terra de Broylo pervenire ad heredes testatoris sed in eo casu, dicta institutio de D lib. bon. sit firma et stabilis.

Item reliquid sor. *Lambertine* f. Blaxii d. Poete, fratris dicti testatoris, que est soror monasterii S. Francisci et ipsi monasterio p. a. dicti Blaxii sui patris, petiam unam terre arator. et ortive, posit. in terra Fossole, iuxta *etc.* ... quam esse dixit circa V tornat. minus VII tabule; fructus et precium fructuum dicte possessionis libere debeant pervenire ad manus dicte d. Abbatisse que p. t. est vel erit, cuius possessionis fructus omnes qui percipientur, rogat d. Abbatissam, ut annuatim debeat dare hellemosinam sor. *Lambertine* predicte, pro suis vestimentis, infirmitatibus et necessitatibus, ad consolationem eiusdem, et pro faciendo bonum p. a. patris sui, e

faciendo ellemosinam inter Sorores dicti monasterii senescentes, infirmas et pauperes; et hoc quod dictum est in capitulo superiori de sororibus *Clara, Masconixia* et *Margarita,* intelligatur ibi in isto capitulo de sor. *Lambertina,* de predicto relicto sor. *Lambertine,* scilicet quantum ad distributionem, tamquam si sic essent ibi omnia verba scripta, nominata et inserta. Mortua vero sor. *Lambertina,* predicta possessio cum fructibus aplicetur dicto monasterio, expendendos dictos fructus secundum modum superius notatum; rogans etiam d. Abbatissam que est vel erit p. t. et Sorores et conventum eiusdem monasterii, et supplicans eisdem in quantum potest, quod non debeant intromittere, molestare vel inquietare heredes suos nec legatarios ullo modo, sed acquiescant et sint contente de eo quod est eis relictum in presenti suo testamento, et de modo et forma eiusdem ...

Item reliquid de bonis suis pro anima sua fr. *Amideo* de Asti de Ordine Minorum pro s. necess. IIII lib. bon.; item fr. *Petro* de Castagnolo p. s. n. et infirmitate IIII lib. bon.; item fr. *Gandulfino* de Mutina p. s. n. IIII lib. bon.; item fr. *Petro* Picinino p. s. necessitate III lib. bon.; item fr. *Bonaventure* de Fanano p. s. n. IIII lib. bon.; item cuilibet testium script. in h. t. XX sol. bon. In omnibus aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus, *etc.* ... pauperes Christi sibi heredes instituit, scilicet orfanos pauperes, viduas pauperes, pupillos pauperes et infirmos pauperes existentes in civit. Bonon. et episcopatu, et ipsos intelligit pauperes et declarat, secundum quod volueri(n)t et placuerit commiss. suis, quos commiss. suos esse voluit et ellegit Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, fr. *Rogerium* Poete, Amideum et Rolandum Poete suos fratres, quibus dedit plenam auctoritatem, potestatem, licentiam atque baylam accipiendi, apprehendendi omnia bona ipsius testatoris, et ipsa vendendi, allienandi *etc.* ... pro supradictis omnibus et singulis adimplendis et complendis ... et effectui demandandis. Et quia scit et vere cognoscit quod orfani, vidue et pupilli et infirmi in civit. Bon. et episcopatu existentes se simul congregare non possent et convenire seu hadunare pro expeditione predictorum, voluit et mandavit ipse testator quod predicti sui commiss. loco illorum pauperum, quos hered. instituit et fecit, possint libere et debeant ipsas possess. et bona omnia hereditaria apprehendere et corporalem possess. intrare et accipere et illas et illa distraere, vendere et allienare ... et precium sive precia ipsarum possess. et bonorum possint et debeant postea distribuere et errogare inter ipsos pauperes heredes, secundum quod dictum est supra, ita quod de ipsa hereditate et peccunia non possit aliquid dari aliquibus de predictis locis et personis ecclesiasticis, conventibus vel ordinibus superius nominatis in genere vel specie dictorum convent. vel ordinum ullo modo vel ingenio, excepto quam Guardiano qui erit p. t. commiss., qui habere debeat C sol. bon. pro suo labore ... Et si predicti Guardianus Fr. Min. qui erit p. t. Guardianus, et fr. *Rogerius* Poete, seu alii de Ord. Min. dictum officium comissarie in heredit. distributione et venditione bonorum facienda, et in omnibus aliis, que dicta sunt supra, facere et exercere non possent aut nollent, quod possint et valeant elligere, nominare et assumere unum vel plures, semel et pluries ad eorum voluntatem, qui possint omnia et singula facere et exercere, sicut ipsi Fratres facere possent et deberent et etiam si opus fuerit revocare ... Et voluit hanc suam ult. voluntatem esse secretam, et deponi in sacristia Fr. Min. de Bononia et roborari secundum formam stat. et ordinam. com. et pop. Bon. Actum Bononie in *domibus* Fr. Min. *super domo quam habitat dictus testator,* p. fr. *Gandolfino* de Mutina, fr. *Iohanne* de Follianis, fr. *Guidone* de Tuschys,

fr. *Alberto* de Azis, fr. *Martino* de Guastavilanis sacerdotibus de Ord. Min., qui dixerunt *etc.*, fr. *Thomaxio* de Pellaciis de Ord. Min. ...

Eodem anno, loco et testibus, predictus d. Dominicus testator infirmus fecit suos procuratores fr. *Gandolfinum* predictum et Iacobum de Fregnano, qui dicitur Paduanus, eius servitorem, ad deponendum dictum t. in sacristia Fr. Min. de Bon. et illud in dicta sacristia designandum sacriste. Iacobinus Rolandi Benvignonis not.

342/5085, n. 90. — Orig. In dorso « Mortuus est et lectum et publicatum. Franciscus Atholini fecit cartam publicationis ».

832. Bononiae, 14 septembris 1298.

Testamentum.

D. Thomaxina f. q. d. Iacobi d. Michaelis de Rios[ti] ... dari reliquid fr. *Bonagratie* sacristano Fr. Min. S. Francischi de Bonon. pro unius thunice auxillio xx sol. bon.; item conventui Fr. Min. dicti S. Francischi x sol. bon. p. m. cant. ... Actum Bononie ... pp. fr. *Bonagratia* presbit. et sacrist. conventus Fr. Min. S. Francischi de Portanova, fr. *Bonazunta* presbit. Ord. Fr. Min., fr. *Zanello* Penitentie q. Stephani ...

Eode die, loco et testibus, dicta d. Thomaxina manu propria h. t. dep. et dedit fr. *Bonagratie* sacristano Fr. Min., qui sacristanus ... ipsum accepit et deposuit secundum formam statut. ... Iohannes Aynardini not.

32/4164, n. 25. — Orig.

833. Bononiae, 15 et 17 septembris 1298.

Testamentum.

D. Albricus q. d. Ubertini Butriensis ... reliquit p. a. s. et restitucione malorum ablatorum incertorum cc lib. bon., computatis in hiis cc lib. hiis denariis de quibus idem testator securitatem fecit fr. *Iohannini* (*sic*) de Luvisinis Ord. Fr. Min., de quibus voluit dari ... fr. *Cherio* suo nepoti Ord. Fr. Min. xxxx sol. bon.; item fr. *Franciscino* fratri dicti fr. *Cherii* xxxx sol. bon. Item sor. *Bartholomee* et sor. *Biatrisie* suis neptibus et sororibus et filiabus d. Addami q. d. Deteclerii de Castro Brictorum, scilicet cuilibet earum xx sol. bon. ... Item reliq. i. l. d. Ghisiline sue matri et d. Biatrisie sue uxori cccc lib. bon., dandas et distribuendas ad voluntatem ipsarum secundum cedulam et quod scriptum est in cedula manu scripta fr. *Cherii* Ord. Fr. Min. Comiss. suas esse voluit dictas d. Ghisilinam et Biatrisiam ... et dixit quod satisfaciant omnibus et singulis ab eo debentibus habere, qui scripti sunt in cedula scripta manu fr. *Ansaldi* Ord. Fr. Min. ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Bitinum eius filium suum hered. instituit, et si dictus Bitinus decederet sine liberis ... tunc substituit ei (in parte bonorum suorum) predictas d. Ghisilinam et Biatrisiam equaliter donec vixerint; ad obitum vero ipsarum voluit distribui pro animabus eiusdem testatoris, patris et matris sue et Bitini predicti secundum disponitionem fr. *Cherii* Ord. Fr. Min. ... Prioris capituli Fr. Predic. et Guardiani Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerint. Item voluit quod ubi dixit quod reliquit i. l. Ghisiline sue matri et d. Biatrisie eius uxori cccc lib. bon., secundum quod scriptum est in cedula scripta manu fr. *Cherii* Ord. Fr. Min.; quod si dictus Bitinus decederit sine liberis, voluit dicto legato addi cccc lib. bon. distribuend. secundum quod scriptum est in predicta cedula predicti fr. *Cherii* ... Item dixit, voluit et confirmavit, valere, tenere et adim-

pleri omnes cedulas scriptas manu fr. *Cherii* et fr. *Ansaldi* Ord. Fr. Min. ... Actum Bononie in domo dicti testatoris, pp. ...

Dep. fuit supradictum test. per fr. *Cherium* procur. dicti testatoris ad hoc specialiter constitutum, in sacristia Fr. Min. de Bon. sub eodem millesimo XVII die mens. septembris, pp. fr. *Iohannino* de Luvisinis et fr. *Spetato* de Panzonibus, et sigilatum sigillo conv. dictorum Fratrum, quod designatum fuit fr. *Bonagracie* sacriste. Dominicus q. Ubertini not.

32/4164, n. 26. — Orig. = Cf. n. 835.

834. Bononiae, 17 septembris 1298.

Testamentum.

D. Iacobus f. fr. *Francisci* de Ygnano de Ord. Fr. Min. legum doctor, civis Bon. de capella S. Tecle strate S. Stephani ... res et bona sua per pres. test. nuncupativum sine scriptis disposuit in hunc modum. In primis quidem reliquid debere restitui omnia a se accepta et habita per usurariam pravitatem aut aliam quamcumque inlicitam et indebitam exactionem seu retentionem. Item tertiam partem omnium habitorum et receptorum, dictis de causis, a Iohanne de Ygnano suo fratre dum, tamquam pater famil. et maior frater, faceret facta omnia comunia sui, Zandonati et ipsius d. Iacobi, illis qui possent ostendere aut fidem facere quoquomodo ipsum testatorem vel Iohannem predictum aliquid modo aliquo habuisse ab ipsis aut ab aliquo eorum et maxime omnia de quibus fit vel fiet mentio in quadam cedula scripta manu ipsius testatoris, que reperietur deposita aput predictum fr. *Franciscum,* vel in sacristia Fr. Min. vel Fr. Predic. de Bon. et sigillata sigillo eiusdem testatoris. Item reliq. p. a. s. et parentum suorum CL lib. bon., de quibus dari voluit ... conventui Fr. Min. de Bon. p. m. et orac. dicendis V lib. bon. Item fratribus *Zacharie* et *Nicholao* d. Anthonii de Munarolis de Ord. Fr. Min., pro quolibet eorum XX sol. bon.; item fratribus *Gualcherio* et *Francisco* d. Adami de Castro Britonum de Ord. Fr. Min., pro quolibet eorum, XX sol. bon.; item fratribus *Alberto* et *Symoni* d. Balduini de Corvis de Ord. Fr. Min., pro quolibet eorum X sol. bon.; item predicto fr. *Francisco* de Ygnano, dari voluit V lib. bon., quas per ipsum fr. *Franciscum* debere dividi et distribui voluit p. m. et orat. dicendis, secundum quod eidem videbitur, inter domos religiosas Ord. Fr. Min. comitatus Bononie ... Item eidem fr. *Francisco* de Ygnano X lib. bon., quas iussit et voluit per ipsum fr. *Franciscum* debere dividi et distribui inter pauperes viros et pauperes mulieres, non dando alicui pauperum ultra V sol. bon., ita tamen quod pauperes non possint intelligi, nec etiam per ipsum fr. *Franciscum* eligi ... Fratres alicuius loci religiosi, vel aliquis locus religiosus, vel conventus aliquarum personarum directo vel per oblicum ... Residuum vero dicte peccunie expendi voluit in funus et sepult. suam, quam ellegit aput eccl. S. Francisci Fr. Min. de Bon. Et si aliquid de dictis CL lib. bon. p. a. relictis superesset ultra dicta relicta p. a. et ultra funus et sepult. dicti testatoris, illud totum residuum voluit debere distribui per infrascr. eius commiss. vel alterum eorum, prout melius et utilius eisdem et cuilibet eorum visum fuerit p. a. ipsius testatoris. Quos commiss. ad predicta omnia et singula exequenda, facienda et effectui demandanda in solidum sibi ellegit et esse voluit dd. fr. *Franciscum* de Ygnano predictum et Bolognitum q. d. Iohannis not. et Petrizolum q. Iacobini Albanixie not., quibus et cui-

libet eorum insolidum concessit liberam potestatem unum et plures in eorum et alterius cuiuslibet eorum locum substituendi et mutandi ... dans et concedens tam predictis ... quam ... substitutis plenam licentiam *etc.* ... Preterea de aliis suis bonis ... fr. *Francisco* de Ygnano predicto patri ipsius testatoris, pro vestimentis et aliis sibi necessariis, singulis annis, donec ipse fr. *Franciscus* vixerit, reliquid, iure institutionis, III lib. bon. ... Acta fuerunt hec omnia in sacristia Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Ansaldo* de Butrio, fr. *Nicholino* de Butrio, fr. *Vindeamiatore* cantore, fr. *Iohanne* Seazaro, sacerdotibus Ord. Fr. Min., qui asseruerunt *etc.* ... fr. *Francisco* de Marranenssibus, fr. *Rigutio* de Abaixio et fr. *Bonincuntro* de Butrigariis ...

Et sic dictus d. Iacobus de Ygnano venit ad domum dictorum Fratrum et dixit et voluit dictum test. poni sigillatum et secretum sigillo Ord. predictorum Fratrum in sacristia Fr. Min., et pressentavit et dep. fr. *Bonincontro* sacriste dictorum Fratrum, die predicta et pp. testibus supradictis. Tripinus q. Bonaventure not.

32/4164, n. 28. — Orig.

835. Bononiae, 22 septembris 1298.

Codicillus.

D. Albricus q. d. Ubertini de Butrio requolens se fecisse test. ... pres. codicill. confirmat t. s. factum eodem mense et in eodem loco script. manu Dominici f. q. Ubertini Petri Albertini not., salvo quod *etc.* ... Item declaravit et ordinavit quod CL lib. bon., de quibus fecit securitatem fr. *Iohannino* de Lupixinis confessori suo, pro male ablatis suis incertis, vult quod dictas CL lib. bon. dictus fr. *Iohanninus* debeat dissponere ad voluntatem suam, pro animabus illorum quorum fuerunt, secundum quod promisserat dicto Fratri ... Actum Bononie in caminata domus dicti d. Albrici, pp. fr. *Cherio* Ord. Fr. Min. ... qui dixit *etc.* ...

Fr. *Cherius* de Castro Britonum procur. ad hoc specialiter constitutus dep. pres. codicillos apud sacristam et sacristiam Fr. Min. de Bon., mandans ipsos sigilari sigillo conv. dictorum Fratrum, pp. ... fr. *Bertholomeo* Birioli de dicto Ord. ... sub eodem millesimo et eodem [...] Guido f. Dominici Penacii not.

32/4164, n. 29. — Orig. = Cf. n. 833.

836. Bononiae, 26 septembris et 2 octobris 1298.

Testamentum.

D. Ottavianus f. q. d. Galvani de Crevalcorio ... reliquid XXV lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. C sol. bon. ... item fr. *Nicholao* Sanguineo de Ord. Fr. Min. p. s. n. XL sol. bon. ... Et ad predicta omnia et singula exequenda esse voluit suos comiss. fr. *Nicholaum* Sanguineum de Ord. Fr. Min. et d. Beatrixiam matrem testatoris, dans eis plenam licentiam *etc.*; et voluit quod si contingeret predictum fr. *Nicholaum* premori eidem testatori aut mori ante execucionem omnium predictorum, quod Guardianus Fr. Min. de Bonon. qui p. t. fuerit, possit et debeat loco dicti fr. *Nicholai* predicta omnia effectui demandare; et si dicta d. Beatrixia premoriretur eidem testatori aut moriretur ante execucionem omnium predictorum, quod fr. *Ugolinus* de Castello de Ord. Fr. Min. possit et debeat, una cum alio comiss. supervivente, predicta omnia effectui demandare, dans eis similem potestatem *etc.* ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Nicholao* Sanguineo et

fr. *Benino* de Pozali de Ord. Fr. Min., qui ambo dixerunt *etc.*, fr. *Bonincontro* de Butrigariis, fr. *Alberto* de strata Maiori, fr. *Zumignano* de Bentevoglis, fr. *Petro* de Marzegonibus et fr. *Petro* Fulliano, de Ord. Fr. Min. ...

Die II octubris d. Octavianus testator dep. h. t., quod voluit esse secretum, in sacristia Fr. Min. de Bon. sigillatum sigillo dictorum Fratrum Min. in manibus fr. *Bonagracie* sacriste dictorum Fratrum Min. ... pp. fr. *Artinixio* Guardiano Fr. Min. et fr. *Bertholomeo* portonario ... Bonagracia f. q. d. Guillelmi de Manzolino not.

32/4164, n. 30. — Orig.

837. Bononiae, 28 septembris 1298.

Testamentum.

D. Rolandus q. d. Feliciani ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. x lib. bon. p. m. cant. ... item fr. *Iohanni* de Ulgiano Ord. Min. de Bon. v lib. bon. p. s. n. ... item d. fr. *Petro* Scaceta x lib. bon. ... item fr. *Petro* de Chanitulo de conventu Fr. Min. de Bon. et fr. *Bonaventure* de Ulziano de dicto conventu, cuilibet eorum xx sol. bon. p. m. et orac. cantandis ... Suos commiss. esse voluit, ad predicta omnia exequenda, d. fr. *Petrum* Scazeptam predictum ... quibus dedit licentiam *etc.* ... Et voluit quod h. t. sit secretum et dep. in sacristia Fr. Min. de Bonon. et sigillari sigillo conventus dictorum Fratrum ... Actum Bononie in domo dicti testatoris, pp. d. fr. *Petro* de Canitulo de Ord. et conventu Fr. Min. de Bonon., fr. *Bonaventura* de Ulgiano de dicto Ord. ... Albergatus d. Ugolini q. Albergati not.

32/4164, n. 31. — Orig.

838. Bononiae, 2 octobris et 19 decembris 1298.

Testamentum.

D. fr. *Bertholomeus* f. q. d. Iacobini de Riciis de cap. S. Laurencii de Portasteri ... p. a. s. reliquid CCLXXV lib. bon., ex quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. XXV lib. bon. p. m. cellebr. et eorum necessitatibus. Item fr. *Blaxio* de Barbaria de Ord. Fr. Min. p. m. cant. et s. n. III lib. bon.; item Custodi et Guardiano Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerint et fr. *Pellegrino* de Pollicino de dicto Ord., cuilibet predictorum pro eorum necess. III lib. bon. ... Item *Ministris Fratrum Penitencie* Ordinis ipsius testatoris VI lib. bon., que dari et expendi debeant inter pauperes Fratres et Sorores dicti Ordinis seu conventus p. eorum necess. ... item cuilibet fratri qui conscriptus fuerit pro teste in presenti test. p. m. cant. et orac. faciendis et pro eorum necess. XX sol. bon. Item pro sepultura sua et circa ipsam sepult. V lib. bon., quam sibi ellegit apud ecclesiam Fr. Min., quam sepult. habere voluit in terra solum et non in archa, et voluit poni in cilicio nudus et excalciatus, pannum de cilicio supra corpus eius voluit habere. Item dari voluit pro die septima, trigessima, centessima et anuali, pro quolibet dictorum terminor. X lib. bon., qui termini fieri debeant apud eccl. Fr. Min. de Bon. Residuum vero voluit expendi et distribui per commiss. suos infrascriptos, ubi melius et utilius eis videbitur in utilitate anime sue ... Item reliq. d. Laurencie sue uxori ... i. l. usufructum tunbe sue cum terra et vinea, posit. in curia S. Vitalis de Reno, iuxta *etc.* ... sub tali condictione quod dicta sua uxor tenere debeat secum in domo sua, in qua habitat, personam quam ipsa sit et

commiss. sui ... Et ad predicta omnia et singula exequenda ... voluit esse suos commiss. Custodem et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerint et fr. *Peregrinum* de Pollicino et fr. *Blaxium* de Barbaria, omnes de Ord. predicto, vel illum aut illos quem vel quos dicti sui commiss. nominaverint. Quibus commiss. et cuilibet eorum ... dedit et concessit plenam licentiam *etc.* ... Et si contingeret heredem suum aut aliquem alium molestare, turbare aut inquietare dictos suos commiss. aut aliquem eorum ... ita quod non possent omnia et singula executioni mandare, prout superius ipse testator disposuit ... eum privat a sua heredit. ... et tunc dicta hereditas pleno iure perveniat ad pauperes Christi ... quos dicti sui commiss. nominaverint. Qui commiss. nomine dictorum pauperum possint et debeant possessionem bonorum et bona dicte heredit. aprehendere et tenere eorum propria auctoritate. Quod si dicti sui commiss. hoc non fecerint, quod illi de Templo eorum propria auctoritate possint et debeant dictam heredit. eorum nomine aprehendere et tenere. Et ... h. t. voluit esse secretum donec vixerit et nemini hostendatur nisi commiss. et hered. suis, et voluit esse derogatorium et prevalere cuicumque alteri test. per eum alias factum et specialiter test. per eum factum script. manu Bondì Petrizoli Bonincuntri not. et test. per eum factum script. manu fr. Rolandini Paxini Iohannis not. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Guasparino* Bonfigloli sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Bonaventura* miniatore, fr. *Andriolo* de Ymola, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Marchixino* Bazerla, fr. *Ieremia* de porta S. Proculi, fr. *Bonagratia* de Lamandina et fr. *Blaxio* de Barbaria, omnes de Ord. Min. ...

Die XVIII decembris dictus fr. *Bertholomeus* testator dep. h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et suo proprio sigillo in sacristia dictorum Fratrum Min. de Bon. in manu fr. *Bonagracie* de Lamandina sacriste sacristie Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Bonaventura* miniante et fr. *Oliverio* Bracii de Ord. Min. ... Gerardus Ferarii not.

32/4164, n. 32. — Orig. In dorso « I leghati de questo testamento èno tuti paghai e al chonvento e a ogni altra persona ».

839. Bononiae, 3 octobris et 4 novembris 1298.

Testamentum.

D. Zenzafallo f. q. d. Casalini Casalis et uxor d. Dominici de Doncelis ... reliq. p. a. s. C lib. bon., de quibus reliq. ... fr. *Azino* de Ord. Min. p. s. n. III lib. bon. ... item conventui Fr. Min. de Bon. p. m. X lib. bon. ... Ressiduum vero voluit dari et distribui tam circa funus et sepult. suam quam alibi, ubi melius et utilius videbitur commiss. suis; quam sepult. sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... Et ad predicta omnia executioni mandanda suos commiss. elegit fr. *Acinum* de Ord. Min. et Guardianum Fr. Min. conventus Bonon. qui p. t. fuerit, volens quod si predicti sui commiss. vel alter eorum nollent vel non possent se intromittere de predictis, quod possint alium vel alios substituere et subrogare; quibus commiss. ... dedit plenam potestatem et generale mandatum vendendi, alienandi *etc.* In omnibus vero aliis suis bonis mobilibus et inmobil., iuribus *etc.* instituit sibi hered. Iacobum suum filium, et si contingeret dictum Iacobum mori sine liberis vel sine testamento, tunc instituit sibi hered. pauperes Christi, quos elegerint dicti sui commiss. seu alter eorum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Azino* et fr. *Bonaventura* miniatore sacerdotibus,

qui dixerunt *etc.*, fr. *Philipo* Marcegone, fr. *Guidone* de Zapulino, fr. *Gerardo* de Asinellis, fr. *Petro* de Veruclo, fr. *Ieminiano* de Bentivenglis et fr. *Matiolo* de Cornaclisis ...

Die III novembris fr. *Bonaventura* miniator proc. dicte testatricis dep. et dedit h. t. in manibus fr. *Bonagracie* de Lamandinis sacriste eorundem Fratrum custodiendum et salvandum et suo tempore iudici presentandum et publicari faciendum ... pp. fr. *Bonincontro* de Butrigariis, fr. *Philipo* de Argele et fr. *Guidone* de Zapulino ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

32/4164, n. 33. — Orig.

840. Bononiae, 28 octobris 1298.

Testamentum
(Pro augendo numero Fratrum in conventu de Caldararia).

D. Rogerius q. d. Iacobi, pelliparius, civis Bon. ... sepelliri voluit et sepult. suam sibi elegit et esse voluit apud eccl. S. Francischi Fr. Min. de Bonon., circa quam sepult. expens. necess. et decentes fieri voluit, de bonis suis, per infrascr. commiss. suos, secundum quod eis videbitur et placuerit. Voluit tamen et mandavit quod unus pannus de serico ematur, qui deferatur super corpus eius, tempore sepulture ipsius, et quod ex eo panno subsequenter fiat quedam planeta, que detur dictis Fratribus Min. ut ea utantur pro divino officio celebrando p. a. eius, in quo panno expendi voluit, de bonis suis, XV lib. bon. vel id circa ... Item reliquid conventui Fr. Min. de Bonon. C lib. bon., quas dicto conventui et Fratribus solvi et dari voluit infra unum annum post eius obbitum p. m. canendis et orac. faciendis p. a. eius. Item reliquid dicto conventui dictorum Fratrum Min. in septimo, trigesimo, centesimo et anniversario die sui obbitus, scilicet in quolibet die et termino supradicto VIII lib. bon. pro una pietanzia dictorum Fratrum et conventus, in quolibet termino supradicto facienda, ut horent p. a. eius et missas dicant ... Item reliquid Fratribus Min. *qui morantur in loco d. Pacix de Pacibus*, Fratribus Min. de *Varegnana*, Fratribus Min. de *Ricardina*, Fratribus Min. de *Planorio*, Fratribus Min. *S. Francischi strate S. Stefani*, Fratribus Min. de *Argelata*, Fratribus Min. de *Caldararia*, Fratribus Min. de *S. Iohanne in Persiceto*, Fratribus Min. de *Crespellano*, et dari voluit per comiss. suos cuilibet conventui seu loco dictorum Fratrum pro quolibet fratre conventuali, qui morabitur in quolibet dictorum locorum, tempore mortis ipsius testatoris, XX sol. bon., scilicet cuilibet conventui et loco, pro numero Fratrum suorum qui tunc ibi conventuales morabuntur, ut missas dicant et orent p. a. eius, et dictas quantitates eis solvi voluit in dictis quatuor terminis, scilicet quartam partem in quolibet termino, scilicet in septimo, trigesimo, centesimo et anniversario die ... Item ... *conventui Sororum S. Francischi Ord. S. Clare strate S. Stefani* ... pro qualibet sorore, que in dicto conventu morabitur, tempore obbitus ipsius testatoris, III sol. bon., quos eis dari et solvi voluit in septimo, trigesimo, centesimo et anniversario die sui obbitus, scilicet quartam partem in quolibet termino, ut orent et Deum precentur p. a. eius. Item reliquid, disposuit, voluit et mandavit p. salute a. s. ... quod per infrascriptos comiss. suos designetur, fiat et constituatur, de bonis suis, quedam perpetua elemosina, et ipsos suos comiss. in quantum potest, rogat ut pro ipsa elemosina, perpetuo observanda, quod de bonis suis, de quibus voluerint, dent, consignent et constituant, ad eorum voluntatem, et tantum quantum eis videbitur et placuerit; ex fructibus quorum bonorum sic designandorum fieri possint et fient necessarie et sufficientes expense sex Fratribus de Ord. Fr. Min., ex

quibus in ad minus sint presbiteri, qui Fratres continue et perpetuo stari et morari debeant apud eccl. *S. Marie de Caldararia* comitatus Bonon. et in ipso conventu cum aliis Fratribus. Qui sex Fratres perpetuo teneantur et debeant missam canere et orare p. a. dicti testatoris et parentum et predecessorum suorum. Quos sex Fratres voluit addi debere in loco et conventu dicte ecclesie, ultra numerum Fratrum qui in dicto loco morari consueverunt, et morabuntur tempore obbitus ipsius testatoris, et quod dicti sex Fratres sic addendi, non sint nec esse possint de numero dictorum Fratrum conventus dicti loci, qui ibi morabuntur et morari consueverunt, sed sint penitus ultra dictum numerum dicti sex Fratres addendi. Cuius ellemosine bonorum designatio et constitutio fieri debeat alicui persone, legittime recipienti nomine et vice dictorum Fratrum et loci et ecclesie de *Caldararia,* per ipsos comiss. suos ... Item legavit cuilibet testi scripto in presenti test. xx sol. bon. ... In omnibus autem aliis bonis suis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit, et esse voluit ... quos infrascr. sui commiss. elegerint, dixerint et nominaverint, excludendo omnino a dicta hereditate et bonis Fratres de Templo Allamannos, Fratres S. Crucis et alios quoscumque ad quos nichil de bonis suis voluit pervenire, ex forma alicuius privilegii eis ab Ecclesia Romana indulti vel indulgendi, vel alia quacumque ratione vel causa ... inter quos pauperes ipsi commiss. teneantur et debeant dictam heredit. eius et bona dare et distribuere et dispensare secundum quod ipsis commiss. videbitur et placuerit, non dando alicui pauperi ultra quantitatem xx sol. bon. et non dando alicui loco religioso, conventui vel persone, quibus aliquid supra in hoc test. legavit ... Commiss. autem suos ad predicta omnia et singula exequenda ... esse voluit et reliquid Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, fr. *Rogerium* de Poetis de Ord. Fr. Min. ... quibus dedit plenam et liberam licentiam *etc.* ... Et si contingeret aliquem predictorum commiss. suorum se nolle vel non posse se intromittere de predictis, possit alium vel allios commiss. loco sui substituere et ponere ... Et hanc suam ult. voluntatem aseruit esse velle ... cassans et revocans omnino test. seu ult. voluntatem factam per eum, scriptam manu d. Bonaventure Viviani not., et omne aliud test. factum per eum ... et h. t. voluit ceteris aliis prevalere, et voluit quod si apareret post h. t. aliud test. per eum factum esse, illud non valere nisi in eo scripta sit oratio « Ave Maria » et nisi factum esset in domo vel ecclesia Fr. Min. de Bonon. et in presentia ad minus unius ex dictis suis commissariis. Quod quidem test. volens dictus testator secretum esse, iusit et voluit sigillari sigillo conventus Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum Min. de Bon. secundum formam statut. comunis Bon. ... Actum Bononie in sacristia ecclesie S. Francischi Fr. Min., pp. fr. *Gandolfino* de Mutina, fr. *Gerardo* de Assinellis, fr. *Bonagratia* de Lamandinis, presbiteris de dicto Ord. Fr. Min. dicentibus *etc.,* fr. *Zanelino* de Carpo, fr. *Iacobo* de Placentia, fr. *Petro* de Castagnolo, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Bertholino* de Brochiglindosso, de dicto Ord. Fr. Min. ... Iacobinus Gerardelli not.

312/5085, n. 83. — Orig.

841. Bononiae, 3 novembris 1298.

Codicillus.

Cum d. sor. Iohannina q. Richobaldi civis Bonon. ... suum fecerit test. script. manu Iacobini de Turri not. ... presentibus codicill. test. predictum obtineri voluit

plenissimam firmitatem, infrascriptis tamen additis et mutatis, videlicet quod reliq. et legavit fr. Dominico converso Ord. Fr. Predic. suo fratri et d. sor. Marie q. Hugolini de Castro Episcopi, converse domus laborerii eccl. S. Petri, usumfructum cuiusdam possess. et domus site super ipsa possess. posit. in curia Funi, ubi dicitur « Castrum Bazanum », iuxta *etc.* ... Post mortem vero ipsorum amborum dicta possess. ad conv. Predicatorum de Bon. pertineat pleno iure. Item legavit et reliquid ... conventui Fr. Min. de Bonon. x lib. bon., quas eidem conventui dari voluit per conventum Fr. Pred. ... Actum Bononie in domo laborerii eccl. S. Petri ... Paulus f. Parisii not.

32/4164, n. 36. — Orig.

842. Bononiae, 4 novembris 1298.

Testamentum.

D. Benvenuta f. q. d. Iacobini de Vacondeo ... reliquid p. a. s. ccc lib. bon., de quibus voluit quod expendantur super funus et sepult. suam l lib. bon.; de quibus ematur unum palium de seta bonum, pulcrum et decens, de quo fiat unus (*sic*) planeta, et remanere debeat perpetuo penes Fratres Min. de Bonon. Item voluit quod de dictis l lib. bon. fieri debeant septime, triginta dies et annuale ad voluntatem infrascrip. eius commiss. ... quam quidem sepult. suam sibi elegit apud ecclesiam Fr. Min. de Bon. Item de dictis ccc lib. bon. reliquid conventui Fr. Min. de Bon. xii lib. bon. pro una pitanza. Item dicto conventui Fr. Min. de Bonon. xxv lib. bon., de quibus ematur unus (*sic*) planeta existimationis xv lib. bon., et residuum sit p. m. cant.; item fr. *Acino* de Bon. de Ord. Min. c sol. bon. p. s. n.; item fr. *Petro* de Castagnolo de Ord. Min. xxxx sol. bon. p. s. n. Ad predicta vero omnia et singula exequenda esse voluit Guardianum Fr. Min. qui pro temp. fuerit ... eius commiss., quibus et cuilibet eorum dedit licentiam *etc.* ... mandans quod omnia que continentur in pres. test. mandentur executioni infra vi menses a die obitus ipsius testatoris (*sic*) in antea per dictos eius commiss.; et si predicta non facerent, cadant ab omni iure eorum eis competente in pres. test. ... Et voluit h. t. secretum esse et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sugillari sugillo Guardiani vel Custodis sive conv. dictorum Fratrum ... Actum Bononie ... pp. fr. *Acino* de Bonon. Ord. Min. presbit., qui dixit *etc.* ... fr. *Petro* de Castagnolo Ord. Min. ...

Eodem die dicta testatrix fecit et constituit fr. *Acinum* de Bonon. de Ord. Min. suum procur. ad ponend. pro ea h. t. in sacristia Fr. Min. de Bonon. et penes sacristam dictorum Fratrum de Bon. ... Iacobus Bonavolte de Sedazariis not.

32/4164, n. 37. — Orig.

843. Bononiae, 13 novembris et 5 decembris 1298.

Codicillus.

D. Thomaxina uxor d. Mediglaltri de Riziis et f. q. d. Mathei de Allerariis ... confirmando et approbando quoddam suum test. scriptum manu mei Naximbenis not. infrascr. factum sub mcclxxxxviii, ind. xi, die ultima mensis decembris, fecit suum presens codicill., in quo quidem de suis bonis reliq. fr. *Naximbeni* de burgo Peradelli de Ord. Min. p. s. n. xx sol. bon. ultra legatum in dicto suo testamento

eidem relictum ... Et voluit dictum s. c. esse secretum et sigillari debere sigillo conv. Fr. Min. de Bon., et debeat deponi in sacristia dictorum Fratrum per fr. *Benedictum* de Favencia, quem nunc instituit suum procur. ad dictam depositionem faciendam ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Naximbene* de burgo Peradelli sacerd., qui dixit *etc.*, fr. *Gerardo* de Asinellis, fr. *Ameo* de Azis, fr. *Bertolomeo* Biriolo, fr. *Benedicto* de Faventia et fr. *Alle* de Sichis, omnibus Ord. Min. ...

Die v decembris fr. *Benedictus* de Favencia procur. dicte testatricis h. c. dep. et dedit in manibus fr. *Bonagratie* de Lamandinis sacrist. eorundem Fratrum, ut eum debeat incontinenti sigillare sigillo conv. Fr. Min. et sic sigillatum custodire et salvare, et suo loco et tempore iudici presentare et facere publicari ... pp. fr. *Gandulfino* de Mutina et fr. *Iacobino* de Parma ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

32/4164, n. 38 et 44. — Orig. dupl. In secundo tamen deest actum depositionis. = Cf. n. 846.

844. Bononiae, 1 et 5 decembris 1298.

Testamentum.

D. Avenante f. q. d. Donusdei de Planorio et uxor d. Matei Arlotini ... reliq. et vult quod de bonis suis satisfiat omnibus personis quibus pater ipsius, nomine usurarum, aliquid extorsit seu alia quacumque illicita causa, qui (*sic*) legitime possent ostendere, infra annum post mortem dicte testatricis, per comiss. suos infraser. ... et si infra dictum tempus nulli apparerent creditores, tunc vult quod per commiss. suos quicquid de bonis suis fuerit inventum distribuatur pauperibus Christi ... quos commiss. sui vel alter eorum nominaverit. Sepulturam autem suam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. Et ad predicta omnia executioni mandanda suos commiss. sibi ellegit Guardianum Fr. Min. conv. Bon. qui p. t. fuerit, fr. *Gandulfinum* de Mutina Ord. Min. et fr. *Lambertinum* de Pavanensibus eiusdem Ord., quibus commiss. et cuilibet eorum dedit plenam et liberam potestatem vendendi, alienandi *etc.* ... Et si predicti commiss. nollent vel non possent predicta mancipare, vult quod quilibet eorum, suo nomine et nomine et vice omnium aliorum comiss., possit sibi alium vel alios subrogare ... Et voluit quod si aliquod test. reperiretur hinc retro factum per eam, et specialiter test. scriptum manu Iacobini de la Ture et test. script. manu Chelonis d. Zacharie Conselmini, illa cassat et irritat ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Gandulfino* sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Iohanino* de Portanova, fr. *Lanfranchino* de Placentia, fr. *Ugolino* Aygonis, fr. *Thoma* de Pellaciis, fr. *Alle* de Sichis, fr. *Lambertino* de Ymola et fr. *Rodaldo* de Planorio ...

Die v decembris fr. *Gandulfinus* de Mutina, procur. dicte testatricis, dep. et dedit h. t. in manibus fr. *Bonagratie* de Lamandinis sacriste eorundem Fratrum, custodiendum et salvandum ... pp. fr. *Iacobino* de Parma et fr. *Benedicto* de Favencia ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

32/4164, n. 41. — Orig.

845. Bononiae, 30 decembris 1298.

Testamentum.

D. Palmeria f. q. d. Petri de Guillelmis ... voluit expendi de suis bonis circa funus et sepult. in cereis et candelis et aliis necess. c sol. bon., quam sepult. sibi elegit apud eccl. S. Francisci Fr. Min. Item legavit dictis Fratribus Min. c sol. bon. p. m.

celebr. p. a. s. patris et matris sue etc.; item reliquid conventui Fr. Min. de Bonon., iure legati, XLV lib. bon.; item legavit eidem conventui Fr. Min. unam chulzitram, unum chavizale ubi iacet, et unum vaxellum, et unum tinazum, et duos vegetes, et unam suam chassam, et unum arcile, et unum scrineum a farina, et unum archibanchum, et unum scrineum parvum; et si dicte res non valerent xxx lib. bon., quod fr. Guillelmus de Guillelmis Ord. Milixie B. Marie, eius frater, teneatur complere minuitatem; que legata dicto conventui Fr. Min. relicta fuerunt p. m. celebr. p. a. fr. Guidottini de Prindipartibus, olim sui viri, et p. a. s. etc. Item fr. *Azino* de Ord. Fr. Min. xx sol. bon. p. m.... Item Guardiano Fr. Min. qui p. t. fuerit xx sol. bon. p. a. s.... Actum Bononie... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

32/4164, n. 42. — Orig. In dorso « Satisfactum est conventui de isto testamento ».

846. Bononiae, 31 decembris 1298 et 5 ianuarii 1299.

Testamentum.

D. Thomaxina f. q. d. Mathei Guidonis Allerarii et uxor d. Mediglaltri de Riziis... reliquid LXXX lib. bon., de quibus dari et expendi voluit xxxx sol. bon. pro male ablatis incertis, pauperibus Christi quos Guardianus Fr. Min. qui p. t. fuerit nominaverit; item reliquid conventui Fr. Min. de Bon. pro M missis cant. XII lib. bon.... item fr. *Naximbeni* de burgo Peradelli p. s. n. xxxx sol. bon.; item fr. *Alberto* de Azis f. d. Capoane p. s. n. xx sol. bon.... item fr. *Francisco* f. d. Quiriaghi de Allerariis p. s. n. xx sol. bon.... Ressiduum vero iussit expendi circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bonon. et in Christi pauperes, ubi melius et utilius videbitur commiss. suis infrascript.... Et ad predicta omnia et singula facienda suos commiss. sibi ellegit et voluit esse Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, fr. *Naximbenem* de burgo Peradelli... vel alium seu alios quem vel quos supradicti sui commiss. seu Guardianus predictus, si alii non superviverent, ellegerint et nominaverint... quibus commiss.... dat plenam et liberam potestatem *etc.*... Et voluit quod si aliquis, in iudicio vel extra, turbaret quin predicta omnia et singula integraliter ad effectum non perducerentur, illum vel illos ex nunc privat omni iure et omni legato quod haberet occasione istius test. et illud vult dari pauperibus Christi, quos nominaverit Guardianus predictus Fr. Min. qui p. t. fuerit... Item voluit quod si aliquod aliud test. inveniretur hinc retro factum per eam, et specialiter test. scriptum manu Petri Leonardi, illud voluit esse cassum et vanum et nullius valloris... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Naxinbene* de burgo Peradelli sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Philipo* de Argele, fr. *Bertholomeo* de Castaldis de S. Iohanne in Persiceto, fr. *Iohanne* de S. Ysaia, fr. *Michaele* de Castaglolo, fr. *Thoma* de Pellaziis, fr. *Iacobino* de strata Maiori et fr. *Iacobino* de Bacerla...

1299, 5 ianuarii. Fr. *Naxinbene* de burgo Peradelli Ord. Min. procur. dicte testatricis h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. dep.... et dedit in manibus fr. *Bonagracie* sacriste dictorum Fratrum, custodiendum et salvandum et suo tempore iudici presentandum... pp. fr. *Cherio* de Castro Britonum, fr. *Michaele* portario et fr. *Thoma* de Pellaziis... Naximbene q. Petri Schudarii not.

32/4164, n. 43 et 44, et etiam 338/5081, n. 138. — Orig. tripl.; sed in secundo et tertio deest actum depositionis. = Cf. n. 843.

847. Bononiae, 14 et 23 ianuarii 1299.

Testamentum.

D. Imigla f. q. d. Attolini de Ucziano ... reliq. p. a. s. xxxiii lib. bon., de quibus dari voluit fr. *Azzino* et fr. *Iohannino* de Portanova et fr. *Francisco* de Castagnolo de Ord. Min., cuilibet p. eorum necess. iii lib. bon. ... Item sor. *Liadase* de Penitentia de capella S. Marie Madalene xx sol. bon. ... Residuum vero distribui voluit per commiss. suos infrascr. circha funus et sepult. suam, prout utilius eis videbitur ... Item reliquid de bonis suis ... conventui Fr. Min. de Bon. post mortem sui heredis, xx lib. bon. ... Commiss. suos instituit ad omnia legata supradicta solvenda Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Iohanninum* de Portanova ... quibus dedit plenam et liberam potestatem *etc.* ... Et si aliquis ipsorum commiss. nollet vel non posset per se ipsum supradicta executioni mandare, voluit quod quilibet eorum possit alium sibi vel alios subrogare ... et si quis ... dictos suos commiss. vel heredes impediret quominus perficerentur omnia supradicta, illos impedientes ex nunc omni iure privavit quod ex hoc test. eis possit competere, et illud ius dictis Fratribus Min. de Bononia, et ipsorum conventui et procuratoribus eorundem, eorum nomine, applicavit ... Et si quod aliud test. reperiretur per eam factum et specialiter factum manu fr. Guidotti Ugolini de Seraglano, seu scriptum, illud irritavit et cassavit ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. dd. fr. *Lambertino* de Ymola, fr. *Bonaventura* miniatore, fr. *Iacobo* de Placentia, fr. *Landulfo* de Cazanimicis, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Michaele* de Pollicino, fr. *Ieronimo* de S. Iohanne in Persiceto, fr. *Bonincuntro* de Butrigariis et fr. *Iohannino* de Portanova, qui dixit *etc.* ...

Die xxiii eiusdem mensis fr. *Azzinus* de Bon. de Ord. Fr. Min. procur. dicte testatricis, coram fr. *Iohannino* de Portanova, fr. *Bolognitto* de burgo Peradelli, fr. *Nicolino* de Butrio et fr. *Serafino* de Crespelano, presentavit h. t. fr. *Bonagratie* sacrist. Fr. Min. de Bon. et ad sacristiam ipsorum dep. ... faciens illud sigillo conv. ipsorum Fratrum more solito sigillari ... Petrus Raimondini not.

32/4164, n. 48. — Orig.

848. Bononiae, 24 ianuarii et 1 februarii 1299.

Testamentum.

D. Imeldina f. q. d. Fatolini de Monte Morisino ... reliq. c sol. bon., de quibus volluit quod expenderetur penes sepult. suam, quam sibi eligit aput eccl. Beati S. Francischi de Ord. Fr. Min. Residuum vero volluit quod expendatur p. a. s. ubi melius et utilius visum fuerit comiss. suis ... Item reliq. ... uni homini qui *debet ire ad visitatum* (*sic*) *ecclesiam Beati S. Francischi de Sisi* xxxx sol. bon. ... Item reliq. p. m. cant. xx sol. bon., quibus volluit et disposuit [...] ubi melius et utilius visum fuerit comis. suis, quos voluit ex (*sic*) d. fr. *Nicolinum* de Ord. Fr. Min. ... dans eis liberam potestatem *etc.* ... Item reliquid fr. *Nicholino* de Ord. Fr. Min. xv sol. bon. ... Actum Bononie in *domo* Fr. Min., pp. fr. *Bonagracia* sacristano et fr. *Francischo* de Alleranis, fr. *Petro* de Sallucciis (?), fr. *Iacobo* de Prasencia (*sic*), fr. *Iohanne* de Fluvianis, fr. *Michaele* et fr. *Nicholino,* qui dixit *etc.* ...

Die I februarii h. t. dep. fuit per fr. *Nicholinum* proc. dicte domine, pp. fr. *Iacobo* d. Ducii, et fr. *Henrico* de Argelata, et fr. *Sarafino* de Crespolo (*sic*) ... Petrus Petroboni de Bagno not.

32/4164, n. 49. — Orig.

849. Bononiae, 29 ianuarii 1299.

Testamentum.

D. Beatrixia q. d. Petri de Lambertis, et uxor d. Iacobi d. Martini de Sillimannis legum doct. ... reliq. p. a. s. L lib. bon. ... de quibus dari voluit et expendi circa exequias ad domum Fr. Predic. de Bon., ubi suam ellegit sepulturam, id quod expedierit in M missis cant. Infra cetera de eisdem L lib. bon. reliquid fr. *Azino* Ord. Min. XXXX sol. bon. ... Actum Bononie ... Hodericus q. Anthonii not.

32/4164, n. 50. — Orig. In dorso « Questo testamento no vale neghota ». = Cf. n. 850.

850. Bononiae, 29 ianuarii 1299.

Testamentum.

D. Beatrixia *etc.* (*ut in praecedenti*) ... in M missis cantandis, id quod visum fuerit fr. Petro sacrist. Ord. Predic., Fratribus Min., Predic., Yeremitanis et Presbiteris civit. Bon. Item reliq. fr. *Bonaventure* d. Micaelis de Castagnolo Ord. Fr. Min. V lib. bon. ... Item fr. *Azino etc.* (*ut in praecedenti*).

336/5079 n. 160. — Orig. In dorso « Testamento de dona Beatrige de ser Martino de Sulimanno. È paghado al chonvento ». = Cf. 849.

851. Bononiae, 22 februarii 1299.

Particula testamenti.

Reperitur in quodam testamento aperto, public. et autentico, quod est in sacristia Fr. Pred. S. Dominici de Bonon., infrascripta pars testamenti, inter alia in hunc modum:

1299, 22 februarii. D. Albertus legum doctor q. Oddofredi legum doctoris ... reliquid iure legati conventui Fr. Min. de Bononia D lib. bon., et mandat quod de dictis D lib. bon. debeant fieri in ecclesia Fr. Min. iuxta *altare S. Clare* tria altaria; primum altare ad honorem *B. Petri Apostolli,* secundum altare ad honorem *B. Pauli Apostoli,* tercium altare ad honorem *B. Iohannis Evangelliste,* et ibi perpetuo celebrentur misse p. a. s. et patri (*sic*) sui d. Oddofredi et matri (*sic*) sue, et filie et omnium aliorum suorum mortuorum; et conventui Fr. Min. pro paramentis dictorum altariorum alias C lib. bon. etc. Item reliquid Fratribus Pred. et Fratribus Min. de Bon., quolibet anno, de meliori et pulcriori frumento quod colligetur in possessionibus ipsius d. Alberti, pro oblatis et corpore Christi faciendo, quantum est necessarium predictis Fratribus Pred. et Min. etc. Item reliquid Fratribus Min. de Bon., quolibet anno, X corbes vini de albana quod colligetur de eadem vinea de meliori etc. Item reliquid conventui Fr. Min. de Bon., quolibet anno, VII lib. bon., et X sol. bon. pro D missis cant. parvis p. a. ipsius d. Alberti, quolibet anno etc. Item reliquid p. a. d. Oddofredi patris sui, et d. Iuliane matris sue, et fr. Richardini sui fratris, et Nicole f. sue, et sor. Lazarine sororis sue, et d. Azzoline, q. uxoris sue, p. m. parvis

cant., silicet pro cccxxxiiii missis cant. quolibet anno, Fratribus Pred. de Bon. c sol. bon.; Fratribus Min. pro cccxxxiiii missis parvis cant. reliquid quolibet anno c sol. bon. etc. Et predicta legata, p. m. dicendis ... voluit et precepit quod debeant solvi de pensionibus, quolibet anno, domorum suarum que (*sic*) habet iuxta curiam comunis Bonon. et habent beccarii ab eo ad pensionem; et mandat etiam quod beccarii, quolibet anno, illam quantitatem pecunie, quam reliquid conventibus supradictis p. m. dicendis, non debeant solvere heredibus suis, sed debeant solvere, perpetuo sine temporis prefinitione, quolibet anno, in kal. februarii, procuratoribus Fratrum Pred. et Min. qui sunt vel p. t. erunt, quos suos facit comiss. tantum circa predicta legata exequenda, dans et concedens predictis procuratoribus liberam licentiam *etc.* Actum Bononie in capella infirmorum Fr. Pred. ... Andreas sive Andreolus Petrizoli Albertini de Badalo not.

342/5085, n. 73. — Exempl. « ... Ego Guarentinus q. Francisci Ugolini Munsi not. ... predictam partem ex dicto test. public. scripto manu dicti Andree ... fideliter sumpsi et scripssi ».

852. Bononiae, 8 martii 1299.

Testamentum.

D. Petrizolus f. q. d. Bolognitti merzarii ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit xv lib. bon. p. m. ... Actum Bononie in infirmaria Fr. Predic. eccl. S. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

32/4164, n. 57. — Orig. In dorso « De questo testamento no se poe fare neghota ».

853. Bononiae, 14 et 31 martii 1299.

Testamentum.

D. Bughina f. q. d. Rolandini de Pritonibus ... reliquid p. a. s. xxx lib. bon., de quibus reliquid conventui Fr. Min. de Bonon. p. m. cellebr. v lib. bon. Item reliquid fr. *Bonagracie* Ord. Min. p. s. n. iii lib. bon. ... Item reliquid, pro male ablatis incertis, xxxx sol. bon., dandos et distribuendos ad voluntatem fr. *Bonagracie* de Ord. Min. ubi melius et utilius ei visum fuerit, p. a. illorum quibus ipsa teneretur. Item reliquid quod per fr. *Bonagraciam* predictum, ematur palium precii x lib. bon., quod portetur supra corpus ipsius testatricis ad ecclesiam, et postmodum de illo debeat fieri unam planetam pro divino officio celebrando, que remanere debeat in ecclesia Fr. Min. Ressiduum vero voluit dari et distribui per comiss. suos infrascript. circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit et esse voluit apud eccl. Fr. Min. de Bon. cum matre sua, et alibi ubi mellius et utilius videbitur eis; quos comiss. voluit et sibi ellegit esse ad exequenda omnia in h. t. contenta fr. *Bonagraciam* Ord. Min. ... dans et concedens eis plenam et liberam potestatem *etc.* ... Item voluit si quod aliud test. reperiretur hinc retro per eam factum, et specialiter test. scriptum manu Iacobi Iohannis piscatoris not., illud cassat et annullat ... Item voluit h. s. t. esse secretum et sigillari debere sigillo Guardiani sive conventus Fr. Min. de Bon., et sic sigillatum debeat deponi in sacristia dictorum Fratrum per fr. *Zanilinum* Ord. Min., quem nunc instituit suum procur. ad dictam depositionem faciendam ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Bonagracia* de Lamandinis sacerd., qui dixit *etc.*, fr. *Bonincontro* de Butrigariis, fr. *Zanilino*, fr. *Benedicto* de Favencia, fr. *Ugolino* de Loglano

r. *Iohannino* de Cremona iuniore et fr. *Bolognito* de burgo Peradelli, qui omnes sunt Ord. Min. ...

Die ultimo martii fr. *Zanilinus* Ord. Min. procur. dicte testatricis ... h. t. dedit et dep. in manibus fr. *Bonincontri* de Butrigariis sacriste eorundem Fratrum in dicta sacristia dimitendo eundem sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum, ut eum custodiat et salvet et suo tempore iudici debeat presentare et per eum publicari secundum formam stat. *etc.* ... pp. fr. *Bonagracia* et fr. *Martino* de Guastavillanis ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

32/4164, n. 59. — Orig.

354. Bononiae, 20 et 27 martii 1299.

Testamentum.

D. Malgarita f. q. d. Bonacursii de Corvaria et uxor Gerardi q. fr. Bonmerchati de Imolla ... reliquid de bonis suis p. a. s. sacristie Fr. Min. de *Imolla* xv lib. bon. pro una planeta. Item reliquid fr. *Artenisio* de Ord. Fr. Min. de Bonon. v lib. bon. p. s. n.; item fr. *Iohanni* d. fr. Bonmerchati de Ord. Fr. Min. p. s. n. iii lib. bon.; item fr. *Petro* de Chanitullo de Ord. Fr. Min. p. s. n. iii lib. bon. ... Item circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. in illa terra, in qua comtinget eam mori, x lib. bon., quas expendantur arbitrio comiss. sui infrascr. Item reliq. leprosis S. Lazari de Bon. v lib. bon. ... item leprosis S. Lazari de Imolla v lib. bon.; et debeant dari in eorum propriis manibus per comiss. suum infrascr. Item reliquid *monasterio S. Stephani de Imolla* iii lib. bon. ... Et ad predicta omnia et singula exequenda voluit suum esse comiss. Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, illius loci in cuius pertinenciis ipsa decesserit; et si dictus Guardianus nollent vel non posset se intromitere de dicta comissaria, possit allium sive allios elligere quem vel quos dictus Guardianus duxerit ... quibus sic ellectis a dicto Guardiano dedit plenam licentiam *etc.* ... In omnibus autem aliis suis bonis mobilib. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos dictus suus comiss. nominaverit et ellegerit solum et non allios ... Et iubet h. t. esse secretum et sigillari debeat sigillo Guardiani sive conv. Fr. Min. de Bon. et ponatur in sacristia Fr. Min. per fr. *Artenisium* de Ord. Fr. Min., quem ipsa testatris fecit suum procur. ad predicta. Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Artenisio* Guardianus (*sic*) Fr. Min., qui dixit *etc.* ... fr. *Phillipo* Marcegone, fr. *Lamdulfo* de Chazanimicis, fr. *Bertollomeo* de Grisapell., fr. *Nichollucio* de Rimino, fr. *Petro* de Verucla, fr. *Petro* de Parma, fr. *Michaele* sartore, fr. *Bertollucio* strate Maioris, fr. *Alle* de Sichis, omnes de Ord. Fr. Min. ...

Die xxvii eiusdem mensis d. fr. *Artenisius* Guardianus Fr. Min. constitutus procur. d. Malgarita testatrice, volens voluntatem ipsius d. Malgarite fideliter et dilligenter adinplere, h. t. dep. et designavit et dedit in manibus fr. *Bonagracie* sacriste eorundem Fr. Min. custodiendum et salvandum et suo tempore iudici presentandum et publicari faciendum, pp. fr. *Martino* de Guastavillanis et fr. *Saraphino* de Crespellano de Ord. Fr. Min. Benvenutus q. d. Mathey not.

33/4165, n. 8. — Orig.

855. Bononiae, 25 martii et 23 septembris 1299.

Testamentum.

D. Paxe f. q. d. Iacobini Ubaldini ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. et orac. dicendis p. a. s. x sol. bon.; item fr. *Nicolino* de strata Maiori de Ord. dictorum Fr. Min., in auxillium unius cappe, xx sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia conv. Fr. Min., pp. fr. *Bonincontro* de Butrigariis sacrista dictorum Fratrum, fr. *Nicholino* q. Michaelis de Butrio, qui asseruit *etc.*, fr. *Landulfo* de Cazanimiciis Piczollis, fr. *Bertholomeo* q. d. Antholini de Manzolino, fr. *Rodulfo* de Tuschis, fr. *Zanellino* de Carpo, fr. *Iohanne* de Marchia, fr. *Francisschino* de Mutina, fr. *Francisco* de Reate, fr. *Berardo* de Abrutio, omnibus de dicto Ord. Fr. Min. de Bon. ... in quorum testium presentia ipse d. Paxe [...] et suos procur. fecit dictos fr. *Zaninum* (*sic*), fr. *Nicolinum*, fr. *Landulfum* et quemlibet eorum in solidum ad deponend. pres. test. in sacristia predicta et sigillari faciendum ...

Die xxiii septembris d. fr. *Nicholinus* q. d. Michaelis de Butrio procur. dicti testatoris dep. penes fr. *Henricum* de [...] de strata Maiori sacrist. Fr. Min. de Bon. presens test. ut eum debeat custodiri et salvari secundum formam stat. com. Bon. in sacristia dictorum Fratrum depositum et conservatum, pp. dd. fr. *Iohannino* de Portanova de Bonon., fr. *Iohannino* de Cremona iuniori ... Guillelmus Petroboni de Banzis not.

32/4164, n. 60. — Orig.

856. Bononiae, 7 aprilis et 17 septembris 1299.

Testamentum.

D. Marchexella f. q. d. Hugolini Buze, et uxor olim d. Iohannis q. d. Lodoyci ... reliq. c lib. bon., de quibus primo dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. ante diem septimum post ipsius decessum xii lib. bon. ... Item fr. *Gandolfino* de Mutina Ord. Min. p. s. n. xx sol. bon. ... Item voluit et mandavit quod ematur unus samitus sive unum cendatum pretii et valoris x lib. bon. et ultra, si expedierit, per suos comiss. infrascript., de quo samito sive cendato fieri factiant unam planetam, que sit penes Fr. Min. et remaneat ad divinum et honorifficum officium cellebrandum ... Item reliquid fr. *Henrico* de Perticonibus et fr. *Iohnanino* de Lupixinis Ord. Min. p. eorum n. xxxx sol. bon., item cuilibet fratri pro teste huic testamento scripto, p. eorum n., x sol. bon.; item fratribus *Bonagratie* et *Bonincontro* de Butrigariis sacristanis Ord. Min. de Bon. p. eorum n. x sol. bon. cuilibet eorum ... item sor. *Agneti* de Gueziis Ord. S. Francissci xx sol. bon.; item fr. *Zanilino* de Carpo Ord. Min. p. s. n. x sol. bon.; item fr. *Francissco* d. Quiriazi de Allerariis Ord. Min. p. s. n. xx sol. bon. Ressiduum vero iussit expendi et disstribui tam circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. S. Francissci Ord. Min. de Bon., et in Christi pauperibus, quos infrascr. eius commissarii nominaverint pro utilitate eius anime. Ad que omnia exequenda suos comiss. esse voluit fr. *Raynerium* de Ghisileriis Ord. Penitentum, d. Quiriacum de Allerariis, Hugolinum f. dicte testatricis et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, dans eis et cuilibet eorum in solidum cum plena licentia *etc.* Item reliq. fr. *Amadeo* de Asti Ord. Min. p. s. n. xx sol. bon. ... Voluit et mandavit

quod omnes eius filie, que post eius decessum maritabuntur, debeant nubi et maritari de consensu et volunt. dictorum fr. *Raynerii*, d. Quiriaci et Hugolini ipsius comiss. ... Item reliq. dictis dd. Quiriaco, fr. *Raynerio* et Hugolino et cuilibet eorum xxv lib. bon. pro labore quod sustinebunt causa maritandi ipsius testatricis filias; et si dictus labor eis cessaverit, eos a dicto legato privat in totum ... Actum Bononie in ecclesia S. Francissci Ord. Min., pp. fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Henrico* de Perticonibus sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Actino* de Bononia, fr. *Rodulfo* de Tusscis, fr. *Bartholameo* d. Biriole, fr. *Alle* de Bon. et fr. *Ugerio* de Poetis ...

Die xvii decembris fr. *Henricus* de Perticonibus Ord. Min. testis et procur. diete d. testatricis ... test. ipsius d. Marchescelle in manibus fr. *Henrici* strate Maioris sacrist. conv. Fr. Min. de Bon. dedit atque tradidit, ut ipsum test. roboret et sigillet sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et sic roboratum et sigillatum deponat in sacristia dictorum Fratrum et ibidem ad perpetuam rey memoriam depositum remaneat, ut per ipsum test. et Fratres cunctis fides adybeatur ... pp. fr. *Ugerio* de Poetis et fr. *Bartholameo* q. d. Raymondi de Gisso ... Michael Petri Specialis not.

33/4165, n. 1. — Orig.

857. Bononiae, 12 aprilis 1299.

Testamentum.

Magister Iohannes medicus q. Deodati, qui fuit de Parma et nunc moratur Bononie ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. p. m. cant. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* Sedazario, fr. *Zanillino* de Carpo, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Bonacursio* de Bononia, fr. *Bonincontro* de Butrigariis, fr. *Benedicto* de Faventia, fr. *Iohanne* de Assixio et fr. *Bonagratia* sacrista Fr. Min. de Bon. presbit., qui dixit *etc.*, qui omnes testes sunt fratres de Ord. Min. ...

Eodem die dictus testator dep. h. t. penes fr. *Bonagratiam* sacristam dictorum Fratrum Min. de Bonon. et eum sigillari fecit sigillo conventus vel Guardiani vel Custodis dictorum Fratrum ... pp. fr. *Iohanne* Sedazario, fr. *Zanillino* de Carpo, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Bonacursio* de Bonon. et aliis pluribus, qui omnes sunt de Ord. Min. ... Iacobus Bonavolte de Sedazariis not.

33/4165, n. 2. — Orig.

858. Bononiae, 23 aprilis et 12 iunii 1299.

Testamentum.

Consegneria f. q. d. Partis de Vetrana et uxor olim d. Bentivogli Fornaxarii ... reliq. p. a. s. LX lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. x lib. bon.; item fr. *Bonaventure* de Gisso Ord. Min. v lib. bon. p. s. n.; item fr. *Landulfo* de Cazanimicis xx sol. bon. ... Ressiduum vero voluit expendi et distribui circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., expend. et distribuend. ad volunt. comiss. suorum infrascr. ... Et ad hec omnia et singula exequenda constituit suos commiss. fr. *Bonaventuram* de Gisso Ord. Min. et Guardianum Fr. Min. conv. Bon. qui p. t. fuerit vel alium quem predicti commiss. vel alter eorum subrogaverint, quibus commiss. dedit plenam licentiam *etc.* ... Voluit quod si reperiretur aliquod aliud test. hinc retro per eam factum, et specialiter test. scriptum manu Blaxii Ubaldini de Stiglatico not. et aliud test. scriptum (manu) mei Naxinbenis

not. infrascr., illa vult esse cassa et vana ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Ansaldo* de Butrio sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Alberto* d. Amei de Azis, fr. *Henrico* de Perticonibus, fr. *Petro* de Veruclo, fr. *Francisco* de Allerariis, fr. *Benedicto* de Favencia, fr. *Iacobo* de Placencia et fr. *Bonaventura* de Gisso ...

Die XII iunii fr. *Benedictus* de Favencia procur. dicte testatricis dedit et dep. h. t. sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum in manibus fr. *Bonagracie* de Lamandinis sacriste eorundem Fratrum, dimittendo eundem in sacristia dictorum Fratrum ... pp. fr. *Nicolao* de Britinorio, fr. *Boninco(n)tro* de Guastavillanis et fr. *Zanilino* de Carpo ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

33/4165, n. 3. — Orig.

859. Bononiae, 24 aprilis 1299.

Testamentum.

D. Zandonatus q. d. Alberti de Malavoltis ... reliquid p. a. s. XXXX lib. bon., dispensandas hoc modo, scilicet quod infra VIII dies post mortem suam, voluit quod M misse cantentur in remissionem eius anime, de parte dicte quantitatis pecunie. Item dari iussit, de residuo dicte quantitatis pecunie, fr. *Artinixio* Guardiano Ord. Min. et fr. *Nicholao* de Munarolis eiusdem Ordinis, cuilibet eorum III lib. bon. Residuum vero quod supererit, debeat dari et dispensari p. eius a. ad voluntatem fr. *Artinixii* Guardiani Ord. Min. et fr. *Nicholai* de Munarolis eiusdem Ord. ubi eis melius et utilius visum fuerit ... Voluit h. s. ult. voluntatem esse secretam et deponi in sacristia Fr. Min. de Bonon. et suo proprio sigillo sigillari et sigillo conventus dicti Ord. ... Actum Bononie in *claustro* Fr. Min., pp. d. fr. *Artinixio* Guardiano Ord. Fr. Min. de Bonon. presbitero, qui dixit *etc.*, fr. *Martino* de Guastavillanis eiusdem Ord. presbitero, qui dixit *etc.*, fr. *Philippo* de Salerno eiusdem Ord., fr. *Philippo* de Argele, fr. *Albertino* de Castagnolo, fr. *Iohanne* de Folianis, fr. *Bonamico* fr. Federici de Stateris et fr. *Matiolo* Cornaclino, omnibus eiusdem Ord. ... Dominicus q. Tebaldi not.

33/4165, n. 4. — Orig.

860. Bononiae, 24 aprilis et 2 iulii 1299.

Testamentum.

D. Maria q. d. Petri de S. Ellena ... reliquid p. a. s. XII lib. bon., de quibus expendi iussit et distribui voluit per comiss. suos infrascr. circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., III lib. bon. Item reliq. fr. *Petro* de Canitullo XX sol. bon.; item fr. *Phylippo* de Marcegonibus X sol. bon.; item fr. *Gandulfino* de Mutina X sol. bon., omnibus de Ord. Min.; item conventui Fr. Min. de Bonon. p. m. cant. et orac. faciendis XXXX sol. bon. Comiss. autem suos ad predicta omnia et singula exequenda esse voluit Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, et fr. *Petrum* de Canitullo Ord. Fr. Min. de Bon., dans eis et cuilibet eorum plenam et liberam potestatem *etc.* Et si dicti sui comiss. non possent dictum officium exercere sive nolent, possint elligere et substituere unum vel plures comiss. ad eorum voluntatem ... Et si contingeret quod occasione pres. test. litigari deberet in iudicio, possint dicti comiss. vel substituti ab eisdem elligere et nominare unum procur. et plures ad eorum voluntatem ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Mar-*

tino de Guastavillanis, fr. *Zanilino* de Charpo, fr. *Gerardo* de Asinellis, fr. *Zacharia* de Munarolis, fr. *Bonafide* de Bonon., fr. *Guillelmino* de Curtimellio et fr. *Petro* de Canitulo sacerdote, qui aseruit *etc.* ...

Die II iullii fr. *Petrus* de Canitullo Ord. Fr. Min. procur. ad infrascripta constitutus dedit et consignavit fr. *Bonagracie* de Bon. tunc sacristano conv. Fr. Min. de Bon. h. t. ut sigillaret eum cum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et poneret in sacristia dictorum Fratrum ... pp. fr. *Iacobino* de Parma et fr. *Hericho* de Perticonibus, omnibus de Ord. Fr. Min. ... Iohannes q. Alberti Ubertini de Zanellis not.

33/4165, n. 5. — Orig.

861. Bononiae, 26 aprilis 1299. [1]

Testamentum.

D. Iohannes q. d. Francisci de Tenchararis ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cellebr. XII lib. et X sol. bon. ... Post mortem Oliane uxoris sue, si filie nupte fuerint et cum maritis stent, vult quod pensio domus in qua habitat, posit. Bononie in capella S. Marie de Baronzella, medietas detur Fratribus Pred. et allia medietas Fratribus Min. de Bonon. p. m. et orac. faciendis p. a. s. et p. a. uxoris sue. Post mortem filiarum suarum, iupssit et voluit quod dicta domus pensionetur per procuratores conventus Fr. Pred. et Min. de Bon. ... Actum Bononie ... pp. ... fr. *Thomaxino* de Mutina ... Anthonius de Burellis not.

33/4165, n. 6. — Orig.

862. Bononiae, 11 et 15 maii 1299.

Testamentum.

D. Bolnixia f. q. d. Bonacose de Plastellis et uxor d. Gualingi de Gualingis ... reliquid C lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. XII lib. bon. pro M missis cant. ... Item conventui Fr. Min. de Bonon. XX lib. bon. pro ornamentis et paramentis *altaris Beate Virginis Marie* in domo Fr. Min. de Bonon. et in adiutorium unius callicis; item fr. *Iacobo* de Plastellis de Ord. Min. X lib. bon. p. s. n. ... Item fr. *Gandulfino* de Mutina de Ord. Min. C sol. bon. p. s. n.; item fr. *Acino* de Ord. Min. XX sol. bon. ... Item conventui Fr. Min. de Bon. XX sol. bon. p. m. cant. ... Residuum vero distribui iupsit circa funus et sepult. suam et secundum quod melius et utilius visum fuerit infrascript. suis comiss. p. ipsius testatricis a. et pro restauratione omnium votorum olim factorum per eam; quam quidem sepult. suam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... Item reliquid, de bonis suis, iure legati ... fr. *Iohanni* de Ulgiano de Ord. Min. XX sol. bon. p. a. s. Ad predicta vero omnia et singula exequenda esse voluit Guardianum Fr. Min. de Bonon. qui nunc est vel p. t. fuerit, et fr. *Gandulfinum* de Mutina de Ord. Min. suos commiss. et huius test. executores, quibus dedit licentiam *etc.* ... In omnibus autem aliis bonis suis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Egidiam et Franciscam eius filias, equalibus porcionibus, sibi heredes instituit ... Et si omnes eius filie et filii tam nate quam nasciture et tam nati quam nascituri decederent sine liberis, eo casu, voluit quod Placidia eius soror habere debeat dimidiam omnium bonorum dicte testatricis ... et aliam dimidiam habere debeat con-

[1] Sic; sed indict. XI.

ventus Fr. Min. de Bonon., de quibus bonis perveniendis ad Fratres Min. vult quod construi et hedifficari debeat unum altare cum ornamentis et necessariis circa dictum altare, ad quod altare continue celebrentur misse et divina officia p. a. ipsius testatricis. Et voluit h. t. secretum esse et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sugillari sugillo conv. vel Guardiani vel Custodis dictorum Fratrum, ad hoc ut eidem test. fides perpetuo adhibeatur ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Acino* de Bononia presbitero, qui dixit *etc.*, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Michaele* de Castagnolo, fr. *Ale* de Siechis, fr. *Francisco* de Ygnano, fr. *Landulfo* de Cazanimicis et fr. *Albertino* de Coloreto, qui omnes Fratres sunt de Ord. Min.

Die xv madii fr. *Zanilinus* de Carpo de Ord. Fr. Min. proc. dicte testatricis dep. dictum t. penes fr. *Bonagratiam* sacrist. Fr. Min. de Bon. in sacristia dictorum Fratrum et eum test. sugillari fecit sugillo in dicto test. nominato ... pp. fr. *Benedicto* f. d. Henrici Scudarii de Ord. Min., fr. *Bertholomeo* de Padua et fr. *Bonincuntro* de Butrigariis, qui omnes Fratres sunt de Ord. Min. ... Iacobus Bonavolte de Sedazariis not.

337/5080, n. 91. — Orig.

863. Bononiae, 20 et 21 maii 1299.

Codicillus.

D. Zullita q. d. Guidoti ... iubet h. codicill. esse secretum et sigillari debeat sigillo Guardiani sive conv. Fr. Min. de Bon. et ponatur in sacristia Fr. Min. per fr. *Martinum* de Guastavillanis, quem fecit suum procur. a(d) predicta. Actum Bononie ... pp. fr. *Azzino* de Bon. sacerdote, qui dixit *etc.*, et fr. *Martino* de Guastavillanis, ambo de Ord. Fr. Min. ...

Die sequenti fr. *Martinus* de Guastavillanis de Ord. Fr. Min. institutus procur. a dicta d. Zullita ... dep. et designavit et dedit h. c. in manibus fr. *Bonincuntri* de Butrigariis sacriste eorundem Fratrum custodiendum et salvandum et suo tempore iudici presentandum et publicari faciendum ... pp. fr. *Iohanne* de Imolla et fr. *Michaele* d. Venancii de Ord. Fr. Min. ... Benvenutus q. d. Mathey not.

33/4165, n. 7. — Orig.

864. Bononiae, 24 maii 1299.

Codicillus.

Codicillus d. Iohannis q. d. Gandulfi civ. Bonon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Nichillino* (*sic*) de strata Maiori, qui dixit *etc.*, fr. *Allexandro* de S. Iohanne in Persesceto, fr. *Lambertino* de Ymola, fr. *Iohanne* de Cartis, fr. *Clero* de Castro Britonum, fr. *Iacobo* de Placentia et fr. *Bonincuntro* de Butrigariis tt. et Fratribus dicti Ord. ...

Eodem die testator dedit ... in manibus fr. *Bonincuntri* de Butrigariis sacriste Ord. Fr. Min. civit. Bon. h. suum codicillum sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum ... pp. fr. *Nicholino* de strata Maiori, qui dixit *etc.*, fr. *Allexandro* de S. Iohanne in Persesceto et fr. *Lambertino* de Ymola ... Daynisius q. Petri Cavace not.

33/4165, n. 9. — Orig. = Cf. n. 662.

865. Bononiae, 3 et 11 iunii 1299.

Testamentum.

D. Mina q. fr. Fulchi de Guarinis ... reliq. p. a. s. x lib. bon., de quibus dari voluit, iure legati, fr. *Martino* de Coloreto de Ord. Fr. Min. v sol. bon. Item fr. *Francissco* de Castagnolo de predicto Ord., scilicet Fr. Min. de Bon., v sol. bon. Item fr. *Nicolao* de Munarolo, fr. *Iohanni* de S. Esaya, fr. *Dominico* q. fr. Cyni, fr. *Iacobo* de la Maestra, fr. *Enricho* q. fr. Petri, omnibus de Ord. predicto, cuilibet eorum v sol. bon. Item legavit fr. *Rolandino* converso Dominarum. S. Francissci sceu S. Clare de Bonon. v sol. bon. ... Reliquos autem expendi voluit et disstribui tam circha funus et occasione funeris et sepult. sue, quam ellegit apud eccl. B. Francissci Ord. Fr. Min. de Bonon., quam ... alias secundum quod videbitur utilius p. ipsius a. suis commiss. infrascr.; quos quidem ad omnia et singula executioni mandanda esse voluit fr. *Ugutionem* q. fr. Fulchi de Guarinis suum fratrem de Ord. Fr. Min. et Guardianum predicti Ord. scilicet Fr. Min. de Bonon. qui p. t. fuerit, quibus dedit plenam et liberam potestatem vendendi, alienandi *etc.* ... Item legavit fr. *Ugutioni* suo fratri de Ord. Fr. Min. de Bonon. p. s. n. xxv lib. bon. ... Et si ... alia ultima voluntas post hanc vel in futurum per eam facta appareret, vult illam penitus non valere ... nisi in ea scripti essent testes dumtaxat Fratres Minores ... Actum Bononie in *ecclesia Dominarum S. Clare sceu S. Francissci, in qua Fratres celebrant officium,* pp. ... fr. *Martino* de Coloreto de Ord. Fr. Min. de Bon., fr. *Francissco* de Castagnolo de dicto Ord., fr. *Nicolao* de Munarolo, qui dix. *etc.,* de dicto Ord. scilicet Fr. Min., fr. *Iohanne* de S. Esaya, fr. *Dominico* fr. Cyni, fr. *Iacobo* de la Maestra, fr. *Enricho* q. fr. Petri, omnes de dicto Ord. Fr. Min. de Bon., et fr. *Rolandino* converso Dominarum S. Francissci sceu S. Clare de Bononia ...

Die xi eiusdem mensis datum et dep. fuit h. t. per fr. *Rolandinum* conversum predictum procur. dicte testatricis in manus fr. *Bonagratie* sacriste conv. Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Iohanne* de S. Esaya et fr. *Francissco* sartore ... Iohannes q. Guilielmi Rubei not.

33/4165, n. 13. — Orig.

866. Planorii, ... iunii 1299.

Promissio de legato solvendo.

Repetitur instrumentum sub n. 817 supra editum, cuius forsan hoc est simplex duplicatum. Ann. 1299 hic error forte habendus, cum indictio proferatur xi = 1288.

35/4167, n. 38. — Orig. In dorso « Carta obligationum Symonis de Vado Fratribus *de Planorio* ».

867. Bononiae, 17 iunii et 6 iulii 1299.

Testamentum.

D. Ysabetta f. q. d. Bonzanini de Folea ... reliq. p. a. s. L lib. bon., de quibus ... reliquid xvi lib. bon. pro M missis cant. distribuendas per suos commiss. infrascr. inter loca religiosa civit. Bon. secundum quod eis magis expediens visum fuerit ... Item dari voluit fr. *Azino* Ord. Fr. Min. conv. Bon. c sol. bon.; item fr. *Thomaxio* de Pelazis dicti Ord. et conv. c sol. bon. p. s. n. ... item fr. *Bano* de Causignano xx sol.

bon. ... item Guardiano Fr. Min. conv. Bon. qui p. t. esset xxxx sol. bon. ... Et ad predicta omnia et singula exequenda voluit esse suos commiss. dictum fr. *Accinum* ... dans eis et cuilibet eorum plenam et liberam potestatem ... Et si sui heredes decederent sine liberis, vult quod sua hereditas deveniat et devenire debeat ad conventum sive Ordinem Fr. Min. conventus Bonon., et ex tunc, condictione adveniente predicta, sibi heredes instituit ipsum conventum et Fratres ... Voluit h. t. ... omnibus aliis tam factis quam faciendis in omnibus prevalere, nisi ... essent testes [con]scripti omnes qui continentur in isto, dicens se ulterius nolle testari, nec aliquod test. fecisse nisi unum script. manu Iacobini q. Paulini fabri not. ... Et si reperiretur eam fecisse aliud test. in aliis temporibus, vel futuris temporibus faciendum, noluit ipsum habere aliquam firmitatem nisi fr. *Azo* fuerit ibi presens, si vixerit, et si non vixerit, non valeat nisi fuerit presens Guardianus Fr. Min. cum duobus disc(r)etis Fratribus dicti Ord. ... quod test. et quemdam codicill. script. manu Bondì q. Petrizoli Bonincontri not. infrigit et adnichilavit ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fratribus *Zanelino* de Carpo, *Iacobo* de Placentia, *Bertolino* de strata Maiori, *Iacobo* de Aczis, *Iacobo* de Vandolis, *Albertutio* de Butrio et *Iohanne* de Hozano, omnibus Fratribus de Ordine Min. ... et fr. *Accino* de Bonon. etiam dicti Ord., qui dixit *etc.*

Die VI iulli fratres *Thomaxinus* de Pelaciis et *Zanelinus* de Carpo procuratores constituti a dicta testatrice dederunt predictum t. fr. *Bonagratie* sacristano dicti Ord., qui sigillum conv. apposuit ... pp. fr. *Nicholutio* de Rimini et fr. *Iacobino* de Parma ... Bernardus f. Bencevennis Boninsegne not.

33/4165, n. 14. — Orig.

868. Bononiae, 22 iunii et 22 augusti 1299.

Testamentum.

D. Antonia f. q. d. Bonzanini de Folia ... reliq. p. a. s. et q. Philipi sui filii CC lib. bon., de quibus ... reliq. cuilibet conventui Religiosorum et Religiosarum civit. et burgorum et suburbium Bon. X sol. bon. ... Item reliquid conventui Fr. Min. de Bon. pro una planeta emenda XII lib. bon. ... Item reliquid fr. *Azino* Ord. Min. p. s. n. V lib. bon.; item fr. *Thome* de Pellaciis Ord. Min. XXX sol. bon.; item cuilibet infrascript. testium X sol. bon. ... Ressiduum vero reliq. pro die septima, trigesima, centesima et anniversario dandum et expendend. ad voluntatem commiss. suorum infrascr., quos voluit esse Priorem Fr. Pred. et Guardianum Fr. Min. conv. Bon. qui p. t. fuerint, vel alium seu alios quem predicti substituerint, dans et concedens predictis suis commiss. vel ab eis substitutis plenam et liberam potestatem *etc.* ... In omnibus vero aliis suis bonis mobilib., iuribus *etc.* Montinam eius filiam sibi heredem instituit, hac condictione, quod non possit ullo modo vendere et alienare vel obligare de bonis ipsius hereditatis silicet de proprietate, nisi esse(t) in casu viduitatis, et si in alio casu venderet, tunc vult quod dicti sui commiss. possint rem per eam venditam recuperare eorum propria auctoritate et dare p. a. ipsius testatricis; et si contingeret dictam Montinam decedere sine filiis legittimis, tunc instituit sibi heredes pauperes Christi ... quos nominaverint et ellegerint dicti sui commiss. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. ... fr. *Azino* Ord. Min. presbit., qui dixit *etc.*, fr. *Pellegrino* de Principibus, fr. *Iacobo* de Aziis, fr. *Nicolucio* de Aremino, fr. *Bertolino* de strata Maiori, fr. *Iohanne* de Fulianis, fr. *Zanilino* de Carpo, qui sunt de Ord. Min. ...

Die XXII augusti fr. *Zanilinus* de Carpo procur. dicte d. Antonie ... h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. dedit et dep. in manibus fr. *Bonincontri* de Butrigariis sacriste eorundem Fratrum custodiendum et salvand. et suo tempore iudici presentand., dimittendo eundem in dicta sacristia ... pp. fr. *Iohannino* de Portanova et fr. *Bonagracia* de Lamandinis ... Naxinbeme q. Petri Schudarii not.

33/4165, n. 15. — Orig.

869. Bononiae, 28 iunii et 30 iulii 1299.

Codicillus.

Cum d. Spinellus q. Gandolfi fecerit test. script. manu Ugolini q. Anbroxii not. ... illud test. confirmavit ... hiis tamen codicill. aiectis ... Item reliq. fr. *Bonincuntro* de Butrigariis de Ord. Fr. Min. XX sol. bon. p. m. cant. et orac. faciendis ... item reliquid iure legati fr. *Gandolfino* de Mutina, fr. *Herico* de Pertigonibus, fr. *Iohannino* de Carpo, fr. *Francisschino* de Herimino, fr. *Iohannino* de Portanova, fr. *Pellegrino* de Principibus, fr. *Bonmercato* de Feraria, fr. *Iohanni* de S. Colonbano et fr. *Bonagracie* de Bon., omnibus de Ord. Fr. Min., et cuilibet eorum V sol. bon. p. m. cant. et orac. faciendis. Insuper reliquid dicto fr. *Bonagracie* de Bon. XXXX sol. bon. p. m. c. et o. f. ... item reliquid i. l. omnibus infrascrip. test. in press. codicillis apositis et cuilibet eorum V sol. bon. p. m. c. et o. f. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Francisco* de Cento, qui cognovit *etc.*, sacerdote, fr. *Nicholucio* de Herimino, fr. *Bonacursio* d. Raynerii, fr. *Michaelle* de Castagnolo et fr. *Thoma* de Pellaciis, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die XXX iulii dictus d. Spinellus otulit et consignavit dictum s. t. fr. *Bonagraci(e)* de Bon. tunc sacrist. Fr. Min. de Bon., ut ipsum poneret in sacristia predicta et eum faceret roborari sigillo conv. Fr. Min. de Bon. ... pp. fr. *Francissco* de Ygnano et fr. *Aspectato* de Panzonibus ... Iohannes q. Alberti Ubertini de Zanellis not.

33/4165, n. 17. — Orig.

870. Bononiae, 7 iulii 1299.

Testamentum.

D. presbiter Iacobus rector eccl. S. Cateline de Saragoza et f. q. Petrizoli Benincase ... h. t. voluit secretum esse et in sacristia Fr. Min. eccl. S. Francischi de Bon. voluit deponi et conservari secundum formam stat. com. Bon. ... Legavit fr. *Cambio* suo fratri de Ord. Fr. Min. III lib. bon.; item fr. *Iacobo* suo nepoti de Ord. Fr. Min. III lib. bon. Ad hec omnia et singula solvenda et exequenda esse voluit suos commiss. fr. *Cambium* suum fratrem de Ord. Fr. Min. ... quibus et cuilibet eorum dedit plenam licentiam *etc.* ... Voluit h. s. ult. voluntatem ... prevalere omnibus ... ult. voluntatibus actenus factis per eum et precipue test. facto per eum sive quodicilis script. manu Bertolomei fr. Antonii ... que omnia revocat et ea vult esse cassa ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Guidone* de Zapulino, fr. *Iacobo* de Pozale, fr. *Gerardino* de Mutina, fr. *Bonagracia* sacristano, fr. *Iacobo* de Aziis, fr. *Alberto* Macaldi. omnes sacerdotes, fr. *Iacobo* de Plaxenza, fr. *Petro* de Castagnolo omnes de Ord. Fr. Min. ... predicto testatore cognito a predicto fr. *Guidone.*

Eodem die dictus testator dep. predictum t. in sacristia predicta in manibus dicti fr. *Bonagracie,* pp. dictis fratribus *Guidone* et *Alberto* ... Albertus Iacobini de Cappreria not.

33/4165, n. 18. — Orig.

871. Bononiae, 9 et 14 iulii 1299.

Testamentum.

D. Zannes f. q. d. Radaldini ... reliquid p. a. s. xxx lib. bon., de quibus dari voluit ... conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. et orac. faciendis c sol. bon. ... Reliquos autem expendi et distribui iussit circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. et alibi prout utilius p. a. ipsius testatoris visum fuerit sui comiss. infrascr. Quos quidem comiss. suos ad predicta omnia exequenda esse voluit fr. *Nicholinum* de strata Maiori de Ord. Fr. Min. ... dans eis et cuilibet eorum plenam licentiam *etc.* ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Iohannino* de Portanova et fr. *Bertolomeo* Biriola, ambo de Ord. Min., qui dixerunt *etc.,* fr. *Lotherengo* de Scarpelinis, fr. *Guillelmo* Cathelano, fr. *Iacobucio* de Forlivio, fr. *Albertino* de Coloreto et fr. *Ubaldino* de Galegata, omnibus de Ord. Fr. Min ...

Die xiiii eiusdem mensis dictus testator dep. h. s. t., quod voluit esse secretum, in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonagratie* sacrist. Fr. Min. sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum Min. ... pp. fr. *Nicholino* de strata Maiori et fr. *Henrico* de Argelata ... Bonagratia f. d. Guillelmi de Manzolino not.

33/4165, n. 19. — Orig.

872. Bononiae, 13 et 15 iulii 1299.

Testamentum.

D. Iohannes q. d. Raynerii de Zuigla, qui olim consuevit habitare Mutine ... et nunc moratur Bononie ... relliq. p. a. s. omnibus eccl., hospital. et monaster. civit. Mutine iiii sol. bon. cuilibet dictorum locorum ... Item relliquid p. a. s. fr. *Francisco,* confessori suo, de Mutina de Ord. Fr. Min., qui nunc moratur in conventu Bonon., xxx sol. bon.; item fr. *Gerardino* de Mutina de dicto Ord., qui nunc moratur Bononie in dicto conventu, xxx sol. bon. Sepult. vero suam ellegit sibi apud eccl. Fr. Min. de Bononia. Item voluit quod post mortem d. Imelde sue uxoris vel postquam vitam vidualem mutaverit, vendatur domus quam ipse nunc inhabitat, et id quod percipietur ex ea, a xxxx lib. supra, distribuatur pauperibus Christi secundum voluntatem et dispositionem Guardiani Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... In omnibus autem alliis suis bonis mobilibus et inmobil., iuribus *etc.* massarium et rectorem Dischi pauperum de Mutina et ipsum Discum pauperum sibi heredem instituit, iubens et mandans quod post mortem dicte sue uxoris vel ante, si ipsa vidualem vitam non servaret, dictus massarius vel qui p. t. fuerit una cum presbit. Bonifatio sacerdote eccl. S. Iohannis de Cantone et presbit. Gerardo sacerdote eccl. S. Margarite de Mutina, dum vixerint ipsi sacerdotes, faciant excoli et laborari possess. et bona dicti testatoris, nec possint perpetuo vendi vel allienari, sed fructus et omnes proventus dictorum bonorum expendantur et distribuantur per eosdem in pauperes Christi civit. Mutine, quibus sacerdotibus defunctis, expendantur per dictum massarium, secundum dispositionem Guardiani Fr. Min. civitatis *Mutine* qui p. t. fuerit ... Et dixit quod

revocabat quoddam alliud s. test. script. manu Gerardini d. Allene not. et omne alliud test. vel codicill. quod ab hinc retro fecisset ... Actum Bononie ... pp. fr. *Francissco* de Mutina de Ord. Min. qui nunc est de conventu dictorum Fratrum civit. Bononie, eius confessore, fr. *Gerardino* de Mutina de dicto Ord., fr. Mariano converso Plebis de Montevellio ...

Die XV eiusdem mensis fr. *Gerardinus* de Falloppis de Mutina proc. dicti testatoris dep. h. t. in sacristia Fr. Min. apud fr. *Bonincuntrum* sacrist., volens et mandans procur. nomine illius testatoris h. t. sigillari sigillo conv. dictorum Fratrum ... pp. fr. *Francisco* de Mutina et fr. *Albertino* de Colloreto ... Procullus q. d. Bonfigloli not.

33/4165, n. 20. — Orig.

873. Bononiae, 16 iulii 1299.

Testamentum.

D. Franciscus q. Cambii Atolini ... p. a. s. reliq. et pro male ablatis incertis LX lib. bon. habittis et acceptis per ipsum et olim eius patrem circa quantit. XV lib. bon., expendendas et distribuendas per fr. *Petrum* de Canetullo Ord. Fr. Min. de Bononia et ... quos sibi generales instituit comissarios, quibus dedit licentiam ... vendendi tantum de bonis suis quod possint solvere legata in test. contenta ... et etiam expendend. dictas LX lib. bon. circa funus et sepult. ipsius, quam sibi ellegit apud eccl. B. Francisci, ubi sepultus fuit pater ipsius. Item reliquid conventui Fr. Min. de Bon. III lib. bon.; item fr. *Petro* supradicto p. s. n. XX sol. bon. ... Voluit autem dictus testator dictum test. poni debere in sacristia Fr. Min. de Bon. per fr. *Petrum* supradictum, quem suum procur. fecit et ordinavit. Actum in civit. Bononie ... pp. fr. *Petro* supradicto de Canetullo Ord. Fr. Min. ... fr. *Francisco* de Tebaldis ... qui fr. *Petrus* dixit *etc.* ...

Eodem die dictus fr. *Petrus* testis dep. suprascriptum t. in sacristia Fr. Min. penes fr. *Bonagratiam* sacrist. dicti Ord., pp. fr. *Francisco* de Tebaldis et fr. *Lanfranchino* de Placencia ... Iohannes q. Iacobi Botoni not.

33/4165, n. 21. — Orig. In dorso « Lectum et publicatum est. [...]certi fecit cartam publicationis ».

874. Bononiae, 22 iulii et 13 augusti 1299.

Testamentum.

D. Petrus f. q. d. Iacobini de Gardinis ... dedit et legavit animam suam D. Iesu Christo, sepulturam autem corporis sui ellegit et esse voluit in loco et conventu Fr. Min., circa quam sepult. voluit quod expendantur C lib. bon. per commiss. suos infrascript. et plus si oportunum fuerit, ad voluntatem commiss. suorum. Item legavit et ordinavit quod satisfiat pro parte sua, de testamentis patris, matris et avie sue, omnibus et singulis quibus non esset satisfactum, et specialiter voluit quod ematur unus calix integer, de bonis suis, dandus Fratribus Min. de Bononia, secundum quod reliquid pater suus, deputandus *altari B. Clare,* posito iuxta *archam venerabilis fr. Nichole* ... Item reliquid fr. *Iohannino* de Luxixinis et fr. *Philippo* de Marzegonibus Ord. Min., silicet cuilibet eorum C sol. bon. p. eorum n. Item legavit et ordinavit quod dicantur M misse p. a. s. et parentum suorum per Fratres Min. et Pred.

et ... alios religiosos civit. Bon., sicut melius et utilius visum fuerit commiss. suis infrascr. ... Item reliq. cuilibet testium infrascript. v sol. bon. ... Et ad predicta omnia et singula exequenda ... constituit suos commiss. fr. *Iohanninum* de Luvixinis, suum confessorem, et fr. *Philippum* de Marzegonibus Ord. Min. vel Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, si dicti Fratres interesse non possent ... quibus commiss. ex nunc eis dedit plenam licentiam *etc.* Actum Bononie ... pp. fr. *Iohannino* de Luvixinis et fr. *Philippo* de Marzegonibus Ord. Min. ... sacerdotibus, qui dixerunt *etc.*, fr. *Bonaventura* de Ulgiano, fr. *Raphaele* de Cremona, fr. *Lanbertino* de Ymola et fr. *Franciscliino* de Allerario Ord. Min. ...

Die xiii augusti fr. *Philippus* de Marzegonibus procur. dicti testatoris ... dedit et dep. h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon., dimittendo eundem in manibus fr. *Bonagratie* de Lamandina sacrist. dictorum Fratrum, qui eum recepit et habuit in suis manibus et eum sigillavit sigillo conv. dictorum Fratrum et dicti testatoris, pp. fr. *Bonincontro* de Butrigariis et fr. *Iacobo* de Aczis Ord. Min. ... Gerardus Ferarii not.

33/4165, n. 22. — Orig. In dorso « Mortuus est, et lectum et publicatum ».

875. Bononiae, 22 et 23 iulii 1299.

Testamentum.

D. Cadiana f. q. d. Iohannini Spadarii et uxor olim d. Iohannis de Rasuriis ... volens *vixitare limina beati S. Francissi de Assisio* et nolens decedere ab intestatu ... reliq. de bonis suis p. a. s. xxv lib. bon., de quibus dari voluit fr. *Iacobo* de Pozale de Ord. Fr. Min. pro una capa iii lib. bon. ... Reliquos autem expendi et distribui voluit tam circha funus et sepult. eius ... quam ... alias secundum quod melius et utilius visum fuerit comiss. suis infrascript., quos esse voluit ad predicta omnia et singula exequenda predictum fr. *Iacobum* de Pozale de Ord. Fr. Min. de Bon. ... dans eis et cuilibet eorum plenam et liberam potestatem *etc.* Actum Bononie in *scola* Fr. Min. de Ord. S. Francissi de Bon., pp. fr. *Zanelino* de Carpo, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Francischo* sartore, fr. *Benedicto* de Faventia, fr. *Iacobo* de S. Iohanne in Persiceto, fr. *Thomaxino* de Parma et fr. *Bonagratia* sacristano, qui dixit *etc.*, omnes de dicto Ord. Fr. Min. de Bon. ...

Die sequenti fr. *Zanelinus* de Carpo proc. dicte testatricis dep. h. t. in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Francischo* de Mutina et fr. *Bertholomeo* portario ... Amicus de Bambaglolis not.

33/4165, n. 23. — Orig.

876. Bononiae, 24 iulii et 15 augusti 1299.

Testamentum.

D. Leo qui dicitur Leus f. q. d. Michaelis de Pollicino, famillіaris Fr. Min. de Bonon. ... ellegit sepult. suam aput eccl. dictorum Fratrum, circha quam expendi volluit per comiss. suum infrascr. v lib. bon. ... relliquid fr. *Petro* de Chanitullo de Ord. Min. vi lib. bon. ... item Guardiano, qui erit in officio tempore mortis sue, iii lib. bon.; item fr. *Martino* de Guastavillanis de dicto Ord. iii lib. bon.; item fr. *Peregrino* de Pollicino de dicto Ord. iii lib. bon.; item d. Zanino familliari Fratrum xxxx sol. bon. Quod si contingeret alliquem dictorum legatariorum premori ipsi test. ... tunc volluit

quod legatum sibi rellictum distribuatur et expendatur per comiss. suum infrascr. p. a. s. Item relliquid familliaribus Fratrum, qui erunt tempore mortis sue, x sol. bon., expendendos in uno prandio dictorum familliarium. Item relliquid conventui Fr. Min. de Bon., iure legati et p. a. s., peciam unam terre arat. xx tornat. vel ydeirca, posit. in curia Pollicini, ubi dicitur « Saltina » ... iuxta *etc.*; item relliquid predicto conventui xxv lib. bon. p. m. cant. et cellebr. p. a. s. ... item relliquid, iure legati, Divitie sue nepti domum suam quam habet in civit. Bononie, in capella S. Georgii, iuxta *etc.* ... item relliquid eidem Divitie, iure legati, peciam unam terre arat. positam in curia Chanetulli, que est xiiii tornat. vel idicirca, in contrata que dicitur « Mandriolo », iuxta *etc.*; hac condicione, quod si ... ipsam sine test. seu ab intestato mori contingerit, in eo casu, volluit quod dicta legata vendantur per Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, et quod pretium ipsorum distribuatur per dictum Guardianum p. a. ipsius testatoris et dicte Divitie et parentum suorum ... Comiss. autem suum esse voluit Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, seu illum vel illos quos ipse Guardianus duxerit elligendos et nominandos ... dans et concedens eidem suo comiss. vel ei vel eis quos ellegerit licentiam et potestatem vendendi, allienandi *etc.* ... In omnibus autem alliis suis bonis mobilib. et inmobilib., iuribus *etc.* dictam Divitiam suam neptem, et ea sibi premoriente, pauperes Christi quos ipse Guardianus qui p. t. fuerit, ellegerit et nominaverit, sibi heredes instituit et esse voluit ... Actum Bononie in *capitullo* ecclesie Fr. Min., pp. fr. *Iacobo* Tartaro de S. Iohanne, fr. *Gerardo* de Assinellis, fr. *Berthollameo* Biriolo, fr. *Francischo* de Lana, fr. *Thoma* de Pellatiis, omnibus de dicto Ord. Min., qui asseruer. *etc.*, Benamato f. Dominici de Pollicino, Paulo Tuzii Pavanexii et Benvenuto Iohannis linaroli, familliaribus Fratrum, testibus *etc.* ...

Die xv augusti. Dep. fuit h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. per ipsum testatorem sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum et penes fr. *Bonincontrum* de Butrighariis sacrist. dictorum Fratrum ... pp. fr. *Francischo* sartore et fr. *Petro* de Chanitullo de dicto Ord. ... Matheus Iohannis Speciallis not.

342/5085, n. 66. — Orig.

877. Bononiae, 26 et 30 iulii 1299.

Testamentum.

Bettucius f. q. d. Iacobi de Pavanensibus ... p. a. s. reliq. L lib. bon., de quibus dari voluit fr. *Petrizolo* de Aposa c sol. bon. ... Residuum reliq. distribuendum et expend. circa funus suum et sepult., quam sibi ellegit aput eccl. S. Francisci de Bononia ... Item reliquid quod de bonis suis distribuantur et expendantur L lib. bon., quas asseruit habere de male ablatis incertis, illis personis quas nominaverit et ellegerit fr. *Petrizolus* de Aposa de Ord. Min. Item quod per dictum fr. *Petrizolum* de Aposa detur et solvatur, de bonis suis, omnibus et singulis qui ex forma testamenti patris vel matris ipsius testatoris habere seu recipere debent. Item reliquit quod si reperiretur ipsum testatorem illicite, seu non ex iusto titulo, tenere et possidere LXXX tornat. terre posit. in Dalmanzatico, quas emit a Zunta Carbonis, ex eo quod auctores eius ex iniusta causa tenuissent et habuissent dictam terram, quod dictus fr. *Petrizolus*, de bonis suis, possit et debeat satisfacere illi sive illis ad quos spectare posset legittimatio facienda de dictis LXXX tornat. terre, secundum quod ei videbitur,

ad hoc ut ipsa terra, libera et absque onere peccati, remaneat ad heredes suos. Pro quibus omnibus et singulis exequendis per dictum fr. *Petrizolum*, dictus Bettucius deputavit proprietatem et possessionem medietatis, pro indiviso cum heredibus Francisci de Pavanensibus, unius domus ... posit. in capella S. Archangeli, iuxta *etc.*, ita quod liceat ipsi fr. *Petrizolo* de pensionibus vel de pretio dicte medietatis domus, secundum quod melius ei visum fuerit, suo arbitrio facere et executioni mandare omnia et singula suprascripta exequenda per ipsum ... Actum Bononie ...

Die xxx iulii procurator dicti Bettucii presentavit pres. t. fr. *Bonagratie* sacrist. conv. Fr. Min. et petiit ipsum sigillari sigillo ipsius conv. et eidem ipsum test. presentavit in sacristia dictorum Fratrum servandum ... pp. fr. *Aspectato* et fr. *Bertholomeo* de dicto Ord. ... Henrigiptus de Querziis not.

33/4165, n. 16. — Orig.

878. Bononiae, 31 iulii 1299.

Testamentum.

D. Symon q. d. Zacharie de Venezano ... reliq. p. a. s. xl lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fratrum (*sic*) de Bon. p. m. cant. xl sol. bon. Item fr. *Nicholino* strate Maioris p. s. n. xxxx sol. bon. ... item cuilibet fratri infrascrip. pro teste huic test. iii sol. bon.; item Fratribus Min., qui morabuntur in ecclesia dictorum Fratrum de *Umzola*, p. eorum n. xx sol. bon. ... Ressiduum vero iussit expendi et disstribui tam circha funus et sepult. suam ... et iuxta pauperibus prout comiss. suis infrascr. p. eius a. utilius videbitur expedire nominare et determinare, quos comiss. suos esse voluit fr. *Nicholinum* strate Maioris Ord. Min. ... dans et concedens eis et cuilibet eorum in solidum licentiam *etc.* ... Item reliquid a dictis xl lib. bon. p. a. relictis pauperibus *Societatis S. Marie de scola Fr. Min.* xx sol. bon. Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Bonagratia* sacristano Fr. Min., fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Bertholino* infirmario, fr. *Bolognipto* de burgo Peradelli, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Petro* de Veruglo, fr. *Iacobo* de Plaxentia, fr. *Nicholino* strate Maioris sacerdote, qui dixit *etc.*, omnibus de Ord. Min. ...

Eodem die dictus testator h. t. ... in manibus fr. *Bonagratie* sacriste conv. Fr. Min. de Bon. tradidit atque depossuit, ut ipsum roboret et sigillet sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et sic roboratum in sacristia dictorum Fratrum depositum remaneat ... pp. fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Bolognipto* d. Bonvixini et fr. *Nicholino* strate Maioris ... qui dixit contrahentes cognoscere ... Michael Petri specialis not.

33/4165, n. 24. — Orig. In dorso « Lectum et publicatum fuit mccci die [...] februarii: cartam publicationis fecit [...] not. ».

879. Bononiae, 6 et 21 augusti 1299.

Codicillus.

Cum d. Iacobus q. Fantis ... testamentum fecerit script. manu Amadoris Guidonis Albertini not. ... present. codicill. testamentum predictum obtinere iussit plenissimam firmitatem, hoc tamen illi testamento adens, per codic. present. ... Item fr. *Iohannino* de Portanova Ord. Min. reliquid pro satisfactione incertorum et inlicite acquisitorum et penes eum retentorum viii lib. bon. Si autem dictus fr. *Iohaninus* non superviveret tempore obitus predicti d. Iacobi, iussit et mandavit dictas viii lib. bon. pervenire

debere ad Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, et per eum distribuantur pro animabus eorum a quibus inlicite habuit et percepit. Item voluit et iussit quod si alliquis eius heres vel legatarius, tam in legatis in test. contentis quam in pres. codic. conscriptis, quocumque modo obviaret, in iudicio sive extra ... illum vel illos ab hereditate et legato ... privat et cassat in totum, et illud aplicat et dat, ex nunc prout ex tunc, et pervenire voluit p. a. s. ad conventum Fr. Min. de Bon. et procurat. dictorum Fratrum et conv. ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Iohannino* de Portanova sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Landulfo* de Landulfis, fr. *Gerardino* de Mutina, fr. *Ieremia* de Chastello, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Iohanne* de Ymola et fr. *Bartholameo* de Gisso, omnibus de Ord. Min. ...

Die xxi augusti fr. *Iohanninus* de Portanova Ord. Min. testis et proc. dicti d. Iacobi dep. ... h. c. dedit et dep. in manibus fr. *Bonincontri* sacriste Ord. Min. conv. Bon., ut ipsum sigillo conv. dictorum Fratrum roboret, et sic roboratum in sacristia dictorum Fratrum secretum depositum remaneat ... pp. fr. *Lamberto* de Fabianis, fr. *Iohanne* de Plumatio et fr. *Rolandino* de Parma ... Michael Petri specialis not.

342/5085, n. 70. — Orig.

880. Bononiae, 8 augusti 1299.

Apocha et procuratoris constitutio.

D. fr. Anthonius prior conventus Fratrum Heremitanorum civit. Bon. ... fuit confessus se habuisse ac sibi integre solutas esse a d. fr. *Artinixio* Guardiano Fr. Min. de Bononia comissario d. Mambine f. q. d. Guidoti de Lamola, dante et solvente comiss. nomine dicte d. Mambine, xii lib. bon. pro uno calice pro dicto conventu et Fratribus, quas xii lib. bon. dicta d. Mambina reliquid p. a. s. predicto conventui et predicta de causa ... in suo test. ... promittens dictus fr. Anthonius ... predicto fr. *Artinixio* stipul. suo nomine et suorum success. et comiss. nomine dicte d. Mambine predictam confessionem et solutionem et omnia et singula in hoc instr. contenta perpetuo firma et rata habere et tenere et non contrafacere ... sub pena dupli dicte quantitatis pecunie ... Qui fr. *Artinixius* Guardianus Fr. Min. fecit et constituit predictum fr. Anthonium suum procur. et certum nuntium ad predictum calicem emendum, secundum dispositionem dicte testatricis, et promisit firmum et ratum habiturum quidquid fecerit in predictis ... Actum Bononie ... pp. ... fr. *Petro* de Canitulo de Ord. Fr. Min., qui dixit *etc.*, et fr. Iohanne q. Livaldi ... Bonagratia f. q. d. Guillelmi de Manzolino not.

338/5081, n. 26. — Orig. = Cf. n. 113.

881. Bononiae, 15 augusti 1299.

Testamentum.

D. Benevenutus q. d. Placiti ... reliquid ecclesie S. Francisci de Bonon. xl sol. bon. p. m. cant. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Gerardino* de Mutina, fr. *Francisco* de Adberariis (*sic*), fr. *Bonincuntro* de Butrigariis, fr. *Petro* de Castagnolo, fr. *Aldrovandino* de Mi|xe|llo (?), fr. *Iohanne* de Fulianis, fr. *Thoma* de Sturlictis et fr. *Michele* de Castagnolo ... Petrobellus Lamberti de Canitulo not.

33/4165, n. 26. — Orig.

882. Bononiae, 21 augusti et 7 septembris 1299.

Testamentum.

D. Thodischa f. q. d. Graciadey de Zeola et uxor q. d. Nicholay de Scharpelino ... reliq. p. a. s. x lib. bon., de quibus dari voluit ... Residuum vero expendi voluit et distribui super funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. S. Francissci de *Richardina*, si fuerit Butrii; si vero fuerit Bononie, apud eccl. Fr. Min. de Bononia. Et ad predicta omnia et singula exequenda esse voluit fr. *Lodorenghum* de Ord. Fr. Min. et Graciadeum eius filios, quibus dedit plenam licentiam *etc.* ... Item de aliis suis bonis ... fr. *Lodorengho* eius filio Ord. Min. iure institutionis reliq. xx sol. bon., iubens de hiis esse contentum ... Actum Bononie in ecclesia S. Francissci, pp. fr. *Iacobo* de Azis de Ord. Fr. Min., fr. *Petro* de Fulianis, fr. *Thomaxio* de Storlitis, fr. *Gerardino* de Mutina, fr. *Berardo* de Abruzio, fr. *Iohanne* de Ymola et fr. *Zanilino* de Carpo, qui dixit *etc.* ... omnibus de dicto Ord. ... Quod test. voluit deponi in sacristia Fr. Min. de Bon.

Die VII septembris fr. *Zanilinus* de Carpo de Ord. Fr. Min. proc. dicte testatricis presentavit h. t. fr. *Bonincuntro* sacriste conv. Fr. Min. de Bon. petens ipsum secretum teneri et reponi in sacristia predicta et sigillari sigillo conv. dictorum Fratrum ... pp. ... fr. *Raynaldo* de Marca de dicto Ord., qui dixit *etc.* ... Bertolomeus f. Bernardini draperii not.

33/4165, n. 29. — Orig.

883. Bononiae, 1 et 2 septembris 1299.

Testamentum.

D. Ventura q. Magistri Martelli Calderarii de burgo Peradelli ... reliquid pro male ablatis incertis x lib. bon. pro animabus eorum a quibus inlicite percepit aut dapnificavit, secundum voluntatem fr. *Aczini* Ord. Min. eius confessoris ... Item reliquid p. a. s. xv lib. bon., de quibus dari voluit fr. *Aczino* Ord. Min. p. s. n. x sol. bon.; item cuilibet fratri de Ord. Min. qui erit testis huic test. II sol. bon. Ressiduum vero iussit expendi et distribui in una archa factienda apud domum Fr. Min., in qua sepelliatur, et alibi circha dictum funus, ubi necessarium fuerit ... Item reliq. de alliis suis bonis fr. *Nicholino* Ord. Min. x sol. bon., quos dictus Martellus eidem reliquid. Actum Bononie ... pp. fr. *Iohannino* de Portanova, fr. *Aczino* de Bonon., sacerdotibus, qui dixerunt *etc.*, fr. *Landulfo* de Bonon., fr. *Anthonio* de Pellegrino, fr. *Thomaxino* de Lambertaciis, fr. *Iacobo* de Agrestis et fr. *Hugolino* de Castello, omnibus de Ord. Min. ...

Die sequenti fr. *Aczinus* de Bonon. proc. dicti testatoris ... dep. atque tradidit in manibus fr. *Bonagratie* sacrist. conv. Fr. Min. de Bon. h. t. ... ut ipsum sigillo conv. dictorum Fratrum roboret et sigillet et sic roboratum et sigillatum in sacristia dictorum Fratrum deponat et ibidem remaneat depositum ... pp. fr. *Anthonio* de Pellegrino et fr. *Francissco* de Ygnano Ord. Min. ... Michael Petri specialis not.

33/4165, n. 31. — Orig.

884. Bononiae, 5 et 14 septembris 1299.

Testamentum.

. D. Berta, que dicitur Bartholamea q. d. Egidii de Bagno, et uxor Gratiadey ... conventui Fr. Min. reliquid p. m. cant. xx sol. bon.; item fr. *Aczino* p. s. n., de Ord. Min., v sol. bon. ... Voluit h. t. esse secretum ... rogans eciam omnes infrascriptos testes dictum eius test. sub secreto retinere. Actum Bononie ... pp. fr. *Actino* de Bonon. Ord. Min., qui dixit *etc.*, fr. *Iohannino* de Plaxentia eiusdem Ord. ...

Die xiiii septembris fr. *Aczinus* de Bonon. Ord. Min. de Bonon., proc. dicte testatricis ... dedit atque dep. (h. t.) in manibus fr. *Boni(n)contri* sacriste conv. Fr. Min. de Bon., ut ipsum test. sigillo conv. dictorum Fratrum sigillet et roboret et sic roboratum in ipsa sacristia deponat et ibidem depositum remaneat ... pp. fr. *Loterengo*, fr. *Petro* de Fulianis et fr. *Blaxio* de Barbaria, omnibus de Ord. Min. ... Michael Petri specialis not.

33/4165, n. 33. — Orig.

885. Bononiae, 6 septembris 1299.

Codicillus.

Verum est d. Agnexiam, cui dicitur Gexe, f. q. d. Iacobi de Matuglano et uxorem q. Chigexii de Malavoltis ... suum condidisse test. script. manu mei Blaxii not. infrascr., quod quidem presentibus codicill. confirmat, hoc mutato et addito, quod ubi relliquid conventui Fr. Min. p. m. cant. v lib. bon., eidem adhimit xxxx sol. bon. et voluit solumodo eum et eos habere iii lib. bon. ... Item ubi relliquid fr. *Azinum* Ord. Fr. Min. ... suos commiss., ibi addit quod vult et ellegit suam esse commissariam, cum praedictis, d. Iacobam suam sororem ... Et voluit ... dictos suos codicill. secretos esse et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conv. dictorum Fratrum. Actum Bononie ... pp. fr. *Azino* Ord. Fr. Min. presbit., qui asseruit *etc.*, fr. *Nicholino* de strata Maiori, dicti Ord. Fr. Min. ... Blaxius Ubaldini de Stiglatico not.

33/4165, n. 34. — Orig.

886. Bononiae, 25 septembris et 10 novembris 1299.

Codicillus.

Patet d. Minam q. fr. Fulchi de Guarinis test. fecisse script. manu mei Iohannis q. Gulielmi Rubei not. ... sed ... post test. predictum circha quedam volunt. mutata ... press. super ultimo velle suo condidit codicillos ... Reliquid xx lib. bon. distribuendas per manus comiss. suorum in test. suo, causa solvendi legata test. predicti et huius ult. volunt., et in his xx lib. computentur ille x lib. relicte in test. et omnia pro salute anime in test. relicta et in h. ult. volunt. atque legata, excepto legato xxv lib. bon. relict. fr. *Ugutioni* p. s. n. in test. predicto. Et voluit atque dissposuit quod quidquid supererit de predictis xx lib., solutis omnibus legatis, quod totum debeat applicari fr. *Ugutioni* q. fr. Fulchi de Guarinis suo fratri, et eum habere p. s. n. Item voluit atque dissposuit quod si ambo (heredes) substituti in predicto test. decederent sine liberis, vel eorum filii sive nepotes, presentibus codicill. quod ipsa hereditas pervenire debeat ad conventum Fr. Min. de Bononia ... Item voluit quod

Bitinus substitutus in test. debeat habere et possit tertiam partem omnium fructuum percipiendorum annuatim ex possess. d. Mine incontinenti cum eius adhiverit hereditatem, si videbitur heredi suo et fr. *Ugutioni* suo commiss. ... Et (voluit) omnia et singula que in h. c. continentur et in predicto test. ab omni herede et successore suo inviolabiliter observari et efficaciter adimpleri et hoc sub pena c lib. bon. commettenda ab herede suo vel substitutis ... qui contrafecerit, applicanda conv. Fr. Min. de Bon. et eidem ab herede prestanda i. l. vel a substitutis ... Actum Bononie in *ecclesia Sororum S. Francissci sceu S. Clare* de Bonon., in qua Fratres celebra(n)t officium ... pp. fr. *Martino* de Coloreto, fr. *Iohanne* de S. Esaya, fr. *Gilio* de Polexeno, fr. *Iohanne* de Polexeno, fr. *Lambertino* Bambaiolo, fr. *Petro* de Varignana, fr. *Zacharia* Munarolo, omnes de Ord. Fr. Min. de Bon. ...

Die x novembris datus et dep. fuit presens codicill. per fr. *Rolandinum* conversum *Dominarum S. Clarae sceu S. Francissci* de Bonon., proc. dicte testatricis, in manus fr. *Bonincuntri* sacriste conv. Fr. Min., ut illum sigillet sigillo Quardiani conv. dictorum Fratrum ... in pres. fr. *Geremie* de Chastello et fr. *Tranchedini* de Bangno ... Iohannes q. Gulielmi Rubei not.

342/5085, n. 69. — Orig. = Cf. n. 865.

887. Voltae, 27 septembris 1299.

Testamentum.

D. Beatrisia q. d. Candaleonis de Castello et uxor q. d. Cabrioci Heregipti Cabrioci ... reliquid de bonis suis p. a. s. xxx lib. bon., de quibus dari voluit ... fr. *Nicholao* Sanguineo de Ord. Fr. Min. xxxx sol. bon. ... Item Fratribus Min. de *Runchis de Argelata* x sol. bon. p. m. cant. Reliquos autem iupsit distribui et expendi tam circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit aput eccl. S. Marie de Misericordia, si morietur Bononie, et si morietur Volte vel in guardia Argelis, aput *ecclesiam S. Francisci de Runchis de Argelata,* quam inter ecclesias, loca religiosa, hospitalia, pauperes et allias, secundum quod utilius p. ipsius a. visum fuerit eius commissariis infraser., quos quidem commiss. esse voluit, ad predicta omnia et singula exequenda, fr. *Nicholaum* Sanguineum de Ord. Fr. Min. ... Actum in terra Volte, in domo dicte testatricis, pp. d. fr. Benvenuto Capellano eccl. S. Marie de Volta, fr. *Nicholao* Sanguineo et fr. *Peregrino* de Regio, ambobus de Ord. Fr. Min. ... Michael Raynerii de Tholomeis not.

33/4165, n. 36. — Orig.

888. Bononiae, 4 octobris 1299.

Testamentum.

D. Bonifacius, cui dicitur Faciolus, d. Lambertini Iacobini Hosbergi ... dedit (commiss. suis) plenam et liberam auctoritatem ... vendendi, exigendi *etc.* ... solvendo ... omnia et singula debita, legata et vota dicti ipsius testatoris ... secundum quod invenietur scriptum publ. instrum. script. manu ipsius testatoris autenticato ... et posito in sacristia Fr. Min. cum pres. suo test. Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Francischo* de burgo Paradelli, fr. *Michaele* de burgo S. Petri, qui asseruerunt *etc.*, fr. *Gerardo* de Assinellis, fr. *Iacobo* de Cavaglis, fr. *Rodulfo* de Tuschis.

fr. *Bonincontro* de Butrigariis, fr. *Iacobo* de Placentia, omnibus fratribus et relligiosis Ord. Fr. Min. de Bon. ...

Eodem die dictus testator dep. dictum s. t. penes fr. *Henrigum* de strata Maiori sacrist. dicti Ord. in depositum; qui Frater dictum test. recepit in dep. benigne, humiliter et devote ... pp. fr. *Francischo* de burgo Peradelli et fr. *Iohanne* de Cremona ... Aymericus Orandi not.

33/4165, n. 37. — Orig.

889. Bononiae, 5 octobris 1299.

Testamentum.

D. Bos q. d. Bonifacii d. Albertini Buxini ... reliquid de bonis suis p. a. s. c lib. bon. distribuendas super funus et sepult. suam, et ubi melius et utilius visum fuerit infrascrip. suis comiss. p. a. dicti testatoris, quam quidem sepulturam suam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... Item reliquid p. a. s. fr. *Nicholino* de Ord. Fr. Min. c sol. bon. p. s. n.; item conventui Fr. Min. de Bonon. x lib. bon. p. m. cant. ... Item reliquid d. Melchioni q. d. Confortini, iure legati, omnes alias suas possessiones, quas habet in curia Burgi Panicalis, et Ulmetole, et Sale, quas possessiones vult dari et tradi per dictum d. Melchionem, et libere relaxari illis personis que continebuntur in quadam cedula, scripta manu mey Iacobi not. infrascript., sigilata sigillo dicti testatoris et d. Melchionis predicti et dicti fr. *Nicholini* de Ord. Fr. Min. ... Item reliq. iure institut. Thomaxine, Betine, Placidie, Catelline et Ellie suis filiabus, cuilibet earum M lib. bon., dandas et solvend. per comiss. suos ... quando matrimonium contrahunt et non ante ... Et si contingeret predictas filias vel aliqua predictarum contrahere matrimonium ... et propter duriciam mariti sui vel propter alium casum ... non posset stare et morari cum marito, reliq. eis sive ei usumfructum sive abitationem cuiusdam domus posit. Bononie in burgo Peradelli, in capella S. Laurenzii, iuxta d. Avenantem f. q. d. Herigipti Scarmantini, iuxta *cymiterium* Fr. Min. iuxta domum que fuit d. Gasdie et iuxta stratam publicam ... In omnibus autem aliis bonis suis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* ... dd. Melchionem predictum et Beluysium de Manzaloliis sibi universales hered. instituit, gravans eos fideicommiss. quod ipsi debeant facere et explicare et executioni mandare omnia et singula scripta in quadam cedula manu mei Iacobi Bonavolte not. infrascripti, superius nominata, sigilanda sigillis fr. *Nicholini* predicti de Ord. Min., d. Melchionis predicti et ipsius testatoris, volens et mandans quod omnia que scripta reperirentur in dicta cedula, habeant plenam firmitatem et robur, ac si in presenti test. forent descripta et declarata; quam cedulam vult deponi in sacristia Fr. Min. de Bonon. ... et aperiri et legi post mortem dicti testatoris ad volunt. dictorum hered. ... Et voluit h. t. seu ult. volunt. prevalere omnibus aliis eius ult. volunt. hinc retro factis, que vult esse cassa et vana ... Actum (Bononie) extra circlam burgi S. Ysaie *in domo ecclesie S. Andree Fratrum Pi[...]um de Bonon.*, pp. ... fr. *Nicholino* predicto de Ord. Min. presbit., qui dixit *etc.*, fr. *Guillelmo* Catelano de Ord. Min. ... Iacobus Bonavolte de Sedazariis not.

33/4165, n. 38. — Exempl. « Ego Albertus Petrizini de Panicho not. ut in authenticho script. manu dicti Iacobi inveni exempl. et scripsi sub MCCCIII die VII decembr. ». In dorso « Sententia partis adverse lata fuit in MCCLXXXXII ». = Cf. n. 716.

890. Bononiae, 5 octobris 1299.

Testamentum.

D. Bos q. d. Bonifacii d. Albertini Buxini ... reliquid de bonis suis p. a. s. c lib. bon. distribuend. circha funus et sepult. suam etc. Et inter alia que reliquid in dicto test., reliquid et fecit tale legatum sub istis verbis dicendo: Item reliquid iure instit. Thomaxine, Betine, Placidie, Chateline et Elie suis filiabus *etc. (ut in praecedenti)* usumfructum seu habitationem cuiusdam domus posit. Bononie, in burgo Peradelli, iuxta domum d. Avenantis, iuxta *cimiterium* Fr. Min. et iuxta viam publicam *etc.* ... Actum (Bononie) extra circullam burgi S. Ysaie *in domo ecclesie S. Andree Fratrum Pizacharorum de Bononia*, pp. ... fr. *Nicolino* presbitero de Ord. Min. ... fr. *Guillelmino* Chatellano de Ord. Min. ... Ego Bonavolta Iacobi Bovavolte not. omnia supradicta de rogationibus dicti Iacobi mei patris scripssi et exempl. ...

338/5081, n. 24. — Exempl. = Cf. n. 716.

891. Bononiae, 6 et 7 octobris 1299.

Codicillus.

Dompnus Garmignonus, vocatus Gratiozus, f. q. Ieminiani Buchi de Varola districtus mutinensis sive Fregnani, rector eccl. S. Marie Porte Ravenat ... pres. codicill. ult. velle suum de bonis suis disposuit in hunc modum ... Si autem aliquis heredum suorum vel legatariorum ... aliqualiter impediret quin hec sua voluntas integralliter adimpleretur ... ex nunc eum vel eos privat omni iure quod habere possent in bonis ipsius d. Garmignoni ... et illa bona et alia vult dari et aplicari pauperibus Christi, quos Guardianus Fr. Min. qui p. t. fuerit, vel fr. *Iohanninus* de Portanova voluerint et nominaverint ... Actum Bononie ... in pres. fr. *Iohannini* de Portanova et fr. *Nicollini* de strata Maiori Ord. Fr. Min, qui ambo sunt sacerdotes et dixerunt *etc.* ...

Die sequenti fr. *Nicollinus* predictus procur. dicti d. Garmignonis dep. et consignavit dictum codicill. in sacristia Fr. Min. penes fr. *Bonincontrum* sacristam dicti Ord., dicens quod ipsum debeat sigillare sigillo dicti conv. ... pp. fr. *Tomaze* de Sore, et fr. *Franciscino* de Mutina ... Petrizolus Henrigipti de Vandolis not.

33/4165, n. 39. — Orig.

892. Bononiae, 8 et 31 octobris 1299.

Testamentum.

Discretus vir d. Hugolinus f. q. nobilis militis d. Albizi de Monteacenico ... sepulturam sibi elegit apud *eccl. monasterii B. Francisci in quo morantur Sorores Ord. S. Clare, estra circlam strate S. Stephani* prope Bonon., in loco secundum quod videbitur commiss. suis infrascript., in terra plana et non in sepultura levata, circha quam expenssas fieri voluit moderatas et parvas, in quamtum comode esse poterint, in ipsis exspenssis modice faciendis ipsorum commiss. conscientiam onerando. In omnibus autem suis bonis mobilib. et inmobilib., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit, pro ea parte et secundum eum modum et formam, prout continetur et declaratur in cedula sigillata de qua infra fit mentio, salvis legatis in

dicta cedula contentis. Et illos pauperes Christi esse voluit et intellexit in hoc casu, qui reperientur scripti in quadam cedula sive carta de menbrana, sigillata sigillis, silicet sigillo ipsius d. Hugolini, illo Abbatisse dicti monasterii, et illo conventus Fr. Min. de Bon.; quam cedulam sive cartam cum presenti test. deponi voluit et mandavit in sacristia Fr. Min. de Bon., iubens et volens dictus testator, quod omnia et singula que reperientur in dicta cedula ... effectui debeant per suos commiss. demandari ... ac si espresse continerentur in pres. test. ... Ad que omnia exequenda, suos commiss. esse voluit Ministrum Ord. Fr. Min. Provincie Bonon. qui est vel p. t. fuerit, Guardianum conventus Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, fr. *Petrizolum* de Aposa dicti Ord. et magistrum Anselmum de Pergamo artis medicine professorem, dans dictis suis commiss. plenam licentiam *etc.* ... et si pro maiori parte ipsorum absentes essent vel decederent, etiam si unus solus superviveret vel presens esset ... possit nichilominus dictam commiss. exercere et predicta omnia executioni mandare ... Actum prope Bononiam, in domo in qua habitat dictus d. Hogolinus, apud *dictum monasterium S. Francisci*, pp. fr. *Iacobo* de Magistra, fr. *Iohanne* d. Bonmerchati de Imola, fr. *Francisco* de Castagnolo, fr. *Iohanne* de S. Ysaia, fr. *Lambertino* de Banbaglolis, fr. *Zacharia* de Munarolis, fr. *Tranchedino* d. Iacobini de Bagno et fr. *Huguitione* de Guarinis, predictis omnibus Fr. Ord. Min. ... et dictus fr. *Franciscus* testis asseruit se esse presbit. et dictum testatorem cognoscere.

Eodem die et loco et testibus, dictus testator fecit et constituit fr. *Lambertinum* predictum presentem, et Arnulfum Iohannini not. absentem, suos procuratores, in sollidum, ad ponend. seu poni faciendum predicta in sacristia predicta ...

Die ultimo octobris dictus Arnulfus procur. posuit et poni fecit dictam cedulam, sive cartam cum presenti test. sigillat. secundum formam dicti testamenti in sacristia predicta, pp. fr. *Henrico* sacrista dicte sacristie, fr. *Bo(n)incuntro* de Brutigariis et fr. *Iacobo* de Placentia, dicti Ord. Min. ... Iohannes mag. Petri de Unzola not.

342/5085, n. 67. — Orig. In dorso « Mortuus est; publicatum est » « valet pro conventu ». = Cf. n. 893.

893. Bononiae, [... octobris 1299].

Schedula.

Infrascripta est cedula seu carta de membrana, secundum quam voluit d. Hugolinus f. q. nobilis militis Albizi de Monteaccenico distribui bona sua, et ipsorum distributionem fieri per commiss. suos, de qua cedula fit mentio in test. ipsius d. Hugolini scripto manu Iohannis mag. Petri de Unzola not. in anno d. MCCLXXXXVIIII, ind. XII, die VIII octobris. In primis voluit et ordinavit quod provideatur sororibus suis Benrecepute uxori Nigri de Saglano, et d. *Diane* sor. de Penitentia ... ita quod vitam suam sufficienter substentare possint ... sive de podere suo de Policino sive de aliis suis bonis ... Item reliquid, iure legati, p. a. s. fr. *Petrizolo* de Aposa Ord. Min. XXV lib. bon.; item fr. *Hugolino* de Castello dicti Ord. C sol. bon.; item fr. *Hugolino* de Loglano dicti Ord. C sol. bon.; item fr. *Ieremie* de Castello eiusdem Ord. C sol. bon.; item fr. *Artinixio* Guardiano conventus Min. de Bon. C sol. bon.; item sor. *Iohanne* de Panico et sor. *Helene* eius nepti, sororibus in monasterio B. Francisci, remisit XXII lib. bon., quas tenentur ipsi d. Hugolino ... Item voluit, disposuit et ordinavit quod per commiss. suos debeant expendi ac distribui C lib. bon. de bonis suis inter monasteria Sororum et Monialium mendicantium in civit. et dioc. Bon. ... Item voluit et man-

davit, quod quilibet illorum Fratrum qui interfuerunt testes, quando lectum fuit test. ipsius, habere debeat de bonis suis xx sol. bon. ... Item voluit et disposuit quod de bonis suis habere debeant *Fratres conventus Minorum de Planorio,* specialiter infirmi, annuatim x lib. bon. ... Item reliquid Ture Spinelli, pro satisfactione sui laboris, xxv lib. bon. Item voluit et disposuit quod si dictus Tura voluerit stare cum Fratribus vel Sororibus Min. de Bonon. vel iuxta eos, ducendo vitam bonam et honestam sine uxore, ita quod merito possit dici persona spiritualis et non secularis quantum ad habitum et vitam, habere debeat dictus Tura, de bonis suis, iure legati, annuatim xv lib. bon. De vita autem et habitu predictis iudicare habeat fr. *Petrizolus* de Aposa supradictus, si vixerit, vel Guardianus et Custos Fr. Min. conventus Bonon.; nec voluit quod comodum habeat legati predicti nisi quantum et quando dicto modo vitam bonam duxerit, secundum iudicium predictorum Fratrum. Post mortem vero dicti Ture, vel quandocumque in predicto spirituali statu non vixerit, dictum legatum integre ad usum et utilitatem infirmorum et infirmariarum infrascriptarum, secundum modum infrascript. et conditionem, convertatur. Quicquid autem et totum quod supererit de bonis suis, a predictis legatis, ordinationibus, dispositionibus et distributionibus, et id quod deputabitur dictis sororibus suis, finito usufructu, pervenire debeat ad monasterium et conventum et *Sorores S. Francisci Ord. S. Clare de prope Bonon.* et in hiis dictum conventum et Sorores sibi heredes instituit, hac conditione, quod tertia pars fructuum et reddituum bonorum dicte hereditatis qui pervenerint ad dictum monasterium, quandocumque, debeant aplicari et distribui in infirmaria et inter infirmas personas dicti monasterii, alia tertia in infirmaria et inter infirmos Fratres Min. qui morabuntur apud dictum monasterium, et alia tertia in infirmaria et inter infirmos conventus Fr. Min. de Bononia. Salvo quod dicta d. *Diana* eius soror ... possit testari et legare p. a. s. et dicti d. Hugolini, de bonis que sibi deputabantur, usque ad quantitatem L lib. bon. Dans mihi not. plenam licentiam et liberam potestatem addendi et minuendi in hac sua ultima voluntate et in testamento predicto, ad hoc ut plenius executioni mandentur predicta; salvo semper quod Minister Fr. Min. Provincie Bonon. possit in predictis et predictorum quolibet, addere et minuere, prout pro salute anime ipsius d. Hugolini viderit expedire, ad suam omnimodam voluntatem. Et voluit et mandavit hanc cedulam esse secretam et nulli persone ostendi vel comunicari debere, nisi aliter videretur commissariis suis vel maiori parti eorum vel dicto fr. *Petrizolo,* pro utilitate anime sue vel expeditione sue ultime voluntatis.

32/4164, n. 34; 33/4165 nn. 40, 41. (Exempl. tripl. non authent.) et 342/4165, n. 68. — Orig. In dorso « Cedula ultime volunt. d. Hugolini de Monteacenico ». = Cf. n. 892.

894. Bononiae, 11 octobris 1299.

Testamentum.

D. Beatrixia f. q. d. Guilielmi de Malavoltis et uxor Nicholay q. d. Rigucii de Galuciis ... p. a. s. reliq. LXXXXVI lib. bon., de quibus dari voluit et reliquid Ordini Fr. Min. de Bon. XVI lib. et VIII sol. bon. pro M missis cantandis pro ipsius* anima per Fratres presbiteros ilius Ordinis ... Item fr. *Zacharie* et fr. *Nicholao* fratribus de Munarolis de Ord. Min. et cuilibet eorum XXXX sol. bon.; item fr. *Rolandino* de Vallis XXXX sol. bon.; item fr. *Azino* de Ord. Fr. Min. XXXX sol. bon. ... Item reliquid et

voluit distribui et expendi circha funus et sepult. suam VI lib. bon., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., in *campo ecclesie ipsorum*, in terra. Item reliquid VIII lib. bon., de quibus iussit emi unum calicem de argento deauratum, quem reliquid et dari voluit et deponi in sacristia Fr. Min. officiand. continue et sacrificand. ad altare *capelle S. Marie* in officio Misse cellebrando. Item reliq. dari et distribui inter Fratres Min., Predic. et Heremit. pro numero sacerdotum, p. m. cant. pro animabus olim sui patris et olim Pauli sui fratris, VIII lib. bon. Reliquos vero voluit distribui et expendi p. ipsius a. inter pauperes Christi, prout melius et utilius visum fuerit suis comiss. infrascr., non intelligendo pauperes Christi aliquam personam religiosam, conventum seu capitulum alicuius Ord. aut ecclesiast. personam ... Comiss. suos ... esse voluit fr. *Azinum* de Ord. Fr. Min. et Guardianum dictorum Fratrum qui p. t. fuerit, quibus dedit ex nunc licentiam *etc.* ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Landulfo* de Chazanimicis sacerdote, qui asseruit *etc.*, fr. *Ugolino* de Castello sacerdote, fr. *Fulco* de Feraria, fr. *Albertucio* de Furlivio, fr. *Bonaventura* de Valdelavesa, fr. *Iacobo* de Plaxencia et fr. *Boniacobo* de Portanova, omnibus Fratribus dicti Ord. ...

Eodem die d. fr. *Landulfus* predictus de Chazanimicis, testis et proc. dicte testatricis ... in pres. mei not. et (pp.) fr. *Thomaxino* de Lambertaciis et fr. *Iohanne* de Fulianis, Fratribus Ord. Min., dep. h. t. in sacristia dictorum Fratrum sigillatum sigillo conv. dicti Ord. Iohannes Petri Inghilerii not.

33/4165, n. 42. — Orig.

895. Bononiae, 11 octobris 1299.

Apocha.

D. Rezanina f. q. d. Guerecti fuit confessa et contenta habuisse et recepisse a Benedicto Petri de Beniveni, solvente suo nomine et nomine et vice d. Zanini q. Guidonis de Mantoa, hered. q. d. Ymeldine f. q. d. Aychilixe qui fuit de Layguna et uxoris q. d. Bonaventure Pellegrini, et etiam dante et solvente nomine et vice fr. *Artinixii* Guardiani Fr. Min. conventus Bonon. commissarii dicte d. Ymeldine, X lib. bon. de pecunia habita et recepta per eosdem de quadam petia terre vendita Iohanni ementi nomine Venture, quam pecunie quantitatem dicta d. Ymeldina reliquid dicte d. Rezanine in quodam suo testamento script. manu Iohannis Damiani not. ... Actum *super porta parlatorii* Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Petro* de Canitulo Ord. predicti, fr. *Francisco* sartore ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

33/4165, n. 43[1]. — Orig.

896. Bononiae, 11 octobris 1299.

Apocha.

D. Placidia f. q. d. Ugolini Guallenghi fuit confessa *etc. (ut in praecedenti)* ... VIII lib. bon. de pecunia *etc.* ... Actum *etc.*, pp. fr. *Petro* de Canitulo Ord. predicti, fr. *Francisco* sartore eiusdem Ord. ... Naximbenene q. Petri Schudarii not.

33/4165, n. 43[2]. — Orig.

897. Bononiae, 11 octobris 1299.

Apocha.

D. Iacoba f. q. d. Rodulfi ... fuit confessa *etc. (ut in praecedenti)* ... xxxx sol. bon. de pecunia *etc.* ... Actum *etc.*, pp. fr. *Petro* de Capitulo eiusdem Ord., fr. *Francisco* sartore Ord. predicti ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

33/4165, n. 43[3]. — Orig.

898. Bononiae, 16 octobris 1299.

Cessio.

D. Hencius q. Hugolini Benacii ex causa venditionis ante sollutionem sibi factam, dedit, cessit, transtulit et mandavit d. Gerardo Ferarii not. omne ius omnemque actionem et rationem ... quod et quam habet contra d. Anxaldum d. Alberti Anxaldini et d. Bertum f. dicti d. Anxaldini ... nomine et occasione cuiusdam debiti cc lib. bon., quos denar. predicti dd. in solidum predicto d. Hencio dare et solvere tenebantur ex causa depositi ... Actum Bononie ... pp. fr. *Lambertino* de Ymola Ord. Fr. Min., qui asseruit *etc.*, fr. *Thoma* de Podiali dicti Ord. ... Ubaldinus Blaxii de Stiglatico not.

33/4165, n. 44. — Orig.

899. Bononiae, 17 et 18 octobris 1299.

Testamentum.

D. Characosa f. q. d. Petri de Funi et uxor Bertollamei q. d. Michaellis Addammi ... reliq. p. a. s. x lib. bon., de quibus dari voluit ... Reliquos vero vult distribui et expendi tam circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. S. Francisci de Bon., quam allias secundum quod melius visum fuerit commiss. suis ... Et hanc asseruit esse velle suam ult. volunt. quam valere voluit ... non obst. test. script. manu C[...] not. nec test. script. manu Petri Benvenuti not. ... et generaliter non obst. quibuscumque aliis ultimis voluntatibus ... Actum Bononie ...

Die sequenti h. t. dep. fuit fr. *Bonincontro* de Butrigariis sacristano sacristie eccl. B. Francisci de Bon. Ord. Fr. Min. sigillatum sigillo conventus Fratrum Min. de Bon. in sacristia dictorum Fratrum ... Iacobus q. d. Balbi Mazoli not.

33/4165, n. 45. — Orig.

900. Bononiae, 17 et 19 octobris 1299.

Testamentum.

(De construendo quodam loco Ord. Fratrum Minorum).

D. Phylippus de Sala f. q. Aldrevandini de Sala ... suum test. voluit secretum esse, et in sacristia Fr. Min. ecclesie S. Francisci voluit deponi et conservari ... Voluit expendi de bonis suis c lib. bon. circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bonon. secus *altare capelle S. Aghate*, sibi deputate et ordinate per consilium discretorom Fr. Min. de Conventu Bonon., et ponantur ibi ossa patris et matris sue; de quibus c lib. ematur unum pallium, de quo fieri debeat una planeta pretii et extimationis xxv lib. bon. et debeat in dicta capella S. Aghate perpetuo

remanere, ad divinum officium celebrandum. Et voluit et mandavit quod per comiss. suos fiat una archa valde solempnis et pulcra et supereminens terre, in loco suprascripto, in qua expendantur circha cc lib. bon. vel plus vel minus, secundum quod videbitur comiss. suis ... Item cuilibet conventui Fr. Min. Provincie Bonon. legavit xl sol. bon. Item cuilibet heremitorio eorumdem Fr. Min. Provincie Bonon. legavit xx sol. bon., qui distribuantur per Custodes predictis conventibus et heremitoriis. Item voluit et mandavit quod per comiss. suos asignentur cuilibet Custodi Fr. Min. Provincie Bononie xx lib. bon., qui Custodes distribuant eas viris et mulieribus religiosis honestis et professis, sicut secundum Dominum eis videbitur melius, Fratribus Min., monachis et monachabus nigris tamen exceptis ... Item voluit et mandavit quod expendantur mm lib. bon. per comiss. suos pro induendis m pauperibus verecundis, ita tamen quod cui[libet eorum ...] bon. et non teneantur comiss. sui ad legatum predictum solvendum, si locus Fr. Min. infrascriptorum fieret. Item voluit et mandavit quod per comiss. suos expendantur d lib. bon. de bonis suis inter religiosos et relig[iosas ...]tatus, ita tamen quod cuilibet eorum et earum dentur tantum v sol. bon.; superfluum autem dictarum d lib. bon. expendatur, per comiss. suos, ubi eis melius videbitur expedire, silicet si locus infrascriptorum Fr. Min. non fieret, ut dictum est, excep[tis mo]nachis et monachabus nigris. Item cuilibet Fratri de Ord. Fr. Min. Provincie Bon. legavit x sol. bon. p. s. n., qui non possint eis auferri ab aliquo Prelatorum ... Item reliquid p. a. s. cuilibet comiss. suorum xxv lib. bon., si infrascripta ecclesia et locus construatur Fr. Min.; et si non construatur, tunc reliquid eis solum x lib. bon. ... Item voluit et mandavit quod taliter ordinetur, per comiss. suos infrascriptos, quod, singulis annis anuatim, dentur et asignentur pro fr. *Landulfo* de Ord. Fr. Min. suo nepoti x lib. bon., quamdiu vixerit, p. s. n.; item reliquid fr. *Bonacurxio* Raynerii de Libris xxxx sol. bon.; item fr. *Bonaventure* de Fanano v lib. bon.; item cuilibet testium presentis test. xx sol. bon.; item fr. *Francisco* de Allerario et fr. *Michaeli* de Castagnolo, cuilibet eorum legavit xx sol. bon. ... Item fr. *Dinadano* de Ord. Min. legavit x lib. bon.; item fr. *Guillelmo* Chatelano de eodem Ord. legavit xxxx sol. bon. Item [...] infrascriptus fieret, ut dictum est, tunc voluit de bonis suis dari conv. Fr. Predic. de Bon. lxx lib. bon. tantum.

Item reliquid Provincie Min. Fr. de Bonon. cl lib. bon., ad hec ut Minister qui est vel [p. t.] fuerit, post obitum suum, quam citius poterit bono modo, fieri faciat quod quilibet Sacerdos Fr. Min. predicte Provincie dicat duas missas p. a. s. et Clerici bis vigiliam defunctorum, Layci vero cc Pater nostra ... Item voluit et mandavit quod fidelissime et cum toto posse procuretur et edifficetur unus locus ydoneus et bonus, secundum quod comiss. suis melius videbitur, in quo quidem loco moretur bonus conventus et numerus Fr. Min., quibus provideatur de suis bonis in omnibus necessariis, et principaliter hoc intendit. Et si locus predictus non posset edifficari vel construi, tunc voluit, et obnixe suis comiss. suplicavit, quod procuretur in Curia Romana, vel per alium modum quo melius fieri possit, quod habeatur locus et ecclesia *S. Marie de Monte*, et reparetur et coactetur, de bonis suis, ita quod acte et comode ibi possit morari numerus sive conventus Fr. Min. qui debeant alimentari ibidem et substentari de bonis suis, et eis per comiss. suos provideri, ut dictum est, in omnibus necessariis. Et si hoc contingat quod habeatur locus *S. Marie de Monte* vel alter locus edifficetur, ut dictum est, tunc et in eo casu, cassat et irritat omnia legata suprascripta, ascendencia ultra quantitatem lx lib. bon., excepto etiam legato

fr. *Landulfi* predicti ... Et si locus Fratrum non construeretur, tunc et in eo casu reliquid conventui Fr. Pred. de Bon. DC lib. bon. pro uno altari de novo edifficando et construendo in truna nova quam fundaverunt et edifficare ceperunt ... Item conventui Fr. Min. de Bononia DCC lib. bon. pro uno altari eciam de novo edifficando, quod si fieri potest, illud voluit esse et construi, inter *altare Domine et altare Madalene super solarium iuxta crucem maiorem.* Et si altaria supradicta non fuerint de novo edifficata, tunc supradictos conventus privat a supradictis legatis pro altaribus predictis declaratis. Item voluit et mandavit quod si sui comiss. infrascript. facerent conventum vel [...]tum de bonis suis, per aliquem modum, quod mutaretur aliquid de eo quod scriptum est in presenti test., tunc privat eos ab omni hereditate et legato, et voluit et iussit ad Templarios pervenire. Et quia homini non est datum omnium simul rem[....], ideo voluit et iussit quod quidquid fuerit scriptum et repertum in quadam cedula relicta data et assignata fr. *Landulfo*, quam eciam penes se habet, per omnia executioni mandetur.

In omnibus autem aliis sui bonis *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit, et illos intelligit pauperes Christi quos sui comiss. dixerint, ellegerint et nominaverint et non alios, non habito respectu ad aliquam eorum propriam utilitatem, vel ad [...]tem aliquorum suorum parentum vel amicitie, set ut melius et utilius pro salute anime sue et patris et matris sue eis videbitur. Et de hoc eos rogat et suplicat humiliter et devote quod ista omnia debeant effectui demandare; dimitit eciam, super animabus eorum, omnia supradicta, et in eorum bonis et puris conscienciis, habendo senper Dominum pre oculis, ita quod anima sua et patris et matris sue misericordiam consequantur. Suos autem comiss. esse voluit Custodem Bonon. Fr. Min. Custodie Bonon. et Guardianum Fr. Min. conv. Bonon., qui sunt vel p. t. fuerint, et fr. *Bonaventuram* de Fanano et fr. *Landulfum* nepotem suum de Ord. Fr. Min. et quemlibet eorum in solidum, vel alium aut alios, quem vel quos dicti comiss. dixerint, ellegerint et nominaverint ... Quibus comiss. ... dedit plenam et liberam potestatem eorum propria auctoritate sine contradicione heredis et sine requisicione iudicis com. aut nuncii sine alterius persone, possess. omnium bonorum suorum intrandi et tenutam accipiendi, tam nomine pauperum elligendorum quam pro predictis legatis solvendis, ut supra dictum est; et vendendi, allienandi *etc.* ... et distribuere inter pauperes et pauperibus solvere, ita tamen quod comiss. electi et subrogati a principalibus comiss. omnia et singula teneantur et debeant facere cum consilio et volunt. expressa dictorum primorum suorum comiss. vel alterius eorum, si alii presentes non essent vel non possent vel non viverent, et si aliter factum fuerit, ipso iure non valeat et ex nunc totum cassat et irritat. Item voluit quod omne aliud test. seu ult. voluntas ab eo hinc retro facta sit vana et cassa ... Et nullam aliam ultimam voluntatem eius post hanc factam valere voluit vel tenere, nisi ... fieret in presencia Custodis Fr. Min. de Bonon. et dicti fr. *Landulfi*, et reperrietur in ea hoc verbum « Ave Maria; Domine Iesu Christe » ... Actum Bononie in domo seu camara d. Phylippi de Sala ... in presenc. fr. *Iohannis* de Ulgiano sacerdotis, fr. *Francisci* de Cento sacerdotis, fr. *Thome* de Portanova sacerdotis, fr. *Albertini* de Coloreto sacerdotis, fr. *Alberti* de strata Maiori sacerdotis, fr. *Bertholomei* de S. Petro, fr. *Thome* de Pellaciis, fr. *Bonacurxii* f. d. Raynerii de Libris, fr. *Bertolomei* Biriole, omnium Ord. Fr. Min., qui asseruerunt *etc.*

Eodem die dictus testator constituit fr. *Iohannem* de Ulgiano de Ord. Fr. Min. presentem et testem suscipientem, suum proc. et nuntium specialem ad dep. t. s. ... in

sacristia Fr. Min. de Bonon. ecclesie S. Francisci, penes sacristam dicti conventus, et promittens se ratum et firmum habere quidquid dictus procurator fecerit in predictis, sub obligatione suorum bonorum. Actum *(ut supra)* in pres. fr. *Francisci* de Cento sacerdotis, fr. *Thome* de Portanova sacerdotis, ambo de Ord. Fr. Min., et aliorum testium qui interfuerunt dicto test., qui asseruerunt *etc.*

Die xviiii octubris fr. *Iohannes* de Ulgiano de Ord. Fr. Min. procur. dicti testatoris ... dep. fr. *Henrico* Bon. de Ord. Min. sacriste conventus Fr. Min. de Bon. dictum test. ... qui sacrista dictum test. benigne recepit ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min. eccl. S. Francisci in pres. fr. *Francisci* de Vandolis, fr. *Phylippi* de Pelaziis, fr. *Iacobini* de Forlivio, omnium de Ord. Min., qui asseruerunt dictos contrahantes cognoscere ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

342/5085, n. 79. — Exempl. « Anno mccc ind. xiii die primo iullii hec exempla per me Bonagratiam de Manzolino subscr. not. sumpta ex autenticis instrumentis scriptis manu predicti d. Iacobini de Turri not. d. Iohanni de Asixio iud. et assess. d. Pini de Rubeis Pot. Bon. insinuata fuerunt *etc.* ... Ego Bonagratia f. d. Guillelmi de Manzolino not. ... hec exempl. ex autenticis script. ... fideliter sumpsi ... »; in margine inferiori « mdxx die xxviii iunii pro d[...] parte [...] ».

901. Bononiae, 19 et 20 octobris 1299.

Codicillus.

Cum d. Virdillia q. d. Alberti Calmarini suum fecerit test. script. manu Benvenuti Iacobi fornari not., quem vult habere plenissimam firmitatem, excepto quod privat Issinardum de Argille a quodam legato c lib. bon.; de quibus reliq. i. l. ... fr. *Petro* de Chanitullo de Ord. Fr. Min. iii lib. bon. p. s. n.; item fr. *Iacobo* de Agrestis de dicto Ord. iii lib. bon.; item fr. *Accino* de dicto Ord. xxxx sol. bon.; item fr. *Iacobo* barberio de dicto Ord. Fr. Min. x sol. bon. ... Item reliquid Benedicto q. Petri de Benedelli famull. Fr. Min. de Bon. v sol. bon. Residuum vero voluit expendi et distribui per comiss. suos scriptos in dicto suo test. super funus et sepult. suam et pauperes Christi, ubi mellius et utillius eis videbitur p. a. s. Actum Bononie ... pp. fr. *Iacobo* de Agrestis de Ord. Fr. Min., fr. *Iacobo* barberio de dicto Ord., qui dixerunt *etc.* ...

Die sequenti fr. *Iacobus* de Agrestis constitutus proc. a dicta d. Virdillia h. c. ... dedit in manibus fr. *Henrici* sacriste Fr. Min. de Bon. custodiendum et salvandum ibidem suo loco et tempore ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Francissco* de Vandullis et fr. *Iohannino* de Portanova, ambo de Ord. Min. ... Benvenutus q. d. Mathey not.

33/4165, n. 46. — Orig. = Cf. n. 438.

902. Bononiae, 26 et 28 octobris 1299.

Testamentum.

D. Francisca f. q. d. Pauli Ferri et uxor Ugolini mag. Egidii muratoris ... reliq. p. a. s. c sol. bon., de quibus ... reliquid Ordini Fr. Min. de Bon. x sol. bon. p. m. cant., reliquos vero iussit et vult distribui et expendi tam circha funus et sepult. suam, quam ellegit apud eccl. B. Francisci Fr. Min. de Bon., quam alias (ubi) melius visum fuerit commiss. suis. Actum Bononie ...

Die xxviii octubris h. t. dep. fuit d. fr. *Bonincontro* de Butrigariis sacrist. sacristie eccl. B. Francisci de Bononia Ordinum (*sic*) Fratrum de Bon. sigillatum sigillo conventus Fr. Min. de Bononia in sacristia dictorum Fratrum ... Iacobus q. d. Balbi Mazoli not.

33/4165, n. 47. — Orig.

903. Bononiae, 4 novembris 1299.

Schedula.

Cum hoc sit quod ego Bonifacius, cui dicitur Faciolus, meum condiderim test. ... et in ipso contineatur meorum comiss. institutio, quibus dedi plenam et liberam licentiam vendendi et allienandi de bonis meis ... usque ad quant. ccc lib. bon. et ipsam pecuniam expendi circha funus et sepult. meam et in pauperes Christi secundum meam volunt. que continebitur instrumento publ. manu mei Bonifacii script. ... sugillato meo sugillo et clauso et in sacristia Fr. Min. cum dicto meo test. posito ... et in ipso instrumento debeant contineri forma, modus et dispositio distributionis dictorum bonorum et solutionis pecunie faciende per dictos meos comiss. ... ut de hiis omnibus conditionibus per ordinem patet publ. instrum. scripto manu Aymerici Orandi not. in dicta sacristia Fr. Min. cum presenti instrum. posito; idcircho ego Bonifacius volens verba dicti mei test. et conditiones per meum pres. instr. manu mea script. ... et in dicta sacristia Fr. Min. posit. per ordinem observare ... volo quod predicti mei comiss. extrahant unum vel plures captos de carceribus Comunis sive de malpagha et pro ipso vel ipsis extrahend. possint expendere xxv lib. bon., ut Deus dignetur animam meam extrahere de carceribus peccati et diaboli. Item volo quod predicti mei comiss. debeant adimplere in alliqua parte illa opera misericordie que D. N. I. Christus exigit et requirit in Evangelio a peccatore, scilicet famescentem pascere semel vel pluries, scicientem potare, nudum vestire, infirmum ei suveniendo visitare et hospitem hospitare faciendo et captum de carceribus extrahere, ut dictum est ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Francisco,* fr. *Michaele,* fr. *Rodulfo* de Tuscis, Fratribus dicti Ord. ... Ego Bonifatius supradictus Lambertini Hosberghi not. ... manu mea ... scripsi.

33/4165, n. 48. — Orig. In dorso « Cedula Bonifacii; ult. volunt. predicti Bonifacii que debet deponi et esse cum test. dicti Bonifacii in dicta presenti sacristia Fr. Min. et debet dari post mortem dicti Bonifatii comiss. suis in dicto test. scriptis, ut in dicto test. continetur ».

904. Bononiae, 5 et 6 novembris 1299.

Testamentum.

D. Recheldina f. q. d. Guizardini de Prindipartibus et uxor d. Bertholutii de Malavoltis ... p. a. s. relliq. xxxx lib. bon., de quibus dari voluit fr. *Azino* de Bon. Ord. Fr. Min. de Bonon iiii lib. bon. pro una capa. Item relliq. pro m missis cant. in capite vii dierum post mortem dicte testatricis xiii lib. bon. expend. per infrascr. suos comiss. ... Relliquos autem voluit expendi et distribui circha funus et sepult. suam, quam sibi elligit apud eccl. S. Francisci Fr. Min. de Bon., iusta patrem suum per infrascr. comiss. suos; quos suos comiss. ad predicta omnia et singula facienda esse voluit fr. *Azinum* de Bon. de Ord. Fr. Min. de Bonon. ... quibus ex nunc dedit plenam licentiam *etc.* ... Si sui heredes non solverint omnia legata predicta infra unum annum

post obitum dicte testatricis, tunc privat illos hereditate ... et in eo casu pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos dicti sui comiss. dixerint et nominaverint ... Actum Bononie ... pp. fr. *Azino* de Bon. Ord. Fr. Min. de Bon. sacerdote, qui asseruit *etc.* ... fr. *Bertholino* strate Maioris de dicto Ord. ...

Die sequenti h. t. dep. fuit in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Henrizi* sacristani datum fuit, pp. fr. *Bertholomeo* de Biriola Ord. Fr. Min. de Bon. et fr. *Bonincontro* de Butrigariis, dicti Ord. ... Landulfus Becharii de Bechariis not.

33/4165, n. 49. — Orig.

905. Bononiae, 6 et 13 novembris 1299.

Testamentum.

Gandulfinus, qui dicitur Finus, q. d. Graciadey de Montebelio ... reliquid xxviii lib. bon., de quibus dari volluit conventui Fr. Min. p. m. cant. xxxx sol. bon. ... item fr. *Iohanino* de Portanova Ord. Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. ... Residuum vero vult quod expendantur arbitrio infrascr. suorum comis., quos esse voluit d. fr. *Iohaninum* de Portanova Ord. Fr. Min. et d. Petrum q. Michaellis Gratiadey, supra funus et sepult. suam ... et in pios ussus, de consilio et beneplacito et mandato dicti fr. *Iohanini,* p. a. s. et patris sui, quibus suis comis. dedit plenam licentiam *etc.* Si aliquis autem predictorum suorum comis. nolet vel non posset supradicta exequi ... vult quod quilibet eorum possit sibi unum vel plures subrogare ... In omnibus autem suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi, quos fr. *Iohaninus* de Portanova Ord. Fr. Min. suus comis. nominaverit, suos heredes universalles instituit. Et voluit et expresse prohibuit quod predicti sui heredes aliquid non posint diminuere seu defalchare de dictis suis legatis nec in eis aliquid posint petere vel exigere ... quacumque de causa, et voluit et mandavit quod aliquis ... non possit impedire vel conturbare aliquem de predictis comis. quin eius voluntas integre mandetur ad efetum ... et illum vel illos qui predicta impedirent quod non manderentur ad efetum per dictos suos comis. eos privat omni iure quod haberent et habere possent in bonis suis ... et illa bona aplicat et pervenire vult ad predictos suos comis. ... Voluit h. s. t. esse secretum et sigilatum sigillo conv. Fr. Min. et poni debeat in sacristia dictorum Fratrum, et constituit fr. *Iacobum* de Agrestis Ord. Fr. Min. absentem suum procur. ad deponend. dictum test. in dicta sacristia, cum propter infirmitatem quem habet interesse non possit. Actum Bononie ...

Die xiii novembris fr. *Iacobus* de Agrestis proc. dicti testatoris dep. et designavit fr. *Henrico* de strata Maiori sacriste conv. Fr. Min. de Bon. predictum test., pp. fr. *Iohanne* de Ugiano, fr. *Petro* de Castagnollo et fr. *Iohanne* de Ymolla, Fratribus Min. ... Egidius q. Alberti de Savigno not.

33/4165, n. 50. — Orig.

906. Bononiae, 8 novembris 1299.

Testamentum.

D. Bona f. q. d. Marchixini et uxor q. fr. Petri de Venezano ... p. a. s. reliq. lxxxxvii lib. bon., de quibus expendi voluit et distribui circha funus et sepult. suam vii lib. bon., quam sibi ellegit apud eccl. S. Francisci Ord. Min. de Bonon. ... Item

reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m miss. cant. xiii lib. bon. ... item fr. *Nicholino* strate Maioris Ord. Min. p. s. n. iii lib. bon.; item fr. *Iohannino* de Portanova, Ord. Min., iii lib. bon. p. s. n.; item sor. *Bone* Ord. Penitentum x sol. bon.; item sor. *Berte* Ord. Penitentum x sol. bon. ... Item dicto conventui Fr. Min. pro alliis m m. cant. xv lib. bon. ... Item cuilibet tessti et fratri huic tesst. pro tesste infrascrip. p. s. n. v sol. bon. ... Item sor. *Bone* Ord. Penitentum, que moratur cum d. Martino Allexii, x sol. bon.; item comiss. suis infrascr. et cuilibet eorum x sol. bon. Item reliquid p. a. s. infirmis Fr. Min. de Bon. culcidram suam magnam, duo lentiamina, saconem suum, et cultram cum chapizale magno ... Ressiduum vero iussit expendi et disstribui tam circha pauperes quam allibi pro piis et missericordiis opperibus, secundum quod infrascr. comiss. utilius videbitur p. a. s., quos suos comiss. esse voluit fr. *Nicholinum* strate Maioris Ord. Min. ... et Ministros Fratrum Penitentum tertii Ord. Humiliatorum qui p. t. fuerint, dans et concedens eis et cuilibet eorum insolidum licentiam *etc.* ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Mathiolo* de burgo S. Felicis, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Bonincontro* de Butrigariis, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Benedicto* de Faventia, fr. *Rigutio* de Baysio, fr. *Iohannino* de Portanova sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Cambio* de Bononia Guardiano conventus *Parme*, omnibus de Ord. Min. ...

Eodem die fr. *Iohanninus* de Portanova Ord. Min. proc. dicte testatricis ... h. t. in manibus fr. *Bonincontri* de Butrigariis sacriste conv. Fr. Min. de Bon. dep. atque dedit ut ipsum roboret sigillo conv. dictorum Fratrum et sic roboratum in sacristia dictorum Fratrum deponat ... pp. fr. *Bolognipto* d. Bonvixini, fr. *Mathiolo* de Cornaclino, et fr. *Benedicto* de Faventia, omnibus de Ord. Min. ... Michael Petri specialis not.

33/4165, n. 51. — Orig.

907. Bononiae, 14 novembris 1299.

Testamentum.

D. Benvenuta f. q. d. Bonafidey de Curionibus ... reliq. et dari iussit de bonis suis circha funus et sepult. suam et p. a. s. c sol. bon., quam sepult. sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... Item reliq. p. a. s. de aliis suis bonis ... fr. *Henrico* de Abbaisiis x sol. bon. Item Fratribus Min. et Fr. Predic. p. m. cant. cuilibet Ord. predictorum Fratrum de Bon. xxxx sol. bon. ... Item Fratribus Min. de *Argellata* x sol. bon. ... item *Sororibus de S. Francischo*, p. o. dicendis, v sol. bon. ... item fr. *Azino* de Ord. Min. xx sol. bon. ... Item reliq. i. l. Bencevenni suo fratri c sol. bon., et si decederet sine liberis, vult quod dicti c sol. bon. expendantur p. m. dicend. in loco Fr. Min. et Pred. ... Item fr. *Henrico* de Argellata p. m. dicendis xxx sol. bon.; item fr. *Thomaxio* de dicto Ord. de Argelata xx sol. bon. p. m. dicendis ... Item Fratribus Min. de *Crespelano* reliq. p. a. s. x sol. bon. ... Suos commiss. ad predicta omnia et singula suprascripta et infrascripta exequenda esse voluit fr. *Henricum* de Argelata de Ord. Fr. Min. ... et si dictus fr. *Henricus* decederet, loco sui ellegit Guardianum Fr. Min. qui p. tempore fuerit, quibus commiss. dedit et concessit licentiam *etc.* ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi suos hered. instituit quos ellegerint et nominaverint predicti sui commiss. vel maior pars ipsorum ... Voluit h. s. t. esse secretum et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et

sygillari sygillo conventus dictorum Fratrum ... Actum Bononie ... pp. fr. *Azino* de Bononia de Ord. Fr. Min., fr. *Rolandino* de Parma de dicto Ord. sacerdotibus, asserentibus *etc.* ... Iohannes Thomaxini Crocevaldi not.

33/4165, n. 52. — Orig.

908. In castro S. Agathae, 17 novembris 1299.

Testamentum.

D. Iacobus q. d. Boxii de Grimaldis de S. Agatha ... p. a. s. legavit conventui Fr. Min. de *S. Iohanne in Persizeto* xxv lib. bon. ... Suos autem commiss. esse voluit fr. *Bonafidem* Guardianum Ord. Fr. Min. de *S. Iohanne* predicto, vel alterum qui p. t. fuerit ... dans et atribuens eisdem et cuilibet insollidum plenam et liberam potestatem *etc.* ... Actum in castro S. Agathe ... pp. d. fr. *Pace* q. Clarelli de Tignosis Ord. Fr. Min. ... Egidius Zacharie Maragotti not.

38/4165, n. 53. — Orig.

909. Bononiae, 25 novembris et 10 decembris 1299.

Testamentum.

Lata et pronuntiata fuit suprascripta sententia per suprascriptos dominos pro tribunali sedentes, in pallatio veteri comun. Bon. ad dischum Griffonis, pp. dicto Marcho synd. et dicto Melchione curat. ad sententiam audiendam et pp. ... sub annis D. MCCC ind. XIII die XX aprilis ...

Die XX aprilis retulit Bernardinus Thomaxini nunt. dominorum de Gabella michi not. quod dictus Marchus syndic. solvit fr. Thomaxio de Stephanis, preposito zipo Gabelle, pro gabella dicte sententie VII sol. bon.

Die XXX aprilis dicti domini preceperunt Bertolino Iacobini nunt. comun. Bon. quod vadat et inducat in tenutam et in corporalem possess., ex secundo decreto, predictum Marchum syndicum, de dicta domo eidem in solutum, ex secundo decreto, adiudicata, exequendo formam dicte sententie ad petitionem dicti Marchi.

Retulit dictus nuntius, se hodie, mandato dictorum dominorum, induxisse in tenutam et corporalem possessionem, ex secundo decreto, dictum d. Marcum syndicum de supradicta domo eidem in solutum, ex secundo decreto, adiudicata, exequendo formam dicte sententie et precepti, pp. Spinello Gandulfi et Symo f. Gerardini, test. ad petitionem dicti Marchi ... Thomas Carnelvarii de Preytis not.

34/4166, n. 43. — Orig. In dorso « Sententia Fratrum Min. pro d. Contissa de Monticucoli ».

940. Bononiae, 20 et 26 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Suphya f. q. Bonandi de Crevalcorio et uxor d. Cambii Maroricle ... reliq. de bonis suis p. a. s. L lib. bon., de quibus voluit III lib. bon. expendi et distribui ad voluntatem Guardiani Fr. Min. de Bonon. ... Superfluum vero dari voluit et expendi circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. S. Francissi Fr. Min., et alias p. a. s. secundum quod videbitur commiss. suis ... Et voluit h. t. secretum esse et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conv. vel Guardiani vel Custodis dictorum Fratrum ad hoc ut eidem test. fides perpetuo adhibeatur. Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Iohanino* de Portanova procurat. constit. a dicta testatrice ad faciendum poni pres. t. in dicta sacristia et ad faciendum eum sigillari sigillo antedicto et ad deponend. penes sacristam dictorum Fratrum Min. de Bon., fr. *Rodaldo* de Planorio, fr. *Deotacorra* de Sicchis, fr. *Bortholutio* de strata Maiori, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Loteringo* de Bonon., qui omnes Fratres sunt de Ord. Min. ...

Die XXVI aprilis fr. *Iohaninus* de Portanova de Ord. Min. procur. predictus ... dep. dictum t. in sacristia Fr. Min. de Bon. et penes fr. *Bonaventuram* de Fregnano sacrist. dictorum Fratrum et eum sigillari fecit sigillo in dicto test. contento ... pp. fr. *Albertutio* de Butrio, fr. *Gerardino* de Mutina et fr. *Iohanne* de Ymola. Iacobus Bonavolte de Sedazariis not.

34/4166, n. 44. — Orig.

941. Bononiae, 21 et 22 aprilis 1300.

Testamentum.

Manfredus q. Pauli ... volens limina beatorum apostolorum Petri et Pauli vixitare ... dari voluit conventui Fr. Min. p. m. cant. V lib. bon. Item fr. *Bonaventure* de Gisso X sol. bon. in auxillio unius cape ... Actum Bononie in *capitullo* Fr. Min., pp. fr. *Bonaventura* de Gisso presbit., qui asseruit *etc.*, fr. *Nicholino* strate Maioris,

fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Rodulfo* de Tuschis, fr. *Bertholucio* strate Maioris, fr. *Francischo* de Thebaldis et fr. *Iacobo* de Placencia ...

Die sequenti testator dep. h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon., dando et dimitendo eundem in dicta sacristia in manibus fr. *Saraphini* sacriste dictorum Fratrum, qui dictum test. ... sigillavit sigillo conv. dictorum Fratrum ... et ipsum test. in ipsa sacristia reposuit ... pp. fr. *Petro* Rampone et fr. *Bertholomeo* de Mutina ... Ubaldinus Blaxii de Stiglatico not.

34/4166, n. 45. — Orig.

942. Bononiae, 21 et 24 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Isabella f. q. d. Bonvisini merzarii et uxor q. d. Ugonis de Stiphunti ... relinquit de bonis suis xxxx sol. bon., dispensandos p. a. s. per Guardianum qui fuerit p. t. Fr. Min. de Bon.; item fr. *Zino* de Ord. Min. xxxx sol. bon. pro una capa emenda, et si dictus frater decesserit ante dictam dominam voluit expendi debere dictos xxxx sol. in misis cant. p. a. s. apud dictos Fratres; item dicto Ord. Fr. Min. xx sol. bon., de quibus voluit quod ematur quidam doplerius de cerieo (*sic*) ad [...] Corpus Domini nostri Iesu Christi ad altare B. Marie Virg. ... Et ad predicta omnia et singula exequenda elegit suos comis. d. Iohannem eius fratrem et d. fr. *Azinum* de Ord. Min., et si dictus Frater decesserit, instituit Guardianum Fratrum predictorum, qui p. t. fuerit, sibi comis. ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. d. fr. *Albertino* de Coloreto, fr. *Petro* de Castagnolo, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Petro* Parvolo, fr. *Christofalo* de Marano, fr. *Deotacora* de Scizis de Butrio et fr. *Bonaventura* de Flagnano et dicto d. fr. *Zino*, omnibus fratribus dicti Ord. Fr. Min. ... qui fr. *Zinus* dixit *etc.*

Die xxiii aprilis fr. *Petrus* de Castagnolo procur. dicte testatricis dep. h. t. penes d. fr. *Seraphinum* sacrist. de Ord. Min. de Bon. in sacristia dictorum Fratrum, pp. dd. fr. *Petro* de Fulianis, fr. *Benedicto* de Favencia ... Nicholaus Chazanimizi de Caziptis not.

34/4166, n. 46. — Orig.

943. Bononiae, 21 et 24 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Bertholomea q. d. Petri de Musolinis ... relinquid fr. *Dominicho* de Musolinis x sol. bon. ... Item sor. *Malgarite* monast. S. Francisci et f. Ravignani x sol. bon. ... Item relinquid iii lib. bon. p. m. cant., ubi melius videbitur p. a. s. Guardiano Fr. Min. qui p. t. fuerit; item relinq. xxxx sol. bon. dispensandos per d. fr. *Azinum*, ubi melius videbitur p. a. s. Item sor. *Lambertine* monast. S. Francisci xx sol. bon.; item conventui dictarum Dominarum xx sol. bon. in misis cant. ... Item reliquid *ecclesie S. Andree extra burgum S. Ysaye* p. a. s. x sol. bon. ... Et ad predicta omnia et singula exequenda elegit suos comis. d. fr. *Azinum* de Ord. Min., si tunc temporis viveret, alioquin ellegit sibi Guardianum qui p. t. fuerit. Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. d. fr. *Albertino* de Coloreto, et d. fr. *Petro* de Castagnolo, et fr. *Iohanne* de Ymola, et fr. *Petro* Parvolo, et fr. *Christofalo* de Marano, et fr. *Deotacora* de Scizis, et fr. *Alberto* de Butrio, et fr. *Bonaventura* de Flagnano, et fr. *Zino* de Ord. Fr. Min., qui dixit *etc.* ...

Eodem die, loco et testibus ... dicta d. Bertholomea fecit d. fr. *Petrum* de Castagnolo suum procur. ad deponend. h. s. ult. volunt. in sacristia Fr. Min. de Bon. ...

Die XXIV aprilis predictus fr. *Petrus* de Castagnolo dep. dictum t. penes d. fr. *Seraphinum* sacrist. de Ord. Min. in sacristia dictorum Fratrum, pp. dd. fr. *Petro* de Fulianis, fr. *Benedicto* de Favencia ... Nicolaus d. Cazanimizi de Caziptis not.

34/4166, n. 47. — Orig.

944. Bononiae, 23 et 25 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Michael q. d. Fantini ... reliquid p. a. s. eccl. Fr. Min. de Bon. p. m. cant. X sol. bon. ... item ecclesie Fr. Min. iterum reliquid p. ipsius a. et animabus matris et patris ac etiam sui avi p. m. cant. X sol. bon. ... Actum Bononie in *domo Fr. Min. ante hostium sacristie* dictorum Fratrum, pp. ... fr. *Cafeto* de Graydani, fr. *Iacobo* de Podiali, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Francischo* sartori, fr. *Franciscliino* de Alerariis, fr. *Xpo* (*sic*) de Marano, fr. *Benincontro* Brutigario ...

Die XXV eiusdem mensis dictus testator suis propriis manibus tradidit (h. t.) fr. *Bonaventure* de Fanano sacrist. Fr. Min., coram fr. *Iohanne* de Ugianò et coram fr. *Christoforo* de Bononia ... Rodulfus Iacobi Taglionis not.

34/4166, n. 48. — Orig.

945. Bononiae, 23 et 28 aprilis 1300.

Testamentum.

Bertolinus f. q. Iohannis magistri Zambonini de burgo Planorii comitatus Bononie ... volens limina beatorum apostolorum Petri et Pauli visitare, suarum rerum et bonorum omnium dispositionem per pres. test. in hunc modum facere procuravit ... reliquit de bonis suis pro male ablatis incertis et iniuste acquisitis, pro animabus eorum quorum fuerunt, III lib. bon., occasione ludi et alio quocunque modo, restituendas et dispensandas secundum voluntatem fr. *Lodorenghi* de Scarpellinis de Ord. Fr. Min. sui confessoris ... Item Fratribus Min. de *S. Benedicto de curia Planorii* p. m. cellebr. X sol. bon.; item fr. *Lodorengho* de Scarpellinis supradicto p. s. n. XXXX sol. bon. ... Item voluit et mandavit quod de bonis eius solvatur et satisfiat omnibus et singulis personis que reperientur scripte in zedula quam habet fr. *Lodorenghus* suprascriptus confessor dicti testatoris penes se, secundum quod in dicta cedulla continetur ... Voluit h. s. t. secretum esse et sigillari sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et secretum et sigillatum deponi in sacristia conv. dictorum Fratrum, et fecit predictum fr. *Lodorenghum* suum procur. ad (predicta) ... Actum Bononie in *scolis* dictorum Fratrum Min., pp. d. fr. *Lodorengo* de Scarpellinis sepe dictus (*sic*), qui dixit *etc.*, fr. *Philippo* de Argele, fr. *Fulcho* de Feraria, fr. *Pellegrino* de Principibus, fr. *Cherio* de Castro Britonum, fr. *Thoma* de Pellaciis et fr. *Rigucio* de Galluciis, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die XXVIII eiusdem mensis dep. fuit dictum test. in sacristia predicta Fr. Min. et dimissum in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste dictorum Fratrum per suprascriptum fr. *Lodorenghum* proc. dicti testatoris, et sigillatum sigillo Fratrum et conv. dicti Ord. ... pp. fr. *Nicholao* de Tudertho et fr. *Gerardo* Ungareli ... Iohannes Iermioti Iohannis de S. Alberto not.

34/4166, n. 49. — Orig.

946. Bononiae, 24 aprilis 1300.

Testamentum.

Presbiter Iohannes q. d. Lazarini de Podio Masimatici Bon. dioc. et mansionarius maioris Bonon. Ecclesie ... intendens nuper limina bb. Petri et Pauli de Urbe visitare in remissionem suorum omnium peccatorum ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. v sol. bon. p. a. s. ... Actum Bononie in *locutorio ecclesie S. Francisci ante scholas*, pp. fr. *Bolognito* cantore sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Francisco* sartore, fr. *Francisco* de Alerario, fr. *Francisco* de Thebaldis, fr. *Deotacora* de Sichis, fr. *Bonincuntro* de Butrigariis, fr. *Christofaro* de Marano, omnes de Ord. Min. ...

Eodem die dep. fuit h. t. in sacristia dictorum Fratrum Min. per dictum testatorem penes fr. *Bonaventuram* sacrist., pp. fr. *Bonincuntro* de Butrigbariis et fr. *Serafino* de Crespelano, de Ord. Min. ... Franciscus Dominici Mascharonis not.

34/4166, n. 50. — Orig.

947. Bononiae, 24 aprilis et 19 maii 1300 [1].

Testamentum.

D. Iohanna f. q. d. Petri de Malgermis et uxor d. Ugolini Ambroxii ... reliquid p. a. s. xiiii lib. bon., de quibus reliq. ... vii lib. bon. dandas et distribuend. p. a. ipsius testatricis per Guardianum Fr. Min. conventus Bonon. qui p. t. fuerit, ubi melius sibi videbitur p. m. dicend. Reliquos vero voluit expendi et distribui circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., quam alibi ubi melius videbitur ei p. a. dicte testatricis ad volunt. comiss. suorum infrascr. ... Et ad predicta omnia exequenda ... suos comiss. sibi ellegit d. Ugolinum eius virum, fr. *Iohannem* de Ozano et Guardianum Fr. Min. conventus Bon. qui p. t. fuerit, quibus dedit plenam et liberam potestatem *etc.* ... Item voluit h. s. t. esse secretum et sigillari debere sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et sic sigillatum debeat deponi in sacristia dictorum Fratrum per fr. *Albertucium* de strata Maiori, quem nunc suum instituit procur. ad dictam depos. faciendam ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* de Oziano sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Gerardino* de Mutina, fr. *Bonazunta* de Vicencia, fr. *Beltramino* de Parma, fr. *Christofaro* de Marano, fr. *Francisco* de Tebaldis, fr. *Tolomeo* de Aremino et fr. *Bertolucio* de strata Maiori ...

mccc ind. xiii die xviiii intrante madio fr. *Albertucius* de strata Maiori procur. institutus a dicta d. Iohanna dictum test. dep. et designavit ... in manibus fr. *Saraphini* de Crespelano sacriste eorundem Fratrum, custodiend. et salvand. et incontinenti ipsum sigillandum dicto sigillo, et suo tempore iudici presentand., dimittendo eundem test. in sacristia dictorum Fratrum, pp. fr. *Petro* de Castaglolo et fr. *Bonaventura* de Fanano ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

335/5078, n. 1. — Orig.

948. Bononiae, 25 et 26 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Mina f. q. Marchi de Cavagli ... reliquid p. a. s. lxx lib. bon., de quibus dari voluit ... iii lib. bon. distribuendas per Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit,

[1] Perg. habet: « millesimo ducentesimo », sed falso, ut patet ex indict., ex act. depositionis etc.

secundum quod sibi melius et utilius visum fuerit p. a. dicte testatricis ... Item fr. *Acino* de Ord. Min. III lib. bon. p. s. n. ... Item d. Adelaxie uxori q. fr. *Bonrecopri* x sol. bon. ... Item VI corb. frumenti, de quo vult quod panis fiat et distribuatur per commiss. suos infrascr. inter personas religiosas et alias personas pauperrimas mondanas ... Ad predicta vero omnia et singula exequenda esse voluit eius commiss. ... et fr. *Acinum* predictum de Ord. Min., quibus et utrique eorum dedit licentiam *etc.* ... Voluit h. t. secretum esse et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conv. vel Guardiani vel Custodis dictorum Fratrum ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Acino* de Bon. de Ord. Min. sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Francisco* de Thebaldis, fr. *Ugolino* de Loglano, fr. *Christofaro* de Marano, fr. *Francisco* de burgo Peradelli, fr. *Francisco* de Allerrariis, fr. *Albertino* de Coloreto et fr. *Iohanne* de Ymola procur. a dicta domina constit. ad deponend. pres. test. in sacristia Fr. Min. predictorum et penes sacristam dictorum Fratrum Min. et ad fatiendum eum sigillari sigillo in dicto test. contento ... qui omnes Fratres testes sunt de Ord. Min. ...

Die XXVI aprilis fr. *Iohannes* de Ymola de Ord. Min. proc. constitutus a dicta d. Mina ... dep. dictum t. in sacristia Fr. Min. et penes fr. *Bonaventuram* de Fregnano sacrist. Fr. Min. de Bon. et eum sigillari fecit sigillo in dicto test. contento ... pp. fr. *Iohanino* de Portanova, fr. *Albertutio* de Butrio et fr. *Gerardino* de Mutina ... Iacobus Bonavolte de Sedazariis not.

34/4166, n. 52. — Orig.

949. Bononiae, 25 et 28 aprilis 1300.

Testamentum.

Bertholinus q. d. Michaelis Corvi ... volens Romam ire ... reliquid de bonis suis p. a. s. x lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bonon. IIII lib. bon. dispensand. ad arbitrium Guardiani qui p. t. fuerit, ut melius et utilius sibi videbitur. Item reliq. fr. *Bonaventure* de Gisso XXXX sol. bon. p. s. n. Reliquos expendi vult circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... Et dictus testator fecit dictum fr. *Bonaventuram* suum procur. ad deponend. dictum test. in sacristia Fr. Min. et alia facienda que fieri oportet secundum formam stat. com. Bon. Actum Bononie in eccl. Fr. Min. in *confessorio*, pp. fr. *Alberto* de strata Maiori, fr. *Deotachora* d. Iohannis de Sicis, fr. *Christophalo* de Marano, fr. *Petrizolo* de Parma, fr. *Bolognito* d. Bonvixini, qui asseruit *etc.*, fr. *Paganino* de Mediolano et fr. *Gulielmo* de Cechano ...

Die XXVIII aprilis fr. *Bonaventura* de Gisso proc. dicti testatoris dep. et designavit in manibus fr. *Bonaventure* sacriste sacristie Fr. Min. de Bon. dictum test., ut ipsum in secreto debeat custodire et salvare ... pp. fr. *Bolognito* d. Bonvixini, fr. *Filippo* de Podio, qui fr. *Bolognitus* asseruit *etc.* ... Iacobus q. Nicholay Fabri not.

34/4166, n. 51. — Orig.

950. Bononiae, 25 aprilis et 10 maii 1300.

Testamentum.

D. Iacoba f. q. Rolandi Benis et uxor d. Petri strazaroli q. Galvani ... reliq. p. a. s. et p. a. Nutii q. sui viri CL lib. bon., de quibus dari voluit et expendi C sol. bon. per Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, ubi melius ei visum fuerit p. a.

dicte testatricis et dicti Nutii. Item fr. *Gandulfino* de Mutina c sol. bon., qui fr. *Gandulfinus* est de Ord. Min., p. s. n. ... Voluit h. t. secretum esse et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conv. vel Guardiani vel Custodis dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Gandulfino* de Mutina de Ord. Min. presbit., qui dixit *etc.*, fr. *Alberto* de strata Maiori, fr. *Mathiolo* de Caldararia, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Aldrevandino* de Muxello, fr. *Thomaxio* de Sturlitis, fr. *Iohanne* de Ymola procur. dicte testatricis ad deponend. pres. test. in sacristia Fr. Min. predictorum et penes sacristam dictorum Fratrum et ad fatiendum eum sigillari sigillo in dicto test. contento ... et fr. *Gerardo* de Mutina ... qui omnes testes sunt de Ord. Min. ...

Die x maii fr. *Iohannes* do Ymola de Ord. Min. proc. constitutus a testatrice, dep. dictum t. in sacristia Fr. Min. et penes fr. *Sarafinum* de Crespellano sacrist. dictorum Fratrum et eum sigillari fecit sigillo in dicto test. contento ... pp. fr. *Benedicto* de Faventia Ord. Min. et fr. *Bertholomeo* de Gisso de Ord. Min. ... Iacobus Bonavolte de Sedazariis not.

34/4166, n. 53. — Orig.

951. Bononiae, 26 et 28 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Gerardina f. q. Raynaldi et uxor d. Ugolini q. Benzevenis ... volens et intendens visitare limina b. Petri apost. de Roma ... voluit quod de bonis suis detur fr. *Nicholiuo* de Ord. Min. suo comissario unum par de solis ... Item reliq. pro male ablatis xx sol. bon., quos voluit expendi per fr. *Nicholinum* suum confessorem ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Nicholino* de Ord. Min., fr. *Oddone* de dicto Ord. Fr. Min. ... Quod test. dep. fuit in sacristia Fr. Min. de Bon. per dictam d. Gerardinam, pp. dicto fr. *Nicholino* et aliis pluribus testibus ...

Die xxviii aprilis supradicta d. Gerardina constituit fr. *Benedictum* portarium de Ord. Fr. Min. suum procur. ad deponend. et deponi faciendum supradictum test. in sacristia Fr. Min. de Bon. ... pp. ... Thomas q. d. Bertholomei de Schiva not.

34/4166, n. 54. — Orig.

952. Bononiae, 27 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Uguicio q. d. Rodulfini Ghixelabelle civis Bon. ... volens ire Romam ob veniam acquirendam propter indulgentiam et remissionem peccatorum suorum ... reliquid xii lib. bon., quas expendi voluit et distribui tam circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit aput eccl. Fr. Min. de Bon. si contingerit ipsum mori Bononie, quam allibi, ubi melius visum fuerit p. ipsius a. commiss. suis ... Actum Bononie in domo Fr. Min. sive ecclesia, pp. fr. *Ugolino* de Logiano, fr. *Iohanne* Fuliano, fr. *Philipo* de Duzia, fr. *Thomaxio* Pelazio, fr. *Albertino* de Coloreto, fr. *Alle*, fr. *Petro* de Castagnolo et fr. *Iacobo* de Agrestis, qui asseruit *etc.* ...

Eodem die testator dep. et consignavit h. t. custodiendum, salvandum et sigilandum et congruo tempore aperiendum coram iudice d. Potestatis secundum formam iuris et stat. com. Bon. fr. *Sarafino* sacriste Fr. Min. de Bon. Actum Bononie in

eccl. Fr. Min., pp. fr. *Rogerio* de Poetis et fr. *Anthonio* de Mediolano ... Bonacosa Iohannis Nigroboni not.

34/4166, n. 55. — Orig.

953. Bononiae, 27 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Iohanna f. q. d. Philipi q. Alberti de Via nova et uxor d. Uguicionis q. d. Rodulfini Ghixelabelle ... volens ire Romam ob veniam acquirendam propter indulgentiam et remissionem suorum peccatorum ... reliquid x lib. bon. p. a. s., de quibus dari voluit et legavit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. v lib. bon. Reliquos autem distribui voluit circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit aput eccl. Fr. Min. si contingerit ipsam mori Bononie ... Item reliq. fr. *Gandulfino* Ord. Fr. Min. de Bon. x sol. bon. ... Si omnes sui filii decesserint sine filiis quandocumque, voluit usumfructum bonorum suorum pervenire ad dictum Uguicionem eius maritum. Et post mortem dicti sui mariti, sive si acciperet aliam uxorem, voluit proprietatem et usumfructum bonorum suorum distribui et dari p. a. dicte testatricis ... per Guardianum Fr. Min. de Bon. et Priorem Fr. Predic. de Bon. ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Ugolino* de Loglano, fr. *Iohanne* Fuliano, fr. *Philipo* de Duzia, fr. *Thomaxio* Pelacio, fr. *Albertino* de Coloreto, fr. *Alle*, fr. *Petro* de Castagnolo et fr. *Iacobo* de Agrestis, qui asseruit *etc.*, omnibus de Ord. Min. de Bon. ...

Eodem die, dicta testatrix consignavit ... fr. *Sarafino* sacriste Fr. Min. de Bon. h. t. sigilandum, claudendum et conservandum et tempore congruo aperiendum secundum formam iuris et stat. com. Bon. Actum Bononie in domo Fr. Min., pp. ... Bertholomeo q. fr. Lambertini de Allamanis ... Bonacosa Iohannis Nigroboni not.

34/4166, n. 56. — Orig.

954. Bononiae, 27 et 29 aprilis 1300.

Testamentum.

Natalis q. Guillelmi olim serviens q. d. Philippi de Sala ... reliq. p. a. s. x lib. bon., de quibus reliquid conv. Fr. Min. de Bon. p. m. dicendis xxxx sol. bon. ... Ressiduum vero voluit expendi circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., ad voluntatem fr. *Landulfi* Ord. Min., quem nunc instituit sibi in commissarium, dans et concedens ei plenam et liberam potestatem *etc.* ... Item de aliis suis bonis ... reliq. fr. *Landulfo* Ord. Min. p. s. n. III lib. bon. In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.*, pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos nominaverit fr. *Landulfus* predictus vel Guardianus Fr. Min. conventus Bon. qui p. t. fuerit, si dictus fr. *Landulfus* tunc temporis non viveret ... Item cuilibet testium infrascr. reliq. v sol. bon. de dictis suis bonis. Actum Bononie in *parlatorio* Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* de Oziano sacerdote, qui asseruit *etc.*, fr. *Petro* de Fulianis, fr. *Thoma* de Pellaciis, fr. *Iohanne* de Montepolciano, fr. *Benedicto* de Favencia, fr. *Petro* de Castaglolo et fr. *Iacobino* de Placencia ...

Die XXVIIII aprilis testator dep. h. t. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste eorundem Fratrum custodiendum et salvandum et suo tempore iudici presentand. secundum formam stat. com. Bon., dimittendo eundem in dicta sacristia, pp. fr. *Ni-*

cholino Ord. Min. et fr. *Bertholomeo* de Riziis de Penitentia ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

34/4166, n. 24. — Orig.

955. Bononiae, 27 aprilis et 19 maii 1300.

Codicillus.

D. Benvenuta f. q. d. Petri ... confirmando et approbando quoddam suum test. factum in MCCLXXXXIV, ind. VII, die XXII aprelis, scriptum manu Gerardi Ferarii not., in quo quidem mutat, ordinat et mandat in eo quod in dicto suo test. reliquid fr. *Martino* de Guastavilanis III lib. bon. addit et reliquid eidem de aliis suis bonis VII lib. bon. Item de aliis suis bonis reliquid fr. *Iacobo* de Agrestis X lib. bon. p. s. n.; item fr. *Tranchedino* de Bagno p. s. n. XXXX sol. bon.; item fr. *Petro* de Canitulo IIII lib. bon.; item fr. *Artinisio* p. s. n. VI lib. bon.; item fr. *Iohanni* de Oziano XX sol. bon. ... Voluit dictum suum codicill. esse secretum et sigillari debere sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et poni in sacristia dictorum Fratrum per fr. *Iacobum* de Agrestis, quem nunc suum instituit procur. ad dictam deposit. faciendam ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Iacobo* de Agrestis sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Henrigucio* de Galliciis (*sic*), fr. *Deutacora* de Sichis, fr. *Philipo* de Ducia et fr. *Iohanne* de Ymola ...

Die XVIIII maii fr. *Iacobus* de Agrestis institutus proc. a dicta testatrice ... dedit et dep. in manibus fr. *Saraphini* de Crespelano sacriste eorum Fratrum dictum codicill. sigillandum dicto sigillo et eo sigillato custodiend. et salvandum et suo tempore iudici presentand., dimittendo eundem in dicta sacristia, pp. fr. *Franciscchino* de Lana et d. Leo d. Michaelis qui fuit de Pollicino. Naximbene q. Petri Schudarii not.

34/4166, n. 25. — Orig.

956. Bononiae, 27 et 30 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Petrus f. q. d. Asanavemi de Bugeis ... reliq. p. a. s. C lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. p. m. cant. X lib. bon. ... Item fr. *Iohannino* de Portanova Ord. Min. pro una tunica et aliis suis necess. IIII lib. bon. ... Relicos (*sic*) autem expendi et distribui iuxit circha funus et sepult. suam et alibi ubi commiss. suis infrascr. melius et utilius aparebit p. a. s. Commiss. autem suos instituit ... Guardiano (*sic*) Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Iohannino* (*sic*) de Portanova, quibus dat plenam et liberam potestatem *etc.* ... et si aliquis dictorum commiss. nolet vel non posset per se ipsum facere supradicta, dat plenam licentiam eis allios sibi subrogandi ... Item vult quod personis scriptis in quadam cedulla per manum mei not., que est apud fr. *Iohanninum* de Portanova, solvatur et satisfiat sicut legatariis supradictis per commiss. suos ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Manfredo* de Tomariis, fr. *Iacobo* de Agrestis, fr. *Francischo* de Lana, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Petro* de Chastagnolo, fr. *Henrico* de Galuciis, fr. *Henrico* converso Dominarum S. Clare et fr. *Iohannino* de Portanova sacerdote, qui dixit *etc.* ...

Die ultimo aprilis dictus testator dedit et dep. h. s. t. apud fr. *Bonaventuram* de Fregnano sacrist. Fr. Min. de Bon., sygilandum sygillo conv. dictorum Fratrum,

ibidem custodiendum et suo tempore iudici presentand. secundum formam stat. com. Bon., pp. fr. *Iohannino* de Portanova, qui cognovit *etc.*, fr. *Petro* de Fulianis et fr. *Iohannino* de Carpo ... Montanarius fr. Petri Montanarii not.

34/4166, n. 57. — Orig.

957. Bononiae, 27 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Bella f. q. d. Ugolini de Albergatis de Ceula et uxor d. Iohannis f. q. Lanbertini de Calderariis ... volens bb. apostolorum Petri et Pauli limina visitare ... reliquid de bonis suis p. a. s. conventui Fr. Min. de Bononia III lib. bon. p. m. cant. et orac. faciendis p. a. ipsius testatricis ... Item fr. *Azino* de Ord. Fr. Min. XX sol. bon. p. s. n. ... Item supra funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. si contingerit eam mori in civit. Bononie, expendi voluit id quod videbitur convenire et decens esse suo comiss. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Azino* et fr. *Rodulfo* de Tuschis, anbo de Ord. Fr. Min., qui dixerunt *etc.*, fr. *Bonincontro* de Butrigariis, fr. *Iacobo* de Placencia, fr. *Francisco* de Alerariis, fr. *Boniacobo* de Portanova, fr. *Francisco* de Thebaldis et fr. *Bertolucio* de strata Maiori, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Eodem die fr. *Bonincontrus* de Butrigariis de Ord. Fr. Min. proc. constitutus a dicta testatrice ... dep. h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonaventure* sacriste dictorum Fratrum, sigillatum sigillo conv. dictorum Fr. Min. ... pp. fr. *Franciscino* de Cento et fr. *Thomaxio* de Pelaciis ... Bonagratia f. d. Guillelmi de Manzolino not.

34/4167, n. 58. — Orig.

958. Bononiae, 28 aprilis 1300.

Testamentum.

D. magister Iacobus q. d. Bonagracie Schudarius ... reliquid de bonis suis p. a. s. XXX lib. bon, quas voluit distribui et solvi per infrascrip. suum comiss. hoc modo: videlicet, quod detur et presentetur p. ipsius a. cuilibet conventui Fr. Min. de Bonon. et conventui Fr. Pred., conventui Fr. Heremitanorum *etc.* ... pro celebracione eorum altariorum, unum duplerium de cera, precii et extimationis XX sol. bon. pro quolibet duplerio, cuilibet supradictorum convent. Item quod detur et presentetur symili modo ... per infrascr. suum comiss. cuilibet monasterio seu religioni Dominarum civit. Bon. vel eius guardie unum duplerium ceree (*sic*) per celebracione eorum altariorum, precii et extim. X sol. bon. ... Residuum vero dicti legati voluit expendi circha sepult. suam ... per infrascr. d. Caracosam eius uxorem quem (*sic*) voluit esse suam comiss. ... cui dedit plenam et liberam bayliam et licentiam dandi ... et vendendi de fructibus et reditibus, que percipientur quolibet anno, de possessionibus suis, quas habet in civit. Bon. et comitatu, usque ad integram satisfacionem et solucionem faciend. pro suprad. legat. ... incipiendo primo ad conventum Fr. Min. et aliorum conventuum Fratrum et secundo ad convent. Dominarum ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Henrico* Perticonibus, fr. *Bonaventura* de Gisso, qui asseruit *etc.*, fr. *Phylipo* de Podio, fr. *Graciolo* de Mantua, fr. *Benedicto* de Favencia, fr. *Petro* de Ymola, fr. *Bertolomeo* de Rimano ... Pollonarius d. Thomaxini not.

34/4166, n. 59. — Orig.

959. Bononiae, 28 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Marina f. q. d. Iacobini Rugacii et uxor d. Petroboni q. Clarelli ... volens limina bb. Petri et Pauli de Roma visitare ... reliquid conventui Fr. Min. p. m. celebr. xx sol. bon.; item fr. *Blaxio* de Bonon. de dicto Ord. p. a. s. x sol. bon. ... Et vult quod h. t. sigiletur de sigillo Fr. Min. de Bon., silicet de convento (*sic*). Actum Bononie in eccl. S. Francissci, pp. fr. *Iohanne* de Ogiano, fr. *Cristopharo* de Marano, fr. *Albertucio* de Butrio, fr. *Blaxio* de Bonon., fr. *Rigucio* de Galluciis, fr. *Zanillino* de Carpo et fr. *Gerardo* Ungarelli ... Deodatus q. d. Zaniti Maritate not.

34/4166, n. 60. — Orig.

960. Bononiae, 29 et 30 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Philippus q. Iohannis ... volens B. Petri limina viscitare ... voluit dari et expendi circa sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. B. Francischi de Bonon., de bonis suis c sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. S. Francischi, iuxta *hostium sacristie* Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* de Folianis, fr. *Aldrovandino* de Ubaldinis, fr. *Rodulfo* de Tuschis, fr. *Nicholino* de Butrio, qui dixit *etc.*, fr. *Michilino* de Castagnolo, fr. *Bonincontro* de Butrigariis, fr. *Francischo* de Lana et fr. *Francischino* de Sebiva ...

Die sequenti predictus testator dep. et consignavit h. t. fr. *Bonaventure* sacristano Fr. Min., et voluit dictum s. t. esse secretum et sigillatum sigillo Ord. Fr. Min. ... pp. fr. *Petrizolo* de Parma et fr. *Gerardo* Ungarelli ... Bonaventura q. Iabini not.

34/4166, n. 61. — Orig.

961. Bononiae, 29 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Horenga uxor q. d. Iacobi Taglonis et f. q. d. Thomaxini Horenghe ... intendens bb. Petri et Pauli limina visitare ... reliquid p. a. s. conventui Fr. Min. x sol. bon. p. m. cant. et orat. faciendis ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. d. dompno fr. *Cino* presbit. Ord. Fr. Min. de Bon., qui asseruit *etc.*, fr. *Albertino* de Coloreto et fr. *Benedicto* de Faventia ...

Eodem die h. t. dep. fuit in sacristia Fr. Min. de Bon. et dimissum in manibus fr. *Bonaventure* sacriste dictorum Fratrum in dicta sacristia ... et sigilatum sigilo Fratrum et conv. dicti Ord. ... pp. fr. *Maynerio* de Scirlino (?) et fr. *Sarafino* de Crespelano ... Iohannes Bonacose Cavalieri not.

34/4166, n. 62. — Orig.

962. Bononiae, 29 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Ugolina uxor q. d. Yvani de Bataglutiis et f. q. d. Alberti Bonacose ... volens bb. Petri et Pauli apostolorum de Roma limina visitare ... reliq. p. a. s. c sol. bon., de quibus dari voluit ecclesie Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. p. m. cant. et orat. fa-

ciendis ... Commiss. autem suos esse voluit ad predicta omnia et singulla exequenda fr. *Gandulfinum* de Ord. Fr. Min. de Bon. et fr. *Cinum* dicti Ord. Min. ... quibus et maiori parti et substituti (*sic*) ab aliquo ipsorum dedit plenam et liberam potest. vendendi et alienandi *etc.* ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min. de Bon., pp. d. dompno fr. *Cino* presbit. Ord. Fr. Min. de Bon., qui asseruit *etc.*, et d. fr. *Albertino* de Coloreto et fr. *Benedicto* de Faventia.

Eodem die dep. fuit h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. et dimissum in manibus fr. *Bonaventure* sacriste dictorum Fratrum in dicta sacristia ... et sigilatum sigillo Fratrum et conv. dicti Ord. ... pp. fr. *Maynerio* de Scirlino (?) et fr. *Sarafino* de Crespelano ... Iohanne Bonacose Cavalerii not.

34/4166, n. 63. — Orig.

963. Bononiae, 29 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Sanutus f. q. d. Francisci Octe ... reliquid Fratribus Min. de Bonon. c sol. bon. ... Actum Bononiae ... Nicholaus q. d. Alberti de Plastellis not.

34/4166, n. 64. — Orig.

964. Bononiae, 29 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Ugolinus q. Benzevenis brentator ... volens visitare limina bb. apostolorum Petri et Pauli ... reliquid p. a. s. xii lib. bon., de quibus ... reliq. fr. *Alberto* de Azis de Ord. Fr. Min. xx sol. bon. ... Residuum vero vult quod expend. ad voluntatem fr. *Alberti* de Azis de Ord. Fr. Min. et Presbiteri S. Antholini, quos suos ellegit commiss., ubi melius et utilius visum fuerit eis p. a. ipsius testatoris ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. d. fr. *Alberto* de Azis de Ord. Fr. Min. [...] fr. *Iohannino* de Carpo de dicto Ord. ...

Eodem die testator constituit fr. *Benedictum* portonarium Fr. Min. presentem ad dep. et deponi faciend. h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. ... pp. ... Thomas q. Bertholomei de Schiva not.

34/4166, n. 65. — Orig.

965. Bononiae, 29 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Iacobinus f. q. d. Ribaldini de Bagno not. ... reliquid p. a. s. de suis bonis cl lib. bon. expendendas circha funus et sepult. suam tempore obitus sui honorifice, quam ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bonon. ... Superfluum dari voluit et expendi in ecclesiis, monasteriis et conventibus Fratrum et Dominarum civit. Bon., dummodo omnes prefate ecclesie de dicta helimosina aliquid beneficium debeant obtinere ... Item voluit et iussit fr. *Tranchedinum* suum fil. de Ord. Fr. Min. debere habere annuatim ab heredibus suis, donec vixerit et ab eis petierit, viii lib. bon. et iure institucionis pro sua legiptima sibi reliquid, et in hiis iussit et voluit ipsum esse tacitum et contemptum; et si sui heredes non solverint eidem dictam quantitatem, voluit et iussit quod habeat et habere debeat usumfructum unius petie terre arat.

ipsius testatoris posit. in curia Burgi Panicalis, in loco qui dicitur « Ronchonovo », iuxta *etc.* ... que est tornat. (*sic*) et fuit de heredit. q. d. Iacobini Guidonis Longhi avunculi ipsius testatoris; ita quod de dicta petia terre, nec de fructibus eiusdem, possit nec debeat ab aliquo herede dicti testatoris in aliquo molestari, quominus usumfructum predictum habeat et percipiat pacifice et quiete, durante usufructu predicto ... Et commiss. et executores test. sui esse voluit d. Tranchum suum fratrem et Petrum et Bertholinum suos filios, et voluit quod omnia et singula que habent facere et ordinare tam circha test. suum quam circha facta nepotum suorum, scilicet Romei et Iaçobini, fiant de consensu et voluntate fr. *Tranchidini* sui filii de Ord. Fr. Min., si haberi poterit ... Actum Bononie in *capitulo* ecclexie conventus Fr. Min. D. S. Francisci, pp. fr. *Raynerio*, fr. *Ugolino* q. Laygonis, qui dixerunt se esse presbiteros et cognoscere *etc.*, fr. *Phillippo* de Duzia, fr. *Landulfo* de Cazanimicis Parvis, fr. *Henrigucio* de Baysio, fr. *Francischo* de Sebiva, fr. *Guillelmo* Cathelano, fr. *Francisco* sartore de Bon., omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Eodem die testator dep. supradictum t. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste dictorum Fratrum sicillatum sicillo conv. dictorum Fratrum Min. ... pp. fr. *Maynerio* (*sic*) suprascripto et fr. *Guillelmo* Cathelano de Ord. Min. ... Ubaldus q. d. Iohannis de Pizoy not.

34/4166, n. 66. — Exempl. non authent. In dorso « Test. q. d. Iacobini q. d. Ribaldini de Bagno quod est in sacristia Fr. Min. de Bon. ».

966. Bononiae, 30 aprilis 1300.

Testamentum.

Rainerius f. q. d. Iacobi de Rocha Cornete ... volens B. Petrum de Roma et S. Paulum luminibus (*sic*) visitare ... voluit quod fieri debe(a)t unum *altare ad ecclesiam Fr. Min. de Fanano*, ubi melius et utilius videbitur comiss. suis infrascript., circha quod exspendi debeat x lib. bon. ... Item reliq. c sol. bon. pro male ablatis incertis, qui expendi debeant per infrascr. suos comis. ubi melius videbitur exspedire p. ipsius a. Item reliq. c sol. bon. p. m. cant. et alias ubi melius et utilius videbitur exspedire p. ipsius a. infrascr. suis comis. ... Item voluit et disposuit sepult. suam esse ad hospitale de Val de Iamola, et si contingerit ipsum decedere in alio loco quam supradicto, voluit sepeliri ad domum Fr. Min. si reperriatur in ea terra ubi moriretur, et si non reperiretur aliqua domus Fratrum sepelliri debeat ad maiorem eccl. dicte terre. Et ad predicta omnia et singula exsequenda, suos comis. huius test. executores esse voluit Guardianum Fr. Min. de *Fanano* qui nunc est vel p. t. fuerit, et fr. *Bonaventuram* de Fregnano, dantes (*sic*) eisdem et cuilibet eorum plenam licentiam *etc.* ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit, quos dixerit et nominaverit Guardianus Fr. Min. de *Fanano* qui p. t. fuerit et comis. supradicti (*sic*) ... Et eciam voluit quod omnes et singuli qui tenentur eidem dare ex causa depoxiti, vel aliqua alia quacumque de causa, aliquas quantitates pecunie, si contingeret ipsum mori, voluit quod dicte quantitates pecunie, vel alie res, dari debeant suprascriptis suis comis. vel alteri eorum ... Et h. s. ult. volunt. et test. voluit valere et tenere et sigillari sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et esse secretum et deponi et reservari in sacristia dictorum Fratrum et per Fratres dicti Ord. dicta s. ult. volunt. sic publicata et sigillata debeat cum oportuerit presentari. Actum Bononie in domo seu ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Zanilino* de Carpo,

fr. *Iohanne* de Policino, fr. *Bertholomeo* Raymondi de Gisso, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Auluerio* de Braz, fr. *Bertholomeo* de strata Maiori, fr. *Bertholomeo* de Riziis, qui dictus fr. *Bertholomeus* cognovit *etc.* ...

Eodem die testator dep. predictum t. sigilatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in manu fr. *Bonaventure* sacriste sacristie Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Iohannino* de Portanova, Montanario fr. Petri ... Mathiolus q. Bonacapti not.

34/4166, n. 68. — Orig.

967. Bononiae, 30 aprilis et 3 iunii 1300.

Testamentum.

D. Bolnixia f. q. Aldrevandini de S. Georgio et uxor d. Ugolini ... volens bb. Petri et Pauli de Roma limina visitare ... reliquid Fratribus de S. Francissco de Bonon. v sol. bon. p. m. cant. p. a. s. ... Actum Bononie in S. Francissco, pp. dd. fr. *Manfredo* de Thomariis, fr. *Rugucio* de Galuciis, fr. *Rodulfo* de Tuschis, fr. *Cherio* de chastro Britonum, fr. *Thoma* de Pellaciis, fr. *Thoma* de Storlitis, fr. *Albertucio* de strata Maiori, fr. *Aldrevandino* de Musello ...

Die III iunii fr. *Rodulfus* de Tusseis proc. dicte testatricis ad deponend. h. s. t. in sacristia et in manibus sacriste Fr. Min. de Bon. ... dep. dictum t. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste dictorum Fratrum Min. de Bon. ... pp. fr. *Bertholomeo* de Manzolino et fr. *Francisschino* de Lana ... Bertholomeus Vicencii not.

34/4166, n. 69. — Orig.

968. Bononiae, 30 aprilis et 20 maii 1300.

Codicillus.

Cum hoc esset quod d. Malgarita f. q. d. Guidonis Frugerini ... fecerit test. scriptum manu Gerardi Ferarii not., quia circha quedam, que in ipso suo test. continentur, voluntatem mutavit ... presentibus codicillis testamentum predictum obtinere iussit plenissimam firmitatem, salvo quod illas L lib. bon., quas in dicto s. t. legaverat seu relinquerat p. a. s. et circha sepult. suam, ademit et subtrassit et circha dictam suam sepult. voluit expendi solum VIII lib. bon. et non plus ... Item legatum relictum in dicto suo test. d. Anthonie sue nepti et uxori d. Bitini d. Passipoveris, silicet ususfructus unius pecie terre arat. et vineat. posit. in curia Funi, in loco qui dicitur « Calancho », iuxta *etc.*, donec ipsa vixerit, voluit press. codicillis esse firmum et ratum, salvo quod illa verba que scripta sunt in dicto suo test. post dictum legatum, videlicet quod post mortem ipsius d. Anthonie voluit remanere dictam peciam terre conventui Fr. Min., illa verba et illud legatum relictum dicto conventui Fr. Min. post mortem dicte d. Anthonie de dicta pecia terre, voluit esse vanum et cassum et nullius valoris, et dictum legatum present. codicillis ademit et subtrassit dicto conventui Fr. Min. ... Item omne id quod relinquerat iure legati in dicto suo test. conventui Fr. Min. de Bonon., illud totum ademit et subtrassit dicto conventui, et voluit esse vanum et cassum et nullius valoris et illud totum pervenire voluit ad heredes ipsius codicillatricis conscriptos in predicto suo test. ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Azzino* et fr. *Nicholino* de strata Maiori de Ord. Fr. Min., qui anbo dixerunt *etc.*, fr. *Iohanne* de Fulianis, fr. *Cherio* de Castro Britonum, fr. *Rodulfo* de Tuschis, fr. *Michaele* de Castagnolo, fr. *Rogerio* de Poetis et fr. *Petro* de Castagnolo, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die xx madii fr. *Nicholinus* de strata Maiori de Ord. Fr. Min. procur. dicte d. Malgarite constitutus ab ea ad deponend. suprascript. s. codicill. in sacristia Fr. Min. de Bon. et ad faciend. ipsum sigillari sigillo conv. Fr. Min. ... dep. suprascript. c. in sacristia Fr. Min. in manibus fr. *Bonaventure* sacriste Fr. Min., sigillatum sigillo dictorum Fratrum Min. ... pp. fr. *Petro* de Veruculo et fr. *Iacobo* de Placencia ... Bonagratia f. q. d. Guillielmi de Manzolino not.

342/5085, n. 3. — Orig. = Cf. n. 621.

969. Bononiae, 1 maii 1300.

Testamentum.

D. Maria f. q. d. Petri, et uxor q. Raynaldi q. Pauli ... intendens visitare limina bb. apostolorum Petri et Pauli in remissionem peccatorum suorum ... reliquid p. m. cant. p. a. s. conventui Fr. Min. de Bon. x sol. bon. ... Actum Bononie in *claustro* conventus Fr. Min. de Bononia, pp. fr. *Francischo* de Allerariis, fr. *Tranchedino* de Bagno, fr. *Bertholuzio* de strata Maiori, fr. *Petro* Pizinino, fr. *Francischino* de Schiva, fr. *Rodaldo* de Planorio et fr. *Benedicto* de Faenzia ...

Eodem die, loco et testibus dicta testatrix constit. fr. *Benedictum* de Favenzia pres. suum procur. ad ponend. predictum test. in sacristia conv. Fr. Min. de Bon. et sigillari debere sigillo dicti conv.

Fr. *Benedictus* de Faventia consignavit in manibus fr. *Bonaventure* sacriste eiusdem conv. Fr. Min. de Bon. dictum test., pp. fr. *Righuzio* de Galuziis et fr. *Rodulfo* de Tuschis ... dicta die. Franciscus q. Fantini Schruche not.

35/4167, n. 1. — Orig.

970. Bononiae, 1 maii 1300.

Testamentum.

D. Iacobus q. d. Iacobini Grassi de Aposa ... intendens visitare limina bb. apostolorum Petri et Pauli Domino concedente ... reliquid fr. *Henrico* de Ord. Fr. Min. suo confessori, in adiutorium unius cappe, xx sol. bon.; item fr. *Lambertino* de Pavanensibus, dicta de causa, xx sol. bon.; item fr. *Petrizolo* de Aposa de Ord. Fr. Min. iiii lib. bon., quas debeat expendere p. a. s. p. m. cant. et alibi ubi visum fuerit utilius p. ipsius a. Item dixit quod equus, quem ipse habet, est medietas d. Passipoveri et alia medietas est sua. Item dicit quod ipse habet unam equam in terra Crevalcoris quam habet in so[...] Iohannellus; et vult quod predictus equus et equa vendantur et precium solvatur p. a. s. per commiss. suos, quos esse voluit fr. *Petrizolum* et fr. *Lambertinum*, et in legatis superius nominatis ... Actum Bononie in eccl. S. Francischi Fr. Min. ... Thomas q. d. Bartholomei de Schiva not.

35/4167, n. 2[1]. — Orig.

971. Bononiae, 1 maii 1300.

Testamentum.

D. Iohanna q. d. Iohannis C[...] et uxor Iacobi q. Iacobini Grassi de Aposa ... volens et intendens visitare limina bb. apostolorum Petri et Pauli de Roma ... reliquid fr. *Petrizolo* de Aposa p. m. canend. p. a. s. xx sol. bon.; item fr. *Lam-*

bertino de Pavanensibus p. m. canend. xx sol. bon.; item fr. *Henrico* de Perticonibus dicta de causa p. a. s. xx sol. bon.; item fratribus *Nicholao* et *Zacharie* filiis q. d. Anthonii Mulnaroli p. m. canend. xx sol. bon. cuilibet eorum; item fr. *Gandulfino* p. m. canend. x sol. bon.; item fr. *Bonaventure* de Gisso p. m. canend. x sol. bon. ... Item reliquid de illis x lib., quas ipsa reliquid Amate, si accideret quod ipsa decederet, vult quod v lib. ... debeant solvi p. a. s. in domo Fr. Min. ad voluntatem commissariorum, quos voluit esse fr. *Petrizolum* et fr. *Lambertinum* ... Item reliquid conventui Fr. Min. p. m. cant. c sol. bon. ... Item reliq. conv. Fratrum Minorum de Carmino (*sic*) p. m. cant. xxxx sol. bon. ... Item reliquid lectum suum [...] Iacobo suo viro, infirmarie Fr. Min. post (mortem) dicti Iacobi debeat pervenire ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min. ...

Eodem die et loco dicta d. Iohanna fecit suum procur. fr. *Azinum* de Ord. Min. ad dep. h. s. t. [...] in sacristia Fr. Min. de Bononia ... Thomas q. d. Bartholomei de Schiva not.

35/4166, n. 2². — Orig.

972. Bononiae, 2 maii 1300.

Codicillus.

Cum hoc sit quod d. Rosa q. Zacharie Manzafesta et uxor Michaelis piscatoris fecisset test. script. manu Bondi q. Petrizoli Bonincuntri not., voluit quod dictum test. sit firmum ... salvo quod *etc.* ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Azino* de Bon., qui dixit *etc.*, fr. *Sarafino* de Crespellano, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Bolognitto* cantore, fr. *Lodorengo* de Scarpilinis, fr. *Raymiolo* (?) de S. Agata ...

Eodem die fr. *Zanilininus* de Carpo proc. dicte d. Rose ... dedit et tradidit h. c. in manibus fr. *Sarafini* sacrist. ad hoc ut sigilletur sigillo conv. Fr. Min. et ad hoc ut ponatur in sacristia dictorum Fratrum ... pp. fr. *Alberto* de Mutina et fr. *Iohanne* de Ymola ... Guido q. Iohannis Benzevennis not.

35/4167, n. 4. — Orig. = Cf. n. 448.

973. Bononiae, 3 maii 1300.

Testamentum.

D. Saglinbene de Massa Traballia f. q. d. Carzollarii ... reliquid ad S. Francisscum de Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. p. m. cant. ... Voluit quod h. suum test. poni debeat in sacristia Fr. Min. de Bon. et sit secretum ... Actum Bononie in *domo* dictorum Fratrum, pp. d. fr. *Zanellino* de Carpo, d. fr. *Francissco* sartore, d. fr. *Alle* de Sichis, d. fr. *Francissco* de Schiva, d. fr. *Rugerio* Poete, d. fr. *Bonaventura* de Flagnano et d. fr. *Berthollomeo* q. d. Raymundi de Gisso, qui dixerunt *etc.* ... Berthollomeus q. d. Henrici de Arpinellis not.

35/4167, n. 5. — Orig.

974. Bononiae, 3 maii 1300.

Testamentum.

D. Fabianus f. q. d. Iohannis Corezola ... volens bb. Petri et Pauli limina visitare ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. c sol. bon. ... Item quibuslibet ho-

spitalibus in quibus pauperes habitant, qui sunt intra circulas civit. Bon., et cuilibet dictorum hospit. x sol. bon., excepto hospitali fr. Petri ... Item hospitali d. Dolze reliq. xx sol. bon. ... Item reliq. circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit aput eccl. Beati Francissci Ord. Fratrum Min. de Bon., x lib. bon. ... Actum Bononie in eccl. B. Francissci Ord. Fr. Min., pp. dd. fr. *Azino*, fr. *Pinamonte* burgi S. Felicis, fr. *Francissco* de Tantis, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Francisscho* de Allerariis, fr. *Bartholomeo* q. Raymundi de Gisso, fr. *Benedicto* de Favencia, omnibus de Ord. Fr. Min. de Bononia ...

Eodem die dictus testator presentavit h. t. d. fr. *Bonaventure* de Fregnano sacrist. Ord. Fr. Min. de Bon., volens dictum s. t. reponi debere in sacristia dictorum Fratrum ... pp. d. fr. *Petrizolo* de Ymola et fr. *Bolognito* de Bon., ambo de Ord. Min. de Bon. ... Pax q. Iacobini Zacharie Medici not.

35/4167, n. 6. — Orig.

975. Bononiae, 3 maii 1300.

Testamentum.

Tanti ponderis sunt onera peccatorum, ut nisi per frequentem confessionem et penitentiam diluantur, mox sua gravedine trahant ad alia, et sic animam Deo suis maculis disp(l)icentem demergant et precipitent in infernum. Pia ergo fuit salubris et acceptanda fidelibus providentia sacrosante Romane Ecclesie summi Antistitis, qui centesimum quemlibet annum, a nativitate Domini computandum, decrevit et constituit Iubileum, in quo Christicolis omnibus vere penitentibus et confessis, qui devotionis causa, anno illo, bb. apostolorum Petri et Pauli basilicas visitarent, non solum plena, sed plenior atque plenissima peccatorum omnium venia per ipsum Pontificem est indulta. Quapropter provida matrona d. Marchexana f. q. d. Cazaguerre et uxor olim d. Bonagracie q. d. Gerardi ... intendens pro huiusmodi indulgentie benefitio assequendo, ad quod confluunt undique fidelium nationes, dictorum Apostolorum limina visitare, primo bonorum suorum omnium dispositionem per presens nuncupat. test. condidit in hunc modum. In primis quidem ... reliquid de bonis suis p. a. s. et parentum suorum xxx lib. bon., de quibus expendi voluit circha funus et sepult. suam et cereis, candelis et aliis necessariis, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., x lib. bon., prout melius et utilius visum fuerit suis comiss. infrascript. ... Item reliquid fr. *Henrico* de Pertigonibus de Ord. Fr. Min. III lib. bon. in s. n. convertendas; item fr. *Bertholucio* de dicto Ord. III lib. bon.; item fr. *Zanilino* de Carpo de dicto Ord. xx sol. bon.; item fr. *Benedicto* de Faventia de dicto Ord. xx sol. bon.; item fr. *Iohanni* de Imola de dicto Ord. xx sol. bon.; item fr. *Rodulfo* de Tuschis de dicto Ord. xx sol. bon.; item fr. *Bologneto* d. Bonvisini de dicto Ord. xx sol. bon. ... Item conventui Fr. Min. de Bonon. v lib. bon. p. m. cant.; item fr. *Francisco* sartori de dicto Ord. xx sol. bon. ... Et ad omnia et singula suprascripta et infrascripta exequenda suos comiss. esse voluit fr. *Lambertinum* de Bambaglolis de dicto Ord. Fr. Min. et fr. Petrum eius filium de Ord. Predic. ... dans eis plenum et generale mandatum *etc.* ... Voluit h. s. ult. voluntatem secretam esse in sacristia Fr. Min. deponendam, et ut esse debuerit presentandam. Actum Bononie in *scolis* Fr. Min. conventus Bon. coram religiosis viris Fratribus *Henrico* de Galucciis et *Clerico* de Castro Britonum, ambobus sacerdotibus de Ord. supradicto Fr. Min., cognoscen-

tibus *etc.*, et pp. religiosis viris Fratribus *Bologneto* d. Bonvisini, *Mathiolo* de Caldararia, *Thomace* de Ramponibus, *Franciscino* de Alerariis, *Iacobo* de Placentia, *Rodulfo* de Tuschis, *Henrico* de Pertigonibus et *Francisco* sartore, omnibus Ord. Fr. Min. conventus Bononie ... Paulus f. Parisii not.

35/4167, n. 7. — Orig.

976. Bononiae, 4 maii 1300.

Testamentum.

Ego Albertus q. Certi ... volens bb. apostolorum Petri et Pauli limina visitare ... relinquo p. a. m. xxv lib. bon., de quibus dari volo fr. *Bonaventure* de Gisso Ord. Fr. Min. in auxillium unius cape III lib. bon. ... Item relinquo x lib. bon. disspe(n)sandas per Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, ubi sibi melius videbitur p. a. m. ... Item volo quod debeat integre satisfieri per infrascr. meos comiss. omnibus qui inventi fuerint scripti in quadam cedula que est penes d. Cauxendam uxorem meam ... In omnibus aliis meis bonis mobilib. et inmobil., iuribus *etc.* mic(h)i heredes instituo pauperes Christi, quos quidem pauperes voluerint eligere et nominare infrascrip. mey comiss., quos quidem comiss. meos volo esse Guardianum conventus Fr. Min. de Bonon. qui p. t. fuerit ... quibus concedo plenam et liberam potestatem vendendi *etc.* ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Laure(n)tio* de Senis, fr. *Guillemo* Auchilgho (?), fr. *Bonaventura* de Gisso, fr. *Martino* de Coloreto, fr. *Philipo* de Corvis, fr. *Francisco* de Allerariis et fr. *Ioanne* de Ymola, et cuilibet eorum dimito p. a. m. v sol. bon.

Ego Albertus q. Certi dep. meum test. manu mea script. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Saraphini* sacriste custodiendum et sicilland. sicillo conv. et presentandum suo loco et tempore, pp. fr. *Bonaventura* de Gisso et fr. *Laurentio* de Senis ... Ego Albertus q. Certi not. manu mea ... scripsi.

35/4167, n. 8. — Orig.

977. Bononiae, 4 maii 1300.

Testamentum.

D. Petrus q. d. Petri Becharii ... volens limina bb. Petri et Pauli visitare ... reliquid p. a. s. de bonis suis x lib. bon., de quibus expendi voluit circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. S. Francisci de Bon., v lib. bon.; item reliquid fr. *Iacobo* de Pozale p. m. celebr. xx sol. bon.; item fr. *Naximbene* eius fratri p. m. celebr. xx sol. bon. ... Item reliq. d. Dolze pro pauperibus v sol. bon. Residuum vero expendi voluit ad volunt. commiss. suorum infrascr. pauperibus verecundis, prout utilius eis videbitur p. a. s. expedire ... Commiss. suos esse voluit ad predicta omnia et singula facienda d. fr. *Iacobum* de Pozale et fr. *Naximbenem* suum fratrem, dans eis licentiam *etc.* ... Tutores autem filiorum suorum pupillorum ... omnia et singulla negotia et facta dictorum pupillorum facere teneantur cum consilio et voluntate d. fr. *Iacobi* de Pozale et fr. *Naximbene* suus frater (*sic*) vel alterius eorum ... Voluit n. t. esse secretum in sacristia Fr. Min. sigilat. sigillo predictorum Fratrum ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Albertino* de Coloreto, fr. *Iacobo* de Plasentia,

fr. *Bonmerchato* de Feraria, fr. *Guidone* de Ravenna, fr. *Bertholomeo* q. d. Raymundi, fr. *Bonaventura* de Fanano, fr. *Petro* d. Dominici de Bonon., qui asseruit *etc.* ... Guido q. Bertholocti not.

35/4167, n. 9. — Orig.

978. Bononiae, 5 maii 1300.

Testamentum.

D. Marchus q. Bernardini Spadarius ... p. a. reliq. L lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. VIII lib. bon. p. m. cant. ... Reliquos vero voluit expendi circha funus et sepult. suam ... et ubi melius et utilius videbitur commiss. suis p. ipsius a., quos sibi elegit Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... quibus dedit licentiam *etc.* ... Et si aciderit suum hered. molestare dictos suos commiss. circha executionem predictam, eum ex nunc privat a sua hereditate, et instituit solummodo in XX sol. bon., et in eo casu instituit pauperes Christi sibi heredes, quos nominaverit Guardianus Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... Voluit h. s. ult. voluntatem esse secretam et eam deponi in sacristia Fr. Min. de Bonon. et sygillari debere sygillo conventus vel Guardiani dictorum Fratrum. Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Bonifacio* de Lanbertaciis, qui dixit *etc.*, fr. *Alberto* de strata Maiore, fr. *Caffeto* d. Rodulfi de Graydanis, fr. *Nasinbene* burgi Peratelli, fr. *Francisco* d. Neni (?) Raynerii, fr. *Franciscino* f. d. Tyriagi (?), fr. *Bonincontro* de Butrigariis ... Michael Zanboni not.

35/4167, n. 10. — Orig.

979. Bononiae, 5 maii 1300.

Testamentum.

Exempl. cuiusdam test. ... scripti manu q. fr. Iohannis Livaldi not., quod test. esse debeat in sacristia Fratrum S. Michaelis de Boscho extra civit. Bon.

D. Bernarda q. d. Guidonis Spelte, uxor fr. Petrizini capelle S. Marie de Muradellis ... p. a. s. reliq. X lib. bon., de quibus dari voluit ... domui Fratrum tertii Ord. Humiliatorum X sol. bon. in auxilium lectorum pauperum ibi hospitantium ... Residuum voluit dari et distribui arbitrio commiss. suorum, quos esse voluit fr. Iacobum Gerardini et fr. Petrizinum suum virum, quibus dedit licentiam *etc.* ... Actum Bononia ... Fr. Iohannes q. Livaldi not.

35/4167, n. 11. — Exempl. « Ego Symon cui dicitur Mone q. Symonis not. ... prout in dicto test. vidi et lexi sic fideliter sumpsi exempl. et scripsi ».

980. Bononiae, 5 et 7 maii 1300.

Testamentum.

D. Bertholomeus f. q. d. Manfredi de Sala ... reliquid conventui Fr. Min. de Bonon. XX sol. bon. p. m. cant. ... Si omnes filii sui decederent sine liberis, eo casu voluit quod sua hereditas deveniat ad Laurentium fratrem dicti testatoris, salvo quod commiss. sui teneantur expendere, de dicta hereditate, L lib. bon. p. a. dicti testatoris et parentum suorum; et si ipsi comiss. non viverent, tunc dictus Laurentius teneatur eas L lib. bon. solvere et distribuere incontinenti p. a. dicti testatoris et parentum

suorum ubi melius et utilius visum fuerit Guardiano Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit; et salvo quod d. Marchexella eius uxor habere debeat de dicta hereditate in dicto casu ad usum tantum quod valeat CL lib. bon., totis temporibus vite sue, et post obitum dicte d. Marchexelle, dicte CL lib. bon. distribuantur p. a. dicti testatoris ... per dictum Guardianum, ubi melius et utilius visum fuerit eidem. Et si predicta non faceret dictus eius frater ... dicta hereditas tunc distribuatur inter pauperes, orfanos et viduas et miserabiles personas per dictos eius commiss. vel per dictum Guardianum ... Voluit h. t. secretum esse et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conventus vel Guardiani vel Custodis dictorum Fratrum ad hoc ut eidem testamento fides perpetuo adhibeatur. Actum Bononie ...

Eodem anno die VII intrante madio testator dep. h. s. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. et penes fr. *Sarafinum* de Crespellano sacristam dictorum Fratrum et eum sigillari fecit sigillo in dicto test. contento ... pp. fr. *Rogerio* de Poetis de Ord. Min. et fr. *Petro* de Castagnolo de Ord. Min. ... Iacobus Bonavolte de Sedazariis not.

35/4167, n. 13. — Orig.

981. Bononiae, 5 et 6 maii 1300.

Testamentum.

D. fr. *Iohannes* q. Ley becharius ... de bonis suis reliquid p. a. s. et remissione peccatorum suorum CCC lib. bon., de quibus reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. et celebr. X lib. bon. ... Item conventui Fratrum tertii Ord. de Bon. X lib. bon. pro uno lecto novo emendo pauperibus hospitantibus in domo dictorum Fratrum; item Fratribus et Sororibus Ord. tertii de Bon. videlicet pauperibus dicti Ord., III lib. bon.; item *Fratribus et Sororibus Ord. Fratrum Penitencie* de Bon., videlicet pauperibus ipsius Ord., X lib. bon., salvo quod nullus ex dictis pauperibus habere possit pro quolibet ultra quantitatem X sol. bon., sed minus sicut videbitur fideicommiss. dicti testatoris ... Reliquos vero expendi et distribui iussit supra funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bononia, et in cereis, candelis, missis, locis religiosis, hospitalibus, pauperibus et alias, secundum quod utilius et melius videbuntur (*sic*) commiss. suis infrascr. p. a. ipsius testatoris ... quos quidem suos commiss. ad predicta omnia et singula suprascripta et infrascripta facienda esse voluit *Ministros Fratrum Penitencie* de Bon. qui nunc sunt vel p. t. erunt, d. Iohanninam eius uxorem et fr. Donusdeum q. d. Zagnis ... dans eis plenissimam licentiam *etc.* ... Item reliq. d. Iohanninam suam uxorem massariam et usufructuariam de bonis suis dum vixerit ... et si dicta eius uxor agravaretur per heredes ipsius testatoris in aliquo, vult ipsos heredes privari a sua hereditate, et pervenire debeat hereditas eis relicta Fratribus Penitencie de Bon. ... In omnibus autem aliis bonis suis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Raynaldinum, Lencium et Martinum fratres et filios q. fr. Filipi et nepotes dicti testatoris sibi equis portionibus hered. instituit ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Alle* de Sichis de Bon., fr. *Michaele* de Castagnolo, qui dixerunt *etc.*, fr. *Iohanne* de Faventia, fr. *Iacobo* de Placentia, fr. *Bonavintura* de Trintino, fr. *Petro* de Castagnolis ...

Qui testator die VI madii consignavit h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. d. fr. *Bonavite* sacriste dicte domus ... qui sacrista dictum test. recepit et sigilavit sigillo con-

ventui (*sic*) Fr. Min. de Bon. et eum recondidit et reposuit, pp. fr. *Zanulino* de Carpo et fr. *Sarafino* de Crespelano ... Rolandinus q. Bonavintura Clerici not.

35/4167, n. 21. — Orig. In dorso « Test. fr. *Iohannis* de Penitencia, q. Ley becharii, lectum et publicatum ».

982. Bononiae, 6 et 7 maii 1300.

Testamentum.

D. Bella f. q. d. Gerardi de Gragnano et uxor q. d. Nicholay de Formatico ... reliquid de bonis suis p. a. s. xxx lib. bon., de quibus dari voluit p. m. ablatis incertis, x lib. bon. expendend. arbitrio et voluntate fr. *Iohannis* de Ugiano suo confessori (*sic*) de Ord. Fr. Min. omnibus personis per eum elligendis, quibus ei videbitur melius convenire p. a. s. ... Item reliquid p. a. s. fr. *Iohannino* de Portanova Ord. Fr. Min. III lib. bon. ... Item fr. *Iohanni* de Ugiano de Ord. Fr. Min. p. m. cant. III lib. bon. ... Item fr. *Iohanni* de Ymola x sol. bon. ... Item conventui Fr. Min. de Bon. xxxx sol. bon. p. m. cant. p. a. s. ... Si contingeret suos commiss. premori dicte testatrici, tunc esse voluit suos commiss. Priorem Fr. Predic., Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit et fr. *Iohannem* de Ugiano Ord. dictorum Fratrum, cum ea iurisdictione, licentia *etc.* ... Item reliquid iure institutionis, ante partem, sive prelegavit domum suam sive hediflicium domus sue, posit. in contrata Paradisi, iuxta *etc.*, in qua nunc habitat dicta testatrix, dominabus Ysabete et Agnexie suis filiabus, donec vixerint ... et medietas pensionis percipiende ex dicta domo detur ... p. m. cant. secundum quod videbitur eis melius p. a. s., prohibens et vetans venditionem, alienationem *etc.* fieri de dicta domo donex vixerint; quod si facerent predicta peccun. quantitas percipienda ex ea pervenire debeat ad pauperes Christi nominandos et elligendos per Priorem Fr. Predic. Fr. Min. (*sic*) de Bon. Post mortem autem predictarum suarum filiarum, reliquid quod dicta domus remaneat et remanere debeat convent. Fr. Pred., Fr. Min. et Monacharum eccl. S. Vitalis, ita quod vendatur per eos, sive per syndicos dictorum conventuum, et dicta peccunia percipiend. ex ea domo dividatur inter dictos conventus et dictum monasterium S. Vitalis p. m. cant. equaliter pro quolibet conventu et monasterio predicto ... Et h. s. ult. volunt. asseruit esse velle ... cassans insuper et irritans omne aliud test. quod hinc retro appareret script. et specialiter test. script. manu Iacobini de la Turre not. registratum et positum in sacristia Fr. Predic. ... Quod quidem test. seu ult. volunt. voluit esse secretum et registrari et poni debere in sacristia Fr. Min. de Bon. et apud eccl. dictorum Fratrum et sigillari debeat sigillo Prioris (*sic*) dicti conv. seu sigillo conv. dicti Ord. et secretum remanere debeat in dicta sacristia donec vixerit, post mortem autem suam publicari debeat et apperiri. Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. d. fr. *Iohanne* de Ugiano, qui asseruit se esse sacerdotem et cognoscere *etc.*, fr. *Baldasar* de Burgo S. Donini, fr. *Petro* de Veruculo, fr. *Mathiolo* de Caldararia, fr. *Francisco* sartore, fr. *Michaele* de Pollicino, fr. *Bertolucio* de strata Maiori, fr. *Francisco* de Tantis, omnibus Fratribus dicti Ord. ...

Die sequenti d. fr. *Iohannes* de Uziano Ord. Fr. Min. proc. dicte testatricis ... dep. et tradidit predictum t. in manibus fr. *Bonaventure* de Fregnano sacrist. dicti conv. et ipsum custodiend. et salvand. donec publicabitur, pp. fr. *Nicholao* de Sanguineis et fr. *Iacobo* de Placentia ... Matheus q. Iohannini Petri Fabri not.

35/4167, n. 14. — Orig.

983. Bononiae, 6 et 7 maii 1300.

Testamentum.

D. Ysabetta f. q. d. Nicholay de Formatico et uxor d. Deolay calzolarii ... volens bb. Petri et Pauli limina visitare ... p. a. s. reliquid x lib. bon., de quibus dari voluit p. m. ablatis incertis xx sol. bon. expend. inter pauperes personas, arbitrio et voluntate fr. *Iohannis* de Ugiano vel fr. *Iohannini* de Portanova, quos suos commiss. esse voluit et ellegit ad predicta omnia et singula infrascripta et suprascripta effectui demandanda. Item reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. xxxx sol. bon. ... Item fr. *Iohanni* de Ugiano dicti Ord. Fr. Min. p. m. cant. xx sol.; item fr. *Iohannino* de Portanova de dicto Ord. xx sol.; item fr. *Gandulfino* de dicto Ord. de Mutina x sol. bon. ... Item reliquid quod ematur una planeta, de ressiduo dictorum denar., que dari debeat ad voluntatem dictorum suorum commiss. ubi eis melius videbitur p. a. dicte testatricis ... Si contingeret suos filios natos vel nascituros mori sine liberis legittimis, tunc voluit quod dentur et distribuantur p. a. s. L lib. bon. inter pauperes religiosas personas et conventus omnes Fratrum de Bon. et Sororum p. m. canendis ... Et h. s. ult. volunt. asseruit esse velle ... cassans insuper et irritans omnia alia test. que hinc retro apparerent scripta et facta, et specialiter test. que sunt posita et registrata in sacristia Fr. Min. ... Quod quidem test. seu ult. voluntas *etc.* (*ut in praecedenti*). Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. d. fr. *Iohanne* de Ugiano sacerdote, qui asseruit *etc.*, fr. *Baldasar* de Burgo S. Donini, fr. *Petro* de Veruclo, fr. *Mathiolo* de Caldarariis, fr. *Francisco* sartore, fr. *Michaele* de Pollicino, fr. *Bertolucio* de strata Maiori et fr. *Francisco* de Tantis, omnibus dicti Ord. ...

Die sequenti ... d. fr. *Iohannes* de Uziano proc. dicte testatricis dep. et tradidit predictum t. in manibus fr. *Bonaventure* de Fregnano sacriste dicti conv. et ipsum custodiend. et salvand. donec publicabitur, pp. fr. *Nicholao* de Sanguineis et fr. *Iachobo* de Placentia ... Matheus q. Iohannini Petri Fabri not.

35/4167, n. 15. — Orig.

984. Bononiae, 6 maii 1300.

Codicillus.

D. Tomaxinus q. d. Iohannis de Ferro de Mutina de vicinia Castellarii ... test. suum script. manu d. Bonomi de Bonominis not. de Mutina press. codicillis confirmavit ... Voluit dictos suos codicillos, quos voluit esse secretos, sigillari debere suo sigillo et sigillo conv. dictorum Fratrum et presentari et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Gerardo* dal Ferro sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Francischo* sartore, fr. *Bonincontro* de Butrigariis, fr. *Iohanne* de Fulianis, fr. *Iacobino* de Parma et fr. *Rodulfo* de Tuschis ...

Eodem die dictus testator dep. dictos c. in sacristia dictorum Fratrum et in manibus fr. *Bonaventure* sacriste dedit, pp. fr. *Francischo* sartore et fr. *Iohanne* de Fulianis ... Bonincontrus q. Cambii de Boateriis not.

35/4167, n. 16. — Orig.

985. Bononiae, 7 maii 1300.

Testamentum.

Fr. Iohannes q. Rolandi de Cazatis ... p. a. s. reliq. c lib. bon., de quibus dari voluit fr. *Iacobo* suo filio de Ord. Fr. Min. L lib. bon. iure institutionis, pro libris et aliis suis necessitatibus, quotiens ei opus fuerit. Item fr. *Iohanni* de Ozano de Ord. Fr. Min. p. s. n. III lib. bon. Item Fratribus tertii Ord. Humiliatorum civit. Bon. x lib. bon. expendend. in aliqua re stabili sive laborerio domus sive in aliqua emptione tere vel vinee vel alterius possess. que stare debeat semper in auxilio pauperum. Item Fratribus Min. de Bon. p. m. cant. III lib. bon. ... Residuum vero expendatur et distribuatur arbitrio comiss. suorum circa funus et sepult. suam, inter pauperes et alia pia loca sicut eis melius videbitur p. a. s. ... Et si predicti sui comiss. non essent tempore obitus dicti testatoris, ellegit sibi suos comiss. Ministri (*sic*) Fratrum tertii Ord. Humiliatorum qui [...] temp. deputati fuerint officio minis[...] quibus dedit licentiam *etc.* ... Sepult. suam esse voluit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie in *claustro* Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* de Ozano de Ord. Fr. Min., fr. Iacobo de Luca, fr. Iacobo de Noxadella, fr. Bertolo q. Vitalis, omnes de tercio Ord. Humiliatorum, fr. *Iohanne* Bruno de Penitencia et fr. *Francisco* de Ord. Fr. Min. ...

Eodem die testator dep. h. t. in manu (fr.) *Sarafini* sacrist. Fr. Min. de Bon. rogans ipsum ut dictum test. debeat sigillari sigillo conv. sive Guardiani ... pp. fr. *Cambio* et fr. *Iohanne* de Ymola ... Fr. Iohannes Livaldi not.

35/4167, n. 17. — Orig.

986. Bononiae, 9 maii 1300.

Testamentum.

D. Montinus q. d. Alberti Novelli de Chazanimicis ... reliq. p. a. s. cc lib. bon. expendend. ... circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud Fratrum (*sic*) Min. et (alias) sicut videbitur comiss. suis ... Actum Bononie ... Ego Michael Nicholai not. predictum test. ut inveni in rogat. q. d. Nasinbenis q. d. Benvenuti Iacobi Bondinate not. ... ita fideliter scripssi ...

35/4167, n. 18. — Exempl.

987. Bononiae, 10 et 11 maii 1300.

Testamentum.

D. Bonagratia f. q. d. Bonzanini ... reliq. p. a. s. c sol. bon., quibus (*sic*) voluit expendi circha funus et sepult. suam, quam sibi eligit apud eccl. Beati S. Francischi de Bonon. Ord. Fr. Min. ... Actum Bononie ... pp. d. fr. [...] de Ugiano Ord. Fr. Min., d. fr. *Iohanne* d. Bonagratie de dicto Ord. Fr. Min. ...

Die sequenti h. t. dep. fuit in manibus fr. *Seraphini* de Crespelano sacriste Fr. Min. de Bon. custodiend. et salvand. et sigilandum sigillo conv. et suo temp. iudici presentandum, in pres. fr. *Bonaventure* de Gisso et fr. *Iohannis* de Seminibus ... Gerardus Bartholomei Muti not.

35/4167, n. 19. — Orig.

988. Bononiae, 11 maii 1300.

Testamentum.

D. Iacobinus q. d. Gerardini de Monte S. Iohannis comitatus Bonon. ... volens bb. apost. Petri et Pauli limina visitare ob indulgentiam et remissionem peccatorum suorum ... reliquid de bonis suis p. a. s. xxv lib. bon., de quibus ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. xxxx sol. bon. ... Residuum vero distribui et expendi voluit circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit aput eccl. Fr. Min., si contingerit ipsum mori Bononie ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min. ... pp. fr. *Francischino* de Lana, fr. *Aldrevandino* de Ubaldinis, fr. *Thomaxio* de Sturlitis, fr. *Clerio* de Castro Britonum, fr. *Sarafino* de Crespelano ... omnibus Fratribus de Ord. Min. ...

Eodem die testator dedit et consignavit h. t. d. fr. *Sarafino* sacrist. Fr. Min. de Bononia custodiend. et salvand. et sigiland. et congruo tempore aperiendum coram iudice d. Potestatis secundum formam stat. com. Bon. ... pp. fr. *Cherio* de Castro Britonum et fr. *Thomaxio* de Sturlitis de Ord. Min. de Bon. ... Bonacosa Iohannis Nigroboni not.

35/4167, n. 20. — Orig.

989. Bononiae, 15 et 17 maii 1300.

Codicillus.

Cum hoc sit quod d. Bertholomea f. q. d. Thomaxii de Thencarariis et uxor q. d. Zacharie de Allerariis suum fecerit test. script. manu mei Bonagracie not. infrascripti ... press. codicill. test. predictum obtinere iussit plenissimam firmitatem, salvo *etc.* ... Actum Bononie ... pp. fr. *Petro* de Veruculo et fr. *Iacobucio* de Forlivio de Ord. Fr. Min., qui anbo dixerunt *etc.* ...

Die xvii madii fr. *Petrus* de Veruculo de Ord. Fr. Min. proc. dicte d. Bartholomee ... dep. suprascr. c. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Seraphyni* sacrist. Fr. Min. sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum Min. ... pp. fr. *Iohanne* de Ymola et fr. *Petrino* de Castronovo de Ord. Fr. Min. ... Bonagratia f. q. d. Guilielmi de Manzolino not.

35/4167, n. 22. — Orig.

990. Bononiae, 21 maii 1300.

Testamentum.

D. Aldrovandinus q. Danieli ... reliquid fr. *Bolognito* d. Bonvisini de Ord. Fr. Min. v sol. bon. ... Et quia voluit suam pres. ult. volunt. secretam esse, sua manu propria dep. in manu fratris sacristani Fr. Min. de Bon. et sigilari (fecit) sigilo Guardiani dicti conv. ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Bolognito* d. Bonvisini presbit., qui asseruit *etc.*, fr. *Petro* de Marzegonibus, fr. *Henricho* de Bononia, fr. *Iohanne* de Lucho, fr. *Bernardino* de Forlivio, fr. *Loderengho* de Scarpilinis, fr. *Michaele* de Castagnolo et fr. *Iohane* de Ymola ... Iohannes Petri Inghilerii not.

35/4167, n. 24. — Orig.

991. Bononiae, 22 maii et 2 augusti 1300.

Testamentum.

D. Oliva f. q. Albertini de Serazono de Fregnano, que nunc moratur Bononie ... reliquid de bonis suis p. m. ablatis c sol. bon. distribuend. per infrascrip. suos commiss. p. a. illorum a quibus habuisset et recepisset eos inlicite ... Item reliq. de aliis suis bonis c sol. bon., de quibus dari voluit ... Residuum vero distribui iupsit circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... Ad predicta vero omnia et singula exequenda esse voluit suos commiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, et fr. *Bonaventuram* de Fregnano de Ord. Min. ... quibus et utrique eorum dedit licentiam *etc.* ... In omnibus autem aliis bonis suis mobilibus et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos dicti sui commiss. duxerint nominandos ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Petro* de Fulianis, fr. *Petro* q. d. Antonii merzarii, fr. *Petro* de Veruclo, fr. *Thomaxio* de Pellatiis, fr. *Bonaventura* de Fregnano, qui dixerunt *etc.*, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Benedicto* de Faventia procur. dicte testatricis ad dep. pres. test. in sacristia Fr. Min. de Bon. et penes sacristam dictorum Fratrum Min. de Bon. et ad fatiendum eum sigillari sigillo conv. vel Guardiani vel Custodis dictorum Fratrum ... et fr. *Rodulfo* de Tuschis, qui omnes sunt de Ord. Min. ...

Die II augusti d. fr. *Benedictus* de Faventia de Ord. Min. proc. dicte testatricis dep. dictum t. in sacristia Fr. Min. de Bon. et eum sigillari fecit sigillo in dicto test. contento ... pp. fr. *Gratiadeo* barberio de Ord. Min. et fr. *Bertholomeo* portonario ... Iacobus Bonavolte de Sedazariis not.

35/4167, n. 23. — Orig.

992. Bononiae, 22 maii 1300.

Testamentum.

Iacobus q. d. Chambii de Tantis ... volens in remissionem suorum peccatorum bb. Petri et Pauli limina visitare, p. a. s. dari voluit de bonis suis fr. *Francisco* f. q. d. Chambii, fratri ipsius testatoris, qui est de Ord. Min. de Bon., p. s. n. xxxx sol. bon.; item fr. *Iohanni* de dicto Ord. f. q. d. Iacobi de Fulianis p. s. n. xxx sol. bon.; item fr. *Petro* de dicto Ord. f. q. d. Iacobi de Fulianis p. s. n. xxx sol. bon.; item sor. Francisce f. q. d. Iacobi de Fulianis p. s. n. xx sol. bon. ... Item fr. *Lotorengho* de Ord. Min. de Bon. p. s. n. xx sol. bon. Item x lib. bon. expendend. circa funus et sepulturam suam, quam sibi elegit apud eccl. S. Francisci de Ord. Min. de Bon. et ubi melius visum fuerit comiss. suis, quos esse voluit fr. *Petrum* de Fulianis predictum et fr. *Franciscum* fratrem sui testatoris, quibus dedit liberam potest. et licentiam *etc.* ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Thoma* de Storlittis, fr. *Michaele* de Chastagnolo, fr. *Nicholao* Sanguiney, fr. *Zermia* de Chastello, fr. *Bartholameo* q. Raymundi de Gipso, fr. *Petro* de Chastagnolo, fr. *Petro* Fuliano, fr. *Iohanne* Fuliano et alliis ... cognito ipso testatore a fr. *Petro* et fr. *Iohanne* Fuliano predictis ...

Eodem die testator presentavit h. s. t. fr. *Saraphyno* sacriste Fr. Min. ut ponatur per eum in sacristia Fr. Min. de Bon. ... pp. fr. *Iohanne* de Ymola et fr. *Petro* de Fulianis [...] sigillo conv. dictorum Fratrum ... Nicholaus Albertini de Plastellis not.

35/4167, n. 25. — Orig.

993. Bononiae, 25 maii 1300.

Testamentum.

Magister Iacobus q. d. Andree de Guazatorio ... voluit quod dentur et solvantur ... fr. *Bartholomeo* de Riciis, quos debebat ei pro d. Petro de Guazatorio occasione restitutionis illicite quesitorum per uxurariam pravitatem, xxxx sol. bon. Item de bonis suis reliq. xxxx lib. bon. distribuendas per suos infrascr. commiss. circa funus et sepult. suam ... in misis cant. ... et alias secundum quod melius et utilius p. a. s. visum fuerit commiss. suis, quos quidem ad predicta omnia et singulla exequenda esse voluit infrascr. heredes et fr. *Thomaxium* de Pellatiis Ord. Fr. Min., dans ei plenam et liberam potestatem vendendi et allienandi de bonis suis et de quibus voluerit sine contradictione heredum suorum ... Item de alliis suis bonis ... reliquid fr. *Thomaxio* predicto, singullis annis, p. s. n. xxxx sol. bon. ... In omnibus autem aliis suis bonis mobilib. et inmobilib., iuribus *etc.* d. Ysabetam matrem suam et Faciolum fratrem suum sibi heredes instituit, sub ista condictione, scilicet quod relicta predicta et legata omnia, ab apertura et publicatione present. test. exequi debeant infra annum, nisi iusta et rationabilis causa eos duxerit excusandum, de quo credatur simplici verbo fr. *Thomaxii* supradicti ... quod si non fecerint ... sint privati hereditate predicta ... et eo casu pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos dictus fr. *Thomas* vel Guardianus Fr. Min. qui p. t. fuerit, invenerit magis indigentes et verecundos in civit. Bon. Quod si predicti hered. decesserint quandocumque alter alteri succedendo, pauperes Christi, ut dictum est, sibi hered. instituit ... salvo quod hoc in Fatiolo non intelligatur si decesserit existentibus filiis ex legiptimo matrimonio editis ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Nicholao* Sanguineo, fr. *Ugerio* de Poetis, fr. *Bonaventura* de Fanano, fr. *Ugolino* de Varignana, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Thoma* de Pellatiis et fr. *Petro* de Chanitullo, qui duo predicti dixerunt *etc.*, et omnes de predicto Ord. Fr. Min. ...

Eodem die testator dep. h. t. fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste Fr. Min. de Bon. sigillandum sigillo conventus ... pp. fr. *Petro* de Chanitullo, fr. *Zanilino* de Carpo et fr. *Thomaxio* de Pellatiis ... Pax q. Thomaxii de Unzola not.

35/4167, n. 26. — Orig.

994. Bononiae, 27 maii 1300.

Testamentum.

D. Franchus q. Gerardi Fornarius ... intendens visitare eccl. beatorum Petri et Pauli de Roma ... reliquid fr. *Nicholino* de Ord. Min. v sol. bon.; item fr. *Albertino* de Colloreto similiter de Ord. Min. v sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Petro* de Castagnolo, qui dixit *etc.*, fr. *Michaele* de Pollicino, fr. *Petro* d. Dominici, fr. *Accharixio* de Lobia de Ord. Min., fr. Petro de Ord. de Camalduli ... fr. *Bartolomeo* de Manzolino, fr. *Rogerio* de Poetis et fr. *Bartolomeo* de Gisso de Ord. Min. ...

Eodem die dep. fuit h. t. per supradictum d. Franchum d. fr. *Sarafino* sacriste Min. de Bon., pp. fr. *Bartholomeo* de Arimino, fr. *Baldasarra* de Parma de Ord. Min. ... Florianus Guidonis specialis not.

35/4167, n. 28. — Orig.

995. Bononiae, 27 maii et 20 iulii 1300.

Testamentum.

D. Ysabeta f. q. d. Petri de Guazatorio et uxor q. d. Iohannis Pellatii ... p. a. s. reliquid Sororibus S. Marie de Virginibus omnes sepellectilles suas, que reperirentur in scriptis penes fr. *Thomaxium* suum filium de Ord. Fr. Min. de Bon. vel Guardianum dictorum Fratrum qui p. t. fuerit ... Item reliq. de bonis suis circha funus et sepult. suam ... quod erit conveniens arbitrio infrascr. suorum comiss. Item pro male ablatis incertis xx lib. bon. distribuend. per infrascr. suos comiss. ... Item fr. *Michaeli* de Pollicino de Ord. Fr. Min. x sol. bon.; item fr. *Iohannino* de Parma *socio* Ministri Ord. Fr. Min. xx sol. bon. ... Item conventui Fr. Min. de Bon. xv lib. bon. pro M missis cantandis p. a. s.; item fr. *Iohanni* de Ugiano de Ord. Fr. Min. xxxx sol. bon.; item fr. *Petro* de Canitullo p. m. cant. xx sol. bon.; item fr. *Thome* et fr. *Philippo* de Ord. Fr. Min. suis filiis, et sor. Bertholomee sue filie Ord. Monasterii S. Marie de Virginibus et magistro Iacobo et Faciolo fratribus et filliis q. d. Andree de Guazatorio usumfructum omnium bonorum suorum presentium et futurorum, que quidem superessent a solutione legatorum predictorum, scilicet quartam partem predictis magistro Iacobo et Faciolo, et aliam quartam partem fr. *Thome* predicto, et aliam quartam fr. *Philippo* predicto, reliquam vero et ultimam sor. Bertolomee predicte, iure institutionis; et si aliquis predictorum magistri Iacobi et Facioli decederet, portio decedentis deveniat ad alium; et si ambo decederent, quod pars predictorum deveniat ad predictos fratres *Thomam* et *Philippum* et sor. Bertholomeam. Et si aliquis predictorum Fratrum, scilicet fr. *Thome* et fr. *Philippi*, decederet, eius portio perveniat ad alium; et si ambo decederent, eorum portiones deveniant ad supradictos mag. Iacobum et Faciolum et sor. Bertholomeam in capita et non in stirpem; et si dicta sor. Bertholomea decederet, eius portio superveniat ad supersides similliter in capita et non in stirpem. Et si dictus mag. Iacobus et Faciolus superviverent vel alter eorum, aliis mortuis, tunc habeant solum usumfructum cuiusdam pecie terre VII tornat. posit. in curia Pollicini a sero Reni, in loco qui dicitur « Lamaro », iuxta *etc.*; et si dicta sor. Bertholomea previveret, omnibus aliis mortuis, ususfructus predictorum bonorum pro dimidia parte perveniat ad monast. de Virginibus, pro reliqua dimidia ad eam sor. Bertholomeam. Et quod predicti mag. Iacobus et Faciolus vel alter eorum teneantur predictas possess. locare et fructus colligere et predictis Fratribus et Sorori fidelliter distribuere, ut superius dictum est. Et si ... non fecerint, quod a dicto usufructu sint privati et credatur de hoc simplici verbo fr. *Thome.* Post mortem vero omnium predictorum usufructuariorum, predicta petia terre septem tornat. perveniat ad Fratres Min.; que vendi debeat per procuratorem dictorum Fratrum sive Romane Ecclesie, nominatum a Ministro vel Custode Fr. Min., et eius pretium dari debeat conventui Fr. Min. de Bonon. p. a. s. et suorum mortuorum. Et ad predicta omnia exequenda esse voluit suos comiss. fr. *Iohannem* de Ugiano et fr. *Thomam* filium dicte testatricis, ambo de Ord. Fr. Min. de Bon. Et si contingeret predictos comiss. decedere, voluit esse suum comiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. esset. Quod si predicti comiss. nolent predicta facere, possint elligere unum vel plures comiss. ad eorum voluntatem, quibus dedit plenam licentiam *etc.* ... Et voluit quod omnia que reperirentur in scriptis in quadam cedulla in sacristia Fr. Min. de Bon.

sigillata sigillo quo sigillantur testamenta que ibi ponuntur, habeat et obtineat plenum robur ac si in suo test. reperirentur inscriptis ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Petro* de Canitullo, qui dixit *etc.*, fr. *Michaele* de Pollicino, fr. *Zanillino* de Carpo, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Ugolino* de Prato, fr. *Iacobo* de Callio, fr. *Loderengho* de Scarpellinis et fr. *Iohanne* de Ymola ...

Die xx iullii d. fr. *Petrus* de Canitullo proc. dicte testatricis dep. et consignavit h. t. fr. *Bonaventure* de Fanano sacrist. Ord. Fr. Min. in sacristia dictorum Fratrum, pp. fr. *Iacobo* de Plasentia et fr. *Michaele* d. Venancii, qui cognosc. dictos procur. et sacristanum ... Paulus Venture not.

341/5084, n. 98. — Orig. In dorso « Test. d. Ysabete [...] aliud fecit ».

996. Bononiae, 28 et 30 maii 1300.

Testamentum.

D. Ardicio f. q. d. Iacobi Ardicionis de Castro Francho ... reliquid p. a. s. LX lib. bon., de quibus dari voluit ... Fratribus Min. de Bonon. III lib. bon. p. m. cant. ... Reliquos autem expendi voluit in faciendo fieri unam archam muratam, cum una masegna super ea, apud eccl. Fr. Min. de Bonon., in qua sepeliatur dictus testator, et circha funus et sepult. et in exequiis dicte sepult., quam sepult. sibi ellegit apud dictam eccl. Fr. Min. de Bonon. Item reliquid de aliis suis bonis fr. *Azzino* de Ord. Fr. Min. XII lib. bon., quas d. Columba q. uxor dicti testatoris reliquid dicto fr. *Azzino* pro faciendo cantari missas p. a ipsius d. Columbe ... Actum Bononie ... pp. fr. *Alberto* de Corvis et fr. *Bolognito* d. Bonvixini de Ord. Min., qui anbo dixerunt *etc.*, fr. *Guiglelmino* de Parma, fr. *Petrizolo* de Parma, fr. *Alle* de Sichis, fr. *Albertucio* de strata Maiori, fr. *Bonfantino* de Bon. et fr. *Iacobucio* de Forlivio, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die penultimo madii fr. *Albertus* de Corvis de Ord. Fr. Min. procur. dicti testatoris ... dep. suprascr. s. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonaventure* sacriste Fr. Min. sigillatum sigillo conv. dictorum Fr. Min. ... pp. fr. *Petro* de Castagnolo et fr. *Lucha* de Arimino de Ord. Fr. Min. ... Bonagratia f. d. Guîllelmi de Manzolino not.

35/4167, n. 29. — Orig.

997. Bononiae, 28 maii 1300.

Testamentum.

D. Clera f. q. d. Iulliani de Bocadecanibus et uxor q. d. Bonachose Munsarelli scive Pasanantis ... reliquid p. a. s. et circha sepulcrum suum, quod sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bonon., si eam mori contingerit Bononie, x lib. bon. distribuend. arbitrio infrascript. comissariorum ... Item instituit d. *Polam* suam filiam et f. q. dicti d. Bonacose, Sororem ecclesie S. Francischi Ord. S. Clare de Bonon., sibi heredem in xx sol. bon.; iubens eam hiis esse contentam. Comiss. autem suos esse voluit fr. *Iacobum* de Pozale et fr. *Zinum* de Bonon. et fr. *Lotorengum* de Scarpellinis Fratres Ord. S. Francischi de Ord. Min., dans eis et cuilibet eorum in solidum plenam et liberam licentiam *etc.* ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fratribus *Bertholomeo* de S. Iohanne, *Iohanne* de Seminibus, *Michaele* de Policino, *Bertholomeo* de

Manzolino presbit., qui asseruit *etc.*, *Francischo* sartore, *Bertolomeo* de Riolo portario, *Manfredo* de Tomariis, omnibus de Ord. Min. de Bon. ...

Eodem die dictus fr. *Bertholomeus* de Riolo procur. dicte testatricis dedit fr. *Bonaventure* de Fanano sacrist. sacristie dictorum Fratrum Min. pres. test. closum et sigillatum sigillo apendenti conv. dictorum Fratrum; qui fr. *Bonaventura* ipsum test. ibidem et in presecenti recepit et aposuit una cum dicto fr. *Bonaventura* (*sic*) procur. in dicta sacristia custodiend. diligenter secundum formam iur. et consuetudinem civit. Bonon. ... pp. fratribus *Bolognito* de Bononia cantore et *Bonincontro* de Butrigariis, qui dixerunt dictum proc. et sacristam cognoscere ... Dionixius q. Dionixii not.

35/4167, n. 30. — Orig.

998. Bononiae, 28 maii 1300.

Testamentum.

Ego Cazanimicus q. Bertholomey d. Bolognitti ... relinquo p. a. m. et parentum meorum XXV lib. bon. expendendas arbitrio fr. *Bonaventure* de Gisso Ord. Fr. Min., scilicet in m. cant. et orac. faciendis, ubi melius et utilius visum fuerit eidem fratri ... Item relinquo fr. *Bonaventure* de Gisso IIII lib. bon., quod eas debeat dare ubi ipse sit; et meum comiss. eligo et esse volo fr. *Bonaventuram* de Gisso Ord. Fr. Min. de Bonon., dans eidem plenam licentiam *etc.* ... Et sepulturam meam eligo et esse volo apud eccl. B. Francisci Ord. Fr. Min. de Bon. ... In omnibus autem aliis bonis meis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* ... pauperes Christi mihi heredes instituo, scilicet illos quos nominabit fr. *Bonaventura* de Gisso ... Actum Bononie in eccl. S. Francisci Ord. Fr. Min. *ante sacristiam* dictorum Fratrum, pp. fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Bonaventura* de Fregnano, fr. *Sarafino* de Crespellano, fr. *Rayniero* de Agrestis, fr. *Nicholao* Sanguiney, fr. *Acherixio* de Lobia et fr. *Zanilino* de Carpo, qui dixit *etc.*

Eodem die ego Cazanimichus dep. h. test. penes fr. *Bonaventuram* sacrist. Fr. Min. et feci sigillari sigillo conventus dictorum Fratrum, pp. fr. *Iohanne* de Ozano et fr. *Lamberto* de Fabianis ... Ego Cazanimichus q. Bertholomey d. Bolognitti not.

341/5084, n. 95. — Orig.

999. Bononiae, 29 maii 1300.

Codicillus.

D. Rogerius q. d. Iacobi pelliparius ... post test. ab eo factum, script. manu mei Iacobini not. infrascr., pres. superaddidit codicill., in quibus in primis disposuit et voluit quod d. Amideus vel filii eius habere debeant unam suam domum ... posit. Bon. in cap. S. Michaelis de Lebroseto, iuxta *etc.* ... solvendo dicti d. Amideus vel filii comissariis vel heredibus dicti d. Rogerii CCLX lib. bon. pro pretio dicte domus ... In omnibus autem aliis dictum suum test. confirmavit ... Et h. s. ult. volunt. voluit esse secretam et eam deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. ... et sigillari sigillo conventus dictorum Fratrum ... Actum Bononie in *domo barbarie* Fratrum S. Francischi de Ord. Min., pp. fr. *Azino* et fr. *Acharixio* de Lobia, presbiteris de dicto Ord. Fr. Min. dicentibus *etc.*, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Bertholuzio* de strata Maiori de dicto Ord. ... Iacobinus Gerardelli not.

35/4167, n. 31. — Orig. = Cf. n. 839.

1000. Bononiae, 29 maii 1300.

Testamentum.

Magister Iohannes q. Gerardi de Castro S. Petri ... reliquid p. a. s. III lib. bon. expend. arbitrio fr. *Bonaventure* de Gisso Ord. Fr. Min. in misis cant. ... Item reliquid conventui Fr. Min. de Bonon. XX sol. bon. ... Si sui hered. decesserint sine liberis, substituit eis d. Malgaritam q. d. Gualterini, et si dicta domina mortua esset, tunc voluit quod per Guardianum Fr. Min. distribuantur et dispensentur omnia bona sua p. a. s. ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min. *ante sacristiam* dictorum Fratrum, pp. fr. *Rolandino* q. Iohannis, fr. *Marcho* q. d. Symonis de Soavis ... fr. *Viviano* q. Genarii ...

Eodem die testator dep. h. t. fr. *Sarafino* de Crespelano sacrist., pp. fr. *Bartholomeo* de Manzolino et fr. *Detacorra* d. Iohannis ... Cazanimichus q. Bartholomey d. Bolognitti not.

35/4167, n. 32. — Orig.

1001. Bononiae, 29 maii 1300.

Testamentum.

D. Ugolinus f. q. d. Guidonis Gaii ... volens bb. apost. Petri et Pauli limina visitare ... reliquid X lib. bon. fr. *Alberto* de Azis de Ord. Fr. Min. de Bon., quas idem Frater expendere possit, ubicumque fuerit oportunum, ad ipsius fr. *Alberti* omnimodam voluntatem; et etiam teneatur dictus d. Ugolinus testator, eo veniente Roma, dare dicto Fratri dictam quantitatem pecunie, et ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc, obligat se dictus testator ad dictam quantitatem pecunie dicto fr. *Alberto*, et quod possit dictus Frater eam expendere ubicumque voluerit, ad suam omnimodam voluntatem ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Alberto* de Azis, qui dixit *etc.*, fr. *Petro* de Vericullo, fr. *Bonfantino* de Bononia, fr. *Sarafino* de Crespelano, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Benedicto* de Favencia, fr. *Michaele* sartore et fr. *Bartholucio* de strata Maiori ...

Eodem die testator h. s. t. dep. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Sarefini* sacriste Ord. Fr. Min. de Bon., volens illud esse secretum et sigilari sigillo conv. dictorum Fratrum de Bon. ... pp. fr. *Francischo* sartore et fr. *Francischo* de Tantis de dicto Ord. ... Bonfante Ieremie Angelelli not.

35/4167, n. 33. — Orig.

1002. Bononiae, 4 iunii 1300.

Testamentum.

D. Francischus q. Ugolini piscatoris ... volens bb. apost. Petri et Pauli limina visitare ... reliquid X sol. fr. *Gandulfino* de Ord. Min. convent. civit. Bonon. p. a. s., p. m. et orac. dicendis ... Actum Bononie sub *porticu eccl. S. Francischi iuxta sacristiam*, pp. fr. *Gandulfino*, fr. *Acharixio* de Lobia, fr. *Petro* Rampone, fr. *Zanillino*, fr. *Petro* de Ymola, fr. [1] Beltrame et Arnulfo q. Iohannini not. ...

[1] Sequitur « Iohanne » calami tractu oblitteratum.

Eodem die testator dedit et consignavit fr. *Bonaventure* sacriste sacristie Fr. Min. de Bon. pres. test., quod petit sigillari sigillo dicti conv., pp. fr. *Gandulfino* et fr. *Iacobo* de Placentia ... Guido Brixianini, cui dicitur Picardus, not.

35/4164, n. 34. — Orig.

1003. Bononiae, 4 iunii 1300.

Conventio.

Venerunt coram d. Arardo de Signorellis iud. et dominis et officialibus gabelle d. Guillelmus q. d. Aygonis, *syndicus Dominarum capitulli et conventus Dominarum Sororum S. Francischi de Ord. S. Clare* de Bon. heredum q. d. Philipi d. Aldrovandi de Sala, et fr. *Landulfus* de Ord. Min. de Bon. comiss. dicti d. Philipi, et Petrus f. q. d. Gerardi capelle S. Thome de merchato, et diserunt et expossuerunt coram dictis dominis se esse in concordia infrascripta, videllicet quod ipse d. Guillelmus syndicus syndic. nomine dicti conv., ut de syndicatu dixit constare publico instrumento scripto manu Iohannis Bonifatii de Cento not., et dictus fr. *Landulfus* comiss. nomine predicto, vendit iure proprio et cartam vendit. et tradit. facere promissit dicto Petro ... de quodam podere in se continentem terram arat. vineat. et buxivam sive berletam, posit. in curia Pescharolle sive Poll[...], in loco ubi dicitur « Podium Saglinguerre », super qua est una domus cupata cum columba[ria] et allia domus palleata, iuxta *etc.* ... p[ro pretio] in summa MXXXXII lib. bon., XI sol. et II denar. bon. ad [rationem] XVI lib. bon. pro tornat. eius que est arat. et vineat., berleta vero sive dicta terra buxiva cedat in ipsam emptionem pro precio predicto. De quo precio dictus syndicus et comiss. confessi et contenti fuerunt habuisse a predicto Petro DC lib. bon. pro parte et de parte precii supradicti, renuntiantes exceptioni *etc.* et omni allii auxilio usque ad festum S. Michaelis mensis septenbris prox. vent. Versa vice dictus Petrus promissit dare et solvere predictis ... residuum dicti precii quod est CCCCXXXXII lib., XI sol. et II denar. bon. pro residuo et complemento dicti precii. Quibus partibus et cuilibet earum preceptum fuit per dictos dominos de gabella ... quod predicta omnia sibi invicem promissa ad dictum terminum adimpleant et observent et non contrafaciant ... ad penam CCC lib. bon. ... refect. dampnorum expens. ac interesse litis et extra et obligat. bonorum suorum et heredit. predicte ... Actum Bononie ad dischum gabelle ... Matheus Iohannis speciallis not.

35/4167, n. 35. — Orig. In dorso « Sorores S. Francisci ».

1004. Bononiae, 10 et 13 iunii 1300.

Testamentum.

D. Minus q. d. Iuliani de Marzegonibus ... reliquid p. a. s. XX lib. bon., quas expendi voluit tam circa funus et sepult. quam etiam alibi, ubi melius placuerit eius comiss. infrascriptis, quam sepult. sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ... Item voluit quod omnia male ablata sua certa et incerta solvantur et restituantur et specialiter CCL lib. bon., que debeant dari et solvi illis personis que reperirentur in libro suo qui est apud eum vel apud eius comiss. infrascr. Item reliquid CLXXX lib. bon. dandas et expendend. per fr. *Phylippum* eius comiss. illis personis quibus ei fr. *Phylippo* videbitur utilius expendend. p. a. s. et p. animabus illarum personarum, ad quas spectare posset predicta quantitas peccunie ... Ad hec autem omnia suprascripta et

infrascripta exequenda suos esse voluit comiss. fr. *Phylippum* de Marzegonibus de Ord. Fr. Min. et d. Bitinam uxorem suam, quibus dedit plenam licentiam *etc.* ... et si dictus fr. *Phylippus* predicte comissarie interesse non posset, dedit ei licentiam alium loco sui eligendi ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Nicolino* sacerdote de strata Maiori et fr. *Bartolomeo* de Manzolino sacerdote, qui ambo asseruerunt *etc.*, fr. *Bonincontro* de Butrigariis, fr. *Landulfo* de Cazanimicis, fr. *Bartolomeo* d. Birioli, fr. *Ugolino* de Lauglano, fr. *Phylippo* de Marzegonibus, fr. *Francischino* Iohannis de Lana ...

Die XIII iunii d. Minus testator dep. in sacristia Fr. Min. de Bon. test. suum ... sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Bonavinture* qui fuit de Fregnano sacriste dedit, pp. fr. *Iacobo* de Placentia et fr. *Bartolomeo* d. Birioli ... Princivallis Iacobelli not.

35/4167, n. 37. — Orig.

1005. Planorii, 13 iunii 1300.

Fideiussio.

Quoniam d. Symon q. d. Alberti de Vado et heres q. d. Trepaldi f. q. d. Symonis de Vado, hereditario debito sive legato, pro ipso d. Trepaldo, Fratribus Min. existentibus in *loco S. Benedicti de Planorio* teneretur, pro residuo et causa residui et complementi CL lib. bon., quas dictus d. Trepaldus in suo test. de bonis suis, p. ipsius anima, iure legati, eisdem Fratribus legavit, ut patet in eius test. scripto manu Dominici Mascaronis not., pacto inito inter dictum d. Symonem et fr. *Franciscum* de Scriva (*sic*) Guardianum Fratrum loci predicti, promissum fuerit per dictum d. Symonem predicto Guardiano, nomine dictorum Fratrum dicti loci, quod d. Uguitio q. d. Guizardini de Alfiano ville Planorii promittere, dare et solvere XX lib. bon. de parte dicti legati d. dompno Rambaldo presbit. et rectori eccl. S. Iohannis de Castro Planorii, recipienti vice et nomine dicti Guardiani et Fratrum dicti loci, et d. *Passipoveri*, d. *Castelani* Baii et *Gerardi* Ferarii not. sindicorum dictorum Fratrum dicti loci et aliorum Fratrum Proventii (*sic*) de Bonon. et conventus ipsorum ex auctoritate Summi Pontificis, volens dictus d. Uguitio precibus et mandatis dicti d. Symonis ibidem presentis et mandantis ex certa scientia se obligare ad omne id quod dictus d. Symon tenetur ex dicta causa, videlicet pro dictis XX lib. bon. ita quod una cum dicto d. Symone in sollidum teneatur et sint duo rei debendi, ita quod liceat predictis Guardiano et sindicis vel procuratoribus dictorum Fratrum ambos in sollidum et etiam quem voluerint in sollidum convenire et exigere, promisit, sollempni stipulatione interveniente, dicto d. dompno Rambaldo et michi not. infrascripto, stipulant. nomine et vice Fratrum dicti loci et predictorum sindicorum et cuiuslibet ipsorum, dare et solvere XX lib. bon. hinc ad festum S. Marie mensis augusti prox. vent. in terra Planorii vel in civit. Bon. ad ipsorum voluntatem, omni exceptione iuris et facti remota ... quod si dictis loco et termino non solverit et omnia et singula in hoc contractu contenta non observaverit, aut in aliquo contravenerit, promisit eidem d. dompno Rambaldo et mihi not. infrascr., stipul. vice et nomine dictorum Guardiani et sindicorum, dare et solvere duplum ipsius quantitatis pecunie, pene nomine ... Item reficere et restituere promisit ... omnia et singula dampna et expensas ac interesse litis et extra et de hiis credere eorum simplici

verbo sine sacramento vel allia probatione. Insuper promisit preceptum recipere a com. Bon. coram iudice d. Potestatis ad dischum Aquile deput. hinc ad tercium diem de dicta peccunia predicto termino solvenda sub pena c sol. bon. ... Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis obligavit dicto d. dompno Rambaldo stipul. vice et nomine dictorum Guardiani et sindicorum ... volens et consentiens predictus d. Uguitio quod huic contractui possim addi et minui quicquid utilius et maioris roboris videbitur sapienti dictorum sindicorum et Guardiani predicti, ut omnia et singula plenam habeant firmitatem. Actum Planorii sub porticu domus eccl. S. Christofori de Rastiglano, pp. fr. *Francissco* Guardiano predicto, et fr. *Iohanne* de Cento de dicto Ord. ... Bertholomeus f. Uguitionis Guizardini de Planario not.

35/4167, n. 38. — Orig. = Cf. n. 817 etc.

1006. Bononiae, 15 iunii 1300.

Curatoris creatio.

Accessit d. Symma adulta f. q. d. Guidonis q. d. Iacobini Chacapreytis not. et q. uxor q. Phylippini d. Bonacii q. Iacobi de Cedrate de comit. Mediolani et nunc uxor d. Iohannis d. Bonaventure bannitoris com. Bon. ... coram d. Berardo de Montefalcho iud. ad dischum Ursi d. Petri de Rubeis de Florencia Potestatis Bon., et peciit sibi in curatorem dari d. Franciscum q. d. Iohannis Leonardi ... ibidem presentem ad interponend. auctorit. suam et consensum vendictioni et tradic., quam facere vult d. Iacobo f. d. fr. *Francisci* de Ygnano legum doctori, de vi tornat. et dimidia et xxii tabul. et dimidia unius pecie terre vineate et partim olivate quam habet pro indivixo cum dicto emptore posit. in curia terre Corvarie, in loco qui dicitur « Podius », iuxta *etc.* ... Actum Bononie in curtili d. Potestatis ... Iohannes Bencevennis not.

35/4167, n. 39. — Orig.

1007. Bononiae, 16 iunii 1300.

Testamentum.

D. Iacobus q. d. Antonii Ferantis ... intendens lumina (*sic*) beati Petri visitare ... reliquid p. a. s. conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. xx sol. bon.; item fr. *Nicholino* de Butrio Ord. Min. xxxx sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min. pp. fr. *Nicholino* de Butrio Ord. Fr. Min., qui asseruit *etc.*, fr. *Zino* de Bonon., fr. *Iacobo* de Placencia, fr. *Iohanne* de Lugo, fr. *Bolognito* d. Bonvixini, fr. *Mathiolo* de Caldararia, fr. *Michaele* sartore, fr. *Iacobino* de Demozola et fr. *Zumignano* de Bon., omnes dicti Ord. ...

Quod test. voluit dictus testator secretum esse et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon., et dep. fuit per dictum testatorem in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste conventus dictorum Fratrum, pp. fr. *Saraphino* de Crespelano et fr. *Bertolino* d. Antolini de Mancolino (*sic*) ... Iacobinus q. Petri Grassi not.

35/4166, n. 37. — Orig.

1008. Bononiae, 16 et 22 iunii 1300.

Testamentum.

D. Isabetta f. d. q. Petri de Guazatorio et uxor q. d. Iohannis Pellatii. ... voluit quod circa funus et sepult. suam ... expendatur totum id quod erit conveniens, arbitrio fr. *Thomaxii* sui filii infrascripti ... Item reliquit iure legati et p. a. s. fr. *Thomaxio* predicto suo filio XXIII lib. bon., quas ei dare et solvere teneter Dinus q. d. Cambii becharii, prout de hoc constare dixit publico instrumento inde confecto, omnes actiones reales et personales, utiles et directas et quascumque alias, quas contra eum haberet, cedens et transferens in eundem, ut contra eum et eius bona et heredes agere et consequi valeat, dicta de causa, quemadmodum ipsa vivens facere posset. Item reliquid XV lib. bon. p. M missis cant. p. a. s., quas quidem voluit et disposuit expendend. et distriduend. per fr. *Thomaxium* filium suum predictum Ord. Min., secundum quod melius et utilius ei visum fuerit expedire p. a. dicte testatricis ... Item voluit quod si contingerit ipsam testatricem mori de hac egritudine quam patitur, quod sor. Bartholomea sua filia habeat de reditibus et proventibus suis huius pres. anni VI corb. frumenti ... de residuo vero dicti ususfructus pres. anni voluit ... quod Sorores et eccl. conv. sororum Ord. de Virginibus habeant pro septimis unam pietanzam arbitrio fr. *Thomaxii* supradicti ... Item reliquid fr. *Thomaxio* predicto et fr. *Phylippo* suo fratri de Ord. Fr. Min. filiis dicte testatricis DC lib. bon., scilicet cuilibet eorum CCC lib. bon. solvendas eisdem p. s. n. hoc modo, videlicet, quod de redditibus ac proventibus et usufructu bonorum omnium hereditatis dicte testatricis solvatur unicuique, quolibet anno, quarta pars donec legatum totum finitum fuerit vel solutum; et quod dictum est de ipso fr. *Phylippo* intellexit dicta testatrix et intelligi mandavit et voluit, si ipse venerit et partem suam dicti legati petierit. Quod si idem fr. *Phylippus* dictum suum legatum non petierit, aut si petierit et contingerit aliquem predictorum Fratrum *Thomaxii* et *Phylippi* mori ante exsolutionem dicti legati, sit pro parte decedentis et dicti fr. *Phylippi*, si non petierit, cassum legatum et pro irito habeatur. Item sor. Bartholomee predicte sue filie Ord. predicti de Virginibus reliq. aliam quartam partem ususfructus omnium suorum bonorum et heredit. sue ... Item reliq. d. Iacobo f. q. d. Andree de Guazatorio reliquam quartam et ultimam partem ususfructus omnium suorum bonorum, que omnia sua bona debeant tractari et procurari generaliter per eundem d. Iacobum, et teneatur ipse dare unicuique predictorum Fratrum et Sororis suam partem, secundum quod iam dictum est et infra dicetur; quod si non fecerit, sit tacitus de sua parte legati, et de hoc credatur simplici verbo dicti fr. *Thomaxii;* que sua pars ad illum perveniat quem duxerint eligendum predicti Fratres et Soror ad predicta negotia peragenda et tractanda, ad que idem d. Iacobus tenebatur. Verumtamen si contingerit ipsum fr. *Phylippum* dictum suum legatum petere et habere velle, et mori ambos fr. *Thomaxium* et fr. *Phylippum* predictos, legata eis relicta remaneant apud sor. Bartholomeam predictam ... Et si ipse fr. *Phylippus* dictum legatum petierit et alter eorum tantum decesserit, vel si non petierit nec voluerit ipsum legatum, ut dictum est, tunc voluit et mandavit quod de usufructu bonorum omnium dicte sue hereditatis solum tres partes fiant, distribuende inter Fratrem superstitem et sor. Bartholomeam predictam ac ipsum d. Iacobum, secundum modum premissum ... Quod autem si con-

tingerit mori predictum d. Iacobum, sua portio ususfructus legati perveniat et pervenire debeat ad Bonifacium fratrem suum, si placuerit predictis Fratribus *Thomaxio* et *Phylippo* et dicte sor. Bartholomee ... Post mortem vero omnium predictorum Fratrum et Sororis, superstite dicto d. Iacobo vel Bonifatio suo fratre, secundum predictum modum, dictus d. Iacobus vel, post mortem eius, ipse Bonifatius suus frater, iuxta modum predictum, habeat et habere debeat usumfructum tantum unius pecie terre arat. VII tornat. posit. in curia Policini, in loco qui dicitur « Lamaro », iuxta *etc.*, et dicta quarta parte sit privatus in hoc casu; et post mortem predictorum d. Iacobi et Bonifatii, dicta pecia terre VII tornat. debeat pervenire cum plena proprietate ad conventum Fr. Min. de Bon. p. a. dicte testatricis. Quod si post mortem eorundem Fratrum et Sororis, vel solum post mortem dicti fr. *Thomaxii* et Sororis eiusdem, si ipse fr. *Phylippus* dictum suum legatum non petierit, dictus d. Iacobus non viveret, nec in eius loco ad premissa Bonifacius eius frater, dicta pecia terre ad predictos Fratres Min. conventus Bon. et ipsorum conventum perveniat cum plena proprietate, ut superius dictum est. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobil., iuribus *etc.* post mortem omnium predictorum fratrum *Thomaxii* et *Phylippi* et sor. Bartholomee, Sorores et conventum Sororum monasterii S. Marie de Virginibus sibi heredes instituit, ita tamen quod institutio generalis predicta non deroget vel preiudicet, in aliquo, dicto Iacobo et Bonifatio, quoad usumfructum pecie terre predicte VII tornat. nec post mortem eorum, quoad usumfructum et plenam proprietatem Fratribus Min. antedictis ... Actum Bononie in domibus monasterii Dominarum Ord. de Virginibus, pp. fr. *Pelegrino* de Regio Ord. Min., fr. Iacobello converso dicti monasterii de Virginibus, qui dixerunt *etc.* ...

Eodem die et loco ... predicta d. testatrix constituit fr. *Bartholomeum* de Bon. portonarium conventus Fr. Min. de Bon. absentem ad presentand. et deponend. h. s. t. sacriste Fr. Min. dicti conv. Bon. et petend. illud secreto teneri et conservari ibidem usque ad diem sue mortis et sigillari ad fidem pleniorem sigillo conventus ipsorum Fratrum ... suum verum et legitimum procur. ac nunc. specialem.

Die XXII iunii predictus fr. *Bartholomeus* procur. dicte testatricis dep. predictum t. in manibus fr. *Seraffini* de Crespelano sacrist. conventus Fr. Min. de Bon. et penes eum, et petiit illud secretum teneri et conservari per eum usque ad obitum sue mortis, et quod illud sigillet sigillo dicti conv. ... Qui Frater illud recepit coram me not. et testibus infrascr. Actum Bon. in sacristia dictorum Fratrum, pp. fr. *Bonaventura* de Calcamgno et fr. *Christoforo* de Marano, omnibus Ord. memorati ... Bernardus Bencevennis de Lamola not.

35/4167, n. 40. — Orig.

1009. Bononiae, 20 iunii et 2 decembris 1300.

Testamentum.

D. Bolnixia q. d. Gerardonis et uxor magistri Petri Scudarii ... dari voluit fr. *Nicholino* Ord. Fr. Min. II sol. bon. ... Actum Bononie ...

Die II decembris h. t. dep. fuit in manu fr. *Bonaventure* [1] sacriste sacristie Fr. Min. volens esse sigilatum de sigilo conv. dictorum Fratrum ... pp. fr. *Iohanino*

---

[1] Spatium vacuum.

de Portanova et fr. *Nicholino* strate Maioris, anbo Ord. Fr. Min. ... Bertholomeus q. Michaelis Addami not.

35/4167, n. 41. — Orig.

1010. Bononiae, 2 iulii 1300.

Testamentum.

D. Bruna f. q. d. Alberti Bataiucii de Castronovo et uxor q. Iacobini Francischini ... reliquit fr. *Gandulfino* de Mutina Ord. Fr. Min. de Bon. III lib. bon. p. a. s. Item fr. *Egidio* q. Iacobini de cap. S. Cristofori de Sarazoca (*sic*) xxxx sol. bon. Item sor. Marie uxori predicti fr. *Egidii* x sol. bon. ... Item conventui Fr. Min. de Bon. p. m. dicend. p. a. s. III lib. bon. ... Item fr. *Gandulfino* Ord. Fr. Min. suprascripto x sol. bon. p. m. cant. p. a. s. ... Item dixit et voluit quod si contingeret eam mori in civit. Bon., seppelliri voluit et eius sepult. sibi elegit aput eccl. S. Francisci de Bonon. ... Item voluit quod presens test. debeat sigillari et roborari per Guardianum conventus Fr. Min. de Bon. sigillo conventus et poni in sacristia eorum, ut moris est, per fr. *Gandulfinum* de Mutina, quem sibi esse voluit proc. ad predicta gerrenda ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. Fratribus infrascr., silicet fr. *Gandulfino* de Mutina, qui cognovit *etc.*, fr. *Petro* de Verrucullo, fr. *Rogerrio* de Poetis, fr. *Petro* de Castagnolo, fr. *Iohanne* de Policino, fr. [...]*olucio* strate Maioris ... Sanctus Albertini Raffanelli not.

35/4167, n. 44. — Orig.

1011. Bononiae, 4 et 6 iulii 1300.

Testamentum.

D. Guida f. q. d. Cambii Pregolani ... p. a. s. reliquid de bonis suis v lib. bon., de quibus xxxx sol. bon. dari voluit et mandavit ubi et sicut fr. *Iohanninus* de Portanova Ord. Fr. Min. voluerit ... alios vero expendi voluit et mandavit supra sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bonon., per comiss. suos, quos instituit et esse voluit fr. *Martinum* eius virum et prenominatum fr. *Iohanninum*, dans et concedens eis licentiam *etc.* ... Item reliq. de aliis suis bonis i. l. sor. *Pacientie* de Penitentia sue sorori unum corb. vini boni et puri singulis annis donec ipsa Soror vixerit, dandi eidem Sorori per ipsius testatricis heredes ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Iohannem et Cortixinam eius filios equis partibus sibi hered. instituit ... Et si ambo ante tempus pubertatis decederent, tunc reliq. fr. *Martinum* suum virum usufructuarium omnium bonorum suorum toto tempore vite sue. Post mortem autem dicti fr. *Martini* reliquit Montanario, Bertholatio et Cambio suis nepotibus, silicet omnibus tribus v lib. bon., reliqua autem alia sua bona tunc voluit pervenire ad sor. *Pacientiam* et Ysabettam suas sorores ... Actum Bononie ... pp. ... fr. *Iohannino* de Portanova et fr. *Dinadam* de Ord. Min. ...

Die VI iulii d. fr. *Zanellinus* de Carpo de Ord. Fr. Min. proc. dicte testatricis ... presentavit fr. *Bonaventure* sacriste Ord. Min. et dep. ad sacristiam Fr. Min. de Bon. i. t. et ipsum test. fecit sigillari sigillo conv. dictorum Fratrum. Actum Bon. in sacristia eccl. Fr. Min., pp. fr. *Iohannino* de Portanova et fr. *Iohanne* de Policino Ord. Fr. Min. ... Petrus Raymondini not.

35/4167, n. 45. — Orig.

1012. Bononiae, 9 iulii 1300.

Testamentum fr. Francisci de Tantis, novitii in Ord. Fr. Min.

Fr. *Franciscхus* q. d. Chambii de Tantis novitius in Ord. Fr. Min. ... sentiens potestatem testandi sibi aufferendam in brevi ob professionem quam facere intendit in dicto Ord., suum test. disposuit in hunc modum. Primo quidem de bonis suis p. a. s. et parentum suorum reliq. et dari iupsit viii lib. bon. expendend. ad sensum comiss. suorum infrascript. Item fratribus *Iohanni* et *Petro* de Fulianis de dicto Ord., cuilibet eorum xx sol. bon. Item fr. *Mathiolo* de Caldararia et fr. *Michaeli* de Policino, cuilibet eorum x sol. bon. Item reliquid sibi ipsi p. s. n. [...] lib. bon. Item fr. *Petro* de Canitulo xx sol. bon. p. s. n. ... Ad que omnia et singula exequenda suos comiss. esse voluit et elegit fratres *Iohannem* et *Petrum* de Fulianis et Guardianum [...] p. t. fuerit ... dans eis liberam potestatem *etc.* ... In omnibus aliis suis bonis mobilib. et inmobil., iuribus *etc.* d. Bolnixiam suam matrem sibi heredem instituit [...] ... mandans eidem quod infra octo dies prox. a die professionis, quam facere intendit, cum effectu procuret quod dicte viii lib. relicte p. a. xx sol. bon. relicti fratribus *Michaeli* et *Mathiolo* dentur et solvantur; quod si non fecerit, condempnat eam in duplum dictarum viiii lib. bon., quod duplum et simplum distribui debeat per comiss. suos ... Actum Bononie in *scolis* dictorum Fratrum, pp. fr. *Henricho* de Pertichonibus, fr. *Zanelino* de Carpo, fr. *Thomaxutio* de Martia (?), fr. *Rodulfo* de Tusco, fr. *Petrizolo* de Parma, fr. *Dinadano* de Sala, fr. *Bartholucio* de Bonon. layco, fr. *Nicolucio* de Arimino et fr. *Petro* de Chanitulo, qui asseruit *etc.*, omnibus de dicto Ord. ... Quod test. ipse testator poni voluit in sacristia Fr. Min. secundum consuetudinem et formam stat. com. Bon.

Eodem die presens t. fr. *Francisci* dep. fuit per ipsum ... in sacristia dictorum Fratrum fr. *Bonaventure* et in eius manibus sacriste dicti Ord., pp. fr. *Petro* de Chanitulo et fr. *Iohanne* de Fulianis et fr. *Zanilino* de Carpo ... Nicholaus d. Albertini de Plastellis not.

35/4167, n. 46. — Orig.

1013. Bononiae, 10 et 12 iulii 1300.

Testamentum.

D. Mina f. q. d. Caurioli, qui fuit de Feraria ... p. a. s. reliquid x lib. bon., de quibus voluit quod expendantur circha funus et sepult. suam, quam elegit aput eccl. Fr. Min. de Bon., iiii lib. bon. Item reliquid xxxx sol. bon. Guardiano Fr. Min. de Bonon. p. c missis cant. p. a. s. ... Et ad predicta omnia exequenda voluit q. Iacobus q. Gratiani eius vir sit suus comiss. et quod teneatur omnia predicta legata solvere et satisfacere post mortem suam infra unum mensem, et si non solverit, quod Guardianus Fr. Min. de Bonon. solvere et satisfacere possit de bonis suis, dans eidem plenam et liberam potestatem aprehendendi, vendendi *etc.* ... Et voluit quod omne test. per eam factum hinc retro et specialiter quoddam test. script. manu Gardi Veduazii not. ... sit vanum et nulius valoris ... Actum Bononie ... pp. fr. *Vindimiator* et fr. *Cario* de Castro Britonum, anbo de Ord. Fr. Min. ...

Die xii iulii h. t. dep. et designatum fuit fr. *Sarafino* de Crespelano sacrist. conv. Fr. Min. de Bon. in sacristia Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Ubaldo* de Mutina et fr. *Bertholomeo* portonario anbo de Ord. Fr. Min. ... Egidius q. Alberti de Savigno not.

35/4167, n. 47. — Orig.

1014. Bononiae, 11 iulii et 22 augusti 1300.

Testamentum.

D. Guillelmus q. d. Buvallelli sive Buvalini ... reliquid de bonis suis p. a. s. xv lib. bon., quas voluit expendi et distribui tam circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. ubicumque ipse decesserit, quam ubi videbitur comiss. suis infrascrip. necess. expend. et distrib. p. ipsius anima; item reliquid Fratribus Min. de Bonon. de aliis suis bonis p. m. et orac. dicendis v lib. bon.; item cuilibet infrascript. testium p. s. n. v sol. bon. ... Item fr. *Rodulfo* de Tuschis p. s. n. xx sol. bon. ... Ad que omnia et singula exequenda esse voluit suos comiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... et d. fr. *Rodulfum* de Tuschis Ord. Fr. Min., quibus comiss. suis dedit plenam potestatem *etc.* ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Rodulfo* de Tuschis sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Pelegrino* de Principibus, fr. *Phylipo* de Ducia, fr. *Petro* Rizo, fr. *Michaele* de Thencarariis, fr. *Daniele* de Mutina, fr. *Lucha* d. Ducii et fr. *Guillelmo* de Plasencia, omnibus Ord. Fr. Min. ...

Die xxii augusti d. fr. *Pelegrinus* de Principibus Ord. Fr. Min. procur. dicti testatoris dedit et dep. h. t. in manibus d. fr. *Serafini* sacriste sive ad officium sacristie deputati, ut ipsum roboret et sigillet sigillo dictorum Fratrum vel Guardiani ipsorum, et sic roboratum et sigillatum et eidem presentatum in sacristia Fratrum predictorum depositum debet remanere ... pp. d. fr. *Rodulfo* de Tuschis, qui asseruit *etc.* et fr. *Bertholomeo* Biriolo Ord. predictorum Fratrum Min. ... Anthonius q. fr. Ugolini Presbiteri not.

35/4167, n. 48. — Orig.

1015. Bononiae, 12 et 20 iulii 1300.

Testamentum.

D. Cecillia f. q. d. Guidonis de Montasego et uxor q. d. Mathioli Bolognini ... reliq. pro restitutione malorum ablatorum incertorum xx sol. bon., quos expendi voluit et distribui secundum quod videbitur melius expedire commiss. suis infrascr., seu fr. *Nicholino* Ord. Min. suo confessori ... Item reliquid p. a. s. c sol. bon., qui debeant expendi et distribui inter Fr. Min. et Pred. et alios sacerdotes p. m. cant. et orac. faciendis, secundum quod videbitur et placuerit infrascr. commiss. suis ... Item reliquid fr. *Nicholino* de Ord. Fr. Min. de Bonon. suo confessori x sol. bon. ... Item reliq. expendi et distribui circa funus et sepult. suam ... c sol. bon., et si contingat aliquos denarios remanere de dictis c sol. de illis voluit emi unum duplerium, quod tradatur Fratribus eccl. S. Francisci de Bonon. ad illuminandum Corpus Domini quando elevabitur. Et ad predicta omnia et singula exequenda esse voluit suos commiss. fr. *Iohannem* Brunum f. q. d. Ley de Bondenello ... quibus dedit plenam et liberam potestatem *etc.* ... quos suos commiss. voluit esse tutores filiorum suorum ... Item legavit d. Iohannine uxori dicti fr. *Iohannis* Bruni unum suum guarnazonem panni muni ... Actum Bononie in *scholis* Fr. Min. ecclesie S. Francisci, pp. fr. *Guillelmo* Catelano, fr. *Nicholao* de Tuderto, fr. *Bolognito* de burgo Peradelli de Bon., fr. *Iabucio* de Forlivio, fr. *Beltramino* de Parma, fr. *Thoma* de Palaziis de Bon., fr. *Nicolino* de strata Maiori, qui dixit *etc.*, fr. *Baldasarra* de Burgo S. Donini ... qui fr. *Bo-*

lognitus fuit factus procur. a dicta testatrice ad ponend. h. t. in sacristia Fr. Min. et ad faciendum sigillari sigillo dicti conv. ...

Die xx iullii dictus d. fr. *Bolognitus* procur. dicte testatricis consignavit et dep. predictum t. in sacristia Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Bonaventure* de Fregnano sacrist. dicti conv., qui eum ibidem sigillavit sigillo dicti conv., pp. fr. *Rodulfo* de Agrestis et fr. *Michaele* sartore ... Albertus Mathioli not.

35/4167, n. 49. — Orig.

1016. Bononiae, 12 iulii 1300.

Codicillus.

D. Rugerius q. d. Iacobi pelliparius ... post test. et codicillum ab eo factum script. manu mei not. infrascr. ... pres. super ultimo velle suo superaddidit codicillos, in quibus in primis subtrassit et adhemit omne legatum factum per eum in dicto suo test. infrascriptis conventibus et Sororibus, scilicet conventui Sororum S. Iohannis Baptiste, conventui *Sororum S. Francischi Ord. S. Clare*, conventui Sororum S. Agnetis, conventui S. Marie de Misericordia, et cuilibet alii conventui Sororum civit. Bonon. et monasterio Dominarum que non mendicant et ellemosinam per civit. Bon. non petunt ... Item voluit quod supelletilia, que d. Divisie sue uxori designabuntur pro usu suo per comiss. suos, post mortem dicte domine vendantur per comiss. suos et pretium ipsorum detur per ipsos suos comiss. pauperibus et indigentibus personis ad volunt. dictorum suorum comiss. ... Item legavit Fratribus Min. de *Caldararia* x lib. bon. *pro una cisterna facienda in loco ipsorum*, et hoc, si eam fieri fecerint ... In omnibus autem aliis test. suum et codicill. script. manu mei not. confirmavit ... volens dictos c. secretos esse, et eos sigillari sigillo conventus Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum Min. de S. Francischo ... Actum Bononie in *domo Fr. Min. de S. Francischo, que est iuxta eccl. S. Francischi dictorum Fratrum in qua morantur serventes dictorum Fratrum*, pp. fr. *Mathiolo* de Caldararia, fr. *Michaele* de Policino, fr. *Iohanne* de Lugo, fr. *Petro* Pizinino, fr. *Michaele* Venanzii et fr. *Bonifazio* d. Fabri, et fr. *Gerardo* de Assinellis, presbiteris de dicto Ord., et d. Zanino Guidonis de Mantua ... dicentibus *etc.* Iacobinus Gerardelli not.

341/5084, n. 100. — Orig. = Cf. nn. 839, 998.

1017. Bononiae, 14 et 29 iulii 1300.

Testamentum.

D. sor. *Benvenuta* f. q. d. Michaelis Petrizoli et uxor fr. *Nicholai* de Penitencia ... reliquid p. a. s. x lib. bon., de quibus ... voluit et dixit debere sepeliri in loco Fr. Min. de Bon. Ressiduum vero quod a dicta sepultura supererit dictarum x lib. bon. voluit et iussit dari et distribui per comiss. suos infrascr. ubi melius et utilius eis videbitur p. a. s. Item reliquid de aliis suis bonis iure legati fr. *Nicholao* suo viro medietatem viii bebulcarum terre arat. quam pro indiviso possidet cum sor. *Samaritana* de Penitencia, que posit. est in terra Altedi, in loco qui dicitur « Via de la Vallexella ». Item reliq. eidem fr. *Nicolao* suo viro medietatem iii tornat. vinee posit. in villa Lastiglani, quam pro indiviso possidet cum supradicta sor. *Samaritana*. Item reliq. eidem fr. *Nicolao* suo viro unam suam domum posit. Bononie in Portanova, iuxta ... et de subtus iuxta sor. *Samaritanam* ... Item reliquid iure institutionis d. Paci sue

matri usumfructum et ius utendi et fruendi unius petie terre vi tornat. terre arat., quam habet in terra Altedi, in contrata que dicitur « Roncho Pozo », quam debeat habere, tenere et usufructuare toto tempore vite ipsius d. Pacis; post mortem vero ipsius d. Pacis reliquid Naximbeni suo fratri usumfructum et ius utendi et fruendi dicte pet. terre toto tempore vite ipsius Naximbenis. Post mortem vero ipsius Naximbenis voluit et iussit dictam petiam terre pervenire debere ad conventum Fr. Min. de Bonon. secundum voluntatem commiss. suorum infrascr.; volens quod si tunc temporis viveret d. Helica, uxor dicti Naximbenis, voluit eidem d. Heliche dari debere per commiss. suos v lib. bon. de precio dicte pet. terre. Et ad predicta omnia et singula exequenda ... suos commiss. ellegit fr. *Petrizolum* de Aposa, fr. *Iohanninum* de Portanova, fr. *Cambium* de Bonon. et Guardianum Fr. Min. conventus Bonon. qui p. t. fuerit, quibus commiss. dedit plenam licentiam *etc.* ... Si autem predicti sui commiss. nollent vel non possent per se ipsos supradicta effectui demandare, vult quod omnes simul vel quilibet eorum possit sibi alium vel alios subrogare et constituere ... In omnibus autem aliis suis bonis mobilib. et inmobilib., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit et esse voluit ... quos predicti sui commiss. vel duo ex eis, si alii adesse non possent, voluerint et nominaverint ... Item voluit h. s. t. esse secretum et sigillari debere sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et sic sigillatum deponi debere in sacristia dictorum Fratrum per fr. *Zanilinum* de Carpo ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Iacobo* de Agrestis sacerdote Ord. Min., qui stat in conventu Bononie et dixit *etc.*, fr. *Baldesera* de Burgo S. Donini, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Michaele* de Castaglolo, fr. *Lambertino* de Butrio, fr. *Loderingo*, fr. *Toma* de Pellaciis et fr. *Bertolomeo* Biriolo, omnibus Ord. Min. ...

Die xxviii iulii fr. *Zanilinus* de Carpo Ord. Min. institutus proc. a dicta testatrice dep. h. t. et dedit in manibus fr. *Seraphini* de Crespellano sacriste conv. Fr. Min. custodiend. et salvand. et suo tempore iudici presentand., dimitendo eundem in dicta sacristia, pp. fr. *Michaele* de Castaglolo, fr. *Iohannino* de Portanova, fr. *Landulfo* de Chazanimicis et fr. *Paulo* de Bretenorio ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

341/5084, n. 93. — Orig.

1018. Bononiae, 19 iulii 1300.

Testamentum.

D. Bonaventura, qui dicitur Tura, f. q. d. Marchi Baldizonis calzolarius ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. xx sol. bon.; item fr. *Bonaventure* de Gipso eiusdem Ord. Fr. Min. xx sol. bon. ... item fr. *Guidoni* de Castro Episcopi Ord. de Penitentia xx sol. bon.; item sor. Lucie Iohannis de Ancognano xx sol. bon.; item fr. *Rolandino* Ord. de Penitentia x sol. bon.. Item reliq. fr. Zerbino patri pauperum, pro pauperibus verecundis, x sol. bon. ... Commiss. autem suos esse voluit fr. *Guidonem* de Castro Episcopi predictum ... dans predictis liberum et generale arbitrium vendendi *etc.* ... Et voluit h. t. esse secretum et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo Prioris sive conventus dictorum Fratrum ... Actum Bononie in domo Fr. Min. in *capitulo* dictorum Fratrum, pp. fr. *Bonaventura* de Gipso, qui dixit *etc.*, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Bertholomeo* de Biriolis, fr. *Iacobino* de Placentia, fr. *Bertholutio* de strata Maiori, fr. *Michaele* de Pollicino, omnibus Ord. Min. ... Bertholomeus q. Iacobini de Regio not.

35/4167, n. 52. — Orig.

1019. Bononiae, 19 iulii et 13 augusti 1300.

Testamentum.

Ghisella f. q. d. Horaboni de Raculis de Varignana et uxor d. Viviani de Husberghis ... reliq. p. a. s. xv lib. bon., de quibus ... reliquid III lib. bon. p. m. cellebr. dandas et expend. per Guardianum Fr. Min. conv. Bon. qui p. t. fuerit; item reliquid fr. *Iacobo* de Agrestis xxxvi sol. bon. p. s. n.; item fr. *Gandulfino* de Mutina xx sol. bon.; item reliquid sor. *Meglorine* de Penitentia xxxx sol. bon. ... Item reliquid de aliis suis bonis p. m. ablatis incertis IIII lib. bon. expendendas et restituendas secundum voluntatem et dispositionem fr. *Iacobi* de Agrestis Ord. Min. ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Gandulfino* de Mutina sacerdote Ord. Min., qui asseruit *etc.*, fr. *Iacobo* de Agrestis, fr. *Rodulfo* de Agrestis, fr. *Michaele* de Castaglolo, fr. *Iohanne* de Fulianis, fr. *Thoma* de Pellaciis, fr. *Nicolucio* de Aremino, omnibus Ord. Min. ... et fr. *Guidone* Ord. Penitentum ...

Die XIII augusti fr. *Iacobus* de Agrestis proc. dicte testatricis ... dedit et dep. h. t. in manibus fr. *Saraphini* de Crespelano sacriste conv. Fr. Min. de Bon. custodiend. et salvand. et suo tempore iudici presentand., dimittendo eundem test. in dicta sacristia, pp. fr. *Iohanne* de Lugho et fr. *Landulfo* de Chazanimicis ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

35/4167, n. 53. — Orig.

1020. Bononiae, 19 et 20 iulii 1300.

Testamentum.

D. Beatrixia f. q. d. Gueritti et uxor q. d. Bonavolte de Sedazariis ... p. a. s. reliquid de bonis suis x lib. bon., de quibus dari voluit ... Guardiano conventus Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. expendendos ubi et sicut ipsi Guardiano videbitur ... Residuum vero distribui iupsit circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. dictorum Fratrum, si contingerit eam mori Bononie ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Nicolino* de Butrio sacerdote, qui asseruit *etc.*, fr. *Bolognitto* d. Bonvisini presbitero, fr. *Iohanne* de Ugiano, fr. *Beltramino* de Parma, fr. *Cherio* de Castro Brittorum, fr. *Zanellino* de Carpo, fr. *Iohannino* de Portanova et fr. *Iohanne* de Fulianis presbitero, qui asseruit *etc.*, omnibus de Ord. Fr. Min., et fr. *Rolandino* de Vallis fratre Penitentie ...

Die sequenti d. fr. *Zanellinus* de Carpo Ord. Fr. Min. proc. dicte testatricis ... presentavit fr. *Bonaventure* sacriste Fr. Min. de Bon. et in sacristia ipsorum Fratrum dep. h. t. et ipsum fecit sigillari sigillo conv. dictorum Fratrum more solito ... pp. fr. *Philippo* de Marzegonibus et fr. *Rodulfo* de Agrestis de Ord. Min. ... Petrus Raymondini not.

35/4167, n. 54. — Orig.

1021. Bononiae, 20 et 29 iulii 1300.

Codicillus.

Sor. *Benvenuta* f. q. d. Michaelis Petrizoli et uxor fr. *Nicolay* de Penitencia ... confirmando et approbando test. suum, scriptum manu mei not. infrascr. sub mille-

simo suprascripto, die XIIII intr. iulio, fecit present. codicill. in quo quidem mutat, vult et mandat quod in eo, quod in dicto test. reliquid iure legati fr. *Nicolao* suo viro, medietatem VIIII bebulcarum terre arat., quam pro indiviso possidet cum sorore *Samaritana* de Penitencia, que posit. est in terra Altedi ... et medietatem III tornat. vinee posit. in villa Lastiglani quam pro indiviso possidet cum supradicta sor. *Samaritana*, et unam suam domum posit. Bon. in Portanova ... iuxta sor. *Samaritanam* de subtus ... predictum legatum approbat et confirmat hac condictione et forma, si contingeret dictum fr. *Nicolaum* intrare religionem aliquorum Fratrum, qui sint penitus a mundo remoti, sicut sunt Minores et Predicatores, et ibi [...] religione professionem facere. Si vero non intraret religionem vel si intraret et ibi professionem non faceret, tunc subtrahit eidem fr. *Nicolao* proprietatem predictarum [rerum] in totum, et reliq. eidem solum usumfructum (earundem rerum) ... Post mortem vero ipsius fr. *Nicolay* sui viri [...] eas res pervenire ad comiss. suos in dicto suo test. nominatos et per eosdem ipsas res posse et debere vendi et precium dari et distribui per eosdem comiss. ubi melius et utilius eis videbitur p. a. ipsius codicillatricis. Item reliq. de aliis suis bonis CLXXXX lib. bon., de quibus dari voluit p. a. s. et matris sue X lib. bon. per comiss. suos ubi melius et utilius eis videbitur. Item reliquid fr. *Petrizolo* de Aposa Ord. Min. X lib. bon. p. s. n.; item fr. *Thome* f. sor. *Samaritane* X lib. bon. p. s. n.; item fr. *Iohannino* de Portanova Ord. Min. X lib. bon. p. s. n.; item fr. *Cambio* de Bonon. Ord. Min. X lib. bon.; item reliquid X lib. bon. dandas et distribuendas per Guardianum Fr. Min. conventus Bon., qui p. t. fuerit, p. m. celebr. ubi melius et utilius ei videbitur p. a. dicte testatricis; item fr. *Lamberto* de Fabianis Ord. Min. X lib. bon. p. s. n.; item fr. *Gerardino* de Cremona III lib. bon. Item reliq. sor. *Gracie* matris mag. Guizardi V lib. bon. ... Item reliquid *ecclesie S. Andree Fratrum de Penitencia* X lib. bon., de quibus voluit quod per Ministros dictorum Fratrum ematur unus lectus, qui semper maneat ibi in *hospitali dicte ecclesie* ad hospitandum pauperes; item reliquid sacerdoti dicte ecclesie qui p. t. fuerit X sol. bon. Item reliquid sor. *Paciencie* de Penitencia V lib. bon. ... Item sor. *Flordelalpe* X lib. bon. ... Item reliquid pauperibus *Sororibus de Ord. Penitencie* XXXX sol. bon. ... Item cuilibet testium infrascr. in presenti codicillo, et etiam testium scriptorum in dicto suo test. X sol. bon. ... item reliquid Custodi Fr. Min. Custodie Bonon. qui nunc est vel p. t. fuerit V lib. bon.; item fr. *Zanilino* de Carpo Ord. Min. et fr. *Iohanni* de Ymola portariis, cuilibet eorum XX sol. bon.; item reliquid sor. *Berte* de Penitencia, sue vicine, V sol. bon. ... Item reliq. sor. Adhelaxie de Oliveto XX sol. bon. ... Item reliquid de aliis suis bonis cuilibet Fratri Minori sacerdoti, qui tempore mortis dicte codicillatricis fuerit de conventu Fr. Min. de Bononia, XX sol. bon., et cuilibet Fratri Minori de dicto conventu, qui non fuerit sacerdos, X sol. bon. Item reliquid cuilibet Fratri Minori sacerdoti, qui fuerit conventualis in aliquo loco Fr. Min. comitatus Bonon., X sol. bon., et cuilibet Fratri Minori, qui non fuerit sacerdos et fuerit conventualis alicuius dictorum locorum comitatus Bononie, V sol. bon. Item reliquid quod per comiss. suos distribuantur et dentur pro rata p. a. patris sui XX lib. bon. inter sacerdotes, qui tempore mortis ipsius codicillatricis fuerint de conventu Bonon. Item reliquid cuilibet infrascr. locorum Dominarum religiosarum, silicet S. Mathie ... *S. Francisci* ... X sol. bon. ... Item reliquid sor. Berte tertii Ordinis, que stat in via Nova de Puglola, III lib. bon. Item reliquid quod per comiss. suos ematur unam garbetam bonam et ydoneam, que sit et esse debeat Sororum de Pe-

nitencia, usque ad quantitatem c sol. bon. si necesse fuerit ... Item dixit, voluit et mandavit dicta codicillatris, quod quecunque invenientur scripta in quadam cedula, sive carta, scripta manu mei Naximbenis not. infrascr. et sigillata sigillo conventus Fr. Min. de Bon., que erit in sacristia dictorum Fratrum deposita, habea(n)t eandem vim et eundem vigorem et robur, in iudicio et extra, quod et quam habet supradictum suum test. et pres. codicill. ... Et ad predicta omnia et singula in pres. codicill. contenta suos comiss. esse voluit ... conscriptos et nominatos in dicto suo test. ... confirmans eisdem omnem licentiam et potestatem et mandatum, quod et quam in dicto test. eis dedit, volens et mandans ... quod quicumque ... quoquo modo ... impediret vel mollestaret quin dicta sua ultima voluntas integraliter non perficeretur, ex nunc privat eum omni legato et omni iure eidem ... in dicto codicill. vel in dicto suo test. relicto, et illud vult pervenire debere ad dictos suos comiss. et per eosdem distribui p. a. ipsius codicillatricis. Et si predicti comiss. et heredes in dicto suo test. conscripti predicta omnia et singula integraliter facere neglexerint vel omiserint, tunc omne ius et omnem actionem quod et quam in bonis suis habent vel habere possent, auffert ab eis et applicat Fratribus de Templo de strata Maiori ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Iohannino* de Portanova et fr. *Michaele* de Castaglolo sacerdotibus qui stant in conv. Fr. Min. de Bon., qui ambo dixerunt *etc.*, fr. *Iacobino* de Placencia, fr. *Beltramino* de Parma, fr. *Bartolucio* de strata Maiori, fr. *Nicolucio* de Aremino, fr. *Michaele* seniore de Pollicino, fr. *Benedicto* de Favencia et fr. *Zanilino* de Carpo, omnibus Ord. Min. ...

Die xxviii iulii fr. *Zanilinus* de Carpo procur. dicte sororis Benvenute dep. et dedit h. c. in manibus fr. *Saraphini* de Crespelano sacriste conv. Fr. Min. de Bonon. sigillatum sigillo conv. eorundem Fratrum custodiend. et salvand. et suo tempore iudici d. Potestatis Bon. presentand. et per eum publicari faciendum, dimittendo eundem in sacristia eorundem Fratrum, pp. fr. *Michaele* de Castaglolo, fr. *Iohannino* de Portanova, fr. *Landulfo* de Chazanimicis et fr. *Paulo* de Bretenorio ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

35/4167, n. 55. — Orig.

1022. Bononiae, 22 iulii 1300.

Testamentum.

D. Blancolinus q. d. Petrizoli Pelacanis ... intendens pro salute anime bb. apost. Petri et Pauli ob indulgentiam limina vixitare ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cantandis x sol. bon. ... Item fr. *Bonaventure* de Gisso de Bon. de Ord. Min. pro una cappa iii lib. bon. ... Actum Bononie ...

Eodem die testator presentavit h. t. et (quamdam) cedulam fr. *Sarafino* sacriste dictorum Fratrum Min. in sacristia dictorum Fratrum, quia eum voluit esse secretum ... pp. fr. *Bollognito* de burgo Peradelli et fr. *Michaele* d. Venantii ... Francischus q. Cupri Bresche not.

35/4167, n. 56. — Orig.

1023. Bononiae, 23 iulii 1300.

Codicillus fr. Gerardi de Butrio, novitii in Ord. Fr. Min.

Fr. *Gerardus* q. d. Bonaspetri de Butrio novicius in Ord. Fr. Min. ... confirmando et approbando t. s. scriptum manu Michilini Iacobini Cavaze de Duglolo not. ... fac-

tum in MCCLXXXXVIIII, ind. XII, fecit suum codicill.; in quo voluit et mandavit, quod Bellotus eius frater et d. Maria uxor dicti Belloti instituti heredes in dicto suo test. a dicto *Gerardo* debeant dare fr. *Ansaldo* Ord. Min. XII lib. et X sol. bon. pro solvendis et restituendis pro debitis certis et incertis ipsius fr. *Gerardi*, ad exhonerationem anime ipsius, et si noluerint solvere ipsi fr. *Ansaldo* dictas XII lib. et X sol. bon., tunc et in eo casu privat eos omni hereditate et omni benefitio ei(s)dem in dicto suo test. relicto, et illud vult pervenire ad dictum fr. *Ansaldum*, et per eum distribui et dari p. a. ipsius; cui fr. *Ansaldo* dedit plenam et liberam potestatem vendendi, alienandi et obligandi omnia bona sua et precium recipiendi ... et generaliter omnia faciendi quemadmodum ipse facere poterat ante quam intraret Ordinem ... Voluit dictum s. c. esse secretum et sigillari debere sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et deponi debere in sacristia dictorum Fratrum per fr. *Petrum* Picininum, quem nunc suum instituit procur. ad dictam depositionem faciendam. Actum in *domo infirmarie* Fr. Min. de Bononia, pp. fr. *Acharisio* de Lubianis Ord. Min. sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Germia* de Castello, fr. *Bartolomeo* de Castaldis de S. Iohanne, fr. *Iohanne* de Pollicino et fr. *Petro* Picinino, omnibus Ord. Min. ...

Eodem die fr. *Petrus* Picininus procur. fr. *Gerardi* de Butrio dedit et dep. h. c. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste eorundem Fratrum custodiend. et salvandum et sigilland. sigillo conv. Fr. Min. de Bon. ... pp. fr. *Francisco* de burgo S. Mami et fr. *Bartolomeo* Biriolo ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

35/4167, n. 42. — Orig.

1024. Bononiae, 27 et 28 iulii 1300.

Testamentum.

D. Sanglinguerra f. q. d. Rolandi de terra Ozani ... reliq. conventui Fr. Min., XX sol. bon. ad emendum duos duplerios ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Landulfo*, fr. *Bonino* de Pergamo, fr. *Rigutio* de Baysio, fr. *Petro* de Canitulo, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Bolognito* cantore, fr. *Francischo* de Schiva, fr. *Francischino* Allerarii ...

Die sequenti testator presentavit h. t. in manibus fr. *Seraffini* sacr. Ord. Fr. Min., pp. fr. *Francisco* Allerarii ... Symon cui dicitur Mone q. Symonis de Equis not.

35/4167, n. 57. — Orig.

1025. Bononiae, 28 et 31 iulii 1300.

Testamentum.

Magister Gerardinus q. Henrici, qui fuit de Regio et moratur Bononie ... reliquid de bonis suis p. a. s. conventui Fr. Min. de Bon. XXV sol. bon. ... Item reliquid supra funus et sepult. suam, quam sibi ellegit et esse voluit apud eccl. Fr. Min. de Bon., V lib. bon. ... Item voluit quod sui comiss. adhibeant fidem et adimpleant omnia et singula que scripta erunt in quadam cedulla sive carta scripta manu mey not. infrascr. vel ipsius testatoris, que erit in sacristia Fr. Min. ... Actum Bononie ... pp. ... fr. *Petro* de Chanitullo, qui dixit *etc.*, fr. *Francissco* de Tebaldis de Ord. Fr. Min. ...

Die ultimo iullii mag. Iacobus q. Petri constitutus procur. a dicto testatore ... h. t. cum quadam cedulla de qua fit mencio in dicto test. consignavit et dedit in manibus fr. *Sarafini* sacriste dictorum Fr. Min. custodiend. et salvand. in sacristia

Fr. Min. de Bon. suo loco loco et tempore, pp. fr. *Bertollucio* de strata Maiori et fr. *Francisschino* de Allerariis ... Benvenutus q. d. Mathey Benintendi not.

35/4167, n. 58. — Orig.

1026. Bononiae, 2 et 13 augusti 1300.

Testamentum.

D. Beatrixia f. q. d. Bonagracie de Canitulo ... de bonis suis p. a. s. reliquid CL lib. bon., de quibus voluit dari per commiss. infrascr. pro M missis cellebr., ubi melius videbitur eis, XVI lib. bon. Item reliq. XXV lib. bon., de quibus ematur per commiss. suos infrascr. paramenta et unum callicem pro uno altari et dentur ... per dictos suos commiss. ubi melius eis videbitur pro divino officio celebrando ... Item reliquid fr. *Petro* de Canitulo Ord. Min. V lib. bon. p. s. n.; item fr. *Azino* Ord. Min. V. lib. bon. Item reliquid X lib. bon. in dispensatione Guardiani Fr. Min. conventus qui nuc est vel p. t. fuerit, dandas et distribuendas per eundem ubi melius et utilius ei videbitur ... Item reliq. fr. *Iacobo* de Plastellis Ord. Min. XXXX sol. bon. p. s. n.; item cuilibet infrascript. locorum Dominarum et Sororum X sol. bon., silicet ... *S. Francisci* ... Item reliquid VI lib. bon. expendendas circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bononia. Item reliquid cuilibet infrascrip. testium in h. t. conscriptorum X sol. bon. ... ressiduum vero dictarum CL lib. bon. voluit dari et distribui per comiss. suos infrascr. ubi melius eis videbitur p. a. dicte testatricis. Et ad predicta omnia et singula in h. t. contenta suos comiss. et executores ellegit Guardianum. Fr. Min. conventus Bon. qui p. t. fuerit, fr. *Azinum* Ord. Min., fr. *Petrum* de Canitulo eiusdem Ord. ... Voluit h. s. t. esse secretum et sigillari debere sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et sic sigillatum debere deponi in sacristia dictorum Fratrum per fr. *Michaelem* sartorem Ord. Min., quem nunc suum instituit procur. ad dictam depositionem faciendam ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Azino* sacerdote, qui stat in conventu Fr. Min. de Bon, qui dixit *etc.*, fr. *Michaele* sartore, fr. *Bertolucio* de strata Maiori, fr. *Iacobino* de Parma, fr. *Matiolo* de Caldararia, fr. *Graciadeo* de Bon., fr. *Petro* Picinino, fr. *Dinadam* de Sala et fr. *Francisco* de Tantis. ...

Die XIII augusti fr. *Michael* sartor Ord. Min. procur. dicte testatricis dedit et dep. h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste conventus Fr. Min. de Bononia custodiendum et salvandum ... dimittend. eundem test. in dicta sacristia, pp. fr. *Francischo* sartore et fr. *Benedicto* de Favencia ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

36/4168, n. 1. — Orig.

1027. Bononiae, 5 et 13 augusti 1300.

Testamentum.

D. Bellicia f. q. d. Cesarii, qui fuit de Bisano ... reliquid III lib. bon., quas expendi debeant supra funus et sepult. suam, quam ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bononia. Ad predicta et infrascripta exequenda esse voluit suos comiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Acinum* de Ord. Fr. Min., quibus comiss. et cuillibet eorum dedit plenam licentiam *etc.* ... Et si dicti sui comiss. nollent vel non possent se intromitere de dicta comissaria, possint allium sive allios elligere ... In

omnibus autem alliis suis bonis mobillib. et inmobill., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi heredes instituit ... quos dicti sui commiss. nominaverint et ellegerint ... Iubet h. t. esse secretum et poni in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conv. vel Guardiani dictorum Fratrum per fr. *Zanillinum* de Carpo de Ord. Fr. Min., quem constituit suum procur. ad predicta. Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* de Ugiano, fr. *Acino* sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Iacobo* de Agrestis, fr. *Iacobo* de Plaxencia, fr. *Zanillino* de Carpo, fr. *Rodolfo* de Agrestis, fr. *Ieremia* de porta S. Proculli et fr. *Bartollomeo* portonario ...

Die XIII augusti fr. *Zanillinus* de Carpo de Ord. Fr. Min. de Bon. constitutus proc. a dicta testatrice ... consignavit et dedit h. t. in manibus fr. *Sarafini* sacrist. Fr. Min. de Bonon. custodiendum et salvandum in dicta sacristia suo loco et tempore ... pp. fr. *Pax* de Parma et fr. *Francisschino* de Schiva de Ord. Fr. Min. Benvenutus q. d. Mathey Benintendi not.

36/4168, n. 3. — Orig.

1028. Argellatae, 5 augusti 1300.

Heredis designatio.

Cum hoc sit quod d. Bonaventura q. Bologniti de Argellata ... commiserit et plenam licentiam dederit Guardiano Fr. Min. de *Argellata,* ut ipse Guardianus possit elligere in heredes ipsius d. Bonaventure pauperes Christi, quos dictus Guardianus voluerit, ut patet ex vigore test. scrip. manu Gandulfini Mathey Benintendi not.; ideo fr. *Canbius* nunc Guardianus Fratrum loci predicti, volens sequi et exequi formam dicti testamenti, ellegit in heredem ipsius d. Bonaventure Bernardum q. Azzonis de Bernardis de Argele tanquam pauperem Christi, dans ei plenam et liberam potestatem adheundi hereditatem ipsius d. Bonaventure, et omnia bona que invenerit in dicta hereditate administrandi et fatiendi tanquam legitimus heres ipsius d. Bonaventure ... Actum in *domo* Fr. Min. de *Argellata,* pp. fr. *Alberto* de Corvis, fr. *Petro* de Marzegonibus, fr. *Gerardo* d. Ungarelli, fr. *Iohanne* de Sedazariis ... et fr. *Iacobo* de Vernatia, qui asseruit *etc.* ... Iacobus q. Phylippi not.

36/4168, n. 4. — Orig.

1029. Bononiae, 5 et 8 augusti 1300.

Testamentum.

D. Maria f. q. d. Iohannis de Plumacio et uxor Ture becharius (*sic*), que moratur Bononie ... reliquid p. a. s. VI lib. bon., quas expendi debeant per comiss. suos infrascr. p. m. cant. p. a. s. ... Item reliquid conventui Fr. Min. de Bon. XX sol. bon. ... Item fr. *Petro* de Chanitullo de Ord. Fr. Min. de Bon. III lib. bon. p. s. n. ... Et ad predicta et infrascripta exsequenda ellegit suos comiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, fr. *Petrum* de Chanitullo de dicto Ord. ... quibus comiss. et cuilibet eorum dedit plenam licentiam *etc.* ... Et si dicti Guardianus et fr. *Petrus* sui comiss. nollent vel non possent se intromitere de dicta comissaria, possint allium sive allios elligere, quem vel quos eis placuerit ... Item reliquid iure legati d. Madallene et filiis suis unam peciolam terre arat. posit. in capella S. Homoboni, iuxta *etc.* ... et si filii dicte Madallene sue sororis decederent sine filiis legitimis, reliquid medietatem in dispensatione Guardiani Fr. Min. de Bon. et Prioris Fr. Pred. de Bon. ... Iubet

h. t. esse secretum et poni debere in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conv. sive Guardiani dictorum Fratrum per fr. *Petrum* de Chanitullo, quem constituit suum proc. ad predicta. Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Petro* de Chanitullo, qui dixit *etc.*, fr. *Boniacobo* de Bon., fr. *Iohanne* de Imolla, fr. *Andriolo* de Imolla, fr. *Alberto* de strata Maiori, fr. *Petrizolo* de Parma, fr. *Iohanne* de Seminibus et fr. *Iacobino* de Parma ...

Die VIII augusti fr. *Petrus* de Chanitullo de Ord. Fr. Min. procur. dicte testatricis h. t. consignavit et dedit in manibus fr. *Sarafini* sacr. Fr. Min. de Bon. custodiend. et salvandum in dicta sacristia suo loco et tempore ... pp. fr. *Rugerio* de Poetis et fr. *Ieremia* de Chastello de Ord. Fr. Min. ... Benvenutus q. d. Mathey Benintendi not.

36/4168, n. 5. — Orig.

1030. Bononiae, 24 augusti 1300 et 30 ianuarii 1301.

Testamentum.

D. Petrizola f. q. Petri Zeni de Flesso et uxor d. Corvolini Stephani ... p. a. s. reliquid XXXX lib. bon., de quibus reliq. fr. *Phylippo* q. d. Ubertini de Podio de Ord. Fr. Min. X lib. bon. ... Item fr. *Henricho* de Pegolottis de strata Maiori confessori suo, qui est de Ord. Fr. Min., XX sol. bon. ... Residuum vero iussit expendi circa funus suum et in missis ... et pauperibus ad voluntatem infrascr. suorum comiss., quos ad predicta et infrascripta omnia et singula exequenda ellegit fr. *Phylippum* suprascriptum ... quibus et cuilibet eorum in sollidum dedit licentiam *etc.* ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fratribus *Alberto* de Calamonibus de Butrio, *Michaele* de Marano, *Perino* de Zenoa, *Iohanne* Foliano, *Thomace* Pellazo, *Iacobucio* de Forlivio, *Righo* de Pegolottis de strata Maiori et *Phylippo* q. d. Ubertini de Podio, omnibus de Ord. Fr. Min. ... qui fr. *Righus* sacerdos asseruit *etc.*

Eo loco, die et tt. dicta testatrix fecit suum proc. ad ponend. in sacristia Fr. Min. dictum fr. *Perinum* de Zenoa.

MCCCI die XXX ianuarii dictus fr. *Perinus* procur. dep h. t. publ. et auct. in dicta sacristia fr. *Sarafino* sacr. ... pp. fr. *Iacobo* Faventino, fr. *Iacobo* Imolensi, et fr. *Iohanne* Imolensi, omnibus Ord. Min. ... qui Fratres cognoverunt dictum procur. Albertus q. Carbonis not.

36/4168, n. 8. — Orig.

1031. Bononiae, 25 augusti 1300.

Testamentum.

D. Bagarotus q. d. Manentis ... reliquid pro inlicitis et incertis C lib. bon. distribuend. p. animabus eorum a quibus inlicite habuit et percepit per fr. *Aczinum* Ord. Min. et per Bruninum q. d. Blanchi Cose ... Item reliquid de alliis suis bonis LX lib. bon., de quibus fieri debeat unam sepult., in qua ponantur ossa olim dicti sui patris, penes eccl. Fr. Min. de Bononia, et circha eius sepult. expendend., quam sibi ellegit in loco predicto ... Item voluit et mandavit quod unicuique et cuilibet persone, cui vel quibus fr. *Aczinus* Ord. Min. adiudicaret vel adiudicabit ipsum d. Bagarotum teneri et dari debere usque ad quantitatem CC lib. bon., pro(ut) ipse testator dicto fratri fide comisit, de bonis ipsius testatoris cuilibet integro satisfiat. Comiss.

autem suos et huius test. executores esse voluit fr. *Aczinum* Ord. Min. ... dans et concedens dictis suis comiss. licentiam *etc.* ... In omnibus autem alliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Manentinum eius filium sibi hered. instituit ... et si dictus Manentinus moriretur sine legittimis, Rolandinum eius fratrem naturalem in dimidia omnium bonorum suorum sibi hered. instituit et in alia dimidia d. Aczolinam eius uxorem solum donec visserit. Post autem eius decessum dicta medietas iussit vendi per dictos comiss. et dari pauperibus quos dicti comiss. ellegerint. Et si dictus Rolandinus etiam sine liberis decederet, dicta allia medietas p. a. s. simili modo reliquid. Et si predicta contingerint voluit quod una ecclesia fiat in loco ipsius testatoris, ad voluntatem dictorum fr. *Aczini* et Brunini, posit. in curia Vidaglagole ad honorem S. Crucis, cui ecclesie reliquid XII tornat. terre iuxta ecclesiam faciendam ... Actum Bononie in *domo* Fr. Min, pp. fr. *Aczino* Ord. Min. de Bon. sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Petro* de Chastaglolo, fr. *Bonaventura* de Fanano, fr. *Za[ni]lino* de Carpo, fr. *Nicholao* de Arrimino, fr. *Thomaxio* de Portanova, fr. *Antonio* de Pellegrino et fr. *Alberto* de Colloreto, omnibus de Ord. Min. ...

Edem die dictus testator t. s., quod voluit esse secretum, presentialiter dedit et dep. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste conventus Fr. Min. de Bon. et roborari et sigillari fecit sigillo conv. dictorum Fratrum et sic sigillatum et roboratum voluit, et mandavit ipsum test. in sacristia Fr. Min. de Bon. depositum remanere ... pp. fr. *Aczino* et fr. *Seraffino* de Crespelano, anbo de Ord. Min. ... Michael Petri specialis not.

36/4168, n. 9. — Orig.

1032. Bononiae, 27 augusti et 4 septembris 1300.

Testamentum.

D. Clera uxor q. d. Zambonini de Tabullis ... reliquid de bonis suis p. a. s. XXV lib. bon., de quibus dari voluit p. m. cant. V lib. bon., que misse cantentur ubi placuerit Guardiano Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... Item reliquid fr. *Azzino* de Ord. Min. X sol. bon. ... Item sor. *Anthonie* et sor. *Francisse* de Ord. S. Clare de Bon., cuillibet earum XX sol. bon. ... Residuum vero expendi et distribui voluit supra funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bononia, et allibi ubi melius et utilius videbitur comiss. suis infrascr. Ad predicta et infrascripta omnia et singula exsequenda esse voluit suos comiss. fr. *Francisscum* eius filium ... quibus comiss. et cuilibet eorum dedit plenam licentiam *etc.* ... Item reliq. i. instit. ... fr. *Francissco* eius filio de Ord. Min. de Bononia III lib. bon. p. s. n. ... Iubet h. t. esse secretum et poni in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo dictorum Fratrum per fr. *Azinum* de dicto Ord., quem constituit suum proc. ad predicta. Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Accino* de Ord. Fr. Min., qui dixit *etc.*, fr. *Iohanne* de Ugiano, fr. *Bertollucio* de strata Maiori, fr. *Iohanne* de Ymolla, fr. *Vixino* de Plumacio, fr. *Iacobo* de Pollicino, fr. *Petro* Pizollo, fr. *Michaele* de Policino et fr. *Michaele* sartore, omnes de Ord. Fr. Min. ...

Die IIII setembris fr. *Azzinus* de Ord. Fr. Min. procur. dicte testatricis consignavit h. t. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste Fr. Min. de Bon. custodiend. et salvand. in dicta sacristia suo loco et tempore ... pp. fr. *Lamdulfo* et fr. *Bernardino* de Frulivio *(sic)* de Ord. Fr. Min. ... Benvenutus q. d. Mathey Benintendi not.

36/4168, n. 10. — Orig.

1033. Bononiae, 28 augusti et 16 septembris 1300.

Testamentum.

D. Guidocta f. q. d. Guidonis de Barcha ... reliquid circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Min de Bon., xx sol. bon. ... Item reliquid quod per fr. *Iohannem* de Ozano Or. Min. persolvantur debita sua illis personis que scripte sunt in quadam cedula, que est penes dictum fr. *Iohannem*, de viii lib. bon., quas debet recipere dicta testatrix a Gerardo de Adigeriis; et si aliquid supererit a dictis debitis persolvendis, voluit distribui et dari debere p. a. ipsius testatricis per dictum fr. *Iohannem* et Raynerium Iacobi de Urcis, quos sibi instituit et esse voluit comissarios ad predicta omnia exequenda, dans predictis comiss. plenam licentiam *etc.* ... Voluit h. s. t. esse secretum et sigillari debere sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum per fr. *Bertholucium* de strata Maiori, quem nunc suum instituit procur. ad dictam depositionem faciendam ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* de Ozano sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Bertolucio* de strata Maiori, fr. *Bertolameo* Biriolo, fr. *Landulfo* de Cazanimizis, fr. *Francischino* de Schiva, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Bonaventura* de Fanano, fr. *Herigutio* de Galluciis, fr. *Martino* de Val de Aposa, Ord. Min. ...

Die xvi septembris fr. *Bertolucius* proc. dicte testatricis dep. et dedit h. t. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste dictorum Fratrum custodiend. et salvandum et suo tempore iudici presentandum, dimittendo eundem in sacristia dictorum Fratrum, pp. fr. *Francischino* de Lana et fr. *Lamberto* de Fabianis ... Naximbene Petri Schudarii not.

35/4167, n. 60. — Orig.

1034. Bononiae, 29 augusti et 2 septembris 1300.

Testamentum.

D. Francisca f. q. d. Charionis ... reliquid conventui Fr. Min. de Bononia p. m. cant. iiii lib. bon. ... Hoc test. voluit esse secretum et poni in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari debere sigillo conv. vel Guardiani dictorum Fratrum. Et insuper constituit fr. *Ioaninum* de Portanova suum procuratorem. Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Blaxio* de Barbaria, fr. *Landulfo* de Chazanimicis, fr. *Henrico* de Perticonibus, fr. *Ugucione* de Guarinis, fr. *Petro* de Ymola, fr. *Bertolomeo* portario de Gisso, fr. *Ioanino* de Portanova sacerdote, qui dixit *etc.* ...

Die ii septembris ... fr. *Ioaninus* de Portanova proc. dicte testatricis dedit et dep. h. t. in manibus fr. *Bonaventure* sacriste Fr. Min. ... pp. fr. *Gerardino* de S. Agata, fr. *Rodaldo* de Bon. et fr. *Zanilino* de Carpo ... Michael Zanboni not.

36/4168, n. 11. — Orig.

1035. Bononiae, 30 et 31 augusti 1300.

Venditio.

Discretus vir d. Bonifatius de Loglano canon. Bon. commiss. et heres q. d. Martini Eximini Yspani scholaris Bon. ... dedit et vendidit d. Benvenuto q. Bruniti ... petiam unam terre vineate iii tornat. et tercie partis alterius, posit. in curia Burgi

Panicalis in contrata que dicitur « Avesella », iuxta *etc.* ... et aliam petiam terre vineate unius tornat. et aliquantulum plus, posit. in dicta curia in loco qui dicitur « Vinee d. Laygonis de Sturlitis », iuxta *etc.* ... pro pretio in summa CXVIII lib. bon. ... Blaxius Ubaldini de Stiglatico not.

Et solluta fuit gabella me pres. sequenti die fr. *Liazario* de Buchafogaza preposito pro com. Bon. ad zipum gabelle ...

36/4168, n. 12. — Orig.

1036. Bononiae, 2 et 3 septembris 1300.

Testamentum.

D. Ysabeta q. d. Nicholai ... reliquid de bonis suis p. a. s. x lib. bon., de quibus dari voluit fr. *Iohanino* de Portanova de Ord. Fr. Min. x sol. bon. p. s. n.; item reliquid eidem fratri p. m. cant. x sol. bon.; item conventui Fr. Min. p. m. cant. x sol. bon. ... Hanc suam ult. volunt. voluit esse secretam et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. per fr. *Iohaninum* de Portanova de Ord. Fr. Min., quem instituit suum procur. ad depositionem faciendam dicti test. et ad faciend. sigillari sigillo conv. Fr. Min. Actum Bononie ... pp. fr. *Iohanino* de Portanova et fr. *Gerardino* de S. Agata, ambo de Ord. Min. ...

Die sequenti fr. *Iohaninus* de Portanova de Ord. Fr. Min. ... dedit et dep. h. t. in manibus fr. *Bonaventure* de [Fre]gnano sacriste in dicta sacristia servandum et custodiendum ... pp. fr. *Rogerio* de Poetis et fr. *Iohanne* de Imola ... Guido q. Iohannis Benzevennis not.

36/4168, n. 13. — Orig.

1037. Bononiae, 2 et 11 septembris 1300.

Testamentum.

D. Iohanna f. q. d. Guitaclini et uxor q. d. Graciadei de Agrestis ... reliquid de bonis suis p. a. s. XXXX lib. bon., de quibus reliquid fr. *Bonaventure* de Agrestis III lib bon. p. s. n.; item fr. *Iohannino* de Portanova Ord. Min. XX sol. bon.; item fr. *Raynerio* de Agrestis Ord. predicti XX sol. bon. p. s. n.; item fr. *Rodulfo* de Agrestis Ord. Min. XX sol. bon. p. s. n.; item fr. *Michaeli* de Castaglolo eiusdem Ord. XX sol. bon.; item fr. *Michaeli* de S. Maria in Strata f. Guitaclini XXXX sol. bon. ... Item reliquid p. m. cellebr. III lib. et x sol. bon. dandas et distribuendas ad voluntatem fr. *Iacobi* et fr. *Bonaventure* de Agrestis Ord. Min.; item reliquid p. m. ablatis incertis XX sol. bon. expendend. et dandos ad voluntatem predictorum fr. *Bonaventure* et fr. *Iacobi* ... Item reliquid in dispensatione Guardiani Fr. Min. conventus Bon. qui p. t. fuerit p. m. celebr. III lib. bon. ... Item fr. *Iacobo* de Agrestis p. s. n. VIII lib. bon.; item reliquid circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., V lib. bon. Et ad predicta omnia et singula exequenda suos commiss. ellegit et esse voluit fr. *Bonaventuram* et fr. *Iacobum* de Agrestis Ord. Min.; et si predicti vel alter eorum non viverent tempore mortis dicte testatricis, tunc esse voluit suum comiss. Guardianum Fr. Min. conventus Bonon. qui p. t. fuerit, quibus comiss. dedit plenam et liberam potestatem *etc.* ... In omnibus vero aliis suis bonis mobilib. et immobilib., iuribus *etc.* Franciscum suum filium sibi heredem instituit, volens et iubens quod si dictus Franciscus decederet sine liberis, tunc substituit sibi

Bartolomeam suam filiam in c lib. bon., hac condictione, quod si contingeret dictam Bartolomeam decedere sine filiis, tunc voluit distribui dictas c lib. bon. p. a. ipsius testatricis ad voluntatem comiss. suorum predictorum vel alterius eorum ... Voluit h. s. t. esse secretum et sigillari debere sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et sic sigillatum debere deponi in sacristia dictorum Fratrum per fr. *Iacobum* de Agrestis, quem suum instituit procur. ad predictam depositionem faciendam. Item voluit quod si aliqua alia test. vel ult. voluntates reperirentur per eam hinc retro facta, et specialiter quoddam test. et quoddam codicill. scripta manu mei Naximbenis not. infrascr., illa cassat et annullat ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Bonaventura* et fr. *Iacobo* de Agrestis sacerdotibus Ord. Fr. Min., qui dixerunt *etc.*, fr. *Gerardino* de S. Agatha, fr. *Iohanne* de Oziano iuniore, fr. *Martino* de Val de Aposa, fr. *Philipo* de Salerno, fr. *Berrardo* de Aprucio, fr. *Raynerio* de Marcia, fr. *Pace* de Vicencia et fr. *Thoma* de Marcia ...

Die xi septembris fr. *Iacobus* de Agrestis Ord. Min. procurator dicte d. Iohanne testatricis ... dedit et dep. h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste ... pp. fr. *Zanilino* de Carpo et fr. *Paganino* de Mediolano ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

36/4168, n. 14. — Orig. = Cf. n. 483.

1038. Bononiae, 3 et 10 septembris 1300.

Testamentum.

D. Thomaxina f. q. Constantini et uxor d. Ottollini ... reliq. de bonis suis p. a. s. p. m. dicendis xv lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. v lib. bon.; item Fratribus Min. de *Crespellano* x sol. bon.; item Fratribus Min. de *loco d. Confortini* x sol. bon.; item Fratribus Min. de *S. Iohanne in Persiceto* x sol. bon.; item Fratribus Min. de *Caldararia* x sol. bon.; item Fratribus Min. de *Argellata* x sol. bon.; item Fratribus Min. de *Ricardina* x sol. bon.; item Fratribus Min. de *loco d. Pacis* x sol. bon.; item Fratribus Min. de *Planorio* x sol. bon.; item Fratribus Min. *extra circullam strate S. Stephani* x sol. bon.; item Fratribus Min. de *Veregnana* x sol. bon ... Item reliq. de alliis suis bonis fr. *Zanillino* de Carpo de Ord. Min. xx sol. bon., et (si) fuerit mortuus ante predictam testatricem, deveniant ad conventum Fr. Min. de Bon.; item fr. *Martino* de Guastavillanis xxxx sol. bon. ... Item reliq. x lib. bon. expendend. per comiss. suos ... Ad predicta omnia et singula exequenda esse voluit suos comiss. Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Martinum* de Guastavillanis de dicto Ord., quibus comiss. et cuillibet eorum dedit plenam licentiam *etc.* ... Et si dicti sui comiss. nollent vel non possent se intromitere in dicta comissaria, possint allium sive allios elligere ... Et h. s. ult. volunt. iubet esse secretam et poni in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conv. sive Guardiani dictorum Fratrum per fr. *Zanillinum* de Carpo, quem constituit suum procur. ad predicta. Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Petro* de Chanitullo, fr. *Bonifacio* de Lambertaciis, fr. *Framcissco* de Tebaldis, fr. *Zanillino* de Carpo, fr. *Thomaxio* de Pellaciis, fr. *Alle* de Sichis, fr. *Alberto* de Armano, fr. *Thomaxio* de Strullitis, fr. *Bertollino* de strata Maiori et fr. *Martino* de Guastavillanis sacerdote, qui dixit *etc.*, omnes de Ord. Fr. Min. de Bon. ...

Die x setembris fr. *Zanillinus* de Carpo de Ord. Fr. Min. procur. dicte testatricis consignavit et dedit h. s. t. in manibus fr. *Sarafini* sacr. Fr. Min. de Bon. cu-

stodiendum et salvandum in dicta sacristia suo loco et tempore ... pp. fr. *Alberto* de Azis et fr. *Bonaventura* de Fanano de Ord. Fr. Min. ... Benvenutus q. d. Matthey Benintendi not.

36/4168, n. 15. — Orig.

1039. Bononiae, 3 et 4 septembris 1300.

Testamentum.

D. Beatrixia q. fr. Phylipi Ley ... reliq. p. a. s. L lib. bon., de quibus dari voluit ... fr. *Gandolfino* Ord. Fr. Min. xxxx sol. bon.; item fr. *Nicolino* de dicto Ord. x sol. bon. ... Residuum vero voluit expendi ... circa funus et sepult. suam et inter ecclesias, hospitales et pauperes, sicut melius et utilius videbitur commiss. suo infrascr., quem esse voluit fr. *Iohannem* Ley, cui dedit plenam licentiam *etc.* ... Sepult. suam esse voluit apud eccl. Fr. Min. de Bon. Item reliq. de aliis suis bonis fr. *Iohanni* q. Ley xxxii lib. bon. ... Si aliquis heredum suorum molestaverit, inquietaverit sive agravaverit dictum fr. *Iohannem* Ley suum comiss. in legato sibi relicto dictarum xxxii lib. bon. vel modo aliquo ne dicta comissaria adimpleatur, vel modo aliquo impediret alicui dictorum legatariorum in dicto test. nominatis, privetur quicumque fecerit de dicta hereditate ... et perveniat dicta hereditas conventui Fr. Min. de Bon. et etiam conventui Fr. Pred. de Bon. ... Voluit pres. test. esse secretum et debere deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigilari sigillo dicti conventus. Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Gandolfino* de Mutina presbitero, qui asseruit *etc.*, fr. *Nicolutio* de Rimino, fr. *Albertino* de Coloreto, fr. *Martino* de contrata S. Martini de Aposa, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Bonaventura* de Fregnano, fr. *Rigutio* de Galuciis, omnes de Ord. Min., et fr. Donisdeo q. Zagnis de Ord. tertio Humiliatorum ...

Die sequenti fr. Donisdeus q. Zagnis procur. dicte testatricis ... dictum test. dep. in manu fr. *Bonaventure* de Fregnano sacrist. dictorum Fratrum, rogans ipsum sacrist. ut dictum test. debeat sigillari et muniri sigillo dicti conv. sive Guardiani dicti Ord. ... pp. ... Fr. Iohannes Livaldi not.

36/4168, n. 16. — Orig.

1040. Bononiae, 3 et 4 septembris 1300.

Testamentum.

D. Ioanina q. Iohannini et uxor Fr. *Iohannis* Ley ... reliq. p. a. s. xx lib. bon. de quibus legavit ... fr. *Nicolino* de Ord. Fr. Min. x sol. bon.; item sor. Patientie x sol. bon. ... Residuum vero expendatur et distribuatur arbitrio comiss. sui infrascr. circa funus et sepult. suam et alibi ubi melius et utilius videbitur p. a. s. Comiss. suum ad predicta exequenda esse voluit fr. *Iohannem* Ley suum virum. Sepult. suam esse voluit apud eccl. Fr. Min. de Bononia. In omnibus aliis suis bonis mobilib. et inmobil., iuribus *etc.*, fr. *Iohannem* q. Ley suum virum sibi hered. instituit ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Gandolfino* de Mutina presbitero, qui asseruit *etc.*, fr. *Nicolutio* de Rimino, fr. *Albertino* de Coloreto, fr. *Martino* de Contrata S. Martini de Aposa, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Bonaventura* de Fregnano, fr. *Rigutio* de Galutiis, omnes de Ord. Min. et fr. Donisdeo q. Zagnis ...

Die sequenti fr. Donisdeus q. Zagnis procur. dicte testatricis h. t. dep. in manu fr. *Bonaventure* de Fregnano sacr. dictorum Fratrum, rogans ipsum *etc.* (*ut in praecedenti*) pp. ... Fr. Iohannes Livaldi not.

36/4168, n. 17. — Orig.

1041. Bononiae, 3 septembris 1300.

Testamentum.

D. q. Rosa Zacharie Manzafesta et uxor Michaelis q. Pasqualis ... relinquid p. a. s. et etiam d. Petrizini q. Baronis olim sui viri, Fratribus et conventui Fr. Min. de Bonon. unam domum cupatam, posit. Bononie in capella S. Katherine de Saragoccia, iuxta *etc.* Item relinquid et disposuit dictis Fratribus et conventui Fr. Min. de Bonon. ... unam petiam terre vineate, posit. in guardia civit. Bonon. in loco dicto « Gaybolo » sive « le Salse », iuxta *etc.* ... quam petiam terre esse asseruit tres tornat. vel id circha, que domus et petia terre ... predictus Petrizinus Baronis, olim eius vir, relinquid et disposuit dictis Fratribus et conventui Fr. Min. de Bonon. pro anima ipsorum, eam habere solum post mortem predicte d. Rose, ut dixit contineri in quodam test. ipsius Petrizini, script. manu Graciadey Aymerici not. sive alteriuscumque not. ... Actum Bononie in burgo S. Mame, in domo Michaelis Pasqualis, pp. ... d. fr. *Azzino*, d. fr. *Petro* de Marzegonibus de Ord. Fr. Min. ... Stephanus q. Iacobini not.

343/5086, n. 45. — Orig. = Cf. nn. 448, 972. — In dorso « Test. d. Rose, factum est et solutum quod pertinet ad Fratres ».

1042. Bononiae, 4 et 5 septembris 1300.

Testamentum.

D. Beatrixia q. Graciadei ... dari voluit fr. *Iohanni* de Ozano de Ord. Fr. Min. v sol. bon. p. m. cant.; item conventui Fr. Min. de Bonon. p. m. cant. v sol. bon. ... Hanc ult. volunt. voluit esse secretam et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. per fr. *Iohannem* de Ozano de Ord. Fr. Min., quem instituit suum procur. ad depositionem faciendam dicti test. et ad faciend. sigillari sigillo conv. Fr. Min. Actum Bononie ...

Die sequenti ... fr. *Iohannes* de Ozano de Ord. Fr. Min. dep. h. t. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste in dicta sacristia servandum et custodiendum ... pp. fr. *Ansaldo* de Butrio et fr. *Iohanne* de Ymola de Ord. Fr. Min. ... Guido q. Iohannis Benzevennis not.

36/4168, n. 18. — Orig.

1043. Bononiae, 6 et 7 septembris 1300.

Codicillus.

D. Iacobus f. q. d. Ugolini Gerardini de Vigho de Medicina, qui nunc moratur Bononie ... test. manu mei not. infrascr. scriptum, quod est in sacristia Fr. Min. de Bon., presentibus codicillis iussit obtinere plenissimam firmitatem ... Reliquid Fratribus Min. de Bon. xxv sol. bon. p. c m. canend. et cellebr. p. a. ipsius, et parentum suorum ... Item fr. *Nicolino* Ord. Min. xx sol. imperialium p. m. cant. et cellebr. ... Item reliquid *loco d. Confortini de Unzola* Ord. Fr. Min. III lib. bon. p. m. cant. et cellebr. p. a. ipsius ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min. civit. Bon., pp. fr. *Sal-*

lomone de Parma lectore Fr. Min., fr. *Nicolino* de strata Maiori, fr. *Lamberto* de Fabianis, fr. *Beltramino* de Parma, fr. *Bonaventura* de Fanano, omnibus de Ord. Min. ... qui fr. *Nicolinus* asseruit *etc.* ...

Die sequenti dictus d. Iacobus dep. dictum c. in sacristia Fr. Min. penes fr. *Seraphinum* sacr. et iussit dictum codicill. esse secretum et sigillatum sigillo conv. Fr. Min., pp. fr. *Nicolino* de strata Maiori et fr. *Bertolomeo* de Butrio ... Iohannes q. Thomaxini Benintendi not.

36/4168, n. 19. — Orig.

1044. Bononiae, 6 septembris 1300.

Testamentum.

D. Iacobus q. d. Bonbologni Prehunti Bon. civis ... volens bb. appost. Petri et Pauli limina visitare ... reliquid p. a. s. xxxi lib. bon., de quibus dari voluit ... Fratribus Min. civ. Bon. p. m. dicendis iiii lib. bon.; item fr. *Iohanni* de Ozano Ord. Fr. Min. pro una capa c sol. bon. ... Comis. autem suos ad suprascripta et infrascripta omnia facienda esse voluit ... fr. *Iohannem* de Ozano Ord. Fr. Min. ... quibus omnibus et cuilibet in solidum dedit licentiam *etc.* ... Si Iulianus eius filius quandocumque decesserit sine liberis legiptimis usque ad etatem xxx annorum vel ab inde infra, reliq. p. a. s. conventui Fr. Min. de Bon. xxv lib. bon. ... Cetera autem omnia alia sua bona, si dicta extiterit condictio, voluit errogari et distribui p. a. s. inter pauperes ... et non intelligatur fieri posse hec distributio inter religiosas personas; que omnia distribui et errogari debeant per supradictos suos comis. vel alterum eorum qui tunc temporis viveret ... Dixit hanc esse suam ult. volunt. et publicari debere solum post mortem dicti testatoris, et deponi debere in sacristia Fr. Min. civit. Bon. et ad maiorem cautelam sigillari debere sigillo Prioris seu conv. dicti Ord. Actum Bononie in *claustro* Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* de Uziano Ord. Fr. Min., qui dixit *etc.*, fr. *Iohannino* de Parma, fr. *Iacobo* de Agrestis, fr. *Landulfo* de Cazanimicis Parvis, fr. *Paganino* de Mediolano, fr. *Iohanne* de Fulianis et fr. *Zanilino* de Carpo, omnibus Fratribus dicti conventus Ord. predicti ...

Eodem die testator consignavit h. t. fr. *Bonaventure* de Fregnano sacriste conv. Ord. Fr. Min. de Bon., quod sigillari debeat sigillo dicti conv., quod test. promisit salvare et custodire et eidem restituere ad suam voluntatem nec non etiam ipsum presentare post mortem dicti testatoris secundum formam stat. com. Bon. ... pp. fr. *Iohanne* de Uziano, fr. *Thoma* de Pellaciis et fr. *Rodulfo* de Agrestis ... Millanittus q. Martini Millanitti not.

36/4168, n. 20. — Orig.

1045. Bononiae, 7 et 11 septembris 1300.

Testamentum.

Ugolinus q. Petroboni ... reliquid conventui Fr. Min. p. m. cellebr. xx sol. bon. ... Voluit h. t. esse secretum et sigillari debere sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et sic sigillatum debere deponi in sacristia dictorum Fratrum per fr. *Zanilinum* de Carpo, quem nunc suum instituit procur. ad dictam depositionem faciendam, eo quia ipse non potuit deponere propter festinationem quam habet ire Romam ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* de Oziano sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Iacobo*

de Agrestis, fr. *Landulfo* de Chazanimicis, fr. *Germia* de Bononia, fr. *Michaele* de Castaglolo, fr. *Bertolucio* de strata Maiori, fr. *Iohannino* de Portanova et fr. *Zanilino* de Carpo, omnibus Ord. Min. ...

Die xi septembris fr. *Zanilinus* procur. dicti testatoris ... dep. et dedit h. t. sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacr. eorundem Fratrum custodiend. et salvandum et suo tempore iudici presentand., dimittendo eundem in dicta sacristia, pp. fr. *Iacobo* de Agrestis et fr. *Paganino* de Mediolano ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

36/4168, n. 21. — Orig.

1046. Bononiae, 7 et 11 septembris 1300.

Testamentum.

D. Santa f. q. d. Iacobi Michaelis et uxor d. Ugolini q. Petroboni ... reliquid p. a. s. vi lib. bon., de quibus reliq. ... conventui Fr. Min. p. m. cellebr. xxv sol. bon. ... Item fr. *Iohanni* de Oziano Ord. Min. x sol. bon. p. s. n. Item reliquid p. m. ablatis incertis x sol. bon. dandos et distribuend. ad voluntatem dicti fr. *Iohannis* de Oziano ... Voluit h. s. t. esse secretum et sigillari debere sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum per fr. *Zanilinum* de Carpo, quem suum instituit procur. ad dictam depositionem faciendam. Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* de Oziano sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Iacobo* de Agrestis, fr. *Landulfo* de Chazanimicis, fr. *Germia* de Bononia, fr. *Michaele* de Castaglolo, fr. *Bertolucio* de strata Maiori, fr. *Iohanino* de Portanova et fr. *Zanilino* de Carpo, omnes de Ord. Min. ...

Die xi septembris fr. *Zanilinus* de Carpo proc. dicte testatricis dedit et dep. h. t. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacr. eorundem Fratrum, custodiendum *etc.*, pp. fr. *Iacobo* de Agrestis et fr. *Paganino* de Mediolano ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

36/4168, n. 22. — Orig.

1047. Bononiae, 7 septembris 1300.

Donatio causa mortis.

D. Maria f. d. Bertoli Aldrebandini et uxor q. Coradini d. Michaelis ... hanc et has donationes causa mortis ... fecit in hunc modum ... Item dicta causa donationis mortis reliq. d. Michelde uxori Zagonelli fornarii de Garg. xxxx sol. bon., et voluit si quo tempore dicta d. Michelda esset in casu paupertatis si voluerit possit reverti in domum suam quam habet et ipsa habitat, et eam habitare, et tractetur ibidem tamquam unam ex filiabus suis ... Item dicta causa fr. *Alberto* Zagonelli de Ord. Min. reliq. xx sol. bon., et dictus fr. *Albertus*, si sibi placuerit, fundat preces ad Dominum pro ea ... Hanc donationem voluit esse secretam et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et muniri secundum formam ordinam. com. et pop. Bon. ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Alberto* sacerdote f. Zagonelli de Garg. de Ord. Min., qui dixit *etc.*, fr. *Petro* de Castagnolo, fr. *Iohanne* de Folianis, fr. *Nicolucio* de Arimano, fr. *Dinadam* de Sala, fr. *Rigucio* de Galuciis et fr. *Francisco* de Bagnacavallo, omnibus de Ord. Min. ... Iacobinus Rolandi Benvignonis not.

36/4163, n. 23. — Orig.

1048. Bononiae, 9 et 10 septembris 1300.

Testamentum.

D. Iacobina f. q. d. Zumignani Bucho et uxor Philippi ... voluit test. istud secretum esse et in sacristia Fr. Min. de Bon. vult deponi et servari et sigillari sigillo dicti conv. ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Thomaxino* de Regio, fr. *Ubertino* de Placencia, fr. *Iacobo* de Agrestis, fr. *Petro* Marzigonus, fr. *Ieremia* de Castello, fr. *Redulfo* de Agrestis, fr. *Bonaventura* de Fanano, qui dixit *etc.*, fr. *Bertolucio* de strata Maiori, fr. *Redulfo* de Tuschis, omnes de Ord. Fr. Min. ...

Die sequenti present. fuit test. istud per fr. *Bonaventuram* de Fanano proc. ad ponendum in sacristia Fr. Min. et posuit in manibus fr. *Sarafino* (*sic*) de Crespelano sacr., pp. fr. *Bonifacio* de Lanbertaciis et fr. *Gandolfino* de Mutina ... Bonfiglolus q. Anthonii not.

36/4168, n. 24. — Orig.

1049. Bononiae, 9 et 12 septembris 1300.

Testamentum.

D. *Rodolfinus* d. Ursii Frater Penitentie capelle S. Senexii ... de bonis suis p. a. s. reliquid cxxxiii lib. et xii sol. bon., de quibus dari voluit Guardiano Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit x lib. bon., dandas et solvend. per eum illis personis quibus mellius et utilius videbitur p. a. dicti testatoris; item fr. *Iohannino* de Portanova de Ord. Min. p. s. n. v lib. bon.; item fr. *Iohanni* de Ugiano xxxx sol. bon.; item fr. *Petro* Parvo de Ord. Min. x sol. bon. ... Item *Fratribus de Penitentia* de ipsius Ord., quando emere voluerint unum missale pro *eccl. et loco S. Andree burgi S. Ysaye extra circhulam*, iii lib. bon.; item reliquid pauperibus Fratribus *Penictentum* eiusdem Ord. iii lib. bon. ... Item pauperibus societatis Lonbardorum iii lib. bon. dandas et disstribuendas inter eos per comiss. suos infrascr. ... Item reliq. cuilibet comiss. eius infrascr. xxxx sol. bon.; item cuilibet infrascrip. tessti huic tesstamento iii sol. bon. ... Ressiduum autem supradicte summe expendi iussit per suos comiss. infrascr. de voluntate et beneplacito fr. *Iohannini* de Portanova de Ord. Min. Comiss. autem suos esse voluit d. Nicholaum f. suum et *Ministros Fratrum de Penitentia* qui p. t. fuerint, et fr. *Albertum* de Conoscente, quibus et cuilibet eorum in solidum ex nunc dat licentiam *etc.* ... Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Iohannino* de Portanova sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Rodulfo* de Agrestis, fr. *Rigutio* de Galluciis, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Bartholameo* de Butrio, fr. *Bonifactio* d. Fabri, d. *Thomaxio* de Regio et fr. *Albertucio* de strata Maiori ...

Die xii septembris testator h. t. s., quod voluit esse secretum, presentialiter dedit atque dep. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacrist. conventus Fr. Min. de Bon. ut ipsum sigillo dictorum Fratrum roboret et sigillet et sic roboratum et sigillatum depositum remaneat ... pp. fr. *Albertino* Galixii (?) de Monte Umbrario, fr. *Seraffino* de Crespelano et fr. *Michaele* de Castagnolo ... Michael Petri specialis not.

36/4168, n. 25. — Orig.

1050. Bononiae, 9 et 10 septembris 1300.

Testamentum.

D. Iohannes q. d. Bonaiuti de Candelis ... reliquid Fratribus Min. de Bon. III lib. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Ansaldo* de Butrio sacerdote, qui asseruit *etc.*, fr. *Francischo* de Castagnolo, fr. *Ubertino* de Rubeis de Placentia, fr. *Bonaventura* de Fanano, fr. *Bartholomeo* q. Raymundi de Gisso, fr. *Petrucio* de Ymola, fr. *Petro* de Castagnolo et fr. *Iohanne* de Pollicino, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die sequenti predictus testator dep. h. s. t. in sacristia Fr. Min. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano tunc sacr. dictorum Fratrum, sigillandum et custodiendum sigillo Guardiani seu Custodis vel conv. Fr. Min. de Bon. predictorum ... pp. fr. *Iacobo* de Faventia et fr. *Francischo* de Tebaldis ... Michael Bonmartini not.

36/4168, n. 26. — Orig.

1051. Bononiae, 9 et 12 septembris 1300.

Testamentum.

D. Agnexia f. q. d. Henregipti et uxor d. Bonazunte q. d. Manni de Mantegellis ... volens bb. Petri et Pauli limina visitare ... reliquid p. a. s. XXXX lib. bon., de quibus XXXX lib. retinuit penes se, pro suis sumptibus et expensis in eundo et reddeundo a dictis apostolis, X lib. bon.... Item fr. *Nicholino* Ord. Fr. Min. XX sol. bon. p. m. cant. ... Item conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. XX sol. bon. ... Item iussit expendi circa funus et sepulturam eius X lib. bon., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min., si hoc fuerit quod ipsa revertatur a dictis apostolis Petro et Paulo ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Ubertino* de Placentia, fr. *Thomasino* de Regio, fr. *Ieremia* de Castello, fr. *Rodulfo* de Agrestis, fr. *Iacobo* de Agrestis, fr. *Bertholutio* de Bon., fr. *Bonaventura* de Fanano et fr. *Rodulfo* de Tuschis sacerdote, qui dixit *etc.* ... et quem dicta testatrix suum constituit proc. ... ad ponend. h. s. ult. volunt. in sacristia Fr. Min. et sigilland. sigillo dicti conv. et suo tempore iudici Potestatis presentandum.

Die XII septembris d. fr. *Rodulfus* procur. predicte testatricis dep. (h. t.) penes fr. *Bonaventuram* de Fanano in sacristia Fr. Min. ... pp. fr. *Cristofalo* de Bononia et fr. *Dinadano* de Bononia, qui cognoverunt *etc.* ... Guetius d. Gerardi de Guetiis not.

36/4168, n. 27. — Orig.

1052. Bononiae, 10 septembris 1300.

Testamentum.

D. Galicia f. q. d. Martini q. d. Iacobi Boaterii et uxor d. Oddi f. Philippi q. Iohannis, intendens bb. apostolorum Petri et Pauli urbis romane ob remissionem suorum pechatorum baxilicha vixitare ... reliquid p. a. s. XII lib. bon., de quibus dari voluit ... fr. *Azino* Ord. Fr. Min. de Bon. XXXX sol. bon. p. s. n. ... Residuum vero dari et distribui voluit ad sensum suorum comiss. ... et circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., si contingerit ipsam mori in civitate Bonon. et districtu ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Iohannino* de Portanova, fr. *Mathiolo* sartore, fr. *Bertholino* strate Maioris, fr. *Zanellino* de Carpo, fr. *Albertino*

de Coloreto, fr. *Hegidio* de Policino, fr. *Bonaventura* de Fanano sacristano conventus Fr. Min. et fr. *Acino* presbitero, qui dixit *etc.* ...

Eodem die dictus fr. *Acinus* proc. dicte testatricis dedit et dep. h. t. in sacristia conventus et Ord. Fr. Min. de Bon. et in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacr. dicti Ord. et conventus, ut ipsum sigillaret sigillo conv. et Ordinis dictorum Fratrum, qui fr. *Bonaventura* dictum test. accepit, sigillavit sigillo dicti conv. et in dicta sacristia reposuit ... pp. ... fr. *Martino* de Guastavilanis ... Ubaldinus Blaxii de Stiglatico not.

36/4168, n. 28. — Orig.

1053. Bononiae, 10 et 16 septembris 1300.

Testamentum.

D. Thomaxina f. q. d. Lambertini de Peola et uxor q. d. Neni Raynerii de Guezziis ... reliquid de bonis suis p. a. s. L lib. bon., de quibus ... reliquid fr. *Gandulfino* de Mutina Ord. Min. XXXX sol. bon. p. s. n.; item *pauperibus Sororibus de Ord. Penitencie* V lib. bon.; item circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon.; item fr. *Zanilino* et fr. *Bonaventure* de Fanano Ord. Min., cuilibet eorum p. s. n. XX sol. bon.; item cuilibet infrascrip. testium in hoc test. conscript. X sol. bon. Ressiduum vero dictarum L lib. bon. voluit dari et distribui arbitrio et voluntate fr. *Peregrini* de Pollicino Ord. Min., quem sibi ellegit et esse voluit suum comiss. ad predicta et infrascripta omnia exequenda vel Guardianum Fr. Min. conventus Bon. qui p. t. fuerit, si predictus fr. *Peregrinus* non viveret tunc temporis, vel alium seu alios quem predicti sui comiss. vel alter ipsorum instituerel et elligeret, quibus comiss. seu ab eis institutis et ellectis dedit plenam licentiam *etc.* ... In omnibus vero aliis suis bonis mobilib. et inmobil., iuribus *etc.* d. Guezzium suum filium, fr. *Francischum* suum f. Ord. Min. et filium vel filios masculos vel feminas naxiturum vel naxituros ex d. Mandina uxore q. Guidonis sui nepotis, sibi heredes instituit equalibus portionibus, volens quod si aliquis predictorum heredum inquietaret vel agravaret Peregrinam suam neptem in legato C lib. bon. eidem relicto. et in habitatione et usu domus sue quam nunc habitat, ex nunc ... privat illum vel illos omni hereditate et omni beneficio eidem in pres. test. relicto, et illam ex nunc applicat et dat *Ministris Fratrum de Penitencia et Ministris Sororum eiusdem Ord.*, dandam et distribuend. per eosdem inter pauperes Fratres et Sorores de Penitencia, et illos tales pauperes sibi heredes substituit ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Peregrino* de Pollicino sacerdote Ord. Min., qui dixit *etc.*, fr. *Iacobo* de Agrestis, fr. *Ansaldo* de Butrio, fr. *Zacharia* de Munarolis, fr. *Petro* Marcegone, fr. *Iacobo* de Favencia, fr. *Thomaxio* de Regio et fr. *Bertholomeo* Biriolo ...

Die XVI septembris fr. *Ansaldus* de Butrio proc. dicte d. Thomaxine dedit h. t. et dep. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacr. eorundem Fratrum custodiendum et salvand. et suo tempore iudici presentand., sigillatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon., dimittendo eundem in sacristia dictorum Fratrum, pp. fr. *Petro* de Capitulo, fr. *Rodulfo* de Tuschis, fr. *Saraphino* ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

36/4168, n. 29. — Orig.

1054. Bononiae, 10 et 12 septembris 1300.

Testamentum.

D. Sibillina f. q. d. Rodulfi et uxor q. Zacharie merzarii ... volens pro suorum delictorum venia bb. Petri et Pauli limina visitare ad civitatem romanam ... reliquid fr. *Nicholino* de Ord. Fr. Min. p. m. cant. x sol. bon., eligens sepult. suam apud eccl. S. Francisi ... Voluit h. t. poni debere in sacristia Fr. Min. S. Francisi de Bon. secretum, constituens ad dictum test. in dicta sacristia ponend. procur. fr. *Beneditum* de Faventia de Ord. predicto presentem. Actum Bononie [...] *portam B. Francisci, per quam intrant homines versus serralium porte Nove,* ante ipsam portam, pp. fr. *Acino* de Bononia, qui dixit *etc.,* fr. *Philipo* Marcegone, fr. *Petro* Marcegone, fr. *Benedito* de Faventia, fr. *Petro* Reatino, fr. *Francisco* de Thebaldis, fr. *Cursio* de Pisis, fr. *Cafito* de Graydanis, omnibus de Ord. Min. ...

Die XII setenbris h. t. dep. fuit per dictum fr. *Beneditum* proc. dicte testatricis fr. *Sarafino* sacriste dicte eccl. S. Francisi, in dicta sacristia dicte eccl. S. Francisi, pp. fr. *Bitino* de Monte Onbrario, fr. *Symone* d. Gerardi de Adigheriis ... Billionus d. Iacobi Billionis not.

36/4168, n. 30. — Orig.

1055. Bononiae, 11 septembris 1300.

Testamentum.

D. Guida f. q. d. Pasqualis de Orellis ... volens limina bb. Petri et Puali (*sic*) appost. visitare ... reliquid p. a. s. x lib. bon., expendendas tam circha funus et sepult. suam quam inter pauperes et loca religiosa, secundum quod visum fuerit comiss. suis infrascr. ... Item reliq. d. dompno Iacobo, qui moratur ad *eccl. S. Andree de burgo S. Ysaie,* p. m. cant. XL sol. bon. ... Et sepult. suam ellegit et esse voluit apud eccl. Fr. Min. de Bonon. Et ad hec omnia et singula exequenda ellegit suos comiss. d. dompnum Iacobum qui moratur ad eccl. S. Andree ... Voluit h. t. secretum esse toto tempore vite sue et deponi in sacristia Fr. Min. de Bonon. ... Actum Bononie extra circlam burgi S. Ysaie *in eccl. S. Andree de Fratribus de Penitentia,* pp. d. dompno Iacobo sacerdote, qui moratur ad eccl. S. Andree predicti, qui asseruit *etc.* ... Cazanimichus q. Bertholomey d. Bolognitti not.

36/4168, n. 31. — Orig.

1056. Bononiae, 12 et 13 septembris 1300.

Testamentum.

D. Berta f. q. d. Lodoyci et uxor q. d. Iacobini de Gueziis ... reliquid de bonis suis p. a. s. XXX lib. bon., expendendas et distribuendas tam circa funus et sepult. suam quam inter pauperes et loca religiosa, secundum quod declarabitur modo infrascripto, scilicet supra sepult. suam inter candelas et cereos, et in trigesimo et annualli XV lib. bon., quam sepult. suam ellegit et esse voluit apud eccl. S. Francisci Ord. Fr. Min. de Bon. Item reliquid de dictis denariis fr. *Nicholino* de Ord. Fr. Min. de Bon. XX sol. bon. p. m. cant. p. a. d. Bonafilie; item reliquid predicto fr. *Nicholino* XL sol. bon. p. s. n. ... item sor. *Agnesie* sue filie de Ord. Dominarum S. Francisci

de strata S. Stefani xx sol. bon. p. a. d. Bonafilie; item reliquid eidem sor. *Agnesie* xl sol. bon., et in hiis eam sibi heredem instituit; item reliquid conventui predicti Ord. S. Francisci x sol. bon. ... In omnibus autem aliis suis bonis mobilib. et immobilib., iuribus *etc.* Bertholomeum eius filium ... sibi heredem universalem instituit. Item voluit quod ... sor. *Agnesia* predicta sua filia habere debeat omni anno a predicto Bertholomeo suo herede xxx sol. bon. p. s. n. ... Actum Bononie in ecclesia Fr. Min., pp. fr. *Azino* de Bononia, fr. *Alberto* de Corvis, fr. *Petro* Marzegonis, fr. *Nicholino* de strata Maiori sacerdote, qui asseruit *etc.*, fr. *Bertholomeo*, omnibus de Ord. Min. ...

Die sequenti fr. *Nicholinus* de Ord. Fr. Min., procur. constitutus a dicta testatrice ad dep. h. t. in sacristia Fratrum predictorum, dep. predictum test. fr. *Bonaventure* de Fanano sacrist. et eum fecit sigillari sigillo ipius conv. ... pp. fr. *Iacobo* de Fregnano et fr. *Sarafino* de Crespellano ... Cazanimichus q. Bertholomey d. Bolognitti not.

36/4168, n. 32. — Orig. In dorso « Publ. fuit dictum test. in pres. d. Ma[...] iud. et vic. d. Guelfi de Cavalcantibus Potest. Bon. per Bonaventuram Iacobi de Synibaldis not. ad discum Potestatis ».

1057. Bononiae, 12 et 13 septembris 1300.

Testamentum.

D. Marscillius q. d. Manni de Mantighellis decretorum doctor ... volens bb. apost. Petri et Pauli limina vixitare ... reliquid de bonis suis p. a. s. cccc lib. bon., de quibus construi voluit unam sepulturam decentem et honorabilem, secundum quod visum fuerit commissariis suis, apud eccl. S. Barbaciani, apud quam suam sepult. ellegit, fiendam et construendam iuxta murum eccl. predicte versus meridiem ... Item voluit et iussit quod unum pergulum in dicta eccl. construatur ad spondam muri, que est versus meridiem, usque ad spondam aliam dicte ecclesie, que est versus septentrionem, latitudinis congrue, *ad modum perguli ecclesie Fr. Min.* vel Pred., ut melius et congruentius fieri poterit, in quo pergulo ediflicetur unum altare, in quo perpetuo teneatur et debeat unus sacerdos ... missam cantare continue ad honorem Dei et B. Virginis Marie et B. Iacobi appostoli ... Item voluit et mandavit quod per archipresb. et canonicos maioris Bon. ecclesie deputetur, si eis placuerit, unum altare in maiori eccl. Bon., in quo unus presbiter debe(at) continue deservire celebrando missam pro defuntis continue p. a. ipsius testatoris ... et omnium defuntorum ... et ad hoc, ut predicta possint ... efficaciter adimpleri et fieri, doctavit dicta altaria de omnibus bonis suis possessionibus et iuribus, que nunc obtinet idem testator in curia S. Marie in Donis, que sunt c tornat. vel id circha, et unumquodque altare predictorum pro dimidia. Si autem non adimplerentur predicta ... tunc predicte possess. et bona devolvantur et pertineant pro tertia parte ad conventum Fr. Min. de Bononia et pro allia tertia parte ad Fratres Predic. de Bon. et pro alia tertia ad Fratres hospitalis Yerosolimitani S. Crucis de Bon., quorum ordinum quilibet teneatur unum altare deputare in sua eccl. ut in quo, prout fuerit poscibile, per unumquenque serventur. ... Item reliq. cuilibet monasterio civit. Bon. xx sol. bon. p. a. s. Item reliquid p. a. s. conventui Fr. Min. iii lib. bon.; item fratribus *Alberto* et *Alberto* de Aziis de Ord. Min., cuilibet iii lib. bon. ... Si heredes sui decederent sine filiis mascolis legitimis, dimidia pars (bonorum suorum) vendatur et detur pauperibus p. a. ipsius testatoris ... ita quod nomine pauperum non intelligantur Hospitalarii vel Templarii et quod nullus pauper possit habere ultra v sol. bon. ... Et si Templarii vel Hospitalarii aliquid pe-

terent ultra v sol., tunc omnia dicta bona et quicquid reciperetur ex eis aplicetur Fratribus Minoribus, Predic., Heremitanis ... Et ad predicta omnia et singula exequenda elegit suos commiss. ... Priorem S. Barbatiani et d. Episcop. Bonon. qui pro tempore fuerit, et predictis [...] deficientibus, Guardianum Fr. Min. et Priorem Fr. Pred. de Bon., dans predictis suis commiss. et cuilibet eorum plenam et liberam potestatem *etc.* ... Et voluit dictum test. sigillo conv. Fr. Min. munimine roborari et in sacristia Fratrum predictorum apponi. Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. d. fr. *Alberto* de Azis presbitero, d. fr. *Philipo* d. Marzigonis presbitero, qui dixerunt *etc.*, d. fr. *Gerardino* de Carpo, fr. *Saraphino* de Crespelano ...

Die sequenti h. t. dep. fuit in sacristia Fr. Min. de Bon. per dictum testatorem in manibus fr. *Saraphini* sacr., ut sigilaret sigillo Fratrum predictorum et custodiret et salvaret et coram iudice d. Potest. presentaret suo loco et tempore ... pp. fr. *Francischo* de Ygnano et fr. *Michaele* de Castigluni (?). Martellinus Rustigani de Gisso not.

341/5084, n. 97. — Orig.

1058. Bononiae, 13 septembris 1300.

Testamentum.

Iacobus f. Cesarii ... qui nuper intendit limina bb. Petri et Pauli de Urbe visitare pro acquirenda venia in presenti MCCC constituta propter fragilitatem condictionis humane ... voluit suum test. esse secretum et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conventus dictorum Fratrum, ut moris est. ... Reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. x sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min. S. Francisci, pp. fr. *Zanelino* de Carpo, fr. *Ubertino* Rubeo de Placentia, fr. *Symone*, fr. *Bertholomeo* de Butrio, fr. *Serafino* sacristano, fr. *Buzerio* de Poetis, fr. *Ansaldo* de Butrio ...

Eodem die, loco et testibus deposit. fuit dictum test. in manibus fr. *Serafini* sacristani. Franciscus Dominici Mascharonis not.

36/4168, n. 33. — Orig.

1059. Bononiae, 13 et 14 septembris 1300.

Testamentum.

D. Richelda f. q. d. Pacis et uxor q. d. Naximbenis ... volens limina bb. apost. Petri et Pali (*sic*) visitare ... voluit suum test. esse secretum et sigillatum sigillo conventus Fr. Min. de Bon. et in dicta sacristia deponi et conservari ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min. ante *ostium sacristie*, pp. ... fr. *Gerardino* de Mutina, fr. *Bertolomeo* de Mutina, fr. *Ansaldo* de Butrio, fr. *Sarafino* de Crespelano, fr. *Henrico* de Pertigonibus et fr. *Francischo* de Tebaldis ...

Die sequenti fr. *Gerardinus* de Mutina procur. dicte d. Richelde ... dedit et dep. dictum t. in sacristia Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Bonaventura* de Fanano ... Michael Ambroxini not.

36/4168, n. 34. — Orig.

1060. Bononiae, 14 septembris 1300.

Testamentum.

D. Mazorina f. q. d. Oddi de Abaysiis et uxor Chatelani d. Iohannis de Thederixiis ... volens bb. appost. Petri et Pauli in presenti indulgentia limina visitare pro

remedio suorum omnium peccatorum ... reliquid p. a. s. VIII lib. bon., de quibus dari voluit ... conventui Fr. Min. p. m. XX sol. bon. ... Item reliquid de alliis suis bonis iure legati fr. *Rigo* de Abaysiis suo fratri de Ord. Fr. Min. p. s. n. X lib. bon. ... Et voluit h. t. esse secretum et depositum in sacristia Fr. Min. de Bon. per fr. *Zanellinum* de Carpo ad predicta specialiter constitum et sygillatum sygillo conv. dictorum Fratrum. Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Deotacora* de Bon., fr. *Zanelino* de Carpo, fr. *Lanberto* de Fabianis, fr. *Symone* de Bon., fr. *Clero* de Bon., fr. *Loterencho* de Bon., fr. *Rodulfo* de Agrestis, fr. *Azino* de Bon. sacerdote, qui asseruit *etc.*, omnibus de Ord. Fr. Min. de Bon. ...

Eodem die fr. *Zanelinus* de Carpo de Ord. Fr. Min. proc. dicte testatricis dep. dictum t. in manibus fr. *Bonaventure* sacriste conventus dictorum Fratrum conservand. et custodiend. secundum formam stat. com. Bon. ... Homobonus de Tederisiis not.

36/4168, n. 35. — Orig.

1061. Bononiae, 14 septembris 1300.

Testamentum.

Seta, cui dicitur Nodroxus, f. q. Iohannis de Florentia, qui nunc moratur Bononie ... reliquid de bonis suis p. a. s. CC lib. bon., de quibus dari voluit Guardiano Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit X lib. bon. pro fatiendo missas cantari ... Residuum vero distribui iupsit circa funus et sepult. suam et alias, secundum quod visum fuerit eius comissario p. ipsius a., quam quidem sepult. suam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... Et voluit h. t. secretum esse et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conv. vel Guardiani vel Custodis dictorum Fratrum ... Actum Bononie *sub porticu reclaustri* Fr. Min. predictorum, *iuxta sacristiam*, pp. fr. *Gandulfino* de Mutina presbitero, qui dixit *etc.*, fr. *Iacobo* de Agrestis, fr. *Lanberto* de Fabianis, fr. *Nicolino* de Plaxentia, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Gerardino* de Mutina ... qui omnes Fratres sunt de Ord. Min. ...

Eodem die testator dep. t. s. secretum ... penes fr. *Bonaventuram* de Fregnano sacr. Fr. Min. de Bon. in sacristia dictorum Fratrum et dictum test. sigillari fecit sigillo in dicto testamento contento ... pp. fr. *Rodulfo* de Tuschis et fr. *Benedicto* de Faventia, qui Fratres sunt de Ord. Min. ... Iacobus Bonavolte de Sedazariis not.

36/4168, n. 36. — Orig.

1062. Bononiae, 14 septembris 1300.

Testamentum.

Ego Michael q. d. Ambroxini not. ... volo basilicha bb. apost. Petri et Pauli Curie Romane visitare ... volo h. t. esse secretum et sigillatum sigillo Fr. Min. de Bon. et in sacristia predictorum Fratrum deponi et conservari ... Item relinquo p. a. m. et a. patris et matris mee X lib. bon., de quibus dari volo ... conventui Fr. Min. de Bon. p. m. dicendis X sol. bon. ... Item fr. *Graciadeo* q. d. Ranfradi de Ord. Fr. Min. relinquo p. a. m. L sol. bon. p. s. n. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. ... fr. *Ansaldo* de Butrio, fr. *Henrico* q. fr. Petri, fr. *Alberto* de Corvis, fr. *Gerardino* de Mutina, fr. *Saraphino* de Crespelano, fr. *Bonaventura* de Fanano ... Ego idem

Michael q. d. Ambroxini not. dictum t. manu propria scripsi, et in pres. supradictorum testium in sacristia posui et consignavi in manibus fr. *Saraphini* sacrist. ut eum deberent sigillare sigillo conventus ...

36/4168, n. 37. — Orig.

1063. Mutinae, 14 septembris 1300.

Donatio causa mortis.

D. Petricina uxor q. d. Benvenuti Oliverii de Cinquat. (?) Ganaceti ... donavit, mortis causa, fr. *Iohanni* filio suo de Ord. Fr. Min. divini muniminis intuitu et pro suorum remedio peccatorum, pro dicti Fratris necessitatibus relevandis, quoddam casamentum cum domo et hedificio superstante, posit. in contrata Ganaceti et sic confin. *etc.* ... ad habendum, tenend. et possidend. et quicquid ipsi fr. *Iohanni* deinceps perpetuo placuerit faciendum, cum omnibus *etc.* ... dans et tradens ibidem et in presenti dicto fr. *Iohanni* casamentum et domum predictam, constituens se, ex nunc, casamentum predictum et domum predictam, ipsius dicti fr. *Iohannis* nomine, possidere vel quasi, usquequo ipsarum rerum possessionem acceperit corporalem, quam recipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit et plenam, volens ut ex nunc rerum predictarum in predictum fr. *Iohannem* dominium sit translatum et ut ipsa res de cetero eius fiat, salvo quod inferius continetur. Quam quidem donationem ulla ex causis illis, quibus de iure mortis causa donationes revocari dicuntur et possunt, sive aliquo alio iure, ratione vel causa penitus non obstante, perpetuo firmam et ratam et omnino inrevocabilem esse pacta est, voluit et mandavit, retinens in se, plenissima auctoritate, usum et usumfructum et pensionem dicte domus, toto tempore vite sue ... Actum *Mutine* in ecclesia Fr. Min. ... Petrus Eulatius not.

Positum fuit in memorialibus com. Mutine per Pantalinum de Pantalinis not. tunc ad memorialia.

346/5089, n. 46. — Orig. In dorso « Carta donationis domus matris mee ».

1064. Bononiae, 14 septembris 1300.

Testamentum.

D. Bertholomea f. q. d. Bonacurxii Linaroli et uxor d. Iohannis de Tederixiis ... volens bb. appost. Petri et Pauli limina, in presenti Indulzentia, pro remedio suorum omnium peccatorum, visitare ... reliquid p. a. s. x lib. bon., de quibus dari voluit ... conventui Fr. Min. p. m. xx sol. bon. ... Et voluit h. t. esse secretum et depositum in sacristia Fr. Min. de Bon. per infrascr. fr. *Zanelinum* de Carpo suum procur. ad predicta specialiter constitutum et sygilatum sygillo conv. dictorum Fratrum ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Deotacora* de Bononia, fr. *Zanelino* de Carpo, fr. *Lanberto* de Fabianis, fr. *Symone* de Bon., fr. *Clero* de Bon., fr. *Lotorengho* de Bon., fr. *Rodulfo* de Agrestis et fr. *Aczino* de Bon. sacerdote, qui asseruit *etc.*, omnibus de dicto Ord. Fr. Min. ...

Eodem die supradictus fr. *Zanellinus* de Carpo procur. dicte testatricis dep. dictum t. in manibus fr. *Bonaventure* sacrist. dictorum Fratrum custodiend. et servand. ... Homobonus de Tederisiis not.

36/4168, n. 39. — Orig.

1065. Bononiae, 15 septembris 1300.

Testamentum.

D. Andreas q. d. Iacobi Ubaldini ... volens basilicha bb. apost. Petri et Pauli visitare ... voluit s. t. esse secretum et sigilatum sigillo conventus Fr. Min. de Bon. et in sacristia dictorum Fratrum deponi et conservari ... Actum Bononie ...

Eodem die testator dep. dictum s. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillo conv. sigilatum, pp. fr. *Iacobo* de Fregnano et fr. *Michaele* de Castagnolo ... Michael Ambroxini not.

36/4168, n. 38. — Orig.

1066. Bononiae, 15 et 25 septembris 1300.

Testamentum.

Gallucius q. Ugollini Azzi de Varegnana ... reliquid Fratribus de *Varegnana* III lib. bon.; item conventui Fr. Min. de Bon. III lib. bon. ... Et h. s. ult. volunt. iubet esse secretam et sigillari sigillo conv. Fr. Min. sive Guardiani dictorum Fratrum et deponi in sacristia dictorum Fratrum per fr. *Mathiolum* de Botollis, quem dictus testator constituit suum procur. ad predicta. Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Mathiolo* de Botullis, qui dixit *etc.*, fr. *Guassparino* de burgo Peradelli, fr. *Naximbene* de burgo Peradelli, fr. *Henrigucio* de Galluciis, fr. *Henrico* de strata Maiori, fr. *Thoma* de Pellaciis, omnes de Ord. Fr. Min., et fr. *Guidone* de Penitencia ...

Die XXV setembris fr. *Mathiolus* de Botullis de Ord. Fr. Min. constitutus procur. a dicto testatore ... h. s. t. consignavit et dedit in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste sacristie Fratrum custodiendum et salvandum in dicta sacristia suo loco et tempore, pp. fr. *Jacobo* de Agrestis et fr. *Iohanne* de Ugiano ... Benvenutus q. d. Mathey Benintendi not.

36/4168, n. 40. — Orig.

1067. Bononiae, 16 et 17 septembris 1300.

Testamentum.

D. Berta f. q. d. Ugolini de S. Illaro ... volens limina bb. Petri et Pauli ecclesie viscitare ... relinquid p. a. s. XVII lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. XX sol. bon. p. m. cant. ... item fr. *Sarafino* de Crespellano de Ord. Fr. Min. de Bon. XX sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. S. Francissci, pp. fr. *Nicholino* de strata Maiori, fr. *Lodorengo* de Scarpelinis, fr. *Albertucio* de strata Maiori, fr. *Rodulfo* de Tuschis, fr. *Zanellino* de Carpo, fr. *Thomace* de Pozale et fr. *Symone* de Adigheriis ...

Die sequenti d. fr. *Zanellinus* Ord. Fr. Min. de Bon. procur. dicte testatricis dep. h. t. in sacristia Fr. Min. in manibus fr. *Sarafini* sacris. dictorum Fratrum, pp. fr. *Francischino* de Forlivio et fr. *Bonaventura* de Fregnano ... Dominicus q. Bertholi not.

36/4168, n. 41. — Orig.

1068. Bononiae, 16 septembris 1300.

Testamentum.

D. Olia f. q. d. Raymondini Marinelli de Oliveto et uxor Viethorii q. Albertini ... quia ad presens ad curiam romanam accedere intendat propter ipsius animam acquirendam ... voluit quod pres. suum test. deponi et conservari debeat in sacristia Fr. Min. eccl. S. Francisci de Bon. ... Item reliquid conventui Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. p. m. cant. ... Actum Bononie ... Egidius Iohannini Mellonis not.

36/4168, n. 42. — Orig.

1069. Bononiae, 16 septembris 1300.

Testamentum.

D. Mansueta f. q. d. Petri de Pistrino que moratur Bononie ... disponens, pro suorum remedio pecatorum, hoc presenti anno, in quo Christicolis omnibus vere penitentibus et confessis, qui bb. apost. Petri et Pauli de Roma basilicas visitabunt, non solum plena sed plenior atque plenissima pecatorum omnium venia est indulta, dictorum apostolorum limina visitare ... reliquid p. a. s. et parentum suorum VIII lib. bon., de quibus dari voluit ... conventui Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. p. m. et orac. celebr.; item fr. *Maynerio* Ord. Fr. Min. de Bon. suo confessori v sol. bon. p. m. cant. ... item circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. S. Francisci de Bon., expendi voluit xxxx sol. bon., si contingat eam mori in civit. Bon. ... Voluit h. s. ult. volunt. secretam esse in sacristia Fr. Min. de Bon. deponend. et ut esse debuerit presentandam ... Actum Bononie in *parlaturo* Fr. Min. conv. Bon. *iuxta portam,* coram religiosis viris fratribus *Iohanne* de Ozano et *Maynerio* ambobus sacerdotibus de Ord. supradicto, cognoscentibus *etc.,* et pp. religiosis viris fratribus *Zanilino* de Carpo, *Francisco* de Vico, *Segnorino* de Luluxana, fr. *Rigucio* de Galuciis, *Thoma* de Pozale, omnibus Ord. Fr. Min. de Bon. ... Paulus f. Parisii not.

36/4168, n. 43. — Orig. In dorso « Publicatum est et debemus abere xx sol. ».

1070. Bononiae, 16 et 17 septembris 1300.

Testamentum.

D. Berta f. q. d. Petri de Segondanis de Unzola et uxor Iacobi q. d. Ugolini Dondidei de Zeola, que nunc moratur Bononie ... volens bb. apost. Petri et Pauli basilicas visitare ... reliquid de bonis suis p. a. s. xxv lib. bon., de quibus voluit dari et expendi XII lib. et x sol. bon. pro M missis canendis et cellebr. p. a. s. ... Item voluit quod fr. *Nicholinus* et fr. *Loderengus,* ambo de Ord. et conventu Fr. Min. de Bon., habeant de dictis denar. missarum, pro quolibet xxxx sol. bon. pro CLX missis canendis pro quolibet ... Item voluit quod superfluum dictorum denariorum distribuatur et expendatur per infrascr. suos comiss. tam circha funus et sepult. suam, quam sibi elligit apud eccl. S. Francisci Fr. Min. de Bon., quam alibi, ubi melius et utilius eis visum fuerit p. a. ipsius testatricis, quos commiss. suos esse voluit fr. *Nicholinum* de Ord. et conventu Fr. Min. de Bon. ... quibus dedit plenam potestatem *etc.* ... Actum Bononie in eccl. S. Francisci Fr. Min., pp. fr. *Nicholino* de strata Maiori, fr. *Loderengo* de Scarpellinis, fratribus et presbiteris, ut dixerunt, dicti

conv. Fr. Min. de Bon., qui ambo dixerunt *etc.*, fr. *Albertucio* de strata Maiori, fr. *Rodulfo* de Tuschis, fr. *Zanillino* de Carpo, fr. *Thomaxio* de Podiali, fr. *Symone* de Adigheriis ...

Die sequenti fr. *Loderengus* de Scarpellinis de Ord. et conventu Fr. min. de Bon. procur. constitutus a dicta testatrice ... dep. suprascriptum t. in sacristia Fr. Min. predictorum in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacrist. dictorum Fratrum, sigillatum sigillo conv. Fratrum predictorum, pp. fr. *Petro* de Castagnolo et fr. *Bernardino* de Forlivio, ambo de dicto Ord. ... Ubaldus q. d. Iohannis de Pizoy not.

36/4168, n. 44. — Orig.

1071. Bononiae, 16 septembris 1300.

Testamentum.

D. Petrus f. q. d. Martini Scruche civis Bon. ... disponens pro suorum remedio peccatorum, hoc presenti anno, in quo Christicolis omnibus vere penitentibus et confessis, qui bb. apost. Petri et Pauli de Roma basilicas visitabunt, non solum plena sed plenior atque plenissima peccatorum omnium est indulta venia, dictorum apostolorum limina visitare ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. x sol. bon. p. m. et orat. celebr.; item fr. *Iacobo* de S. Iohanne Ord. Fr. Min. v sol. bon. p. m. dicendis ... Voluit h. s. ult. volunt. secretam esse, in sacristia. Fr. Min. de Bon. deponendam et ut esse debuerit presentandam. Actum Bononie in *parlaturo* Fr. Min. conventus Bononie, *iuxta portam*, coram religiosis viris fratribus *Nicolino* de Butrio et *Iacobo* de S. Iohanne, ambobus sacerdotibus de Ord. supradicto, cognoscentibus *etc.*, et pp. religiosis viris fratribus *Petro* de Castagnolo, *Segnorino* de Luluxana, *Zanilino* de Carpo, *Iacobo* de Placentia, omnibus Ord. Fr. Min. de Bon. ... Paulus f. Parisii not.

36/4168, n. 45. — Orig.

1072. Bononiae, 17 et 20 septembris 1300.

Testamentum.

D. Gasdia f. q. d. Ubertini Razzi de Savigno et uxor d. Anthonii q. Ugolini de Equis. ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Ubertino* Rubeo de Placentia, fr. *Petro* Marcegono, fr. *Iacobo* de Placentia, fr. *Bonazunta* fr. Zanelli, fr. *Francisco* de Castagnolo, fr. *Nicolino* de strata Maiori sacerdote, qui asseruit *etc.*, fr. *Pace* de Feraria et fr. *Petro* de Canitulo procur. ab ipsa Domina constituto ... ad deponend. pres. test. in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari faciendum, omnibus de Ord. Min. ...

Die xx septembris fr. *Petrus* de Canitulo Ord. Min. proc. dicte testatricis ... dep. et presentavit h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. fr. *Bonaventure* sacr. dictorum Fratrum, ipsum test. sigillo conv. dictorum Fratrum more solito faciens sigillari ... pp. fr. *Bertholino* de strata Maiori et fr. *Iohanne* de Sementibus Ord. Min. ... qui asseruerunt *etc.* ... Petrus Raymondini not.

36/4168, n. 46. — Orig.

1073. Bononiae, 17 septembris 1300.

Exsecutorum test. substitutio.

Constat d. Capoanam uxorem q. d. Amey de Aeziis suum fecisse tesst. scriptum manu Oliverii Iohannis de Martellis not., in quo quidem tesst. fidecomiss. suum esse

voluit fr. *Albertum* de Aeziis Ord. Min. suum filium, vel illum vel illos quem vel quos ellegerit aut nominare voluerit aut sibi dictus fr. *Albertus* substituerit. Unde volens dictus fr. *Albertus* de huiusmodi fidey comisso et aliis eidem in dicto tesst. comissis se exhonerare et tesst. et ult. volunt. d. Capoane predicte et eius intentionem effectui demandare, comissarios et huius tesstamenti executores ellegit et nominavit et sibi substituit d. Albertum de Galutiis archipresb. plebis S. Laurentii in Colina, d. Marseilium de Mantighelis doct. decretorum, et d. Egidiam f. q. dicti d. Amey de Aeziis et ipsius d. Capoane, asscentes tanquam presentes et que(m)libet eorum in solidum. Quibus ellectis, nominatis et substitutis, et cuilibet eorum in solidum, infrascripta conventione et pacto, dedit et concessit omnem iurisdictionem, potestatem et arbitrium faciendi, gerendi, ordinandi et executioni mandandi omnia que ipse idem fr. *Albertus* vigore dicti tesst. facere poterat, salvo quod aliquis predictorum, vigore dicte denominatonis et substitutionis, non possit nec debeat, per se vel alium, de bonis hereditatis q. dicte d. Capoane, vel que ex ipsa hereditate et bonis obvenient et percipientur, in totum nec in partem ad ipsorum filios, heredes vel descendentes aliquid donare, dimictere vel relaxare; ita tamen quod dicta d. Egidia possit et debeat habere et percipere usufructum, redictum et proventum bonorum dicte hereditatis, dum tamen dicta bona, in victa nec in morte, non perveniant ad filios vel filias ... nec ad aliquos alios ab ipsa d. Egidia dessecendentes, quia sic fuit eiusdem d. Capoane intentio et voluntas, ut idem fr. *Albertus* asseruit et dixit; et quod poterit, fatiat p. a. ipsius Capoane ... Et ipsa bona possit et debeat ipsa d. Egidia ordinare, dissponere et relinquere ad hoc ut, post eius decessum, p. a. dicte d. Capoane ... disstribuantur, ita quod ad aliquem filium vel filiam ... vel desscendentem ipsius vel alicuius predictorum substitutorum pervenire (non) possit, nec etiam sucedere vel habere rationem alicuius iuris. Et ideo d. Capoana prefata ligavit ipsam d. Egidiam ad predicta et alia, que in dicto tesst. continentur, dicto fr. *Alberto*, quia ipsa d. Capoana prohybuit filiis et filiabus ... vel desscendentibus ipsius d. Egidie eos habere de bonis dicte hereditatis, ut dictum est, et ipsi fr. *Alberto* predicta comissit, ut asseruit et dixit; remictens dictus fr. *Albertus*, pacto et conventione predicta, dictis nominatis et substitutis, et renuntians mihi Michaeli not. infrascr. ... omnem iurisdictionem, bayliam et potesstatem quam habebat vigore testamenti predicti, ad hoc ut quilibet eorum in solidum possit omnia et singula que in tesst. continentur, et que idem fr. *Albertus*, cum condictione prefata, poterat, possint in solidum prosequi et effectui demandare, ita quod in omnibus voluntas d. Capoane predicte eorum matris adimpleatur ... Actum Bononie in eccl. S. Francissci Fr. Min., pp. fr. *Henrico* q. fr. Petri Ord. Min. ... Michael Petri specialis not.

36/4168, n. 47. — Orig.

1074. Bononiae, 17 et 22 septembris 1300.

Testamentum.

D. Galliana f. q. d. Raynaldini de Saviolis et uxor d. Berthollomey Petri Guarini ... reliquid de bonis suis p. a. s. L lib. bon., de quibus dari volluit ... fr. *Blaxio* de Ord. Fr. Min. de Bon. suo confess. p. s. n. III lib. bon. ... item fr. *Zino* de Ord. Min. p. s. n. XX sol. bon. ... item conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. XXXX sol. bon.; item fr. *Francischo* de Thebaldis p. s. n. de Ord. Min. XX sol. bon. ... Ressiduum vero

expendi volluit circha funus et sepulturam suam, quam sibi ellegit apud eccl. B. Francischi de Ord. predicto Min. de Bon., et allibi ad volluntatem comiss. suorum, quos esse volluit fr. *Blaxium* predictum et Berthollomeum eius maritum, quibus dat auctor. et licentiam plenissimam in predictis. Item reliq. pro M missis cant. p. a. s. XII lib. bon. solvendas de bonis suis per comiss. suos predictos. Actum Bononie ... pp. fr. *Blaxio* de Ord. Min., fr. *Francisco* de Tebaldis de dicto Ord., sacerdotibus, qui asseruerunt *etc.* ...

Die XXII septembris fr. *Blaxius* de Bon. predictus de Ord. Fr. Min. procur. diete testatricis ... dep. h. t. in sacristia Fr. Min. civit. Bon. penes fr. *Seraphinum* sacrist. dictorum Fratrum sigillandum et custodiend. secundum formam stat. com. Bon. de hoc loquentis, pp. fr. *Iohannino* de Portanova et fr. *Petro* Fulliani de dicto Ord. Fr. Min. ... Matheus Iohannis speciallis not.

36/4168, n. 48. — Orig.

1075. Bononiae, 18 septembris 1300.

Testamentum.

D. Petrus d. Ugutionis de Bambaglolis not. ... volens et intendens bb. Petri et Pauli limita visitare ... p. a. s. reliquid de bonis suis L lib. bon., de quibus dari mandavit ... conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. et orat. dicendis C sol. bon. ... item fr. *Lambertino* et fr. *Alberto* de Bambaglolis de divino Ordine Fr. Min. de Bon., et cuilibet eorum, C sol. bon. p. eorum, n.; item fr. *Blaxio* suo confessori, et fr. *Iacobo* de Pozale, et cuilibet eorum, III lib. bon. p. eorum n. ... Residuum vero dari voluit super funus et occasione funeris et sepulture sue, quam sibi ellegit, ubicumque moriatur, apud eccl. Fr. Min.; pro exequiis et expensis ipsius tumuli ... Item reliq. conv. Fr. Min. Predic. et Heremitanorum et cuilibet eorum V sol. bon., quos eis tenetur velud comiss. d. Benvenute uxoris q. d. Thomaxini Arduini eis relict. ... Item voluit ... adimpleri omnia et singula contempta in quadam cedula pecudis ipsius testatoris manu scripta ... in test. ipsius apposita ... Et ad hec omnia et singula exequenda esse voluit suos comiss. et huius test. et cedule executores d. fr. *Lambertinum* de Bambaglolis ... dans eis et cuilibet eorum plenam licentiam *etc.* ... Actum Bononie in *claustro primo* eccl. Fr. Min., pp. d. fr. *Pellegrino* de Pollicino, fr. *Blaxio* de Barbaria, d. fr. *Rodulfo* de Tuschis, d. fr. *Petro* de Chanitulo, d. fr. *Zanellino* de Carpo, d. fr. *Iacobo* de S. Iohanne, d. fr. *Iohanne* de Pollicino et d. Leo de Pollicino, qui fr. *Blaxius* dixit cognoscere testes ... Richardus q. d. Egidii not.

36/4168, n. 49. — Orig. In dorso « Ego Dondideus de Max[...] feci instrumentum deposicionis ».

1076. Bononiae, 18 et 19 septembris 1300.

Testamentum.

D. Rosa f. q. d. Guidocti, qui fuit de Monzorci ... reliq. de bonis suis *etc.* ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos nominaverint infrascr. sui commiss. Et ad predicta omnia et singula exequenda suos comiss. ellegit ... et fr. *Landulfum* Ord. Min. ... quibus dedit plenam et liberam potestatem *etc.* ... Voluit h. s. t. esse secretum et sigillari debere sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum per fr. *Zanilinum* de Carpo, quem nunc suum instituit procur. ad dictam deposit. faciendam, ita quod dicta sua ult. voluntas sigillata debeat iudici presentari ... Actum Bononie in

eccl. Fr. Min., pp. fr. *Landulfo* sacerdote Ord. Min., qui dixit *etc.*, fr. *Francisco* de Reate, fr. *Michaele* de Castaglolo, fr. *Petro* de Castaglolo, fr. *Bonaventura* de Fanano, fr. *Zanilino* de Carpo ...

Die sequenti fr. *Zanilinus* de Carpo procur. dicte d. Rose ... dedit et dep. h. t. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacr. eorundem Fratrum custodiendum et salvandum et suo tempore iudici presentand., dimittendo eundem in dicta sacristia, pp. fr. *Heriguccio* de Abaysio ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

36/4168, n. 50. — Orig.

1077. Bononiae, 18 et 19 septembris 1300.

Testamentum.

D. Bonifacius q. d. Lambertini Hosberghi ... reliquid de bonis suis p. a. s. cccc lib. bon., quas (*sic*) reperientur in arte et merchadandia lane zentilis et pannorum quam exsercet et exsercere intendit cum Andrea d. Iohannis Mallalingua, de quibus dari voluit p. male ablatis incertis x lib. bon. dandas et distribuendas per fr. *Petrum* de Chanitullo suum confessorem ... Item conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. et orat. dicendis p. a. s. x lib. bon. ... item fr. *Petro* de Chanitullo de Ord. Fr. Min. x lib. bon. p. s. n. ... Et si contingeret suos comiss. mori ante completam executionem et distributionem dictarum cccc lib. bon., ellegit et esse voluit Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Petrum* de Chanitullo de Ord. Fr. Min., quibus dedit simillem licentiam *etc.* ... Item voluit quod predicti sui comiss. adhibeant fidem et adimpleant omnia et singula que scripta erunt in quadam cedulla sigillata sigillo conv. Fr. Min. cum quo sigillantur testamenta et sigillo ipsius testatoris ... Et h. s. ult. voluntatem abet esse secretam et poni in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conv. sive Guardiani dictorum Fratrum. Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Guillielmo* Chatellano, fr. *Gerardo* de Mutina, fr. *Loderengo* de Sarpellinis (*sic*), fr. *Rodulfo* de Tuschis, fr. *Francissco* de Tebaldis, fr. *Albertino* de Colloreto, fr. *Petro* de Marzegonibus et fr. *Petro* de Chanitullo sacerdote, qui dixit *etc.*, omnes de Ord. Fr. Min. ...

Die sequenti testator consignavit et dedit h. t. in manibus fr. *Sarafini* sacriste Fr. Min. de Bon. custodiendum et salvandum ibidem suo loco et tempore, pp. fr. *Petro* de Chastagnolo et fr. *Benedicto* de Favencia, de Ord. Fr. Min. ... Benvenutus q. d. Mathey Benintendi not.

36/4168, n. 52. — Orig.

1078. Bononiae, 19 septembris 1300.

Testamentum.

D. Francischus q. d. Iohannis de Cento ... reliquid de bonis suis p. a. s. viii lib. bon., de quibus reliquid ... fr. *Gandulfino* de Mutina xx sol. bon.; item reliquid in dispensatione Guardiani Fr. Min. conventus Bon. xxx sol. bon. p. m. cellebr. ... Residuum vero voluit expendi circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bononia ... Voluit h. s. t. esse secretum et sigillari debere sigillo conventus Fr. Min. de Bon., et sic sigillatum debere deponi per eundem in sacristia dictorum Fratrum, ita quod per Fratres dicti Ordinis dicta sua ultima voluntas sigillata debeat iudici presentari et per eum publicari, quod ei et eis scripture et Fratribus fides habeatur,

quod test. incontinenti in press. infrascr. testium dep. et dedit in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste eorumdem Fratrum custodiendum et salvandum, et suo tempore iudici presentandum. Actum Bononie iusta sacristiam Fr. Min., pp. fr. *Gandulfino* de Mutina sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Alberto* de Aziis seniore, fr. *Bonaventura* de Fanano, fr. *Petrino* de Tertona, fr. *Ubertino* de Placencia, fr. *Nicolucio* de Aremino, fr. *Rodulfo* de Agrestis ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

36/4168, n. 53. — Orig.

1079. Bononiae, 19 et 21 septembris 1300.

Testamentum.

D. Albertus f. q. Rolandini Graciani ... volens bb. appost. Petri et Pauli limina vixitare ... reliquid p. a. s. ... c lib. bon., de quibus dari voluit p. m. cant. ... xx lib. bon. hoc modo, scilicet conventui Fr. Min. de Bon. IIII lib. bon. ... item fr. *Nicholino* de strata Maiori de Ord. Fr. Min. xx sol. bon. p. s. n. ... Reliquos autem distribui iussit p. m. cant. ubi melius et utilius visum fuerit suis comiss. infrascr. ... Item fr. *Nicholino* predicto III lib. bon. pro una cappa ... Et ad predicta omnia legata in h. t. scripta et relicta esse voluit suos comiss. fr. *Nicholinum* de strata Maiori de Ord. Fr. Min. ... dans eis plenam licentiam *etc.* ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.*, pauperes Christi sibi hered. instituit ... quos predicti sui comiss. elligent et nominabunt et non alios ... Et si aliquod aliud test. inveniretur conditum per eum hinc retro, illud vult esse cassum et vanum et nullius valloris nisi in eo ... sint scripta omnia nomina testium in h. t. conscript. ... Actum Bononie in *barbaria* Fr. Min., pp. fr. *Nicholino* de strata Maiori et fr. *Mathiolo* de Caldararia, anbobus de Ord. Fr. Min., qui anbo dixerunt *etc.*, fr. *Petro* Marzegono, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Petro* de Castagnolo, fr. *Gerardino* de Mutina, fr. *Iohanne* de Fulianis, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die XXI septenbris testator dep. suprascriptum t. quod voluit esse secretum in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Seraphini* sacriste dictorum Fratrum Min. sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum Min. ... pp. fr. *Nicholino* de strata Maiori, et fr. *Ugucione* de Guarinis ... Bonagratia f. d. Guillelmi de Manzolino not.

36/4168, n. 54. — Orig.

1080. Bononiae, 20 et 26 septembris 1300.

Testamentum.

D. Maria, vocata d. Mandina, f. q. d. Ugutionis olim d. Azollini de Tetalaxinis et uxor q. d. Petrizoli de Albirolis ... ad romanam indulgentiam ire intendens ... voluit et iussit quod omnes usure et male ablata q. d. Ugutionis sui patris pro quarta parte, cum sit et fuerit heres pro quarta parte dicti sui patris, restituantur ... per infrascriptos suos comiss. ... ad que obligavit omnia sua bona. Item relliquid de bonis suis p. a. s. CXXV lib. bon., de quibus dari voluit ... conventui Fr. Min. p. m. cellebr. VIII lib. bon. Item distribui voluit per infrascr. suos comiss. inter omnes eccl. civit. Bon. in M missis cellebr. XVI lib. bon. ... Item fr. *Zino* de Ord. Fr. Min. de Bon. XX sol. bon.; item fr. *Henrico* de Perticonibus de Ord. Fr. Min. civit. Bon. XX sol. bon. ... Item pro septimis, trigeximis et centesimis et anniversario ... XX lib. bon. ... Item fr. *Alberto* de Aezis de Ord. Fr. Min. de Bon. p. s. n. V lib. bon. ... item Guar-

diano Fr. Min. de Bonon. qui p. t. fuerit v lib. bon. ... Ressiduum vero expendi et distribui voluit circha funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. B. Francisci Fr. Min. civit. Bon. in sepultura matris dicti sui viri, silicet x lib. bon. in uno panno sirico, de quo debeat fieri una planeta que debeat esse in dicta ecclesia, et relliquos in cereis et candelis et aliis necessariis ... Comiss. autem suos esse voluit Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit et fr. *Albertum* de Azis de dicto Ord. Fr. Min., dans dictis suis comiss. liberam potestatem *etc.* ... Et si dictus fr. *Albertus* decederet, non mandata executioni dicta voluntate, vel non posset, tunc et in eo casu vult quod dictus Guardianus possit per se et cum alio quem voluerit dictam suam voluntatem exequi. Item volluit et iussit quod post mortem suam, legiptima debeat fieri proclamatio, eo modo quo videbitur melius suis comiss., quod si aliquis est qui debeat recipere usuras vel male ablata a dicto d. Ugutione, debeat comparere coram dictis suis comiss. et ipsi satisfacient secundum quod debuerint ... In omnibus autem aliis suis bonis mobill. et inmobill., iuribus *etc.*, que supererunt a dicta satisfatione et solutione dictarum usurarum ... sibi heredum instituit Pacem qui vocatur Paxinus suum filium ... Et si dictus suus filius decederet sine filiis mascullis vel de süis propriis bonis non daret cx lib. bon. d. Petro q. d. Bonbologni de Tetalaxinis, quas acepit mutuo ab eodem ... tunc instituit eum sibi hered. in x lib. bon. tantum, et voluit et iussit medietatem sue heredit. ... dari et distribui per suos comiss. supradictos in maritando pauperes domizellas et in dando pauperibus vergondoxiis et pro missis cant. ... Preterea t. h. quamquam nuncupative sine scriptis factum tamen secretum esse iussit et voluit deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. sigilland. sigillo Prioris vel conv. dictorum Fratrum conservand. et presentand. secundum formam stat. ord. reform. vel provix. com. et pop. Bon. Acta sunt hec Bononie in ecclexia S. Francisci Fr. Min., pp. fr. *Ansaldo* de Butrio dicti Ord. presbit., qui asseruit *etc.*, fr. *Iohanne* de Seminibus, fr. *Landulfo* de Cazanimizis, fr. *Iohanne* de Fullianis, fr. *Toma* de Pellaziis, fr. *Iohanne* de Mutina, fr. *Iohanne* de Ymolla et fr. *Zanellino* de Carpo, omnibus de dicto Ord. Fr. Min.

Die xxvi septembris fr. *Zanilinus* de Carpo de Ord. Fr. Min. procur. constitutus a dicta testatrice dep. h. t. in sacristia Fr. Min. penes fr. *Bonaventuram* de Fanano sacrist., sigilland. et conservand. secundum formam predictam ... pp. fr. *Alberto* de Azzis et fr. *Germia* de Porta S. Proculli ... Petrizolus Henrigipti de Vandolis not.

36/4168, n. 55. — Orig.

1081. Aretii, 22 septembris 1300.

Testamentum.

D. Fiordiana uxor q. d. Natalis de Bononia ... dari voluit de bonis suis unum lenzulum ecclesie S. Franciscbi ... Actum fuit in civit. Aret. in domo Gualdi Abracie Maffei, pp. ... Matheus q. Iacobi de Pogiolis not.

36/4168, n. 57. — Orig.

1082. Bononiae, 22 septembris 1300.

Testamentum.

D. Francisca f. q. d. Guiscardi et uxor d. Iacobi q. d. Martini de Lago ... p. a. s. reliquid i. l. eccl. S. Francisci Fr. Min. de Bon., apud quam suam eligit sepult., IIII lib.

bon., quas expendi voluit circha sepult. suam et p. m. cant.; item reliq. fr. *Azino* de Ord. Fr. Min. p. m. cant. et in adiutorium unius tunice xx sol. bon. ... Eodem die loco et pp. infrascriptis tt. dicta d. Francisca testatrix fecit et ordinavit fr. *Zanilinum* testem huius test. suum procur. ad ponend. test. in sacristia Fratrum predictorum ... Actum Bononie in eccl. S. Francisci, pp. fr. *Azino*, fr. *Bertolutio*, fr. *Germia*, fr. *Mathiolo* de Caldararia, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Iacobo* de Placencia et fr. *Visino* de Plumatio, omnes Fratres Ord. S. Francisci Fr. Min. Petrizolus Henrigipti not.

36/4168, n. 58. — Orig.

1083. Bononiae, 22 et 24 septembris 1300.

Testamentum.

D. Lucia f. q. d. Petri d. Thorelli ... reliq. p. a. s. L lib., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. x lib. bon. ... item fr. *Iohannino* de Portanova de Ord. Fr. Min. v lib. bon., et si tunc temporis dictus frater non viveret, scilicet tempore obitus dicte testatricis, perveniant ad conventum de quo esset dictus fr. *Iohanninus* tempore obitus sui ... Reliquas autem expendi iussit tam circha funus et sepult. suam ... quam ... alibi prout melius et utilius p. a. dicte testatricis videbitur suis comiss. infrascr. Item reliq. de aliis suis bonis p. a. d. Thorelli sui avi paterni xxx lib. bon., dandas et solvend. per comiss. suos infrascr. Agnesie que dicitur Gexe f. q. d. Betucii de Principibus quando nubet vel religionem intraverit, et si ante decederet tunc per infrascr. suos comiss. dentur p. a. s. ubi eis melius videbitur de voluntate et mandato supradicti fr. *Iohannini* de Portanova. Et ad predicta omnia et singula in h. t. relicta et scripta solvenda et effectui demandanda esse voluit suos comiss. et huius test. executores fr. *Iohanninum* de Portanova de Ord. Fr. Min. vel Guardianum Fr. Min. qui p. t. fuerit, si dictus fr. *Iohanninus* tunc temporis non superviveret ... dans eis plenam licentiam *etc.* ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et immobil., iuribus *etc.* Guizardinum qui dicitur Dinus et Bettucium suos filios sibi equalibus porcionibus heredes instituit ... et mandat quod dicta sua hereditas, quantum ad proprietatem et usumfructum, ad predictos suos heredes pervenire non debeat, nisi prius venerint ad mandata comunis Bon. sed vult illam permanere et pervenire ad Gesem f. suam et ad. d. Beatrixiam soceram dicte testatricis, et fructus quos percipient de dicta hereditate, dare p. a. s. illis pauperibus qui sunt scripti in quadam cedula, que scripta est manu fr. *Iohannini* de Portanova, et sigillata sigillo conventus Fr. Min. Et mandavit quod si dicti duo sui filii et hered. instituti ante fratrem suum Tomacium decederent sine filiis tunc vult de bonis sue heredit. dari debere dicto Tomacio suo fratri cc lib. bon. et residuum totum distribuatur p. a. ipsius testatricis per comiss. suos suprascr. ubi eis magis utile videbitur p. a. ipsius testatricis ... Et voluit h. t. omnibus aliis suis test. hinc retro factis prevalere. Et si aliquod test. inveniretur factum per beam hinc retro, voluit illud ex nunc ... esse vanum et cassum et nullius valoris nisi in eo sint conscripta omnia nomina testium infrascr. in hoc pres. testamento ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Iohannino* de Portanova sacerdote qui asseruit *etc.*, fr. *Ieremia* de Castello, fr. *Michaele* de Policino, fr. *Petro* de Fulianis, fr. *Iohanne* de Policino, fr. *Iohanne* de Fulianis, fr. *Francischino* barberio q. Tigrini, omnibus de Ord. Fr. Min.

Die xxiii fr. *Iohannes* de Pollicino proc. dicte testatricis ... dep. suprascriptum t. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Seraphini* sacriste Fr. Min. sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum Min. ... pp. fr. *Iohannino* de Portanova et fr. *Bonaventura* de Fanano ... Bonagratia f. d. Guillelmi de Manzolino not.

36/4168, n. 59. — Orig.

1084. Bononiae, 24 septembris 1300.

Testamentum.

D. Iacobinus f. q. d. Aldrevandini de Brunis ... volens b. Petri et Pauli limina visitare ... reliquid p. a. s. LX lib. bon., de quibus habere voluit conventum Fr. Min. de Bon. x lib. bon. pro una pietancia ... item reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. et orac. faciendis xx sol. bon.; item conventui Fr. Min. de *Caldararia* p. m. cant. et orac. faciendis x sol. bon.; item fr. *Iohanino* de Portanova xxxx sol. bon.; item fr. *Francischo* de Schiva xxxx sol. bon. ... Residuum vero expendi voluit circha sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., et in pauperibus Christi et allibi ubi p. ipsius a. utilius visum fuerit comiss. suis infrascr. ... Comiss. autem suos esse voluit et constituit ... et fr. *Iohanninum* de Portanova de Ord. Fr. Min. de Bon. et fr. *Francischum* de Schiva de dicto Ord. Fr. Min., quibus dat plenam et liberam potestatem *etc.* ... Si autem dicti Fratres nollent vel non possent per semetipsos testatoris volunt. esecucioni mandare possint sibi alium vel allios subrogare. ... Item voluit et mandavit quod omnia scripta et contenta in quadam cedula manu mei not. conscripta et sigillo conv. Fr. Min. sigillata et in sacristia Fr. Min. de Bon. deposita et inventa habeant eundem robur et eandem firmitatem et effectum quem habent omnia allia in isto test. contenpta et eidem per omnia fides adhibeatur in iudicio et extra quemadmodum huic test. adhiberi debet et potest ... Ego Iacobinus testator istud pres. test. ... personaliter et manibus propriis dedi et dep. apud fr. *Bonaventuram* de Fregnano sacr. Fr. Min. de Bon. in eorum sacristia, ibidem sigilland. sigillo conv. eorundem, custodiendum et suo tempore cum expedierit Potestatis Bon. iudici presentandum, pp. fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Bertolomeo* de Gisso portario et fr. *Iohanino* de Portanova ... Actum Bononie in *claustro* Fr. Min., pp. fr. *Cherio* de Castro Britonum, fr. *Rodulfo* de Agrestis, fr. *Petro* de Castagnolo, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Benedicto* de Favencia, fr. *Marcho* f. d. Cremosani de Penitencia ... et fr. *Iohannino* de Portanova sacerdote, qui dixit *etc.* ... Rolandinus q. Avanzabenis de Brunis not.

36/4168, n. 60. — Orig. = Cf. 1085.

1085. Bononiae, 24 septembris 1300.

Schedula testamentaria.

Cum hoc sit quod d. Iacobinus f. q. d. Aldrevandini de Brunis ... suum condiderit test. script. manu mey not., in quo test. mandabat et volebat quod quecunque scripta et contenpta invenirentur in quadam cedula sive carta, scripta manu mey not., que quidem esset sigillata sigillo conventus vel Guardiani Fr. Min. de Bon., quod eundem effectum et vim habere(n)t, sicut allia que in eodem testamento conscripta erant, ipse testator volens illam cedulam conscribi, per me not., pp. fr. *Iohannino* de Portanova

suo confessore et fr. *Iohanne* de Ymola, fecit conscribi. Conscripta autem in cedula sunt hec ... Item fr. *Iohannino* de Portanova de Ord. Fr. Min. iure legati reliquit xxv lib. bon. per eum vel per allium cui ipse comiteret, dandas et erogandas pro animabus personarum, quas ipse conoscit; et si dictus fr. *Iohanninus* tunc non superviveret, Guardianus Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit illas debeat Christi pauperibus erogare. Ego Rolandinus q. Avanzabene de Brunis not. hanc presentem cedulam ... pp. fr. *Iohannino* de Portanova et fr. *Iohanne* de Ymola, scripsi, et sigilatam sigillo conventus Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Saraphini* sacriste eorundem Fratrum cum eius test. servandam et custodiendam deposui.

36/4168, n. 61. — Orig. In dorso « Hec cedula sive cartula est d. Iacobini d. Aldrevandini de Brunis, que quidem dependet a test. eius et illi suo test. script. manu Rolandini q. Avanzabenis de Brunis not. debet copulari et uniri et in sacristia Fr. Min. de Bon. sic sigillata servari ». = Cf. n. 1084.

1086. Bononiae, 24 et 25 septembris 1300.

Testamentum.

D. Zanetus q. d. Mangini de Sasis ... reliq. p. a. s. xxv lib. bon., de quibus dari voluit ... conventui Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. ... item fr. *Pelegrino* de Policino Ord. Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. ... Et si sui comiss. vel eorum heredes predicta exsecutioni mandare non possent, voluit quod predicta fiant per sacristanum Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Petro* de Veruclo Ord. Fr. Min., fr. *Ansaldino* fratre dicti Ord., fr. *Francischo* d. Iohannis fratre dicti Ord. ... et fr. *Pelegrino* de Policino Ord. Fr. Min. de Bon., qui dixit *etc.* ...

Die sequenti testator predictus venit et s. t. dep. in sacristia Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Petro* de Chanitulo et fr. *Petro* fratre dicti Ord. ... quem s. t. dep. in manu fr. *Bonaventure* sacrist. dicti Ord., et hoc fuit in dicta sacristia. Bolognitus Petrizoli de Ygnano not.

36/4168, n. 62. — Orig.

1087. Bononiae, 25 et 29 septembris 1300.

Testamentum.

D. Iacobina f. q. d. Bonagratie ... intendens visitare bb. apost. Petrum et Paulum ... reliquid p. a. s. de suis bonis L lib. bon. *hospitali novo, quod fecit fieri d. Archipresbiter de Galutiis, quod est extra circulam burgi S. Ysaye, inter ipsam stratam et illam burgi Peradelli et iuxta eccl. S. Andree,* sub ista conditione, silicet si dictum hospitale perfectum fuerit, ita ut peregrini et pauperes homines hospitentur ibi amore Dei, tunc de dictis L lib. bon. debeat ibi fieri et consecrari unum altare ad honorem beatissime matrix Marie. Item reliquid i. l. d. Laurentie q. Lanfredi massarie dicte d. Iacobine xxxx lib. bon., sub ista condictione quod possit dictas xxxx lib. bon. in vita sua uti et frui et ad obitum dicte d. Laurentie debeant pro animabus dictarum dominarum Iacobine et Laurentie distribui ad voluntatem d. Marsilii de Manteghellis doctoris decretorum, si dicto temp. viveret, et si non viveret, voluit quod per fr. *Nicholinum* q. d. Bonmichaelis Ord. Fr. Min. de Bon. possint et debeant distribui p. a. s., ut supra dixit ...; item reliq. sor. Romengarde f. olim d. Beliohannis xx sol. bon.; item

reliquid fr. *Bonafidei* q. d. Bonmichaelis Ord. Fr. Min. de Bon. p. m. cant. III lib. bon.; item conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. C sol. bon. ... item fr. *Nicholino* q. d. Bonmichaelis Ord. Fr. Min. de Bon. p. m. cant. XXXX sol. bon.; item sor. Marie Pizochare V sol. bon. ... item reliquid p. m. ablatis incertis V lib. bon. que debeant distribui ad sensum et volunt. fr. *Nicholini* predicti ... Hoc test. voluit esse secretum et poni debere in sacristia Fr. Min. de Bon. et presentari Guardiano vel sacristano et sigillo altero eorum sigillari et roborari secundum formam stat. ord. com. et pop. Bon. Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Nicholino* q. d. Bonmichaelis Ord. B. Francisci, qui asseruit *etc.*, fr. *Iohannino* de Portanova, fr. *Michaele* de Chastagnolo, fr. *Roddaldo*, fr. *Albertino* de Coloreto, fr. *Iohanne* de Ymola et fr. *Bertholomeo* d. Biriole ...

Die XXVIIII setepbris (*sic*) prefatus fr. *Nicholinus* procur. dicte testatricis optulit et present. et dep. predictum t. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste Ord. Fr. Min. de Bon. sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum, pp. fr. *Iohanino* de Cremona et fr. *Andrea* de Mutina ... Ego Supramare q. d. Iacobini Manzini not. ... scripsi et in dicta sacristia dictorum Fratrum Min. de Bon. deposit. fuit.

36/4168, n. 63. — Orig.

1088. Bononiae, 25 et 27 septembris 1300.

Testamentum.

D. Rolandinus q. Symonis ... volens limina bb. ss. Petri et Pauli de Roma (visitare) ... reliq. p. a. s. L lib. bon., de quibus dari voluit ... conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. XX sol. bon. ... Actum Bononie ...

Die XXVII septembris testator dedit et tradidit istud s. t. in manibus fr. *Gratie* sacr. Fr. Min. ad hoc ut sigilletur sigillo conv. dictorum Fratrum et quod ponatur in sacr(isti)a dictorum Fratrum ... pp. fr. *Michaele* de Marano et fr. *Iohanne* de Ozano ambo de Ord. Fr. Min. ... Guido q. Iohannis Benzevennis not.

36/4168, n. 64. — Orig.

1089. Bononiae, 26 septembris 1300.

Testamentum.

D. Avenante f. q. d. Charavite et uxor q. d. Iacobi de Spersonaldis ... reliq. p. a. s. fr. *Aczino* de Ord. Fr. Min. de Bon. II lib. bon. pro una cappa. Item sor. Milliane que dicitur Bedana fr. Guillelmi de Fratta III lib. bon. ... Comiss. autem suos ad omnia et singula facienda et exercenda fr. *Azinum* de Ord. Min. de Bon. ... sibi ellegit, et quod predicta omnia et singula debeant solvi et fieri hinc ad unum annum post obitum dicte d. Avenantis; et si predicta non fierent, quod predicti sui comiss. possint vendere et adprehendere de bonis ipsius ... et vendere ad ipsorum voluntatem ... Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Aczino* de dicto Ord. Fr. Min. de Bon., qui dixit *etc.* ... fr. *Iohanne* de S. Collonbano, fr. *Iohanne* de Pollicino, fr. *Zanellino* de Carpo, fr. *Nichilutio* de Arimeno, fr. *Rodulfo* de Agrestis, fr. *Germia* de Porta S. Proculli, fr. *Geminiano* de Bononia de Bentivoglis, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Eodem die d. Franciscus f. q. d. Catarine procur. dicte testatricis presentavit h. t. ipsius et sigilari fecit fr. *Serafino* sacrisste dicti loci, pp. fr. *Iohanne* de Ymolla et fr. *Rodaldo* de Bononia ... Petrus de Borellis not.

36/4168, n. 66. — Orig.

1090. Bononiae, 26 septembris et 5 octobris 1300.

Testamentum.

D. Fayta f. q. d. Mathei de Castagnolo et uxor d. Tomaxi f. magistri Iacobini pictoris ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. p. a. ipsius testatricis c sol. bon.; item fr. *Nicholino* de strata Maiori Ord. Fr. Min. p. s. n. xxxx sol. bon.; item fr. *Michaeli* de Castagnolo de Ord. Fr. Min. p. s. n. xx sol. bon. ... item circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., expendi voluit illud quod videbitur convenire, in predictis, suis comiss. infrascr., quos quidem comiss. suos ad omnia et singula legata in h. t. scripta et relicta solvenda et effectui demandanda esse voluit fr. *Nicholinum* de strata Maiori de Ord. Fr. Min. et fr. *Michaelem* de Castagnolo de dicto Ord., dans eis plenam licentiam *etc.* ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Nicholino* de strata Maiori et fr. *Michaele* de Castagnolo de Ord. Fr. Min., qui anbo dixerunt *etc.*, fr. *Ieremia* de Castello, fr. *Franciscino* de Lana, fr. *Petro* de Canitulo, fr. *Lanbertino* de Graydanis, fr. *Gerardino* de Mutina, fr. *Iohanne* de Policino et fr. *Francischo* de Castagnolo, omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Die v octubris fr. *Michael* de Castagnolo proc. dicte testatricis dep. suprascriptum t. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonaventure* sacriste Fratrum Min. et voluit ipsum sigillari sigillo conv. dictorum Fr. Min. ... pp. fr. *Egidio* et fr. *Iacobo* fratribus de Policino testibus ... Bonagratia f. q. d. Guillelmi de Manzolino not.

36/4168, n. 67. — Orig.

1091. Bononiae, 29 septembris et 8 octobris 1300.

Testamentum.

D. Rolandus q. d. Bernardini merzarii civis Bon. ... reliquid p. a. s. xx lib. bon. dandas Guardiano Fr. Min. qui p. t. fuerit, ut ipsas expendat et distribuat in missis cant. et circha funus et sepult. suam, et in septimo, trigessimo, centessimo die obitus ipsius et anniversario, prout dicto Guardiano utilius videbitur expedire, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. Item reliquid de alliis suis bonis conventui Fr. Min. xx sol. bon. ... item fr. *Aczino* Ord. Min. p. s. n. v lib. bon.; item fr. *Blaxio* de Codighellis eiusdem Ord. xxxx sol. bon.; item fr. *Alberto* de Corvis Ord. Min. iii lib. bon. ... Item reliq. d. Ghisole eius uxori usum et usumfructum ... unius pectie terre vineate posit. in guardia civit. Bon. in loco qui dicitur « S. Maria de Ravone » iuxta ... fr. *Raynerium* de Ghisileriis ... Actum Bononie in claustro Fr. Min., pp. fr. *Vixino* de Plaxentia, fr. *Iohannino* de Portanova, fr. *Michaele* de Santis, fr. *Thome* (*sic*) de Pellaciis, fr. *Francisscino* Tagrimi (?), fr. *Iohannino* de Cremona, fr. *Zanilino* de Carbo (*sic*) et fr. *Azino* sacerdote, qui dixit *etc.*, omnibus de Ord. Min. ...

Die viii octubris testator h. s. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. presentavit et coram tt. infrascr. et me not. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste conv. Fr. Min. de Bon. tradidit et dep. ut sigillo conv. Fr. Min. de Bon. roborato (*sic*) depositum remaneat in dictorum Fratrum sacristia ... pp. fr. *Iohannino* de Portanova et fr. *Francissco* de Tebaldis, ambo de Ord. Min. ... Michael Petri specialis not.

341/5084, n. 99. — Orig.

1092. Bononiae, 29 septembris 1300.

Locatio.

D. fr. *Landulfus* Ord. Fr. Min. conventus de Bononia, comiss. et executor testamenti et ultime voluntatis bonorum et rerum q. d. Philippi de Salla, comissario nomine, et Natalis d. Guilielmi procurator bonorum et hereditatis predicte, procuratorio nomine, concesserunt et lochaverunt ad pensionem d. Iohanne q. Iacobi medietatem, pro indivisso, terrarum et domorum possit. in capella S. Marini, iuxta *etc.* ... quas comiss. nomine possident, pro indiviso, cum d. Betucio de Apossa, hinc ad unum annum prox. vent., promitentes ipsi anbo et quillibet eorum ... predictam lochacionem firmam et ratam habere et tenere hinc ad terminum supradictum, et e contra dictus d. Iohannes se obligando promissit ... eisdem dare et solvere nomine pensionis VIII lib. bon., scilicet dimidiam in festo Nativitatis prox. vent. et alliam dimidiam in festo Resurresionis eiusdem prox. vent. ... Que omnia et singula suprascr. promiss. vicissim ... firma et rata habere et tenere et non contrafacere ... sub pena x lib. bon. ... item reficere et restituere unus alteri ad invicem omnia et singula dampna et expenss. litis et extra ... pro quibus omnibus et singulis firmiter oservandum obligavit una pars alteri ad invicem omnia sua bona ... Actum Bononie in eccl. Fr. Min., pp. fr. *Bonaventura* de Fanano, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Bonacursio* de Libris, qui dixit *etc.* ... Martinus Nichole de Sedazariis not.

346/5089, n. 75. — Orig. In dorso « Carta p[...]ssionis Stupe Gorgadelli ».

1093. Bononiae, 30 septembris et 1 octobris 1300.

Testamentum.

D. Bonus Andreas q. d. Iacobini Bentevogli ... intendens visitare limina bb. apost. Petri et Pauli in terra Rome ... p. a. s. relliquid xxxx lib. bon., de quibus dari voluit ... conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. v lib. bon. ... item d. fr. *Iohannino* de Portanova p. s. n. III lib. bon. ... Residuum vero voluit et iussit dari et expendi circha funus et sepult. suam, quam sibi elligit apud eccl. S. Francischi de Bon., et allibi ubi melius visum fuerit commiss. suis infrascriptis ... Commiss. autem suos ad predicta omnia et singula exequenda esse voluit Iacobinum f. suum, d. Petrum q. Bonacursii et d. fr. *Iohaninum* de Portanova Ord. Fr. Min. de Bon., si tunc viveret tempore mortis ipsius testatoris, alioquin loco sui suum esse voluit et ellegit commiss. una cum predictis Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit, quibus suis commiss. dedit licentiam *etc.* ... Actum Bononie in *capitullo* Fr. Min., pp. fr. *Iohanino* de Portanova presbitero, qui asseruit *etc.*, fr. *Clerio* de Castro Britonum, fr. *Alberto* Machaldo presbit., qui asseruit *etc.*, fr. *Iacobo* de Forlivio, fr. *Philippo* de Marzegonibus, fr. *Nicholino* de Placentia, fr. *Zanilino* de Carpo et fr. *Dinadam* de burgo S. Fellicis, omnibus Ord. Fr. Min. de Bon. ...

Die sequenti testator dep. h. t. in sacristia Fr. Min. de Bon. dando et dimittendo eundem in dicta sacristia in manibus fr. *Bonaventure* de Fregnano sacriste dictorum Fratrum, qui eundem ... recepit et sigillavit sigillo conv. dictorum Fratrum ... et in dicta sacristia reposuit et dimisit eundem ... pp. d. fr. *Henricho* de Perticonibus et fr. *Alberto* Machaldo, qui asseruit *etc.* ... Blaxius Ubaldini de Stiglatico not.

36/4168, n. 68. — Orig.

1094. Bononiae, 1 octobris 1300.

Testamentum.

D. Gerardus q. d. Iohannis Magistri ... volens limina ac etiam ornamenta bb. apost. Petri et Pauli terre Rome vixitare ... legavit de bonis suis p. a. s. xx lib. bon., de quibus legavit ... conventui Fr. Min. civ. Bon. xxxx sol. bon.; item fr. *Iohanni* de Ulgiano de dicto Hordine xx sol. bon. ... Item legavit de aliis suis bonis p. m. ablatis incertis III lib. bon. expendend. per fr. *Iohannem* de Ulgiano, prout melius ei visum fuerit ... Actum Bononie in eccl. S. Francisci, pp. fr. *Iohanne* de Ulgiano sacerdote dicte ecclesie, qui aseruit *etc.*, fr. *Iohanne* de Varegnana, fr. *Francischo* de Vandolis, fr. *Bonaventura* de Oliveto, fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Petro* de Castagnolo, fr. *Francischo* de burgo Gallerie et fr. *Mathiolo* de Caldararia, omnibus de Ord. S. Francisci ...

Eodem die testator personaliter et manu propria h. s. t. disposuit apud fr. *Saraphynum* de Crespellano sacr. Fr. Min. de Bon. sigilland. sigillo conv. Fratrum predictorum et ibidem custodiend. et suo tempore iudici d. Pot. presentand. secundum formam stat. com. Bon. Actum in sacristia S. Francisci, pp. fr. *Iohanne* de Ulgiano et fr. *Rogerio* de Poetis ... Ugo Petri Ugonis not.

37/4169, n. 1. — Orig.

1095. Bononiae, 3 et 5 octobris 1300.

Testamentum.

D. Aymerichus q. Iacobini ... reliquid p. a. s. L lib. et x sol. bon., de quibus reliquid ... pro faciendo dici misas conventui Fr. Min. x sol. bon. ... item fr. *Nicholino* et fr. *Iahannino* de Ugiano, cuilibet eorum v sol. bon. ... Et quia voluit h. s. ult. volunt. secretam esse, iussit h. s. t. deponi in sacristia Fr. Min. et sigilari sigillo Guardiani vel conv. dicti Ord. et post mortem vero suam iudici d. Pot. Bon. presentari. Actum Bononie in *scolis* Fr. Min., pp. fr. *Nicholino* de Butrio, qui dixit *etc.* ... fr. *Iacobo* de S. Iohanne, fr. *Iacobo* de Pozale, fr. *Iohanne* de Ugiano, fr. *Nicholao* Sanguinei, fr. *Michilino* de Castagnolo et fr. *Cherio* de Castro Britonum ...

Die v octubris testator dep. h. s. t. penes fr. *Bonaventuram* sacristam dicti conv. Fr. Min. sigillatum sigillo conv. dicti Ord., pp. fr. *Saraphino* de Crespelano et fr. *Petro* de Canitulo, Fratribus dicti Ord. ... Iohannes Petri Inghilerii not.

37/4169, n. 2. — Orig.

1096. Bononiae, 3 octobris 1300.

Testamentum.

Guido q. Ugolini calzolarius ... volens Romam basilicas bb. appost. Petri et Pauli limina visitare ... p. a. s. ... relinquid xx sol. bon. Fratribus Min. de Bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Alberto* Macaldo, fr. *Gerardo* de Mutina, fr. *Lotorengo* de Scarpellinis, fr. *Iohannino* de Cremona, fr. *Nicholao* de Christianis, fr. *Clerio* de Castro Britonum et fr. *Bertolameo* q. d. Raymundi de Gisso, qui asser. *etc.* ...

Eodem die testator dep. h. t. in manibus fr. *Bonaventure* sacrist. Ord. Fr. Min., pp. fr. *Gerardino* de Mutina et fr. *Bertolameo* q. Raymundi, et hoc secundum stat. com. Bon. custodiend. et salvandum. Iacobus Symocani not.

37/4169, n. 3. — Orig.

1097. Bononiae, 4 octobris 1300.

Testamentum.

D. Thomas de Curtismelia f. q. Nigri de Castagnolis, qui nunc moratur Bononie ... voluit quod istud test. ponatur in sacristia Fr. Pred. de Bon. clausum et sigillatum et aliud eiusdem tenoris scriptum per omnia ut istud, infra octo dies, ponatur in sacristia Fr. Min. de Bon. Item quod ea que in eis continentur sint secreta in vita sua. Item voluit et precepit quod si omnia (que continentur in h. t.) non serventur, et legata omnia infra sex menses non solvantur, computando a die mortis sue, sua hereditas ipso facto deveniat ad conventum Fr. Min. de Bon. cum omni suo honere: cui conventui reliquid p. m. cant. in remedium anime sue xxxx sol. bon. ... Actum Bononie in domo Fr. Pred. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

37/4169, n. 4. — Orig.

1098. Bononiae, 4 et 5 octobris 1300.

Testamentum.

Albertus f. q. d. Iacobini Guastafave ... volens bb. appost. Petri et Pauli limina visitare ... p. a. s. reliquid cxxx lib. bon., quas voluit expendi et distribui per fr. *Guidonem* Alberti fratrem Penitentie et d. Gasdiam suam uxorem ... quos suos plenos et liberos constituit commiss. ad omnia in h. t. contenta exequenda et executioni mandanda, de quibus dari voluit et expendi xxxx sol. bon. in duobus dupleriis comburendis ad illuminandum Corpus Christi ad altare S. Francisci apud eccl. Fr. Min. de Bon. Item reliquid domui seu *hospitali Fratrum tercii Ord. civit. Bon. quod est in Barbaria* x sol. bon. pro emendis linteaminibus ...; item fr. *Henrico* de Perticonibus de Ord. Fr. Min. III lib. bon. p. m. cant. p. a. s.; item conventui Fr. Min. de Bon. III lib. bon. ...; item *Dominabus S. Francisci de strata S. Stephani* x sol. bon. ... Reliquos vero voluit distribui per dictos suos commiss. eorum arbitrio ubi melius et utilius eis visum fuerit ... Item reliq. fr. *Guidoni* q. Alberti suo commiss. i. l. xxxx sol. bon. ... dans et concedens predictis suis commiss. plenam potestatem *etc.* ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Henrico* de Perticonibus, qui asseruit *etc.* .. fr. *Leone* de Cremona, fr. *Iacobo* de Agrestis, fr. *Petro* de Strata, fr. *Petro* de Veruculo, fr. *Rodulfo* de Agrestis, fr. *Tholomeo* de Arimino, fr. *Bonaventura* de Fanano, omnibus de Ord. Min. ...

Die sequenti testator dep. h. t. fr. *Bonaventure* de Fregnano sacrist. custodiend et guardandum secundum formam statut. in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Henrico* de Perticonibus et fr. *Iohanne* de Ymola, Ord. Min. ... Iohanninus Bernardini de Ozano not.

37/4169, n. 5. — Orig.

1099. Bononiae, 5 octobris 1300.

Testamentum.

Magister Pereginus q. Bovonis ... volens et intendens bb. Petri et Pauli limina visitare ... reliquid p. m. ablatis incertis L lib. bon. expendend. et distribuend. pro animabus illarum personarum a quibus eas habuisset et percepisset, ubi et sicut pla

cuerit Guardiano Fr. Min. civit. Bon. qui p. t. fuerit, salvo quod heredes sui teneantur dare dicto Guardiano de dicta quantitate singulis annis ad suam voluntatem xxxx sol. bon. donec dictam quantitatem incertam peccunie fuerit persolutam (*sic*) ... Item reliquid de bonis suis conventui Fr. Min. predictorum civit. Bon. p. m. cant. p. a. q. d. Petri Feramusche x lib. bon., quas pro eo tenebatur solvere dicta de causa ... Item fr. *Blasio* de Barbaria p. s. n. xx sol. bon. ... Et h. t. presentavit ipse idem testator in sacristia Fr. Min. civit. Bonon. fr. *Bonaventure* sacriste dictorum Fratrum ipsum faciens sigillari sigillo conventus dictorum Fratrum secundum formam stat. comunis Bon. more solito ... Actum Bononie in dicta sacristia, pp. fr. *Blasio* de Barbaria sacerdote, qui asseruit *etc.*, fr. *Alberto* de Corvis, fr. *Iohanne* de Ymola sacerdote, fr. *Petro* de Varegnana, fr. *Egidio* de Pollicino, fr. *Bonaventura* de Fanano, fr. *Francisco* sartore, fr. *Iohanne* de Ymola layco et fr. *Thomasio* de Pellaciis, omnibus de Ord. Min. ... Petrus Raymondini not.

37/4169, n. 6. — Orig.

1100. Bononiae, 5 octobris 1300.

Testamentum.

Mag. Iohannes medicus q. d. Deodati ... volens et intendens bb. Petri et Pauli limina visitare ... p. a. s. reliq. xx lib. bon., de quibus dari voluit ... fr. *Henrico* de strata Maiori Ord. Min. x sol. bon.; item conventui Fr. Min. civit. Bon. p. m. cant. xx sol. bon. ... Cassavit et irritavit quoddam s. t. secretum actenus a se factum, script. manu Iacobi Bonavolte de Sedazariis not. ... et voluit h. s. t. secretum esse, quod test. ipse idem testator presentavit fr. *Bonaventure* sacriste Fr. Min. civit. Bon. et dep. in sacristia ipsorum Fratrum, ipsum sigillari faciens sigillo conventus dictorum Fratrum secundum formam stat. com. Bon. more solito. Actum Bononie in sacristia dictorum Fratrum Min., pp. dd. fr. *Blaxio* de Barbaria sacerdote, qui asseruit *etc.*, fr. *Iohanne* de Imola sacerdote, fr. *Bonaventura* de Fanano, fr. *Francisco* sartore, fr. *Iohanne* de Pellaciis, omnibus Ord. Fr. Min. ... Petrus Raymondini not.

37/4169, n. 7. — Orig.

1101. Bononiae, 6 octobris 1300.

Testamentum.

Die sequenti testator dep. h. t. sigillatum sigilo conventus Fr. Min. de Bon. in sacristia dictorum Fratrum in manu fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste sacristie Fr. Min. de Bon. ... pp. fr. *Acharixio* de Lobia et fr. *Bonaventura* de Fanano iuniori, de Ord. Min. ... Guillelmus q. Aygoni not.

37/4169, n. 38. — Orig.

1127. Bononiae, 16 novembris 1300.

Testamentum.

D. Costantinus q. Michaelis Fabri de Muglo ... volens bb. apost. Petri et Pauli limina visitare ob indulgentiam et remissionem suorum peccatorum ... reliquid de bonis suis p. a. s. x lib. bon., de quibus dari voluit et expendi conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. xx sol. bon. ... Reliquos autem distribui voluit et expendi circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. S. Francisci Fr. Min. de Bon., si comtingerit ipsum mori Bononie ... Item reliquid de dictis denar. xv sol. bon., quos expendi voluit in uno duplerio ad domum Fr. Min. ad illuminandum Corpus Domini ... Si contingeret heredes suos ... decedere sine liberis legittimis, tunc ... (reliquid) L lib. bon. distribuendas tunc temporis p. ipsius a. et parentum suorum ad voluntatem d. Borghexane (uxoris sue) si tunc viveret, alliter ad voluntatem Guardiani Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie in domo sive sacristia Fr. Min., pp. fr. *Azino* de Bon.,

qui asseruit *etc.*, fr. *Iacobo* Boniacobi, fr. *Iacobo* de Portanova, fr. *Iohanne* Fuliano, fr. *Bonaventura* de Fregnano ...

Eodem die testator dedit et dep. h. s. t. ... fr. *Bonaventure* de Fregnano sacriste Fr. Min. de Bononia custodiendum, salvand. et sigilland. et congruo tempore aperiendum coram iudice d. Pot. secundum formam stat. com. Bon ... pp. fr. *Azino* de Bon., qui asseruit *etc.* ... Bonacose Iohannis Nigroboni not.

37/4169, n. 39. — Orig.

1128. Bononiae, 16 novembris 1300.

Testamentum.

D. Iohannes q. d. Lupi de terra Flandrie, qui nunc est in civitate Bon., infirmus corpore sed tamen sanus mente ... qui dixit se esse viatorem et pellegrinum redeuntem ab indulgentia romana, rerum suarum dispositionem per pres. nuncupat. test. ... facere procuravit. Quod quidem test. voluit deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo dicti conv. ... Reliquid p. a. s. conventui et Ord. Fr. Min. de Bonon. p. m. cant. et orat. faciendis p. a. s. unum florenum aureum; item voluit et iussit expendi et distribui circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min. S. Francisci de Bon., si contingat eum mori in civit. Bon., id totum quod iustum et necessarium videbitur circa predicta ... suo heredi ... Actum Bononie ... pp. ... fr. *Guillelmo* Catelano de Ord. Fr. Min. de Bononia, fr. *Iacobo* de Agrestis de dicto Ord., d. Iohanne seu Ianne q. Paze de dicta terra Flandrie, qui asseruit se cognoscere *etc.* ... fr. *Raynerio* q. d. Ugolini de Ghiscileriis ...

Eodem die dictus Iohannes sive Iannes q. Paze procur. constitutus a dicto testatore dep. et consignavit in sacristia Fr. Min. de Bon. dictum test. ... sigillatum sigillo dicti conv. et in manibus fr. *Bonaventure* de Fregnano sacriste dedit et dep., pp. ... fr. *Seraphino* de Crespelano ... Albertus Mathioli not.

37/4169, n. 40. — Orig.

1129. Bononiae, 18 et 19 novembris 1300.

Codicillus.

Cum d. Symon q. d. Zacharie de Venezano ... fecerit test. script. manu mei Michaelis not. infrascr. ... press. codicillis test. predictum obtinere iussit plenissimam firmitatem ... Item reliq. d. Bonissime eius uxori habitationem medietatis domus sue posit. Bon. in via nova Podialis in capella S. Marie Maioris, iuxta ... fr. *Donusdeum* Ord. Penictentum ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Nicholino* strate Maioris sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Blaxio* de Codighellis, fr. *Bonaventura* de Fanano, fr. *Petro* de Chastagnolo, fr. *Henricho* de Perticonibus, fr. *Lambertino* Caffecto de Graydanis, omnibus de Ord. Min. ...

Die sequenti d. Symon ... dictum suum codicill. quod voluit esse secretum ... in sacristia Fr. Min. presentavit et in manibus fr. *Seraffini* de Crespelano sacriste dictorum Fratrum dedit ut ipsum sigillo conv. dictorum Fratrum sigillet et sic sigillatum in dicta sacristia depositum remaneat ... pp. fr. *Pellegrino* de Pollicino, fr. *Cherio* de Castro Britonum et fr. *Francissco* de Chastagnolo, omnibus de Ord. Min. ... Michael Petri specialis not.

37/4169, n. 41. — Orig.

1130. Bononiae, 21 novembris 1300.

Testamentum.

D. Michael q. Petrizoli Bonincuntri ... volens bb. Petri et Pauli limina vixitare ... relliquid p. a. s. xx lib. bon., de quibus dari voluit ... conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. c sol. bon. ... Residuum vero expendi voluit circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. S. Franciscbi de Bon., ad voluntatem commiss. suorum. Commiss. autem suos esse voluit fr. *Tomam* de Ord. Fr. Min. de Bon. eius nepotem ... quibus commiss. dedit plenam licentiam *etc.* ... Item relliquid, de aliis suis bonis ... *Societati S. Marie que congregatur in scolis* Fr. Min. xx sol. bon.; item fr. *Iohanni* de Ymola xx sol. bon.; item fr. *Nicolucio* de Ord. Fr. Min. x sol. bon. ... Item relliq. xx lib. bon. distribuendas ad volunt. commiss. suorum, que consignate fuerunt d. Petrizolo patri ipsius testatoris per quemdam qui commisit dicto d. Petrizolo quod deberet distribuere quando paxadium fieret ultra mare. Item fr. *Tome* eius nepoti de Ord. Fr. Min. lx lib. bon. de parte lxxx lib. bon. tamquam de bonis et hereditate dicti fr. *Tome* dandas et solvendas eidem fr. *Tome*, secundum quod ipse fr. *Thomax* relliquid in suo test. scripto manu Bonincuntri de Boateris not. Item si contingeret quod per conventum Fr. Min. de Bon. vel per alliquem allium conventum dictorum Fratrum, vel ipsorum nomine, peterentur aut exigerentur ab heredibus q. fr. *Boninsegne* l lib. bon. quas dictus fr. *Boninsegna* relliquerat in suo test. fr. *Mateo* eius filio de dicto Ord., quod heredes dicti testatoris teneantur dare et solvere in eo casu hered. dicti fr. *Boninsegne* de bonis suis l lib. bon., et hoc cum idem testator confessus sit retinuisse l lib. bon. de pretio unius domus ... quam predicti heredes q. fr. *Boninsegne* vendiderunt eidem testatori ... In omnibus autem alliis bonis suis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Bonincuntrum q. Cambii de Boateriis sibi hered. instituit, sub hac conditione, quod dictus heres debeat dare fructus et reditus cuiusdam petie terre possit. in curia S. Iohannis Impersexeto, in loco qui dicitur « Ronchi », iuxta *etc.*, dicto fr. *Tome* suo nepoti, vel allii ad suam volunt. dicti fr. *Tome*, donec viserit dictus fr. *Thomax*. Post mortem vero dicti fr. *Tome*, voluit quod dictus suus heres debeat distribuere omnia bona ipsius testatoris, que supererint a legatis supradictis p. a. ipsius testatoris; si vero dictus suus heres non posset aut nollet dictam hereditatem adire, aut se intromitere, tunc substituit illum vel illos, quem vel quos dictus fr. *Thomax* ellegerit et nominaverit ... Item voluit h. eius t. quod voluit esse secretum, sigillari debere sigillo conventus Fr. Min. de Bon. et deponi in sacristia dictorum Fratrum ita quod dicta sua ult. voluntas sic sigillata debeat presentari ... Actum Bononie in *capitulo* dictorum Fratrum Min., pp. fr. *Gerardino* de Mutina, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Azino* de Bononia sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Bernardino* de Cornezano, fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Nicolao* de Guastavilanis, fr. *Iohanne* de Fulianis, fr. *Nicolino* de Bonon. ... Cambius Bonincuntri de Boateris not.

37/4169, n. 43. — Orig.

1131. Bononiae, 22 novembris 1300.

Testamentum.

Gandulfus q. d. La(y)gonis de Gisso ... p. a. s. dari voluit de bonis suis c lib. bon., de quibus ... reliquid eccl. Fr. de Bonon. Ord. Fr. Min. p. m. cant. et orac.

faciendis p. a. eius x lib. bon.; item fr. *Blaxio* de Barbaria Ord. Fr. Min. p. a. s. iv lib. bon. ... Residuum vero expendi voluit p. a. ipsius testatoris prout melius videbitur comiss. suis infrascr. ... Et ad predicta omnia et singula exequenda suos esse voluit comiss. fr. *Blaxium* de Barbaria de Ord. Fr. Min. ... quibus dedit licentiam *etc.* Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Blaxio* de Barbaria, fr. *Bonaventura* de Agrestis Ord. Fr. Min. de Bon., qui dixit *etc.*, fr. *Lamberto* de Fabianis, fr. *Tholomeo* de Arimino, fr. *Bertholomeo* de Mutina, fr. *Matheo* de Faventia, fr. *Michaele* de Castagnolo et fr. *Bonaventura* de Fanano ...

Eodem die testator dedit et presentavit h. s. t. in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacrist. dictorum Fratrum Min. volens illud poni in sacristia dictorum Fratrum Min. et secretum esse et sigillari sigillo dicti conv. seu Guardiani dictorum Fratrum ... pp. fr. *Blaxio* de Barbaria, qui dixit *etc.* ... fr. *Allexandro* de S. Iohanne et fr. *Michaele* de Castagnolo ... qui Fratres sunt de dicto Ord. Fr. Min. de Bononia ... Paulus Venture not.

37/4169, n. 44. — Orig.

1132. Bononiae, 24 novembris 1300.

Testamentum.

D. Albertus q. d. Iohannis Gote ... reliquid de bonis suis p. a. s. l lib. bon., de quibus dari voluit ... fr. *Gandulfino* de Mutina de Ord. Min. xx sol. bon. p. s. n. ... item conventui Fr. Min. xl sol. bon. p. m. cant. ... Residuum vero distribui iussit circa funus et sepult. suam, et ubi melius et utilius visum fuerit infrascr. eius commiss. p. ipsius a., quam quidem suam sepult. sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bonon.; quos quidem eius comissarios esse voluit ... fr. *Gandulfinum* predictum ... quibus et cuilibet eorum in sollidum dedit licentiam *etc.* ... Item iupsit et mandavit dictus testator, quod fides plenaria detur cuidam cedule, que data et consignata fuit dicto fr. *Gandulfino* de Mutina de Ord. Min. per dictum d. Albertum, et scripta manu Antonii eius filii, que cedula est penes dictum fr. *Gandulfinum* ... Et voluit h. t. secretum esse et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et sigillari sigillo conv. vel Guardiani vel Custodis dictorum Fratrum ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Gandulfino* de Mutina presbit., qui dixit *etc.*, fr. *Guidone* de Zapolino, fr. *Bertholomeo* q. d. Raimondi portonario, fr. *Zanilino* de Carpo, fr. *Bonaventura* de Fregnano, fr. *Francisco* de Lana, fr. *Petro* Longo et fr. *Rodulfo* de Agrestis, qui omnes Fratres sunt de Ord. Min. ...

Eodem die testator dep. h. s. t. secretum in sacristia Fr. Min. de Bon. et penes fr. *Bonaventuram* de Fregnano sacrist. dictorum Fratrum et eum sigillari fecit sigillo in dicto test. contento ... pp. fr. *Iohanne* de Alamania et fr. *Lanberto* de Fabianis, qui omnes Fratres sunt de Ord. Min. ... Iacobus Bonavolte de Sedazariis not.

37/4169, n. 45. — Orig.

1133. Bononiae, 25 et 28 novembris 1300.

Testamentum.

D. Bonella f. q. d. Geremie de Saragotia ... reliquid de bonis suis p. a. s. xv lib. bon., de quibus expendi voluit supra funus et sepult. suam et in executione ipsius sepult. id quod fuerit necesse, et si aliquid de dictis xv lib. ab expensis ipsius sepult. re-

manserit, expendatur et distribuatur inter pauperes ad voluntatem commiss. suorum infraser., quam quidem sepult. sibi elegit apud eccl. Fr. Min. civit. Bon. Item reliquid conventui Fratrum predictorum p. m. cant. v lib. bon. ...; item fr. *Blasio* de Barbaria Ord. Min. p. s. n. v lib. bon. ... Ad que omnia et singula exequenda suos commiss. constituit Guardianum Fr. Min. civit. Bonon. qui p. t. fuerit et fr. *Blasium* de Barbaria Ord. Min., dans et concedens ipsis commiss. et cuilibet eorum insolidum plenissimam potestatem *etc.* ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Geremiam et Priorem suos nepotes ... sibi heredes instituit, et si dictam hereditatem nollent, tunc instituit pauperes Christi suos heredes ... quos dictus Guardianus duxerit eligendos ... Actum Bononie in *scola* dictorum Fratrum Min., pp. fr. *Blasio* de Barbaria Ord. Min. sacerdote, se asserente cognoscere dictam testatricem et suum confessorem esse, fr. *Nicolao* Sanguineo, fr. *Guasparino* de Bon., fr. *Pacino*, fr. *Rugerio* de Poetis, fr. *Iohanne* de Imola, fr. *Iacobo* de Roma, fr. *Francisco* sartore et fr. *Bertolomeo* Biriola, omnibus de Ord. Min. ...

Die XXVIII novembris fr. *Blasius* de Barbaria Ord. Min. procur. dicte testatricis presentavit et dep. (h. t.) in sacristia Fr. Min. civit. Bon. fr. *Sarafino* sacrist. dictorum Fratrum faciens ipsum sigillari sigillo conv. dictorum Fratrum more solito secundum formam stat. com. Bon. ... pp. fr. *Iacobo* de Plasencia et fr. *Benedicto* de Favencia ... Petrus Raymondini not.

37/4169, n. 46. — Orig.

1134. Bononiae, 26 novembris 1300.

Testamentum.

D. Manzolus q. Bonazunte hospitator ... volens b. Petri limina visitare pro salute anime sue, reliquid de bonis suis p. a. s. x lib. bon., quas expendi voluit circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. b. Francisci de Bon. Item reliquid de bonis suis conventui Fr. Min. de Bon. v lib. bon. p. m. canend. ... item fr. *Iacobo* de Pozali pro duabus solis xx sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Matheo* de Capironibus de Florencia, fr. *Tholomeo* de Arimeno, fr. *Bonaventura* de Agrestis, fr. *Alberto* de strata Maiori, fr. *Iacobo* de Pozali sacerdote, qui asseruit *etc.*, fr. *Bonaventura* de Fanano, fr. *Thoma* de [1] ... testibus ...

Eodem die testator dep. pres. t. ... fr. *Bonaventure* sacristano conventus Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Leone* de Cremona et fr. *Iohanne* de Ymola ... Michilinus Iacobini Cavaze, not.

37/4169, n. 47. — Orig.

1135. Bononiae, 27 novembris et 9 decembris 1300.

Codicillus.

Vandinus q. Zarli de terra Burgi novi comitatus Bonon. ... reliquid de bonis suis p. a. s. et patris et matris sue conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cellebr. III lib. bon.; item reliquid Fratribus Min. qui stant *in loco d. Pacis terre Casalicli* p. m. cellebr. XL sol. bon. ... item fr. *Iohanni* de Ozano Ord. Min. p. s. n. XX sol. bon. ... Item voluit

[1] Spatium vacuum.

h. s. codicill. esse secretum et sigillari debere sigillo conv. Fr. Min. de Bon. et sic sigillatum debere deponi in sacristia dictorum Fratrum per fr. *Bertolameum* Biriolum Ord. Min., quem nunc suum constituit procur. ad dictam depositionem faciendam. Actum Bononie in *capitulo* Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* de Oczano sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Bonaventura* de Valdeaposa, fr. *Iacobino* de Placencia, fr. *Bertolucio* de strata Maiori, fr. *Michaele* sartore et fr. *Bertolomeo* Biriolo ...

Die IX decembris fr. *Bertolomeus* Biriolus proc. dicti testatoris dedit et dep. press. c. ... in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste conv. Fr. Min. de Bon. custodiend. et salvand. et suo tempore iudici presentandum, dimittendo eosdem in dicta sacristia sigillat. sigillo conv. Fr. Min. de Bon., pp. fr. *Coradino* de Genua et fr. *Bertolomeo* de Mutina ... Naximbene q. Petri Schudarii not.

350/5093, n. 14. — Orig.

1136. Bononiae, 28 et 29 novembris 1300.

Testamentum.

D. Christianus, cui dicitur Guillelmus, f. q. Petri de Nions Lausanen. Dioc. Burgundio hospitator de cap. S. Nicolai de Albaris ... pres. nuncupativum test. et sine scriptis in hunc modum facere procuravit. Quod test. voluit esse secretum et in sacristia Fr. Min. deposit. et sigillatum sigillo ipsius et conv. Fr. Min. ... Reliquid conventui Fr. Min. de Bon. x lib. bon. p. m. cant. p. a. s. et ibi suam elegit sepult. ... Item reliquid fr. *Gandolfino* confessori suo de Ord. Min. III lib. bon.; item fr. *Iacobo* de Pozali de Ord. Min. XL sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Iohanne* de Ugiano, fr. *Rogerio* de Poetis, fr. *Guidone* de Branchaleonis de Roma, fr. *Petro* de Canitulo, fr. *Ugolino* de Castello, fr. *Benedicto* de Faventia, fr. *Thomasutio* de Marchia, fr. *Iacobo* de Pozali, qui aseruit *etc.* et fr. *Dinadano* de burgo S. Felicis, omnes de Ord. Min. ...

Anno predicto testator dep. h. t. in sacristia Fr. Min. et eum tradidit fr. *Bonaventure* de Fanano sacrist. dicti Ord., pp. fr. *Iacobo* de Pozali et fr. *Marcho* de Pola de Ord. Min. ... die penultimo novembris. Matheus Cambii not.

37/4169, n. 48. — Orig.

1137. Bononiae, 29 novembris 1300.

Curatoris creatio.

Accessit Guido f. q. Andree d. Castellani de Andalò adultus coram d. Falacasa iudice nobilis viri d. Guelfi de Cavalcantibus Petestatis Bonon. et petiit sibi dari in curatorem Bonacursium q. d. Gerardi de Rumbolinis, ad interponendum auctoritatem suam, presentiam et consensum compromisso, quod facere intendit in dd. Gallassum de Mangone, Bonefacium de Lauglano et Ubaldinum de Ubaldinis, de omnibus litibus et questionibus, quas habet vel habere potest cum conventu et Fratribus monasterii sive ecclesie S. Francisci Fr. Min. de Bon. seu S. Benedicti de *Planorio* eiusdem Ord. super quibusdam legatis vel fideicommissis vel aliis quibuscumque generibus relictorum, per dictum suum patrem relictis predicto Ord. seu conventui Fr. Min. seu dictis Fratribus S. Benedicti eiusdem Ord. ... Actum Bon. in sala que est iuxta palacium novum com. Bon., pp. ... Iohanninus Iacobini Papazonis de S. Georgio not.

345/5088, n. 87. — Orig.

1138. Bononiae, 30 novembris 1300.

Testamentum.

Ego Raynerius q. Ugolini de Butrio ... relinquo p. a. m. et male ablatis certis et incertis L lib. bon., de quibus dari iubeo ... Fratribus Min. p. m. cantandis x sol. bon. ... item Fratribus Min. de *Ricardina* p. m. cant. v sol. bon.; item fr. *Francisco* de Castagnolo de Ord. Fr. Min. pro una tunica XL sol. bon. ... Reliquos vero iubeo expendi supra funus et sepult. meam ... et alibi ubi melius et utilius visum fuerit comiss. meis quos facio et esse volo Egidiam meam uxorem, fr. *Guidoctum* et Nicholaum fratres mei testatoris ... quibus et cuilibet eorum do et concedo licentiam *etc.* Actum Bononie in *claustro* Fr. Min. et scriptum per me eundem Raynerium not. pp. fr. *Francisco* de Castagnolo, qui asseruit *etc.* ... fr. *Azino* de Bon., fr. *Ugolino* Aygonii, fr. *Iacobo* de Agrestis, fr. *Philipo* de Salerno, fr. *Petrizolo* de Parma, fr. *Bonaventura* de Fanano et fr. *Bertholomeo* portonario de Bon., omnibus de Ord. Fr. Min. ...

Eodem die ego Raynerius testator presentavi et dedi h. t. per me condictum in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste Fr. Min. de Bon., pp. (fr.) *Francisco* de Castagnolo et fr. *Ugolino* q. Aygoni ... Ego idem Raynerius q. Ugolini de Butrio not.

37/4169, n. 49. — Orig.

1139. Bononiae, 1 decembris 1300.

Schedula testamentaria.

Hec est cedula que declarat animum et intentionem ... Petricini q. Aldrevandini de quodam suo testamento deposito in sacristia Fr. Min. de Bon. ... Et h. cedulam vult per suos hered. adimpleri ... et poni in sacristia Fr. Min. sub pena in test. contenta. Actum Bononie in sacristia Fr. Min. et deposita in dicta sacristia per dictum Petricinum penes fr. *Bonaventuram* de Fanano sacrist. dicti Ord. pp. fr. *Nicholino* Ord. Fr. Min., fr. *Dinadam* de Sala Ord. predicti et fr. *Berardo* eiusdem Ord. ... Guido Ugolini de Pecude not.

38/4170, n. 1. — Orig.

1140. Bononiae, 5 decembris 1300.

Donatio causa mortis.

D. Chastellana f. d. Alberti Venture not. et uxor Pellegrini q. Iohannini Sechafeze ... relinquid et donavit causa mortis conventui Fr. Min. de Bon., de dotibus suis, xx sol. bon. p. m. dicendis p. a. s. ... Actum Bononie in *scollis* dictorum Fratrum, pp. fr. *Azino* de Bonon. sacerdote et fratre dicti Ord., asserente *etc.*, fr. *Tranchedino* de Bagno, fr. *Baldeser* de Burgo S. Donini, fr. *Iohanne* de Imola, fr. *Iohanne* Guidonis, fr. *Phillippo* de Marzegonibus, fr. *Bonaventura* de Fanano, fr. *Peregrino* de Principibus et fr. *Mathiolo* de Caldararia, omnibus Fratribus dicti Ord. ...

Eodem die fr. *Philippus* de Marzegonibus Ord. Min. procurat. dicte d. Chastellane dep. hanc donationem causa mortis in sacristia dictorum Fratrum in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste dicti Ord. et in dicta sacristia sigilland. sigillo conv. dictorum Fratrum ... pp. fr. *Peregrino* de Bon. et fr. *Seraphino* de Crespelano ... Iohannes de Bertalia not.

38/4170, n. 2. — Orig.

1141. Bononiae, 7 decembris 1300 et 1 ianuarii 1301.

Codicillus.

Cum hoc sit quod d. Albertus f. q. d. Rolandini Graciani ... fecerit test. script. manu mei Bonagratie not. subscripti ... press. codicill. test. predictum obtinere iussit plenissimam firmitatem salvo ... quod si contingerit aliquam ex personis quibus ipse aliquid reliquid in suo test. premori eidem Alberto, tunc predictam quantitatem relictam tali premortuo dari et distribui iussit per suos comiss. scriptos in predicto suo test. in m. cant. et orac. faciendis p. a. sua et suorum parentum, et aliorum nominatorum in predicto suo test. quod est deposit. in sacristia Fr. Min. de Bon. ... Item d. Bone sue uxori reliq. in godimentum totam massariciam suam et superletilia ipsius Alberti et lectum suum totum cum omnibus pannis et apparatibus spectantibus ad ipsum lectum et omnes pannos suos laneos et lineos ... donec ipsa vixerit et vidualem et honestam victam servaverit; et si aliam victam ellegerit vel si ipsa decesserit, tunc ... predictam massariciam *etc.* voluit dari et distribui p. a. ipsius Alberti et suorum parentum per predictos comiss. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Nicholino* de strata Maiori de Ord. Fr. Min. sacerdote, qui dixit *etc.*, fr. *Blaxio* de Barbaria, fr. *Rodaldo* de Planorio, fr. *Sarafino* de Crespelano, fr. *Bonaventura* de Fanano et fr. *Iacobo* de S. Iohanne in Persiceto de Ord. Fr. Min., omnibus testibus *etc.* ...

Die I ianuarii MCCCI d. Albertus suprascriptus dep. h. s. c. in sacristia Fr. Min. de Bon. in manibus fr. *Bonaventure* sacriste Fr. Min. et voluit illum sigillari sigillo conv. dictorum Fratrum Min. ... pp. fr. *Bertholomeo* Biriolo et fr. *Iohanne* de Ymola ... Bonagratia f. d. Guillelmi de Manzolino not.

38/4170, n. 3. — Orig.

1142. Bononiae, 9 et 10 decembris 1300.

Testamentum.

D. Petrus f. q. fr. *Alberti* Guidonis Elice de Butrio ... voluit test. istud secretum esse, in sacristia Fr. Min. de Bon. deponi et conservari et sigillari sigillo dicti conv. Reliquid de bonis suis p. a. s. L lib. bon., de quibus ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. celebr. XX sol. bon.; item fr. *Iohanni* de Ogiano p. s. n. XL sol. bon.; item fr. *Boniacobo* de Portanova de Ord. Min. p. m. celebr. X sol. bon. ... Residuum vero vult quod expendatur super funus et sepulturam suam, quam sibi elegit apud eccl. S. Francisci, ad sensum et voluntatem commiss. suorum infrascr., ubi melius et utilius videbitur eis p. a. dicti testatoris ... Commiss. autem et executores huius test. esse voluit ... et fr. *Bertholomeum* suum fil. de Ord. Fr. Min. ... dans et concedens dictis suis commiss. plenam et liberam licentiam *etc.* ... Item reliquid fr. *Bertholomeo* suo filio de Ord. Fr. Min. p. s. n. usufructum et reditus de X tornat. terre arrator. posit. in curia Vetrane, in loco qui dicitur « Moradicum », iuxta *etc.*, donec vixerit, et postmodum perveniat heredibus suis ... Actum Bononie ... pp. fr. *Iohanne* de Ogiano presbit. de Ord. Fr. Min., fr. *Boniacobo* de Portanova presbit. de Ord. Fr. Min. ... qui dixerunt *etc.* ...

Die sequenti presentatum fuit t. istud in sacristia Fr. Min. de Bon. et posit. fuit in manibus fr. *Serafini* sacrist. sacristie Fr. Min. de Bon. per fr. *Boniacobum* de Portanova proc. dicti testatoris, pp. fr. *Iacobo* de Podiali et fr. *Iohanne* de Ymola dicti Ord. ... Bonfiglolus q. Anthonii not.

38/4170, n. 4. — Orig.

1143. Bononiae, 10 et 12 decembris 1300.

Testamentum.

D. Malgarita q. Aldrevandini ... intendens vixitare basilica bb. apost. Petri et Pauli ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. male ablatis incertis et p. missis et orat. dicendis x sol. bon. ... Actum Bononie in *domo* Fr. Min., pp. ... fr. *Iohanne* de Ymola Ord. Fr. Min., fr. *Bertholoneo* eiusdem Ord. ...

Die xii decembris fr. *Bertholomeus* portonarius proc. dicte testatricis dep. h. t. in sacristia Fr. Min. et penes fr. *Bonaventuram* sacrist. Fr. Min. ... pp. fr. *Iohanne* de Montepullzano Ord. Fr. Min., fr. *Iohanne* de Ymola et fr. *Sarafino* sacristano ... Guido Ugolini de Pecudibus not.

38/4170, n. 5. — Orig.

1144. Bononiae, 10 decembris 1300.

Testamentum.

D. Guido f. q. Gerardi, qui nunc habitat in terra Pontichli ... intendens bb. apost. Petri et Pauli limina visitare ... reliq. p. a. s. x lib. bon., de quibus dari voluit ... ecclesie S. Francisi Ord. Fr. Min. de Bon. p. m. cant. xx sol. bon.; item fr. *Gandulfino* de Mutina Ord. Fr. Min. de Bon. x sol. bon. in suis necessitatibus convertend. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Gandulfino* de Mutina, qui dixit *etc.*, fr. *Nicolino* de strata Maiore, fr. *Thomaxio* de Pellaciis, fr. *Tranchedino* de Bagno, fr. *Rodulfo* de Tuschis, fr. *Pelegrino* de Principibus, fr. *Iohanne* de S. Isaia, fr. *Albertino* de burgo S. Felicis, omnibus de Ord. Fr. Min. de Bon. ...

Eodem die testator dep. h. s. t. ... sigilatum sigillo conv. Fr. Min. de Bon. in sacristia dictorum Fr. Min. de Bon., in manibus fr. *Bonaventure* de Fanano sacriste dictorum Fratrum, sacriste dicte eccl., qui sacrista dictum test. recepit in eadem sacristia deposit. conservand. et custodiend. et velud debitum fuerit presentandum ... pp. fr. *Nicolino* de strata Maiori et fr. *Gandulfino* de Mutina, Ord. Fr. Min. de Bononia ... Bentevoglus de Canutis not.

38/4170, n. 6. — Orig.

1145. Bononiae, 12 decembris 1300.

Testamentum.

Ego Francisscus q. d. Iacobini de Merolinis ... volens beati Petri et Pauli limina visitare ... p. a. m. reli(n)quo x lib. bon., de quibus dari volo ... fr. *Nicholino* Ord. Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. Reliquos volo expendi ubi utilius visum fuerit comiss. meis, dum tamen non computetur dicta summa circa sepult. meam, quam sepult. mihi elligo apud eccl. b. Francissi de Bon. ubi est archa mea, esto quod in civit.

Bon. decedam ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. fr. *Nicholino* de strata Maiori, fr. *Petro* de Canitulo, fr. *Francissco* de Thebaldis, fr. *Michaele* de Castagnolo, fr. *Lamberto* de Fabianis, fr. *Bonaventura* sacristano, fr. *Iohanne* de Ymola, fr. *Cherio* de Castro Britorum, fr. *Benedicto* de Favencia ...

Eodem die loco et testibus ego Francisscus testator h. t. dep. et presentavi autenticum et publicatum in manibus fr. *Bonaventure* sacrist. dictorum Fratrum custodiendum et salvandum, et prout convenerit presentandum ... Ego Francisscus q. d. Iacobini de Merolinis not. ... h. pres. m. t. scripsi et autenticavi ...

38/4170, n. 7. — Orig.

1146. Bononiae, 13 decembris 1300.

Testamentum.

D. Iacobus f. q. d. Tassi de Castro Episcopi ... volens in suorum peccatorum remissionem limina bb. Petri et Pauli vixitare ... reliquid iure legati illi vel illis qui nominabuntur per fr. *Ugolinum* de Loglano Ord. Min. x lib. bon., quas illicite habuit et recepit ac extorsit tempore guerrarum de terra Montis alti de Fregnano, a quibus vero nesit ... Item reliq. p. a. s. c lib. bon., silicet computatis superius declaratis; de residuo vero dari voluit ... conventui Fr. Min. Bon. p. m. cant. xx sol. bon.; item fr. *Ugolino* de Loglano Ord. Min. xl sol. bon. Residuum vero dari, solvi et distribui iuxit p. a. s. et restitutione male ablatorum incertorum, ubi melius et utilius visum fuerit fr. *Ugolino* predicto ... et Dondolo fratri suo. Ad predicta autem omnia et singula exequenda suos commiss. esse voluit dictos fr. *Ugolinum* ... et Dondolum suum fratrem ... Item Claretam filiam suam sibi hered. i(n)stituit in cl lib. bon. ... volens quod dicta Clareta nubatur ad sensum dictorum commiss. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Min., pp. dicto fr. *Ugolino* de Loglano, fr. *Bonaventura* de Fregnano sacrista Minorum, fr. *Bertolomeo* q. d. Raymundi de Gisso, fr. *Bomiacobo* de Portanova, fr. *Azino* de Bon., omnibus de Ord. Min. ... qui fr. *Ugolino* (*sic*) asseruit *etc.* Hoc quidem t. dictus testator volens esse secretum dep. manu propria et ibidem in sacristia Fr. Min. de Bononia et sigillari (fecit) sigillo conv. dicti. Iacobus de Spiolaris not.

38/4170, n. 8. — Orig.

1147. Bononiae, 20 et 26 decembris 1300.

Testamentum.

D. Simona f. q. d. Foscardi de Foscardis uxor olim d. Ugutionis q. d. Azollini de Tetalaxinis ... intendens ad indulgentiam romanam dirrigere suos gressus ... relliq. p. a. s. ... c lib. bon. sibi rellictas per d. Ugutionem olim suum maritum, de quibus dari voluit ... conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cellebr. iii lib. bon. ... item fr. *Alberto* de Azzis de Ord. Fr. Min. de Bon. xl sol. bon. ... item relliquid et distribuy voluit per infrascr. suos comiss. inter omnes ecclesias civit. Bon., in faciendo dicere m missas, xvi lib. bon. Item fr. *Vizentio* et fr. *Ubaldino* de Foscardis de Ord. Fr. Min., cuillibet eorum v lib. bon. ... Comiss. autem suos et huius test. executores esse voluit et ellegit fr. *Albertum* de Azzis de Ord. Fr. Min. de Bon. et d. Mandinam eius filiam,

dans et concedens dictis suis comiss. liberam potestatem *etc.* ... et si dictus fr. *Albertus* decederet non mandata executioni dicta voluntate, vel non posset, tunc et in eo casu voluit et ellegit esse Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerit ... Test. hoc quamquam nuncupative sine scriptis factum, tamen secretum esse voluit et deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. sigillandum sigillo Prioris vel conv. dictorum Fratrum et conservand. et present. secundum formam stat. ord. et refor. vel provix. com. et pop. Bon. Acta sunt hec Bononie in ecclesia S. Francisci Fr. Min., pp. fr. *Ansaldo* de Butrio de Ord. Min. presbitero, qui asseruit *etc.*, fr. *Iohanne* de Seminibus, fr. *Landulfo* de Cazanimizis, fr. *Iohanne* de Fullianis, fr. *Toma* de Pellaziis, fr. *Iohanne* de Mutina, fr. *Iohanne* de Ymolla et fr. *Zanellino* de Carpo, omnibus de dicto Ord. Fr. Min. ...

Die xxvi decembris fr. *Zanellinus* de Carpo de Ord. Fr. Min. procur. dicte testatricis dep. dictum t. in sacristia Fr. Min. penes fr. *Bonaventuram* de Fanano sacrist. conservand. et sigillandum secundum formam predictam ... pp. fr. *Alberto* de Azis et fr. *Germia* de Porta S. Proculli ... Petrizolus Henregipti de Vandolis not.

38/4170, n. 10. — Orig.

1148. Bononiae, ...

Schedula testamentaria.

Cum hoc esset quod d. Bellinus q. Rolandi fecisset suum test. scriptum manu Guidonis d. Ugolini Raymondini, in quo quidem inter cetera continentur: Item reliquid Guardiano Fr. Min. qui nunc est vel p. t. fuerit, de summa supradicta m lib. bon., d lib. bon. distribuendas et dandas pauperibus Christi prout melius videbitur p. a. dicti testatoris, et illos intelligit et vult esse tantum pauperes Christi quos ipse Guardianus elegerit et nominaverit et nullos alios, de quibus nec sibi nec alicui Fratrum suorum nec conventui possit retinere nec dare ultra summam x lib. bon. Et etiam continetur in ipso eodem test.: Ita quod ususfructus dimidie dicte hereditatis, in qua instituit sibi heredem d. Bertholomeam seu filios eius, pertineat et pervenire debeat ad Guardianum Fr. Min. civit. Bon. qui p. t. fuerit, distribuendus et dandus, pro remedio anime sue, orfanis, pupillis *etc.* et in pias causas, et illi vel illis pauperibus quos ipse Guardianus voluerit et elegerit seu disposuerit et prout et quando voluerit ad voluntatem suam, ita tamen quod de dicto usufructu nec ad Guardianum nec ad aliquem Fratrum suorum vel conventum possit modo aliquo pervenire annuatim, ultra quantitatem c sol. bon., prohibens omnino distributionem aliquo modo ipsius ususfructus pervenire aliquo modo in totum nec in partem ad d. Episcop. Bon. vel ad Fratres Ord. Milicie S. Iohannis *etc.* ... et ita quod dictus ususfructus perveniat et pervenire debeat ad predictum Guardianum post mortem testatoris predicti, distribuendus per eum ut dictum est, donec pars Lambertatiorum seu maior pars dicte partis Lambertatiorum non redibit in civit. Bonon., vel ad mandata com. Bon. Veniente autem seu redeunte ipsa pars (*sic*) Lambertatiorum vel maior pars ipsius partis in civit. Bonon., vel ad mandata com. Bon., ipso iure, ex nunc prout ex tunc, voluit et mandavit dictum usufructum pleno iure redire ad dictam d. Bertholomeam vel eius filios vel nepotes ... et consolidetur ipse ususfructus cum proprietate predicta. Et predictum legatum et usufructum reliquid dictus testator

ipsi d. Guardiano et de eo confidit, quia d. Bertholomea et eius filie sunt familiares Hencii de Foscardis, qui est banitus pro parte Lambertatiorum cum sua familia, et ea de causa ea bona ipsi domine et filiabus aquiri non possunt. Preterea voluit dictus d. Bellinus testator quod presens cedula poni et conservari debeat in sacristia Fr. Min. de Bonon. et quod publica et notoria sit volumptas et intentio ipsius, que talis est: videlicet quod d. Guardianus, qui modo est vel p. t. fuerit, eligat, nominet et disponat in predicto legato et etiam usufructu pauperes Christi d. Bertholomeam et eius filios et success. et ipsi domine perveniant et aplicentur et non aliquibus personis, salvo semper iure d. Guardiani x lib. bon. de legato D lib. bon. et C sol. annuatim de usufructu; cui d. Guardiano placeat sindicum, procur. vel castaldum ad ea bona coligenda, recuperanda, deffendenda, secundum voluntatem d. Bartholomee, vel eius hered. eligere, instituere et ordinare semel et pluries prout oportunum fuerit. Et de predicta intentione noverunt veritatem fr. *Iohaninus* de Portanova confessor testatoris, fr. *Nicholaus* de Guastavillanis, fr. *Petrus* de Lana, fr. *Bolognitus* cantor, fr. *Vincentius* de Foscardis et plures alii ...

335/5078, n. 67. — Orig. non authent. In dorso « Intentio testamenti d. Bilini de Pecudibus ».

1149. Bononiae, ...

Libellus quo supplicatur ut quaedam iura examinentur.

R. P. V. cum debita reverentia significatur pro parte conventus Fr. Pred. et conventus Fr. Min. civit. Bon. et Thome q. Pauli de Tenchararis Bon. quod d. Zohannen, olim episcopus Avinoensis, in suo test. inter cetera disposuit et reliquid ecclesie Avinoensi, idest episcopis Avinoensibus eius successoribus, podere quod habebat in territorio Saliceti Bon. dioces. et aliud podere quod habebat iuxta Sapinam in dicta diocesi, iuxta suos cofines, hoc modo et conditione, quod episcopus quicumque p. t. fuerit successor in dicta ecclesia elligat tres de chanonicis ipsius eccl. et duos clericos seculares de civitate, et duos clericos seculares de Castro Novarum, et unum de aliis castris ecclesie supradicte ... quos destinet Bonon. ad studendum. Quorum quilibet habere debeat quolibet anno pro expensis studii XXIV lib. ex reditibus percipiendis ex dictis poderibus, quorum quilibet stare possit V annis ad plus in dicto studio, et finito tempore primorum destinatorum, loco ipsorum alios subrogare, et sic successive; et si contingeret eum negligentem esse in scolaribus ad studium transmittendis, voluit quod dicta poderia veniant sine diminutione ad eccl. S. Michaelis de Buscho de Bon., que ecclesia teneretur providere VIII scolaribus pauperibus de Avinione vel episcopatus ipsius etc.; et si illi de eccl. S. Michaelis fuerint negligentes, perveniant dicta poderia ad Capitulum Avinoensis ecclesie, quod Capitulum teneatur providere VIII scolaribus, sicut supra dictum est de Episcopo. Si autem omnino deficeret studium Bonon., voluit quod episcopus Avinoensis vendat dicta poderia, et precium convertat in emptione aliarum possessionum in episcopatu Avinoensi, de quibus providere debeat VIII scolaribus, ut dictum est, studentibus in alio studio generali. Et si omnes fuerint negligentes et remissi, voluit quod dicta poderia vendantur per dictos suos comissarios et pretium distribuatur per pauperes Christi ubi eis visum fuerit melius expendend., quos comiss. esse voluit Priorem Fr. Pred. convent. Bon. et Guardianum Fr. Min. conv. dicte civit. qui p. t. fuerint et Priorem S. Mi-

chaelis de Buscho, volens quod si aliquis eorum predictis intendere et superesse non possent, alii duo nichilominus exequantur. Quod testamentum factum fuit anno nativitatis Domini MCCLVII ind. XV die X intrante febr. et scriptum manu Ysnardi Boniohannini Pizolpili not.

Post hec prefatus Episcopus suos fecit codicillos eiusdem not. manu scriptos in MCCLVII die IX exeunte mense februario, in quibus inter cetera, infrascripta disposuit post hec verba: Item cum dixerit dictus Episcopus in suo test. « quod ... si omnes predicti invenirentur negligentes comissarii venderent ipsas possessiones et precium distribuerent inter pauperes »; dictorum negligentiam determinavit ipse Episcopus per comiss. suos debere reputari si Episcopus steterit per annum quod non teneat scolares in studio Bon. et tot quot ipse testator instituit. Idem dixit de S. Michaele de Buscho et illud idem de Capitulo Avinoensi, ut quicumque per annum steterit quod non tenuerit scolares tot quot ordinavit testator vel ad minus sex, negligens habeatur, et possint comiss. procedere ad distrahendum poderia et distrib. pretium inter pauperes, ut dictum est.

Deinde cum casus sive conditio evenerit vendendi dicta poderia et precium distrib. secundum formam dicti test. et codicillorum predictorum, quia illis temporibus studium defecit Bon. sed maxime quia prefati Episcopi successores sui, et conventus Fratrum de Buscho, et denique Capitulum Avinoense successive negligentes fuerunt in elligendis, transmittendis ac tenendis dictis scolaribus Bon. ad studendum, nedum per annum, sed etiam pel plures annos antequam studium deficeret in civit. Bon., quod postea recuperatum fuit, prefati comiss. volentes exequi testatoris voluntatem, scilicet dicti Prior Pred. et Guardianus Min., cum alius comiss. predictis intendere non posset exequendo predicta, habito tamen prius conscilio in scriptis plurium prudentum virorum iurisperitorum civit. Bon. ... vendiderunt tamquam comissarii dicta poderia Paulo de Tenchárariis patri dicti Thome bona fide pro precio DCCC lib. bon., quod tunc comune precium videbatur, ipsumque precium receperunt distribuendum inter pauperes ... Que venditio, consideratis predictis, creditur processisse de iure, et conventus predictos in aliquem eventum, sive de iure processerit sive non, non teneri de predictis reddere rationem, cum nichil ipsorum nomine gestum fuerit, nec ad eos dictum precium pervenerit, nec sint vel fuerint dictorum poderiorum aliquo tempore possessores; prefatos tamen venditores, qui comiss. fuerint, si viverent, non negatur teneri de predictis reddere rationem, si distributio precii facta non fuisset. Ipse autem Thomas videtur eciam non teneri, cum bona fide emerit pater eius, et longo tempore possiderit ... et precium solverit ... Dicentes eciam, cum reverentia tamen, quod obicitur de deposito alias facto per conventus de quantitate DCCC lib., occasione predicta non obstante, quia non fuit factum dictum depositum per comissarios, qui iam erant mortui, et precium dum viverent distribuerant auctoritate dicti testamenti, nec etiam factum fuit tamquam de precio ad eos pervento, sed solum factum fuit propter evitandos quosdam processus, ex quibus dicti conventus, cum reverentia tamen facientium, indebite gravabantur occasione predicta, qui velle procedere videbantur ad interdicendum eosdem, nisi fieret depositum supradictum, ut ipso deposito facto de iure excusatione et defensione ipsorum conventuum plenius videretur, nichilominus ab eorum processibus ad sanctissimum Patrem nostrum d. Papam, pro parte dictorum conventuum, extitit appellatum.

Quare suplicatur humiliter P. V. predicte pro parte dictorum conventuum, et Thome predicti, quatenus dignetur V. P. de vestra solita clementia et benignitate, per auditores vestros, vel alios, examinari facere iura predicta, et non pati quod ipsi, vel alter eorum, ex predictis indebite agraventur.

346/5089, n. 60. — Exempl. In marg. superiori « Iura Collegii Avinionensis instituti a reverendissimo d. Zohene de Tencharariis nobil. Bonon., episcop. civit. et dioc. Avinion. in Gallia, in civit. Bonon. ». = Sarti, p. 182, 183, ed. sub anno 1257 (a die 10 februarii ad 20 eiusdem) sed falso, ut ex contextu apparet. Cf. n. 68.

1150. Bononiae, ...

Elenchus legatorum et expensarum.

Infrascripta sunt legata q. d. Thomaxine uxoris q. d. Mediglaltri de Riziis ... Reliquid ... item conventui Fr. Min. de Bononia pro missis XII lib. bon. ... item fr. *Naximbeni* de burgo Peradelli XL sol. bon. ... item fr. *Alberto* de Aczis XX sol.; item fr. *Francisco* de Allerariis XX sol. ... Item expenderunt occasione funeris V lib., XVI sol., II den.; item in stamegna XIII sol.; item pro psalterio legendo II sol.; item pro septimis III sol.; item pro duobus corb. panis pro septimis XXXXV sol.; item in piscibus pro septimis L sol.; item in duobus corb. vini pro septimis XXIV sol.; item illis qui portaverunt panem et vinum XV den. ... Predicta legata fuerunt soluta ...

218/4350, n. 56. — Orig. non authent.

1151. Bononiae, ...

Particula testamenti.

Reperiuntur in test. d.ⁱ Alberti d. Oddofredi legum doctoris, script. manu Andree q. Petrizoli de Badalo not., quod test. est depositum in sacristia Fr. Predic. eccl. S. Dominizi de Bon. in armario dictorum Fratrum et sigillatum sigillo conv. dictorum Fratrum, infrascripta legata inter allia in hunc modum: Item reliq. dictus d. Albertus i. l. conventui Fr. Predic. de Bon. D lib. bon., et vult quod de predictis D lib. bon. fiat una truna desuper et supra voltas altare (*sic*) S. Iacobi et S. Laurentii in eccl. S. Dominici et ibi fiant duo altaria unum ad honorem B. Mathey apost. et alter ad honorem B. Katherine ut ibi perpetuo cellebrentur misse p. a. s. ... Item reliq. i. l. conv. Fr. Min. de Bon. D lib. bon., et mandat quod de dictis D lib. bon. debeant fieri in eccl. Fr. Min. iuxta *altare S. Clare* tria altaria, primum altare ad honorem *B. Petri apost.*, secundum altare ad honorem *B. Pauli apost.*, tertium altare ad honorem *B. Iohannis Evangeliste*, et ibi perpetuo cellebrentur misse p. a. s. et patris sui d. Oddofredi et matris sue et fillie et omnium alliorum suorum mortuorum. Item reliquid pro paramentis altariorum predicto conv. Fr. Predic. C lib. bon. et conv. Fr. Min. allias C lib. bon. Et si dicti Fr. Predic. vel Fr. Min. dicta altaria et opera supradicta facere recusarent, tunc facere recusantibus suprascripta adhimit et chassat in totum predicta legata. Et precipit et mandat quod dicta [...] et altaria debeant fieri infra annum a die mortis ipsius d. Alberti. Ego Petrizolus q. d. Iohannini Henrize not. ... ut in dicto test. predicti d. Alberti inveni, fideliter exempl. et scripsi.

218/4350. n. 12. — Exempl. = Cf. n. 850.

1152. Pictavii, ...

Fratres Minores Pictavienses supplicant Summo Pontifici ut quidam locus eorum procuratori vendatur ad proprium locum ampliandum [1].

Significant S. V. Gardianus et Fratres Min. Pictav. quod locus ipsorum loco Saccitarum adeo est vicinus quod per quandam viam vix septem passuum in latitudine ab invicem separantur, ita quod Saccite celebrantes, etiam submissa voce, divina de loco Fr. Min. intelligibiliter audiuntur. Cum autem in predicto loco Saccitarum perpauci Fratres remanserint, ac locum ipsum etiam absque Fratre frequenter dimittant sub custodia seculari, dictusque locus Fr. Min. artus quamplurimum, non nisi per locum ipsum valeat ampliari; supplicant dicti Fratres Min. ut locum ipsum, ad predicti loci sui dilatationem deputandum, cum illum Fratres dicti loci per mortem vel alias deseruerint, et ipsum in dispositione apostolice Sedis contigerit remanere, sibi de benignitate apostolica concedentes alicui discreto scribere dignemini ut, prius competenti pretio eiusdem loci iuxta proborum virorum arbitrium estimato, locum ipsum pro eodem pretio, auctoritate vestra vendat procuratori Fratrum Min. predictorum, Sedi apostolice, cum iidem possessionem dicti loci nomine Romane Ecclesie adepti fuerint, persolvendo et convertendo iuxta, providentiam eiusdem Sedis, in subsidium Terre Sancte.

218/4350, n. 87. — Exempl. In dorso « Peticiones Pict. ».

1153. Bononiae, ...

Legatorum elenchus.

Hoc est debitum testamenti d. [...] Iacobi Alberti Ursi ... Item laborerio ecclesie Fr. Min. LXXXV lib. bon., quas debent expendi in uno altari et paramento et libris dicti altaris [...] et calix argentei (*sic*) [...] pro divino officio celeb. Item conventui Fr. Min. LXXXV lib. bon. Item *Sororibus S. Francisci* LXXXV lib. bon. Item Sororibus de la Puglola ... item Sororibus de Verona ... cuilibet predictarum C sol. bon. ... Item fr. *Lanbertino* XXV lib. bon. ... Summa sepulture, septime et trigesime et centesime et arche est CLXXXVIII lib. et III sol. et VI bon. ...

218/4350, n. 89. — Orig.

1154. Bononiae, ...

Schedula declarativa.

Quamvis varia et diversa inveniantur tam in testamento fr. *Ieremie* facto per manum Bonaventure not. quam eciam in instrumento factum per eundem not. Zanino servienti Fratrum et procuratori Eccl. Romane, ista tamen est vera et certa dispositio, distributio et ordinatio omnium suorum bonorum et eciam ultima voluntas et firmum propositum quam et quod ipse dixit, voluit et firmavit coram d. Dominico de Poetis, fr. *Mar-*

[1] Huic supplicationi respondere videtur Bulla, quam habes apud Wadd. *Ann.* V², 525 et ap. BF IV, p. 77, sub die 1 iunii 1289; quamvis ea Bulla ampliorem supplicationem supponat. Igitur documentum nostrum ponendum est ante mensem iunii 1289.

chisino lectori, fr. *Iohanni* de Ozano Guardiano et fr. *Francischo* de Schiva executioni et effectui indubitanter demandari, et hec omnia supradicta sunt aperta, declarata et manifestata Ministro, Custodi, Guardiano, fr. *Raynerio* et pluribus aliis Fratribus. In primis disposuit et ordinavit, quod conventus Bononie habeat et debeat habere DCC lib. bon. p. a. s. Item fr. *Raynerius* c lib. bon. pro una biblia emenda, pro quibus denariis habendis et solvendis dixit et voluit quod de bonis suis vendantur usque ad predictam quantitatem habitam et solutam. Item ordinavit et disposuit quod possessiones sue tandiu teneantur post solutionem illarum DCCC lib., quamdiu habeantur de fructibus dictarum possessionum D lib. bon., de quibus CCC lib. voluit dari loco *Caldararie* sub hac intentione, ut duo Fratres ibi teneantur supra numerum consuetum, scilicet XIIII Fratrum. Item voluit et ordinavit quod alie CC lib. resignentur sibi, expendende sua voluntate et suo arbitrio ubi ei placuerit. Istis solutionibus sic factis et expeditis, voluit, ordinavit, disposuit et ei placuit quod d. Margarita uxor q. d. Grimaldini de Castello habeat et habere debeat omnia alia sua bona mobilia et inmobilia habita vel habitura in vita sua, donec vidualiter visserit cum filiis vel sine filiis; post finem vero vite sue Iacobo et Taviano filiis suis relinquat bona omnia sibi sic concessa, que sunt omnes domus que sunt in civit. Bon., excepta una domo que fuit Manfredini, quam ipse reliquit d. Zullite sorori sue in vita sua, post mortem vero ipsius d. Zullete debeat pervenire ad d. Margaritam vel ad suos heredes. Item omnes possessiones et iura quas et que habet in terra Casalecli. Item omnes possessiones et iura quas et que habet aput S. Benedictum et aput Galeriam et Asiliam, et in omni loco plani et districtu Bon. Supradicta omnia bona reliquit fr. *Ieremias* dicte d. Margarite sub hac condictione, quod non vult aliqua ratione vel modo quod domus omnes et casamenta que sunt Bon. et eciam omnes domus et possessiones que sunt in curia S. Benedicti et Maximatici, possint vendi pignorari vel alienari, sed uno heredum idest nepotum suorum moriente vel decedente sine filiis masculis legitimis, iungatur vel remaneat alteri; quod si contigeret anbos decedere sine masculis legitimis, possint et debeant relinquere et testari illis de domo et progenie sua, Iacobo et Rolandino fratribus, Nicholao de Scappis et Ugolino Miliacio, solum istis et non aliis, omnibus et cuilibet eorum sicut eis videbitur et placuerit ad voluntatem eorum.

218/4350, n. 93. — Orig. non authent. = Cf. n. 351.

1155. Bononiae, ...

Statutum pro festivitatibus b. Dominici et b. Francisci [1].

Reperitur in undecimo libro stat. communis Bon. sub rubr. *De ellemossinis* infrascripta pars stat. in hunc modum.

Item dicimus quod d. Potestas, Capitaneus, Anziani et Consules et Officiales communis Bonon. teneantur et debeant personaliter ire ad infrascriptas festivitates cum cereis et baldachinis, videlicet ad festum B. Dominici de mense augusti et ad ecclesiam et conventum Fratrum Pred., pro qua festivitate facienda singulis annis expendantur per comun. Bon. C lib. bon., quas quilibet massarius et depositarius communis Bonon. qui p. t. fuerit, possit, teneatur et debeat solvere dictis Fratribus et conventui seu

[1] Hoc stat. reperitur in dicto libro undecimo, sub anno 1289, rubr. VIII.

syndico ipsorum. Item in omnibus et per omnia fiat in festivitate B. Francisci et ecclesie et conventui Fratrum Min., que fit de mense octubris *etc.* Ego Bertholomeus Bernardini de Bambaglolis not. exempl. et scripsi.

346/5089, n. 61. — Exempl.

1156. Bononiae, ...

Consultum circa male ablata incerta Fratribus Min. relicta.

In Christi nomine, amen. Super infrascripta questione qua queritur utrum d. Generalis Minister et alii Provinciarum Ministri, Custodes, Guardiani et Fratres Ord. Fr. Min. possint male ablata vel alia inlicite aquisita ab executoribus decedentium eis exhibita recipere et que eorum dispositioni comituntur a quibuscumque de supradictis relictis, distribuere et disponere pro eorum libito voluntatis, Episcoporum vel aliorum Prelatorum contradictione qualibet non obstante, maxime cum dicti Fratres et Ordo obtineant a Sede apostolica inter cetera quod, non obstante quod a Sede apostolica sit indultum Magistro et Fratribus domus Milicie Templi et quibusdam aliis ecclesiarum Prelatis quod posint de male ablatis incertis et aliis quocumque modo inlicite aquisitis, si inveniri non possint quibus sit restitutio facienda, quidquid ab ipsis fidelibus in ultima voluntate relinquitur, etiam si in pios usus relinquantur usque ad certam summam apostolice Sedis auctoritate recipere; eis sibi super h[...] executoribus depputatis, poscint predicti Fratres et Ordo ea que de predictis male ablatis incertis vel aliter inlicite aquisitis ipsi Ord. relinquuntur et Fratribus vel ab executoribus decedentium exhibentur libere recipere et habere, et quod ipsi executores de predictis possint eisdem Fratribus providere, non obstante contradictione aliqua Prelatorum; item ea que eorum dispositioni comituntur de omnibus male ablatis incertis ordinare ac disponere libere valeant auctoritate Sedis apostolice prelibate, consilium dd. Pauli Lazarini magistri Iacobi SS. Victoris (et) Iohannis in Monte canonici decretorum doctoris et Bonaventure mastri Spinelli clerici iuris periti, Christi nomine invocato, tale est: quod visis et diligenter inspectis privillegiis prelibatis et iur[...] predictis privilegiis consonantibus revolutis, predicti dd. Minister, Custos, Guardianus et Fratres vel Ordo predictus possint dicta male ablata incerta vel aliter inlicite aquisita ab executoribus decedentium eis exhibita libere recipere, et ea que eorum dispositioni comituntur a quibuscumque de supradictis distribuere et disponere pro eorum libito voluntatis, Episcoporum vel aliorum Prelatorum contradictione qualibet non obstante. Et ut presens consilium sit cunctis publicum et apertum et ne ubi dubitandum est amplius dubitetur, illud voluerunt sigillorum suorum munimine roborari.

346/5089, n. 25. — Orig. Desunt taeniolae perg. et sigilla. In dorso « Consilium doctorum datum de incertis ».

1157. Bononiae, ...

Causae quae pro conventu (Fr. Min. Bon.?) occasione quorumdam testamentorum apud Episcopum actitantur.

Questi èno i piadi ch' à Iachomo de Mascharone per lo chonvento in lo veschovado. De madona Tomagina da Riosti [...] dal chodicillo di Nadano de Piatixi e dal [...] testamento [...] di Gharexendi de dona Grixa Ghonella e a [...] pro del testamento,

fra *Federigho* da le stadere di Fra' de Penetenzia. Bondì da l'olio e dal chagio de' respondere de questo testamento.

Iachomo de Mascharone si à una charta che dige in lui che ser Nicholò di Gixileri lasiò in so testamento scrito per mane [1] lib. v per mese madona Chastelana soa muliere e soa chomesaria. Si à promisi de dare quisti dinari in mezo aghosto.

Ser Guido de Tebaldo mercadre (*sic*) de la chapela de san Bertolo de porta Ravignana fe' testamento bono, e felo ser Iachomino de Rolando de Benvignone in MCCLXXXXIIII.

Marcho da Molio si de' avere da ser Vanchondeo, che vende lò vino, per chagone del testamento de Bonafante XXVI lib.; la charta dige in marcho.

Dona Biatrixia [...] de Bologneto d' Argele e foe muliere de Bencevene de Spinello de la chapella de santa Ixaia C[...]rloto de Bonaparte fe' 'l testamento, lasiò per messe XV lib.

27/4159, n. 28. — Orig. non auth.

1158. Bononiae, ... 130..

Interlocutio.

In Christi nomine. Amen. Nos Iacobus d. Benvenuti de Santis iudex, Bertholomeus q. d. Guidonis de Bonromeis iudex press. pro com. Bon. officio causarum novarum ad dischum Griffonis cognitores infrascripte peticionis coram [nobis] porecte, cuius peticionis tenor talis est:

Coram vobis dd. press. officialibus press. ad causas novas ad dischum Griffonis pro com. Bon. dicit et proponit Marchus q. Alberti Benasai syndicus et procurator Ecclesie Romane, Guardiani, fr. *Iohannini* de Portanova Ord. Fr. Min., capituli et conventus Fr. Min. de Bon., syndicario et procuratorio nomine omnium ipsorum, quod d. Bona f. q. d. Aldrevandini Bonalberti de capella S. Ysaie fecit testamentum scriptum manu Naximbenis Petri Scudarii not. In quo quidem test. legavit p. a. s. XLVII lib. bon. quibusdam locis piis et religiosis et etiam aliis quibusdam personis religiosis, ecclesiasticis et secularibus, expend. et distribuend. inter ipsas personas [...par]ticulariter secundum quod ipsa d. Bona declaravit in suo test.; et ad predicta omnia exequenda que in ipso test. continentur ellegit et fecit suos comiss. Guardianum conv. Fr. Min. de Bon. qui p. t. esset et fr. *Iohanninum* de Portanova eiusdem Ord., quibus comiss. et cuilibet eorum dedit plenam et liberam potestatem et generale mandatum vendendi, alienandi et obligandi de bonis ipsius d. Bone testatricis usque ad integram satisfacionem omnium predictorum legatorum in predicto test. contemptorum. Dicit etiam et proponit quod dicta d. Bona testatrix in dicto suo test. instituit sibi heredes d. Benvenutam et d. Dolzem suas filias in omnibus bonis suis equis porcionibus. Proponit etiam et dicit quod predicte dd. heredes cessant et cessaverunt per annum et ultra solvere legata in dicto test. contempta predictis locis piis et aliis personis. Quare petit ipse Marchus syndic. et procur., nomine quo supra, predictas dd. heredes cogi et condempnari debere ad dictam quantit. XLVII lib. bon. dandam et solvendam eidem Marcho et ad expensas factas et faciendas, de quibus protestatur, petens predicta ex dictis iur. et causis et omni alio iure, modo et causa quibus melius petere potest.

[1] Spatium vacuum.

Cytati vero legitime heredes q. dicte d. Bone ad domos habitationis eorum et non [...]parentes ipsi nec aliquis pro eis respondere peticioni predicte, et prestito sacramento chalumpnie dicto d. Marcho, et super predictis omnibus et singulis habita plena et solempni deliberacione, Dei nomine invocato, a[...]i et comunis Bon. interloquendo pronunc. dictum d. Marchum vel suum procuratorem ab eo constituendum fore mitendum in possess. bonorum hered. q. d. Bone [...] valeat quantitates in dicta peticione petitas et expensas secundum formam sue peticionis, primo mobil., secundo inmobil., tercio [nominum, salv]o iure omnium.

[...] nunc. fuit dicta [...]a per dictos dominos pro tribunali sedentes in pallacio veteri com. Bon. ad dischum Griffonis sub anno Domini millesimo tricentesimo [...]a die vigesimo [...]br., pres. dicto d. Marcho et pp. Gregorio de Pre [...]delis not. et Paulo Iacobi Pizani tt. voc. et rogat.

[...] februarii. Dicti domini preceperunt et comiserunt Iacobo Albertonis nuncio com. Bon. quod vadat, cytet et requirat hodie pro hodie heredes q. d. Bone predicte, quod veniant coram dictis dominis de discho Griffonis ad defendendum syntenciam interlocutoriam contra eos latam, et tenutam ex ea dandam ad petic. predicti d. Marchi.

Eodem die. Retulit dictus nuncius se exequendo formam dicti precepti cytasse et non invenisse predictos hered. ad domos habitationis eorum hodie pro hodie, ut venire debeant coram dictis dominis de discho Griffonis ad defendendum *etc.* (*ut supra*).

Die xxvi februarii. Dicti domini preceperunt Iohanni Ugolini de Policino nuncio com. Bon. quod vadat et det tenutam dicto d. Marcho vel Petro Ugolini suo procur. de bonis hered. predictorum q. dicte d. Bone, de tanto quod valeat quantit. in dicta sua peticione petitas et expensas secundum formam dicte sue petic., primo mobill., secundo inmobill., tercio nominum, salvo iure omnium, et hoc ad peticionem dicti Marchi.

Die xxvi mensis aprilis. Retulit dictus nuncius se de mandato dictorum dominorum, exequendo formam dicti precepti, dedisse tenutam Petro Ugolini predicto procur. dicti Marchi ex primo decreto, de bonis hered. predicte d. Bone, scilicet de quadam pecia terre laboratorie viiii tornat. vel id circha posit. in curia Bagni, in loco dicto « La valle », in contrata que dicitur « da le Fornaxe », iuxta *etc.* ... quam tenutam retulit dedisse die xxv aprilis Petro Ugolini predicto, pp. Bernardino Bellicti et Ioanne Ferarixii tt. Et hoc ad peticionem dicti d. Marchi, et hoc quia de bonis mobilibus invenire non potuit. Paulus q. Iohannini de Laude not.

335/5078, n. 122. — Orig. In dorso « Sentencia interlocutoria pro Fratribus Min. in bonis d. Bone ».

ARCHIVA

ALIORUM CONVENTUUM ET MONASTER. BON.

(In sectione « *Demaniale* » Tabularii publici Bononiensis).

1159. Bononiae, 25 ianuarii 1231.

Venditio.

Iohannes, qui dicitur Zirbinus, et d. Bonora eius filia dederunt et vendiderunt d. Belimplane uxori Ramberti Buvalelli domum unam cum solo et edificio et curia et orto et edificio post ipsam posita et situm, posit. in guaita S. Viti in parochia S. Iohannis in Monte ... pro precio XXXVII lib. bon. ... Actum fuit in dicta domo ... Testes ad hoc rogati fuerunt ... fr. *Lanbertus* de Artinisiis ... Raynerius de Corvara not.

Arch. S. Ioannis in Monte, 13/1353, n. 30. — Orig.

1160. Bononiae, 11 martii 1231.

Donatio soli pro ecclesia et monasterio Sororum S. Clarae Bononiae construendis.

D. Iacobus Pizolus f. q. Guarini de Clarinbaldo de strata Castillone, p. a. s. et in remissionem suorum peccatorum, dedit et tradidit d. Henrico Bonon. episcopo recipienti ad honorem Dei et ecclesie et monasterii edifficandorum et construendorum in eodem loco in honorem B. Francischi et Virginis Marie et aliorum Sanctorum, V tornat. et dimidiam de pecia terre vineate quam comparavit a d. Gerardo Guidonis Vicecomitis, qui fuit de Castro Brittonum, ut continetur in carta scripta manu Rainerii not., sub extimatione CC lib. bon. ipsarum V tornat. et dimidie, ut in ecclesia, que ibidem construetur, ponatur *collegium mulierum que vivere debeant secundum Ordinem et regulam Monialium inclusarum apud S. Damianum de Assisio.* Que terra [...] posita prope civit. Bonon. in strata S. Stephani a latere superiori inter circlam civitatis et fossam cavali[nam], que tota pecia tales habet fines: ab uno latere est androna vicinalis, ab alio latere poss. Aldrevandinus de Bocca de Furno, ab alio est ramus navigii Savine, a quarto idem d. Iacobus; que petia terra est maioris quantitatis, et superfluum sibi retinet, constituens se possidere nomine ipsius d. Episcopi pro predictis ecclesia et monasterio construendis in dicto loco, donec eius corporalem possessionem fuerit adeptus, quam intrandi sua auctoritate ei licentiam prebuit. Et promisit per se suosque heredes imperpetuum ei recipienti ad honorem Dei pro predictis ecclesia et monasterio dictam terram defendere et auctorizare et non contravenire sub pena dupli ipsius possessionis et impensarum refectione, et pena soluta, predictis stare promisit. Et insuper per se suosque heredes ipsi d. Epi-

scopo remisit et renuntiavit pro predictis eccl. et monast. omne ius patronatus quod sibi et suis heredibus competere posset in predicta ecclesia et monasterio, ita quod ipse vel suus heres nullum ius patronatus in eis habeat vel habere possit seu vendicare, nec aliquod ius in eis petere vel habere propter dictam dationem vel concessionem.

Hec vero sunt acta Bononie in palatio d. Episcopi sub anno Domini MCCXXXI, die XI intrante martio, indictione quarta, pp. d. Tancredo archid. et presbitero Alberto Sancto, mag. Zoen et d. Guidone de Bagnolo, presbit. Restauro et d. Ianbono iudice d. Episcopi et d. Yvano et fr. *Lanberto* de Artinisiis atque presbit. Ravignano et aliis pluribus testibus ad hoc rogatis.

Supradicta die et loco et eisdem testibus presentibus, d. Henricus Dei gratia Bonon. episcopus dedit et concessit primarium lapidem benedictum fr. *Lanberto* de Artinisiis recipienti pro se et Bonora sua uxore, d. Iacobo Pizolo supradicto et Lambertutio f. q. Lanberti de Buvalello ad edifficandam ecclesiam et monasterium ad honorem Dei et B. Francischi et Bonon. ecclesie prope stratam S. Stephani a latere superiori inter circham civitatis et fossam Cavalinam, ad ponendum et permanendum in eadem ecclesia et monasterio *collegium feminarum que vivant illuc secundum Ordinem et regulam Monialium inclusarum S. Damiani de Assisio,* in claustro et in omnibus aliis, ita quod salvum sit ius episcopale Bonon. ecclesie in dicta ecclesia et monasterio in omnibus et per omnia, et subdita sit ipso episcopo et Bonon. ecclesie sicut cetere conventuales ecclesie eiusdem civit. et dioc. que subsunt, ita quod [... nu]llum capitulum in dicta regula positum iuri Bonon. ecclesie aliquod preiudicium generetur [1]. Qui receptores protestati [...] et dixerunt in receptione ipsius lapidis, quod nolebant construere vel facere ipsam eccl. vel monasterium suis expensis [...] mitterent aliquid quia nollent vel non possent seu negligerent, nolunt esse transgressores, quod substinuit [...]nus Episcopus. Bonaguida Angelerii not.

Arch. monast. Monial. SS. Naboris et Felicis, 1/5696, n. 4 et 4bis. — Orig. dupl. In dorso n. 4 « Donaxone de terra là o' se hedifichò lo monistero de S. Cara da Bologna »; n. 4bis « Donaxone fata per miser Iacomo de Pizolo de tera là o' è posto lo monistero de le done de S. Chiara ».

1161. Bononiae, 22 augusti 1232.

Testamentum.

D. Guido Petri Coradi sic suum per nuncupationem fecit testamentum. Primo quidem p. a. s. reliquid CC lib. bon., ex quibus ... *ecclesie S. Francischi* [2] *in laborerio ecclesie* XX sol. ... Fratribus Minoribus XX sol.; eccl. S. Nicholai Ord. Predic. XX sol. bon. ... In Bononia in strata S. Stephani in domo testatoris ... Finamore Petri de S. Rophyllo not.

Arch. S. Michaelis, vulgo « in Bosco », 2/2174, n. 29. — Orig.

1162. Bononiae, 8 maii 1233.

Testamentum.

Berufaldus piscator de via medii ... p. a. s. ex suis bonis reliquit CL lib. bon., ex quibus ... *ecclesie S. Marie* [3] *Fr. Min. Bon.* reliquit XX sol. bon. ...; ecclesie S. Marie de Umiliatis reliquit X sol. bon. ... Actum Bononie in domo dicti testatoris, pp. ... Michael q. Iohannis de S. Georgio not.

Arch. S. Michaelis, vulgo « in Bosco », 2/2174, n. 32. — Orig.

[1] Quod sequitur deest in n. 4bis. [2] Locus Sororum S. Clarae Bononiae. [3] Apud quam Fratres Minores Bonon. primum morabantur.

1163. Bononiae, 29 iulii 1233 [1].

Testamentum.

Ego quidem Iohannes Blanchus de Pollicino, qui moror importa de Castello ... p. a. m. CCLXXX lib. bon. ex meis bonis relinquo, ex quibus ... dari volo *laborerio ecclesie* Fr. Min. III lib. bon. ... eccl. S. Marie de Montixello V sol. bon., *ecclesie S. Francissci* V sol. bon. ... Actum Bononie in domo dicti testatoris ... Lutaglutius not.

Arch. S. Michaelis, vulgo « in Bosco », 2/2174, n. 33. — Orig.

1164. Anagniae, 30 iulii 1233.

Confirmatur exemptio a iurisdictione episcopali.

Gregorius episc. Abbatisse et Sororibus inclusis *monasterii S. Francisci de Strata S. Stephani Bononien.*

Religionis vestre meretur honestas, ut vos speciali diligentes in Domino caritate, apostolice Sedis gratia prosequamur, spe nobis proposita ut divinis obsequiis tanto diligentius intendatis quanto propensiori favore vos senseritis confoveri. Cum itaque venerabilis Frater noster Bononien. episcopus, capituli sui accedente consensu, monasterium vestrum cum possessionibus circumpositis usque ad XX tornat. terre et personas nunc et in futurum inibi commorantes ab omni iure episcopali et cuiuslibet conditionis obligatione, tam in spiritualibus quam in temporalibus, pleno iure duxerit eximenda, una libra cere dumtaxat solvenda sibi pro synodatico annis singulis reservata, et reservatis sibi nichilominus benedictione Abbatisse et Monialium, dedicatione ecclesie et consecratione altarium, et ceteris ecclesiasticis sacramentis, que exibere debet dumtaxat cum super hoc fuerit requisitus, prout in eorundem Episcopi et capituli literis confectis exinde dicitur plenius contineri [2]; Nos vestris devotis precibus inclinati libertatem et exemptionem huiusmodi, sicut eas iuste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos dicto monasterio, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio comunimus. Nulli ergo *etc.*

Datum Anagnie III kal. augusti, pontif. nostri anno septimo.

Arch. monast. Monial. SS. Naboris et Felicis, 64/5759, n. 12. — Exemplum auth. « Ego Arnulfus Iohanini ... not. una cum infrascriptis not. hoc exempl. ad auctenticum privilegium Sedis apost. bullatum bulla plumbea cum corda serica pendenti zalla et rubea, coram discreto viro d. Bonincontro decret. doct. Vicario patris d. Ott. Dei gratia episc. diligenter et fideliter ascultavi, et quia utrumque inveni concordare, de ipsius Vic. mandato et volunt. sedentis pro tribunali in pallatio iuridico episcopatus Bon. in eiusdem exempli plenam fidem et testimonium me subscripsi, ad eternam rei memoriam, sub anno Domini MCCLXXXVI, ind. XIV, die IIII intrante iunio. Ego Michael Guidonis de Fusschis not. presens exempl. [...] ex auctentico privilegio Sedis apost. bullati *etc.* una cum suprascripto Arnulfo Iohanini not. et cum infrascripto Dominico Masscaronis not., coram *etc.* diligenter et fideliter ascultavi *etc.* Ego Dominicus Masscaronis ... nunc ven. patris d. Ottaviani Dei gratia Bonon. episc. not. hoc exempl. ab autentico privilegio d. Gregorii pp. noni bullato vera bulla plumbea pendenti cum filis sericis zaldis et rubris transcripsi et coram *etc.* cum suprascriptis Arnulfo et Michaele not. ascultavi et utrumque concordare inveni, et de mandato dicti d. Vicarii exemplavi et scripsi ». Desunt sigill. et chorda. In dorso « Exempl. privilegii d. G. pp. IX de confirmatione exentionis facte per episc. Bon. de monasterio Dominarum S. Francisci de Bon. ». « Privilegio de papa Gregorio in favore de le done de S. Francesco ». Item aliud exempl. non authent. 74/6763, pag. 25, 26. = Cf. BF I, 118.

---

[1] Sic sed indict. III, falso tamen, ut apparet ex duobus codicillis in eadem membrana conscriptis. [2] Quae litterae, d. 25 febr. 1232 datae, inseruntur in Bulla Innocentii IV, infra sub n. 1182 recensenda et ap. BF I, 596 integre edita.

1165. Bononiae, 6 martii 1234.

Tutoris designatio.

In pallacio com. Bon., pp. ... Gerardus Arcolani iudex et assessor d. Guidonis [...] aul. Potest. Bon. dedit Zulitine et Agnesie pupille filiabus q. *Ugolini* Cavaze in eorum tutorem d. Iacobum Rodulfi Blanchi ... quem tutorem dictus iudex dedit ad postulationem Antolini syndici S. Agnesie, ubi commissa est mater dictarum pupillarum. Guilielmus de Savigno not.

Arch. monast. Monial. S. Agnetis, 2/5592, n. 66. — Orig. = Cf. nn. 1168, 1169, 1171.

1166. Bononiae, 29 martii 1234.

Venditio.

D. Bolognetus Petri (?) de Ygnano ... pro se suisque heredibus vendidit, tradidit [...] Gerbino Ricardini ementi et recipienti vice ac gestorio nomine *domus monasterii S. Francischi strate S. Stephani* et universitatis et Sororum ipsius ecclesie XIV clusos et XXVII pedes terre vineate, posit. in contrata dicti monasterii iuxta d. Oseppum de Tuschis ab uno latere, et iuxta stratam publicam ab alio latere, et iusta eum [...]ditorem ab alio latere et viam quandam ab alio latere, vel si qui alii confines sunt, cum [...] egressu suo usque in viam publicam et cum omnibus que super se vel infra se habet, nec non [...] iuribus et actionibus que ad dictos XIV clusos et XXVII pedes t[...] eis pertinet in integrum, et hoc nominatim pro precio XIV lib. bon. et quadrag[...] denariorum bon., quod precium confessus fuit bene a dicto Gerbino, nomine dicte dom[...] et numeratum esse, et ut dictum est, ei vendidit et dedit ad habendum, tenendum et possiden[...] sibi suisque heredibus deinceps inde placuerit faciendum, in quam intrandi in possessionem ei licentiam adtribuit atque dedit, constituens se nomine dicti monasterii et universitatis ipsius interim possidere, quos predictos XIV clusos et XXVII pedes terre predicte, dictus venditor, pro se suisque heredibus, promisit eidem Gerbino stipulanti et recipienti vice et nomine dicti monasterii et universitatis ipsius defendere et auctorizare ab omni homine et persona perpetuo et aliquam litem ... non movere ... sub pena dupli dicti precii, et pena soluta, rata maneant predicta, et sumptus et litis expensas eis reficere [...] et sub obligatione suorum bonorum, et renuntiavit exceptioni *etc.* ... et omni alii auxilio, et ut supra legitur scribere rogatus etc. Actum in canbio Bonon. ... in press. ... Bonvicinus f. Leonardi Firmani not.

Arch. monast. Monial. SS. Naboris et Felicis, 1/5696, n. 5. — Orig. In dorso « Conpara fata per Gerbino de Richardino de certi chiusi posti apreso le done ».

1167. Bononiae, 5 novembris 1234.

Testamentum.

D. Samaritana q. d. Mathei Rodulfi ... p. a. s. dari voluit CC lib. bon. ex quibus voluit dari ... ecclesie Fr. Min. XL sol. bon. ... ecclesie Fr. Min. de *Varegnana* XL sol. bon. ... *ecclesie S. Francisschi* XL sol. bon.; eccl. Fr. Min. de *Romchobonaldo* XX sol. bon.; ecclesie Fr. Min. de *Ceola* XX sol. bon.; ecclesie Fr. Min. de *S. Iohanne Impersiceta*

xx sol. bon.; ecclesie Fr. Min. de *Caldararia* xx sol. bon. ...; ecclesie Fr. Min. de *Medicina* xx sol. bon. ... heremite S. Marie de Montexello x sol. bon. ... Actum in domo ipsius testatricis ... Lucius Arduini de Portasterii not.

Arch. S. Michaelis, vulgo « in Bosco », 2/2174, n. 39. — Orig.

1168. Bononiae, 29 martii 1237.

Mandatum pro male ablatis restituendis.

Cum fr. *Hugolinus* f. q. d. Cavazi elegisset vitam et Ordinem Fr. Min., et crederet patrem suum olim habuisse et recepisse plura illicite et inhoneste, tam per usurariam pravitatem quam alio modo, dixit, mandavit et voluit quod d. Iacobus canonicus Bon., vicarius d. episcopi Bonon. tunc absentis et recipiens vice dicti episcopi, haberet liberam et plenam potestatem vendendi, alienandi omnes suas possessiones quas idem d. *Hugolinus* alienare poterat, precium earum distribueret et daret secundum quod melius videretur ipso d. Iacobo, vel d. episcopo pro remedio anime d. *Hugolini* et predicti sui patris, secundum quod continetur in instrumento facto manu Bonaguide not., ut sic ex toto se de omnibus male ablatis vel acquisitis per ipsum patrem suum exhoneraret, et secundum quod intellexit ipse fr. *Hugolinus*, iam satisfactum sit omnibus petentibus vel apparentibus, per ecclesias episcopatus et per civitatem Bon. pluries preconis voce clamantis de predictis male ablatis seu acquisitis, vult et protestatur voluntatis sue esse quod domus S. Agnetis, ubi est uxor et posuit duas suas filias, debeat habere vel habeat et possideat quidquid residuum est de possessionibus seu bonis suis, tali modo quod dicta domus sit obligata satisfacere omnibus qui apparuerint et quibus videretur satisfaciendum pro dictis male ablatis sive acquisitis, pro quantitate et extimatione ipsorum bonorum que perceperit dicta domus de bonis dicti *Hugolini*. Actum Bononie in domo Fr. Pred., pp. fr. Ventura priore ... Helias Bragairiaci not.

Arch. monast. Monialium S. Agnetis, 2/5592, n. 72. — Orig. = Cf. nn. 1165 etc.

1169. Bononiae, 16 aprilis 1237.

Sorores S. Agnetis possessionem quorumdam bonorum per procuratorem accipiunt.

D. Odericus Ugonis Albrici procuratorio nomine Priorisse et conventus Sororum eccl. S. Agnetis Bon. intravit in possessionem et tenutam domorum que fuerunt *Ugolini* f. q. Cavaze, videlicet de domo et turri simul se tenentibus posit. in contrata S. Nicholai, iuxta vias publicas a duobus lateribus et iuxta d. Bonacursium et d. Ranbalducium de Albaris ... item de alia domo parva posit. prope predictas domum et turrim in eadem contrata ... et, ut dictum est, intravit in possessionem dicte domus et turris et alterius domus predicte et possedit nomine dicte eccl. et conventus predicti ... asserens sibi nomine universitatis dicte eccl. et ipsi universitati concessas et cessas a d. Henrico Bon. episcopo, et hoc salva possessione quam habent filie dicti *Ugolini*, vel tutor earum nomine, vel dicta universitas pro eis vel per eas ... Bonvicinus f. Leonardi Firmani not.

Arch. monast. Monial. S. Agnetis, 2/5592, n. 74. — Orig. In dorso « Carta de d. Oderico qui intravit [...] possessionem domorum que fuerunt *Ugholini* f. q. Cavaze, de domibus et turri ». = Cf. nn. 1165 etc.

1170. Bononiae, 21 iunii 1237.

Testamentum.

Ego Cambiolus f. q. Rolandi de Sesto ... *laborerio* domus Fr. Min. lego VII lib. bon. ... *domui S. Francischi* C sol. bon. ... Actum in domo dicti testatoris ... Iulianus Leonardi not.

Arch. S. Michaelis, vulgo « in Bosco », 2/2174, n. 50. — Orig.

1171. Bononiae, 3 et 4 octobris 1240.

Testimonia.

In palatio comunis coram d. Iacobino de Lalobia iudice comunis Bon. ad causas novas. Ad petitionem d. *Beni* fratris Penitentie, syndici S. Agnetis, confitetur Guidottus de S. Nicholao de Albaris quod ipse stetit in quadam domo que est iuxta turrim *Ugolini* Cavaze, que nunc est Dominarum S. Agnetis, ad festum omnium Sanctorum prox. vent. erunt V anni, et debebat pro quolibet anno XXIIII sol. bon. et dixit partem solvisse d. Rodulfo Blancho sive filio suo pro Dominabus S. Agnetis.

Item dicit quod stetit in alia domo, que est iuxta domum d. Ranbaldutii de Albaris, et non solvit pensionem a festo S. Michaelis retro per VIII annos ... et pensio istius domus erat XXX sol. bon. per quolibet anno.

Item die IIII intrante octubr. Ponit d. *Bene* syndicus S. Agnetis predictus quod Guidottus stetit in domo, que est iuxta d. Ranbaldutium, per XV annos: confitetur quod stetit in ipsa plus quam XVIII annis et dedit ipsi *Ugolino* sive fil. XXX sol. bon. pro quolibet anno.

Item ponit quod *Ugolinus* Cavaza locavit dictam casam dicto Guidotto pro pretio L sol. bon. pro quolibet anno: confitetur quod sic locavit ei ipse *Ugolinus* et mater sua.

Item ponit quod dictus Guidottus habuit unam aliam domum posit. iuxta turrim per X annos: negat quod sint X ann., sed confitetur quod stetit ibi, in prox. festo omnium Sanctorum erunt V ann.

Item posuit quod pensio dicte domus erat pro quolibet anno L sol. bon.: negat quod essent L sol., sed confitetur ipsam habuisse pro XXXIII sol. bon. pro quolibet anno, et super predictis positionibus et confessionibus de voluntate ipsorum iuraverunt de veritate dicenda. Felicianus f. Michaelis Fabri not.

Arch. monast. Monial. S. Agnetis, 2/5592, n. 84. — Orig. = Cf. nn. 1165 etc.

1172. Bononiae, 21 octobris 1242.

Venditio.

Deutacorra f. q. Frugerini not. vendidit ... d. *Lamberto* f. q. d. Ramberti Buvalelli fratri Penitentie, ementi pro se et suis heredibus in perpetuum, unam petiam terre arat. et vineate et casamentate cum domo et omnibus que ipsa petia et casamentum habet supra et infra se, in villa Cadriani, in loco qui dicitur « Malamanus » ... pro pretio VIIII lib. bon. pro qualibet tornat. Quam quidem petiam dixit dictus venditor esse IIII tornat. et tres tabulas, et quod pretium ascendit in summa XXXVI lib. et XL sol. bon. ... Huius autem rei testes fuerunt vocati et rogati ... *Nigrobonus* Sallarolus frater Penitentie ... Actum in Vinacio sub porticu Zaccharie Bucca[...]te ... Iulianus Leonardi not.

Arch. S. Ioannis in Monte, 13/1353, n. 40. — Orig. = In dorso « Carte d. *Lamberti* Buvalelli ».

1173. Bononiae, 30 octobris 1242.

Testamentum.

D. Ubertus d. Uberti Armanni ... reliquid Fratribus Min. de Bon. x lib. bon. pro vestibus ... heremitis de *Runcobonaldo* xx sol. pro vestibus ... item S. Marie de Humiliatis de Polliola III lib. bon. ... item *monasterio S. Francischi de strata S. Stephani* pro vestibus Dominarum c sol. bon. ... Apud S. Michaelem de Bosco in capitulo ... Rainerius Perulinus de Portanova not.

Arch. S. Michaelis, vulgo « in Bosco », 3/2175, n. 12. — Orig. et exempl. non authent.

1174. Bononiae, 11 februarii 1244.

Testamentum.

Gerardus d. Rolandini Galluci bastardus ... de suis bonis reliq. c sol. bon., de quibus reliquid ... *eccl. S. Francischi* II sol. ... item eccl. Fr. Min. v sol. ... Actum in domo d. Benedicti Pistoris, pp. ... fr. *Benvenuto* de Gubio ... Cambius q. Palmerii Turizani not.

Arch. monast. Monial. S. Agnetis, 2/5592, n. 99. — Orig.

1175. Bononiae, 6 maii 1244.

Testamentum.

Iohannes f. q. d. Azolini de Lagoglara ... . voluit suos esse comiss. Priorem S. Michaelis de Bosco et *Cambium* fratrem Penitentie, qui fuit de Montelungo ... Actum in burgo S. Mami in domo testatoris ... Marchisinus q. Tancredi not.

Arch. S. Michaelis, vulgo « in Bosco », 3/2175, n. 22. — Orig.

1176. Bononiae, 9 aprilis 1245.

Indulgentia erogatur subsidium largientibus Sororibus S. Francisci.

Frater Iacobus divina permissione Bononien. episcopus dilectis in Christo fratribus omnibus ecclesiarum Prelatis et Clericis atque universis Christi fidelibus per civit. et episcopatum Bononien. constitutis, salutem et veram in Domino charitatem. Considerantes statum et condictionem *Sororum S. Francisci, que in strata S. Stephani iuxta civit. Bonon. commorantur,* tam pro vivis quam pro mortuis incessanter exorantes Dominum Iesum Christum, et quod eedem multa sunt necessitate depresse, earum necessitatibus curavimus tanto benignius subvenire quanto easdem inspeximus in magna numerositate personarum magna inopia laborare. Universitatem itaque vestram monemus et exoramus in Domino atque in remissionem vestrorum iniungimus peccatorum, quatenus dictarum Sororum studentes miseriam et inopiam sublevare, semel in secunda dominica cuiuslibet mensis, eas visitare velitis, et eisdem vestras elemosinas conferatis, ut quod ipsis in terris duxeritis conferendum, per manus earundem vobis thesaurizetis thesaurum immarcescibilem in excelsis. Nos autem de misericordia omnipotentis Dei et bb. apostolorum Petri et Pauli patrocinio confidentes, omnibus vere penitentibus et confessis qui predictis Sororibus sua du-

verint beneficia eroganda, XL dies de criminalibus et quartam partem venialium de iniuncta sibi penitentia relaxamus.

Datum Bononie anno Domini MCCXLV, die VIII intrante aprili. Hiis litteris duraturis usque ad nostri beneplaciti voluntatem.

Arch. monaster. Monial. SS. Naboris et Felicis, 73/6762, pag. 1r. — Exempl. non authent.

1177. Bononiae, 31 martii 1249.

Venditio.

Bonazunta f. d. Baldoini Zovinzonis, iure proprio et in perpetuum, vendidit et tradidit, pro se suisque heredibus, *Paltroni* converso *monast. S. Francischi*, stipulanti ac ementi vice et nomine ipsius monast. et Dominarum S. Francischi, unam petiam terre vineate sitam in S. Francischo strate S. Stephani, et eam sibi vendidit recipienti, ut [...] exitu suo usque in viam publicam, et cum omni iure et action. vel ratione ad se no[...]te ac pertinere et cum omnibus et singulis que super se et infra se habentibus in in[...] latere Aldrovandinus de Buca de forno poss. et iusta viam vicinalem [...]i, et iusta poss. Dominarum S. Francischi, vel si qui alii confines sunt, omnia ut [...]nentur in integrum, et hoc pretio CLVI lib. bon. [...] se ab eo accepisse et sibi bene tradditum et numeratum esse sine defectu [...] renunt. expressim except. non tradditi et non numerati pretii ac non soluti [...] et condict. [...]e causa et omni alii except. ... et vendidit predicto emptori prefatam rem ad habendum, tenendum ac possid. et quicquid sibi et Dominabus [...]schi amodo placuerit faciendum, quam rem suo nomine et nomine dictarum Dominarum precario constituit possid. donec [...] ingressus fuerit possess., in quam intrandi licentiam sua auctoritate sibi contullit atque dedit. Et si aliquo tempore [...] ei pure et libere simpliciter inter vivos donavit sine aliqua repetenti (*sic*) lege recipienti et stipul. vice et nomine [... Do]minarum S. Francischi et nomine ipsius monast., promittens per se suosque hered. huius rei nomine litem et controversi[am ...] quam perpetuo non movere ... sub pena dupli totius pretii ... et sub obligatione suorum bonorum ex [...] et omne dampnum litis reficere *etc.* ... In canbio sub porticu Karobii ... Iohannes f. q. Rolandini de Clario not.

Arch. monast. Monial. SS. Naboris et Felicis, 1/5696, n. 11. — Orig. = In dorso « Conpara de la vigna ch' è de dredo de lo munistero de San Francessco da Bonazunta figliollo de Baldoino de Baldizone ».

1178. Bononiae, 31 martii 1250.

Donatio.

Magister Amatus florentinus, pro remissione peccatorum suorum et p. a. sua et filii sui q. Ugolini, pure et libere et simpliciter inter vivos et sine aliqua repetendi lege, dedit et donavit *Ugolino* de S. Iohanne in Persexeto sindico domus et universitatis *Sororum S. Francischi de strata S. Stephani*, nomine et vice dicte universitatis recipienti in perpetuum, petiam unam terre arat. et vineate cum domo et hedificio in ea posito, posit. in Curtixella ... cum omni iure et actione ... Confines tales esse dixerunt: a tribus lateribus currit via publica, a quarto possidet ecclesia S. Savini de Corticella ... ad habendum, tenendum et possidendum et quidquid eis et suis successoribus deinceps placuerit faciendum; quam rem se suo nomine possidere constituit, donec intraverit possessionem, in quam intrandi, accipiendi et retinendi sua aucto-

ritate, nomine dictarum Sororum dedit atque concessit. Retento sibi dictus d. magister usumfructum (*sic*) ipsius possess. quousque vixerit. Ita tamen quod dictus fr. *Ugolinus* nomine dictarum Sororum et ipse Sorores, post obitum dicti magistri teneantur solvere et dare d. Caracose matri q. Ugolini sui filii annuatim, donec vixerit, XII corb. boni et pulcri frumenti et XV corb. vini puri qui ibi nascetur, et voluit quod ipsa habeat licentiam liberam, tempore messis, eundi et standi et habitandi in domo que ibi est, et facere ibi colligi et parare messes suas et frumentum ei debitum ad voluntatem suam, et cultor loci teneatur portare et reportare sarcinulas suas et frumentum ei debitum ad voluntatem suam; et hec autem si facere nollet ipse fr. *Ugolinus* vel dicte Sorores vel prestarent se molestas, liceat ipsi d. Caracose, ex qua parte voluerit, tollere X tornat. ipsius loci et usufructare eas ad libitum suum; post obitum autem eius, revertantur ipse X tornat. ad usus aliarum residue terre, ita quod non liceat ipse domine eas obligare vel in aliam personam transferre. Et voluit quod dicta domina non possit agere ad predicta sibi prestanda nisi ex instrumento isto [do]nationis, et non ex aliquo alio instrumento vel testamento facto vel faciendo. Item voluit quod dictus fr. *Ugolinus* nomine Sororum et dicte Sorores teneantur dare et solvere, a die obitus sui usque ad quatuor annos, Fratribus Min. de *Portanova* C lib. bon., videlicet omni anno XXV lib. bon. Item voluit quod dictus sindicus nomine dictarum Sororum et ipse Sorores faciant fieri anniversarium filii sui Ugolini annuatim Fratribus dictis in medietate mensis iulii, et tunc eis teneantur dare annuatim pro pitancia C sol. bon., et hoc idem voluit fieri pro se post obitum annuatim, et dictus sindicus nomine Sororum et dicte Sorores ad predicta teneantur ita sicut pro filio, ita pro se solvant in medietate dicti mensis dictis Fratribus C sol. bon. annuatim, et dicte Sorores dicta anniversaria facere teneantur. Et hanc donationem fecit eo pacto et condictione quod non liceat ipsi *Ugolino* vel ipsis Sororibus dictam possessionem quacumque ex causa alienare vel transferre seu obligare in aliquam personam vel universitatem aliquo modo vel ingenio. Et hec omnia et singula promisit dictus *Ugolinus* nomine dictarum Sororum attendere et observare sub pena infrascripta, et ea soluta, omnia predicta in sua permaneant firmitate. Quam donationem et omnia que in ea continentur dictus magister pro se et suis heredibus promisit ipsi fr. *Ugolino*, recipienti nomine dictarum Sororum, firmam habere et tenere et non contravenire aliqua occasione in perpetuum sub pena D lib. bon., et ea soluta predicta omnia firma permaneant, et sub obligatione suorum bonorum, et dampna et expensas reficere promisit si quas faceret in iudicio vel extra. Actum Bononie in hospicio in quo moratur dictus mag. Amatus iuxta ortum S. Proculi. Interfuerunt fr. *Bernardinus* de Podio Bonizi, fr. *Paulus* nepos dicti magistri, fr. *Petrus* de Strata S. Donati, fr. *Iohannes* de Verulis, fr. *Beneventus* Mutinensis, fr. *Bartholus* de Tortona, omnes de Ord. Fr. Min. ... Iacobinus de Plebe S. Laurentii in Collina not.

Arch. monast. Monial. SS. Naboris et Felicis, 1/5696, n. 11bis. — Orig. In dorso « Donasone fata per Amadore e Ugolino da Florencia fata a Ugolino sindigo in nome de tutto lo monistero, d'una peza de terra pos[...] ».

1179. Bononiae, 21 augusti 1250.

Venditio.

D. Otonellus f. q. Berrardi, qui fuit de Verona, dedit et vendidit et tradidit d. fr. *Lamberto* q. Ramberti Buvalelli ... edificium unius domus situm super terreno

ipsius emptoris in parochia S. Lucie in contrata que dicitur « Campus Galulfi », iusta *etc.* pro pretio XIX lib. bon. ... Actum Bononie, pp. ... Iohannes q. Iuliani Leonardi not.

Arch. S. Ioannis in Monte, 13/1353, n. 54. — Orig.

1180. Bononiae, 22 octobris 1250.

Testamentum.

D. Gillabona uxor q. Petroboni de [...] de S. Iohanne in Persiceto ... reliquid ad S. Franciscum Fr. Min. p. a. patris et matris eius XL sol. bon.; item p. a. s. III sol. bon. eidem (*sic*) Fratribus Min. ... item *Dominabus de S. Francisco* III sol. bon. ... Actum in domo Iacobi f. dicte testatricis ... Bologainus f. Zeminiani not.

Arch. S. Michaelis, vulgo « in Bosco », 3/2175, n. 44. — Orig.

1181. Bononiae, 6 decembris 1250.

Syngrapha de vectigali solvendo.

Cum hoc esset quod fr. *Lambertus* q. Ramberti Buvalelli emerit a Priore sanctorum Victoris et Iohannis in Monte et ab eorumdem conventu quasdam possessiones et pensiones et redditus et iura *etc.*, d. Matheus clericus et rector eccl. S. Lucie de strata Castilionis cognoscens eumdem fr. *Lambertum* fore patronum dicte eccl. S. Lucie, ex vigore instrumenti venditionis f[acte] a dictis Priore et Fratribus suis, ipsi fr. *Lamberto,* in signum patronatus, annuatim in festo S. Lucie dare promisit duos cereos de duabus libris cere et X sol. bon. Actum Bononie in eccl. S. Lucie, pp. ... Iohannes q. Iuliani Leonardi not.

Arch. S. Ioannis in Monte, 13/1353, n. 56. — Orig. In dorso « Carte fr. *Lamberti* ». = Cf. n. 1184.

1182. Perusii, 10 martii 1252.

Monasterium sub apost. protectione suscipitur, et eius exemptio a iurisdictione episcopali confirmatur.

Innocentius episc. Abbatisse *monasterii S. Francisci de strata S. Stephani Bononien.* eiusque Sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuam memoriam. « Religiosam vitam eligentibus ». Datum Perusii per manum *etc.* ... sexto id. martii, indict. X, Incarnationis Dominice anno MCCLI, pontif. vero d. Innocentii pp. IIII anno nono.

Arch. monast. Monial. SS. Naboris et Felicis, 73/6762, pag. 1v. et seq. — Exempl. non authent. = BF I, 596.

1183. Bononiae, 12 aprilis 1252.

Syngrapha de solutione facienda.

D. Scolastica priorissa conventus ecclesie B. Agnetis supra Bon. ... de consensu Sororum eiusdem conventus ... et Pace q. Rainerii Verardini not. sindicus ipsius conventus et ecclesie ... et fr. *Ticlinus* ord. Fratrum Penitencie se principalem constituens, promiserunt per stipulationem unusquisque eorum principaliter in sollidum ... d. Hen-

rico q. d. Alberti de Fracta ... solvere eidem aut eius heredibus CCCLXVI lib. et XVIII sol. bon. ... pro pretio cuiusdam pecie terre ... quam dictus d. Henricus dicte d. Priorisse et conventui vendidit ... Actum in predicta eccl. S. Agnetis ... Rolandinus Rodolfini Florette not.

Arch. monast. Monial. S. Agnetis, 3/5593, n. 132. — Orig.

1184. Bononiae, 8 decembris 1253.

Actoris constitutio.

D. Iohanninus Dei gratia Prior SS. Victoris et Iohannis in Monte, presentibus atque volentibus fratribus suis ... constituerunt ... Andream conversum dictarum ecclesiarum presentem eorum sindicum specialem et actorem ad renuntiandum, remittendum et penitus refutandum ... d. *Lamberto* Ramberti Buvalelli fratri Penitentie, stip. et recipienti pro se et suis heredibus in perpetuum, omnia et singula iura et actiones ... que et quas ipsi ... et eorum capitulum ... habebant vel habere poterant in possessionibus, redditibus et iuribus omnibus ... infra hos confines posit. et designat. ... Bononie in capitulo claustri eccl. S. Iohannis in Monte, pp. ... Nicholaus Guizardini not.

Arch. S. Ioannis in Monte, 13/1353, n. 43. — Orig. = Cf. n. 1181.

1185. Neapoli, 10 maii 1255.

Ut non teneantur praestare procurationes vel subsidia Legatis apostolicis.

Alexander episc. Abbatisse et conventui *monasterii S. Francisci Bononien. Ord. S. Damiani* ad Romanam Eccl. pleno iure spectantibus. « Paupertati vestre ». Datum Neapoli VI id. maii pontif. anno primo.

Arch. monast. Monial. SS. Naboris et Felicis, 64/5759, n. 4. — Orig. Adest chorda ser. sine plumbo; in plica « pl. R. »; sub plica « contra omnia litera »; in dorso « Bulla d. Alex. quod domine non possunt compelli solvere [...] procurationem legatorum seu nunciorum Sedis apostolice ». = BF II, 46 ex hoc Archivo.

1186. Anagniae, 30 iulii 1255.

Confirmatur facultas Missarum solemnia celebrandi per Fratres Min. et Pred. in oratorio de Barbiano.

Alexander episc. fr. Benecevenne de Barbiano Bononiensis diocesis. Tua nobis exhibita petitio continebat quod ven. Frater noster Bononien. episcopus volens ut oratorium, quod in Barbiano construi pia devotione fecisti, divinis obsequiis non fraudetur, tibi, quod in ipso per dilectos filios Fratres Min. et Pred. possis facere, oris debitis, missarum sollempnia celebrari, tribuit facultatem, prout in litteris inde confectis ipsius Episcopi sigillo signatis plenius dicitur contineri. Nos itaque tuis devotis precibus inclinati, quod per eundem Episcopum super hoc provide factum est ratum habentes et firmum, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio comunimus. Nulli *etc.*

Datum Anagnie III kal. augusti, pontif. nostri anno primo.

Arch. S. Iacobi, 83/1689, n. 11. — Orig. cum plumbo e chorda ser. pendenti; in plica « [...]mai »; in dorso « [...] preces d. Octoboni Card. ». « Conventus in villa Barbiani extra portam strate Castilionis ».

1187. Anagniae, 28 augusti 1255.

Monasterium S. Francisci sub protectione apost. suscipitur, et eius exemptio a iurisdictione episcopali confirmatur.

Alexander episc. Abbatisse *monasterii S. Stephani Bononien.* eiusque Sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuam memoriam. « Religiosam vitam eligentibus ». Datum Anagnie per manum *etc.*... v kal. septembris, indict. XIII. Incarnat. Dominice anno MCCLV, pontif. vero d. Alexandri pp. IIII anno primo.

Arch. monast. Monial. SS. Naboris et Felicis, 64/5759, n. 3. — Orig. cum plumbo pendenti e chorda ser.; in plica « a degentione »; in dorso « Renovatio confirmationis exemptionis Alexandri pp. IIII facte monasterio ab episc. Bon. et capitulo canonicorum. Idem in eodem ». = BF II, 71 ex hoc Archivo.

1188. Anagniae, 6 octobris 1255.

Regulae rigoris mitigatio confirmatur.

Alexander episc. Abbatisse et conventui Monialium inclusarum *monasterii S. Francisci Bononien. Ord. S. Damiani.* « Haberi percepimus in desiderio ». Datum Anagnie II non. octobris, pontif. anno primo.

Arch. monast. Monial. SS. Naboris et Felicis, 64/5759, n. 5. — Orig. cum plumbo e chorda ser. pendenti. In dorso « Dilectis in Christo fil. Abbatisse et conventui frat. R. Mon. S. Blasii Anagnin. » (« conventui » supraposit. habetur « sororibus » calami tractu oblitterat.) « Privilegium d. Alex. IIII confirmationis de multis articulis regule ob rigorem nimium per litteras apostolicas temperatis ». = BF II, 77 ex hoc Archivo.

1189. Romae, 22 februarii 1256.

Praecipitur quod Eremitae S. Augustini utantur cucullis nigri coloris, ut a Fratribus Min. distinguantur.

Alexander episc. Archiepiscopis et Episcopis per Lombardiam constitutis. « Recordamur liquido ». Datum Laterani VIII kal. martii pontif. anno secundo.

Arch. S. Iacobi, 83/1689, n. 8. — Orig. Adest chorda can., deest plumbum; in plica « hugo v. »; in dorso « Minorum » « Lonbardie ». « Littera missa Archiepisc. et Episcop. per Lombardiam ut compellant religiosos portare corigiam [...] cocullas ». = BF II, 117.

1190. Bononiae, 11 iulii 1256.

Testamentum.

D. Albertus Gallutius q. d. Alberti Galli ... dari voluit ecclesie Fr. Min. civit. Bon. L lib. bon.; item *eccl. Sororum S. Francischi* C sol. bon. ... Actum in eccl. S. Michaelis de Buscho ... Albertus q. Bonazunte de strata Castilionis not.

Arch. S. Michaelis, vulgo in « Bosco », 4/2176, n. 20. — Orig.

1191. Romae, 5 februarii 1257.

Praecipitur ut restituantur neve in posterum recipiantur Fratres de Ord. Min. sine licentia suorum Ministrorum.

Alexander episc. Prioribus et Fratribus Heremitis S. Augustini ac S. Willelmi. « Vestram et Ordinum vestrorum ». Datum Laterani nonis februarii pontif. anno tertio.

Arch. S. Iacobi, 83/1689, n. 13. — Orig. Desunt plumbum et chorda; in plica « N. Ro. »; in dorso « Minorum ». « De Heremitis quod non possint recipere Fratres Min. sine licentia petita et obtenta, quod si fecerint sunt excomunicati ». = BF II, 193.

1192. Bononiae, 10 februarii 1257.

Testamentum d. Zoeni episcopi Avinionensis [1].

Ven. pater d. Zoen, Dei gratia Avinonensis episcopus ... p. a. s. reliquid eccl. Avinonens., idest episcopis Avinonensibus eius successoribus totum podere ac affare quod habet in villa et curia et teritorio Saliceti Bon. dioc., sive sit domus sive terra arat. sive pratum et quidquid aliud ibi habet sive habuerit tempore obitus sui; et totum affare quod habet iuxta Savinam, cuius confines *etc.*, hoc modo et condictione: quod episcopus quicumque p. t. fuerit eius successor in eccl. Avinon. eligat tres de canonicis ipsius eccl. et duos clericos seculares de civit. et duos clericos seculares de Castro Novarum et unum de aliis castris eccl. Avinon., qui sint dociles et non habeant aliquod beneficium ecclesiast., quos destinet Bononiam ad studendum, quorum unicuique provideat in XXIV lib. bon. quolibet anno, ex reditibus percipiendis ex dictis possess. et affaribus, pro expensis causa et gratia studiorum; et posit ibi tenere unumquemque eorum quinque annos vel minus si ei videbitur expedire ... Completo autem tempore alicuius de predictis scollaribus ... teneatur episcopus statim, loco sui alium subrogare de predicta canonica, civitate vel castris, ut dictum est ... Et si contigeret eum negligentem esse in scollaribus ad studium transmittendis [forsan quod] vellet vendere dictas possess. vel adpropriare sibi redditus, volluit et disposuit quod dicte possess. et dicta affaria veniant, sine diminutione, ad eccl. S. Michaelis de Busco de Bon., que ecclesia teneatur de hoc providere octo scollaribus pauperibus de Avinione vel de episcopatu, si inventi fuerint Bon., prout de episcopo dictum est, alias de provintia Arelatensi. Et si nullus provincialis pauper scollaris inventus fuerit Bononie, eligat dicta ecclesia alium de quibuscumque videbitur expedire. Et si illi de eccl. S. Michaelis fuerint negligentes, perveniant dicte possess. ad Capitulum Avenon. eccl., quod Capitulum teneatur octo scollaribus, ut supra dictum est, sicut dictum est de episcopo. Si autem omnino deficeret studium Bon., voluit, disposuit quod episcopus Avinon. qui p. t. fuerit, vendat dictas possess. et ponat totum precium in emptione aliarum possess. in episcopatu Avinon., de quarum redditibus provideat octo scollaribus, ut dictum est, studentibus dumtaxat in studio generali. Et si omnes fuerint negligentes et remissi, voluit et disposuit quod dicte possess. vendantur per commiss. suos et precium distribuatur per pauperes Christi ubi eis visum fuerit melius expendendum ... Item de denariis quos habet Bononie apud mercatores, videlicet Iacobinum de Racorgitis et sotios suos ... reliquit C et L lib. toron. per manus Prioris S. Agricoli et Prioris Predic. et Guardiani Fratrum Min. de *Avinione*, expendendas hoc modo: Centum sol. voluit habere pro pitancia eccl. Avinon. et C sol. toron. conventum Fratrum Min. eiusdem loci pro pitancia similiter, et conventum Fratrum Predic. eiusdem loci C sol. toron. pro pitancia similiter; et de istis C et L lib. voluit quod solvantur heredibus Guilielmi Croci de Bitulida XL lib. nigrorum vel eius valens ... per Priorem S. Agricoli et Priorem Predic. et Guardianum predictos de Avinione, quos constituit suos commiss.

[1] Hoc testamentum hic rescribitur, nonnullis (omissis in exemplo exempli sub n. 68 arch. S. Francisci) adiectis relate praesertim ad Bullas in BF II, 127, 140, 173, 373, quae, ut dictum est, eidem test. referuntur.

in Provintia specialiter super istis c et l lib. toron. expendendis ... Et mandavit per eos diligenter perquiri per civit. et per castra episcopatus Avinonens. et per ipsam civit. si quid predictus episcopus habuit vel exegit a quocumque, occasione privilegii, pro mobilibus alicuius aud si exegit *etc.* et illud totum mandat restitui. Vult etiam quod predicti vadant ad quodlibet de castris suis et si, congregatis populis dictorum locorum, invenerint aliquos qui hostendant quod Episcopus predictus, vel aliquis de familia eius pro eo, debeat aliquid sibi, restituatur illud eis. Si autem restitutione facta plenaria, de predictis cl lib. toron. aliquid superfuerit, prout utilius et melius videbitur istis tribus, in usus pauperum expendatur. Insuper reliquid d. Contisine matri sue et fr. Iosep viro eius, patri suo, ususfructus, redditus et obventus omnium aliarum possessionum suarum et rerum que habet citra montes; quamdiu vixerit ipsa mater eius et pater habeant totum usumfructum ad providendum sibi et d. Iacobine eorum filie, ita quod non patiantur aliquem defectum in temporalibus; et si premoriretur alter eorum, perveniat totus ususfructus ad alterum, scilicet patrem vel matrem, de quo sibi provideat et Iacobine predicte ... Preterea ultra id totum, quod dictum est, reliquid de bonis suis p. a. s. et parentum suorum mmmm lib. bon., de quibus reliquid et dari voluit d. Pape et Ecclesie Romane m lib. bon. expendendas, si d. Pape placuerit, pro defenssione et tuitione catholice fidei, presertim contra hereticos; et voluit et mandavit commiss. suis quod ipsi infra annum post obitum testatoris, impetrent a d. Papa absolutionem delictorum suorum et confirmationem ultime voluntatis eius, sive in testamento sive in codicillis sit. De reliquis vero mmm solvi voluit et mandavit conventui Fratrum Min. civit Bon. l lib. bon. pro indumentis Fratrum. Item fr. *Iuliano* de Tencarariis, si tunc vixerit, v lib. bon. ... Item dari et solvi voluit ccc lib. bon. uni militi qui p. a. s. cum bonis armis et equis vadat [et] stet ultra mare, per annum, non computato tempore accessus et reditus, contra sarazenos, et qui representet se Legato Eccl. Romane vel Patriarche et ad eorum voluntatem stet contra sarazenos ... Item reliquid conventui *Dominarum S. Francisci de Bon.* pro indumentis Sororum x lib. bon. ... Item cuilibet alteri eccl. conventuali de civit. et suburbiis Bon. xx sol. bon. Item x lib. bon. dandas et dividendas inter pauperes civit. Imole, prout videbitur commiss. suis ... Item reliquid cuilibet commiss. suorum infrascript. xx lib. bon. pro labore suo. Residuum dictarum mmm lib. bon., quod supererit a dictis legatis, solvi, distribui et expendi voluit et disposuit, per commiss. suos infrascriptos, prout melius visum fuerit eis p. a. s.: ita scilicet ut statim cum fuerint certi de obitu suo, convocent omnes prelatos et clericos civit. Bon. et suburbiorum, tam religiosos quam alios, ad eccl. cathedralem, pro exequiis faciendis p. a. s. et provideant omnibus sicut viderint faciendum; et ipsa die vel sequenti, faciant elimosinam generalem pauperibus civit. et suburbiorum Bon., quos vocent ad eumdem locum per preconem, si necesse fuerit, et detur unicuique pauperi panis unus duorum denar. et unus denarius; et faciant pulsari campanas per singulas eccl. civit. Bon. in quolibet termino, sicut fieri consuevit Bononie, de inde ad unum annum. Item voluit et mandat commiss. suis quod in primo anno post obitum suum, quolibet primo die veneris cuiuslibet mensis, vocentur per preconem omnes pauperes civit. *ad plateam* S. Dominici vel *S. Francisci* alternatim, ita quod una convocatio fiat una die ad S. Dominicum et altera ad S. Franciscum pauperum predictorum et detur unicuique pauperi panis duorum denariorum; et sit ibi unus de commissariis vel aliquis Frater pro eis, qui comuniter roget omnes

pauperes ut rogent Deum pro anima episcopi testatoris ... Ad hec autem omnia et singula exequenda esse voluit et disposuit commissarios suos et huius test. executores Priorem Predic. conventus Bon. et Guardianum Fratrum Min. civit. Bon. qui p. t. fuerint, et Priorem S. Michaelis de Busco, volens et iubens quod si aliquis eorum predictis omnibus et singulis intendere et superesse non posset, alii duo nichilominus exequantur. Ipsi vero commiss. predicta MMMM lib. exigent et recipient a Iacobino Racorgiti, Amadore Pizocoti, Nicholao Bongerardi eorum sociis, in quibus et in amplius ipsi d. episcopo tenentur. Et ad exigendam predictam pecuniam et quidquid sibi debetur citra montes, a quocumque sibi debeatur et ad omnia, ut superius dictum est, bene complenda, predictos Priorem Predic. et Guardianum Fratrum Min. (et) Priorem S. Michaelis de Busco, ut dictum est, fecit suos commiss. et huius test. aud cuiuscumque alterius ultime voluntatis executores in predictis omnibus citra montes. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et inmobilibus, iuribus et actionibus citra montes habitis et habendis, sibi heredes instituit pauperes Christi, quos, pensata utilitate anime episcopi ipsius Avinonensis et multa paupertate ipsorum pauperum, prefati commiss. duxerint eligendos ut sucedant ipsi testatori in omnibus, exceptis que superius relicta sunt, et hiis etiam que relinquentur, de quibus disponetur in codicillis suis; quos codicillos idem testator mandavit, voluit et disposuit clausos et inapertos stare sub sigillo et sigilli secreto teneri a commiss. suis usque post obitum suum et patris et matris eius. Post obitum vero suum, patris et matris eius, voluit ipsos codicillos aperiri et publicari a dictis commiss. et ea exequi fieri et compleri que in ipsis continebuntur. Et hanc suam ultimam voluntatem adseruit esse velle, quam valere voluit iure testamenti; quod si iure testamenti non valet, valeat saltim (iure) codicillorum vel cuiuscunque alterius ultime voluntatis, qua melius valere potest.

Actum in domo eccl. S. Antonii de Bononia de Savina in camara in qua ipse d. Episcopus morabatur, pp. ... Petro Durandi Priore S. Agricoli Avinonensi et fr. *Ugolino* de Tencarariis de Ord. Fratrum Min., test. vocatis et rogatis. Ysnardus d. Boniohannini Pizolpili filius not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 2. — Orig. = Cf. nn. 68 et 1149.

1193. Cesenae, 28 maii 1257.

Delegatio ad venditionem quarumdam possessionum confirmandam.

In nomine Domini, amen. Ego fr. *Lucas* de Cesena Guardianus loci Fr. Min. de Bononia, a summo Pontifice delegatus ad confirmandam venditionem quarumdam possessionum Bonon. dioc. adiacentium, prout in instrumentis ex inde confectis plenius continetur, venditarum a Priore hospitalis S. Marie Bononien. Ord. Cruciferorum Priori S. Marie Nigripontis eiusdem Ord., ut in instrumentis publicis reperitur, summi Pontificis literas in hunc modum recepi, tenor quarum est talis:

« Alexander episc. Guardiano Fr. Min. Bonon. Exposita coram nobis dilecti filii Prioris hospitalis S. Marie Nigriponten. Ord. Cruciferorum petitio continebat quod cum hospitale S. Marie Bonon. ipsius Ord. gravibus esset debitis obligatum, Prior eiusdem hospitalis Bonon. quasdam possessiones ipsius eidem Priori dicti hospitalis Nigriponten. et per eum ipsi hospitali, de consensu dilecti filii Magistri eiusdem Ord., vendidit pro pretio DCCLX lib. bon., prout in publico instrumento confecto ex inde plenius dicitur contineri;

quam pecuniam dictus Prior Bonon. in solutionem convertit huiusmodi debitorum; unde petebatur a nobis ut venditionem ipsam ratam habentes, eam apostolico roborare munimine curaremus. De tua itaque circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus si tibi constiterit quod predicta venditio provide facta fuerit, et in utilitatem prefati hospitalis S. Marie Bonon. dicta pecunia sit conversa, venditionem eandem, auctoritate nostra, studeas confirmare. Datum Laterani VIII kal. maii, pontif. nostri anno tertio » *(24 april. 1257).*

Volens igitur mandata sanctissimi Patris et d. summi Pontificis exequi tam debite quam devote, ac in omnibus et per omnia effectui mancipare, cuncta pro posse ad indagationem venditionis prenotate facientia diligenter et subtiliter perscrutando curam gessi debitam et devotam, solicite ad huius rei veritatem plenius exquirendam, prout mihi visum fuit melius et utilius expedire; videns etiam et perlegens diligenter instrumentum debiti occasione cuius possessiones dicte distracte fuerunt. Que omnia fideliter sic peregi ut ex hiis evidenter percipere possem utrum dicta venditio canonice facta esset et pecunia, ex predictis possessionibus ita distractis habita et recepta, in utilitatem dicti hospitalis S. Marie Bonon. conversa totaliter extitisset. Quibus omnibus ita peractis, manifeste cognovi nominatam venditionem esse provide factam, et prefatam pecuniam esse conversam integre in utilitatem non modicam hospitalis S. Marie Bonon. superius sepe dicti. Ideo mecum habita plena deliberatione, super omnibus prelibatis ac circumstantiis predictorum, Christi nomine invocato, auctoritate mihi a d. Papa collata, dictam venditionem Priori hospitalis S. Marie Nigripontis superius nominati a prefato Priore S. Marie Bonon. [factam], sequens formam prescriptarum literarum, duxi in omnibus et singulis suis capitulis, sicut in publicis instrumentis ex inde confectis manifeste continetur, ex certa scientia confirmandam, concedendo et tribuendo eidem venditioni plenam et plenissimam roboris firmitatem.

Acta hec confirmatio fuit die lune, quarto mensis maii exeuntis, in *claustro* loci Fr. Min. de *Cesena,* pp. ... fr. *Benedicto,* fr. *Gabriele,* fr. *Iohanne* de Bonelda, fr. *Egidio* de Bonon., fr. *Ugone* Berardengo de Ravenna, fr. *Benvenuto* de Imola, fr. *Albertino* et fr. *Rainaldo* Ord. Min., ad hoc testibus convocatis, sub anno Domini MCCLVII, indict. XV. Ego Marcus de Aldrevandis imp. auct. not. pres. mandato Guardiani predicti, ut supra legitur, scripsi et publicavi.

Arch. monaster. Monialium S. Agnetis, 3/5593, n. 152. — Orig.

1194. Viterbii, 5 augusti 1257.

Indulgetur ut Sorores Monaster. S. Francisci Bon. a Capellano vel Visitatore absolvi possint ab omni excommunicationis sententia.

Alexander episc. Abbatisse et conventui *Monasterii S. Francisci de Bonon.* Ord. S. Damiani ad Roman. Eccl. nullo medio pertinentis. « Devotionis vestre ». Datum Viterbii nonis augusti pontif. anno tertio.

Arch. monaster. Monial. SS. Naboris et Felicis, 64/5759, n. 6. — Orig. cum plumbo e chorda ser. pendenti; in plica « S. Francissi de Regio », sub plica « scomunicationis »; in dorso « fr. R ✠ et fr. G. ». « Privilegium d. Alex. pp. IIII quod Domine et oblati earum possint absolvi ab excomunicatione per visitatores et capellanos earum ». = BF II, 234 ex hoc Archivo.

1195. Bononiae, 31 maii 1258.

Actoris et procuratoris creatio.

D. *Maria* Abbatissa monasterii *S. Francischi strate S. Stephani Bon.* de consensu Sororum ipsius ecclesie ibidem existentium ad hoc specialiter ad capitulum congregatarum, quarum nomina ipsa domina dixit hec esse: *Iohanna, Andrea, Philippa, Lucia, Berta, Consolata, Agnesia, Paganina* Ferar., *Ysabetta,* alia *Phylippa, Francischa, Azolina, Iacobina, Iacoba, Bonaventura, Victoria, Maria,* alia *Agnesia, Guilielmina, Iohanna* de Parma, *Iustina, Magdale,* alia *Francischa,* alia *Magdale* de Vicentia, *Peligrina* de Vicentia, alia *Iacobina, Cecilia, Beatrixia, Sophya, Marina, Bonaventura* de Medicina, alia *Maria,* alia *Francischa,* alia *Lucia, Iulicta, Nobilis, Antonia, Ruffina, Gregoria, Pacifica, Iuliana,* et ipsum capitulum, nomine et vice dicti monasterii, constituerunt, fecerunt atque ordinaverunt fr. *Tichinum* de Penitentia eorum et dicte universitatis sindicum, actorem et procuratorem ad vendendum et tradendum Capitulo canonicorum Bon. eccl. et ipsis canonicis seu eorum sindico recipienti pro eis vel aliis, possessiones cum domibus que fuerunt q. d. Tantidenarii Radicis, posit. in Quarto de subtus, de quibus ipse d. Tantidenarius reliquid usufructus uxori sue, que possessiones dicebantur pervenisse ad dictam ecclesiam et ad quasdam alias Religiones ex testamento dicti d. Tantidenarii et ex dispositione et declaratione Prioris Fr. Pred. Bonon., lectoris eorundem, fr. Monete eiusdem Ord. et fr. *Albertini* de Verona de Ord. Min., et ad pretium recipiendum de dictis possessionibus, et ad possessionem corporalem tradendam de dictis possessionibus, et ad obligandum se nomine ipsius ecclesie et bona ipsius eccl. usque ad quantitatem ipsi eccl. designatam, que est xxv lib. bon., et ad omnia et singula facienda que in predictis et circa predicta pro eis et eorum nomine fuerint facienda, et que ipsemet facere possent, promittentes omnia predicta et venditionem et obligationem et promissionem quam faciet idem fr. *Tichinus* eorum nomine et pro eis usque ad dictam quantitatem, habere et tenere firma et rata per se et eorum successores sub obligatione bonorum dicte ecclesie *etc.* ... Actum in dicta ecclesia. Testes hiis omnibus suprascriptis interfuerunt vocati et rogati, videlicet fr. *Sanctorum,* fr. *Benvenutus* Pascipauperis, fr. *Lambertus* de Bazano de Ord. Min., fr. *Ugolinus* Vitalis de S. Iohanne in Persiceto ... Bonvicinus q. Leonardi Firmani not.

Arch. Metropolit. Eccl. S. Petri, 22/209, n. 25. — Orig. In eadem membrana « Eodem die, mense et anno, simile mandatum eidem fr. *Tichino* de Penitentia detulerunt Abbatissa et Sorores eccl. S. Marie de Misericordia Bon., Priora et Sorores eccl. S. Petri Martiris Bon., Priora et Sorores Conversarum eccl. S. Marie Magdal. contrate strate Maioris Bon. et Prior et Fratres conventus Heremitanorum eccl. S. Iacobi de Savena Bon. pro parte sibi contingente de possessionibus que fuerunt q. d. Tantidenarii Radicis posit. in Quarto de substus (*sic*) ex test. ipsius Tantidenarii Radicis, et ex dispositione et declaratione Prioris Fr. Pred. Bon., lectoris eorundem, fr. Monete eiusdem Ord. et fr. *Albertini* de Verona de Ord. Min. Bonvicinus q. Leonardi Firmani not. = Cfr. *Archiginnasio,* VI, 200 sq.

1196. Bononiae, 29 decembris 1258.

Solutio.

D. Aigonus not. sindicus eccl. et conventus Dominarum S. Iohannis Batiste ... dedit et solvit et numeravit Fratribus Guidoni de Ord. S. Iacobi et *Bagatino* fratri

Penitentie ... comissariis d. Beatrixie uxoris q. d. Ricii de Riosto xxxiii lib. bon., que erant adhuc ad solvend. de testamento diete d. Beatrixie ... In statione d. Gabrielis d. Buvalelli Grogni ... Vitalis de Allisimdis not.

Arch. monast. Monial. S. Ioannis Baptistae, 5/4489, n. 12. — Orig.

1197. Bononiae, 27 (?) augusti 1259.

Testamentum.

D. Gerardinus f. q. d. Bernardini de B[...]se habitator Bagni ... reliquid p. a. s. Fratribus Min. de *S. Iohanne in Persereto* l sol. bon. pro restitutione de maltolittis de bonis comunis S. Iohannis predicti, quibus Fratribus dicta maltoletta dicuntur esse concessa a dicto comuni ... Actum in villa Bagni in domo dicti testatoris ... Egidius f. q. Albertini Bagnoli de Bagno not.

Arch. S. Stephani, 23/959, n. 30. — Orig.

1198. Bononiae, 4 decembris 1260.

Apocha.

D. Franciscbus f. q. d. Ugonis Lucensis confessus fuit se recipisse et sibi datas esse dlxx lib. et xi sol. et xi den. bon. a fr. Thederico d. Pape capellano de Ord. Predic., dante nomine magistri Ugonis script. Penitentiarie d. Pape ... pro pretio unius petie terre xxvii tornat. et xxv tabul. posit. in pertinentia civit. Bon., in loco ubi dicitur « Frassenum » sive « Roncaglli »... Actum Bononie apud domum Fratrum Pred., pp. ... fr. *Tichino* de Penitentia. Bonvicinus q. Leonardi Firmani not.

Arch. S. Dominici, 76/7410, R. P. n. 18.

1199. Viterbii, 23 februarii 1262.

Ne recipiantur in Ordine Fratres Heremitae sine suorum Superiorum licentia.

Urbanus episc. Generali et universis Ministris Ordinis Fratrum Min.

Quantum preclara Ordinis vestri religio inter Religiones alias per insignem gratiam meritorum prerogativam virtutum et eminentiam sanctitatis conspectiori rutilat claritate, tanto magis vestram condecet honestatem ut omnem in vobis iustitiam adimplentes debite caritatis legem erga singulos observetis non faciendo id aliis quod vobis ascriberetis non inmerito ad offensam. Sane dilecti filii Generalis ac ceteri Priores et Fratres Heremite Ord. S. Augustini nobis graviter sunt conquesti, quod licet fel. recordationis Alexander pp. predecessor noster vobis per suas litteras dederit in virtute obedientie firmiter in preceptis, ut aliquem Fratrem predicti Ord. post professionem in eo emissam, sine sui Prioris licentia in Ordine vestro nullatenus recipere presumatis [1]; aliqui tamen vestrum huiusmodi preceptum observare non curant recipiendo professores ipsius Ord. S. Augustini, et etiam sollicitando novitios ipsius Ord. quod ad vestrum Ordinem debeant se transferre, in dictorum Priorum et Fratrum suorum grave scandalum et Ordinis eorum non modicum detrimentum. Quare petebant a nobis ut super hoc adhibere oportunum remedium curaremus. Quia vero vos eis per litteras ipsius predecessoris, sub pena excommunicationis iniungi [2], sicut asseritur, procurastis ut Fratres Ord. vestri professos in suum con-

[1] Deest apud BF, II. [2] Oblitteratum; cf. supra n. 1191.

sortium non admittant, et propter hoc vos decet pati legem quam illis obtinuistis imponi, universitatem vestram attente rogandam duximus et monendam per apost. vobis scripta in predicta virtute obedientie firmiter precipiendo, mandantes quatenus preceptum eiusdem predecessoris nostri vobis in hac parte directum sollicite observantes, contra illud nullum Fratrem Heremitam de cetero in vestro recipere Ordine presumatis, ab huiusmodi sollicitatione novitiorum ipsorum penitus desistentes, ita quod nulla inter vos et ipsos, occasione huiusmodi, contentio exoriri valeat, sed potius caritas et dilectio iugiter augeri de bono in melius, et nos devotionem vestram exinde commendare possimus.

Datum Viterbi vii kal. martii pontif. nostri anno primo.

Arch. S. Iacobi, 83/1689, n. 22. — Exemplum. « Ego Iohannes q. f. Petri Rubboli imperial. Aul. et Arimin. not. absultationi huius exempl. cum privilegio bullato bulla papali, quia sic in isto ut in illo contineri videbatur, ideo me rogatum subscripsi sub anno Domini MCCLXII ind. v, Arimini die VIII intrante iunio, tempore d. Urbani pp. quarti. Ego Petrus Aguzoli auct. d. Thederici nunc archiepisc. Raven. eccl. not. constitutus abscultationi huius exempl. interfui et vidi et legi cum privilegio bullato bulla papali, quia *etc.* me rog. subscripsi. Ego Gherardus f. olim Bernardi calz. imper. Aul. et Arimini not. predicta omnia scripssi et exempl. prout inveni in privilegio bullato bulla papali et filo pend., nichil in fraude per me additum vel diminutum ut sensus locutionis in aliquo mutaretur, nisi forte punctum, litteram vel sillabam, sub anno Domini MCCLXII, temp. d. Urbani pp. IIII, ind. v, Arimini die octavo intrante mense iunio, et cum signo meo hic aposito ».

1200. [...... ... 1254-1261].

Sorores S. Clarae mon. S. Francisci Bon. eximuntur a solutione decimarum.

Alexander episc. Abbatisse et Monialibus *S. Francisci Bonon. Ord. S. Damiani.* Pietatis opera, cuius observancie vos pro Christi gloria deputastis, adeo vobis apostolice Sedis gratiam promerentur, ut ea, que cum Deo et honestate possumus, vobis favore benevolo concedamus. Ea propter, dilecte in domino Filie, vestris iustis precibus inclinati, ut de terris et possessionibus vestris, quas propriis sumptibus excoli facitis vel aliis conceditis excolendas, nulli decimas solvere teneamini, nec aliquis ad id vos coarctare valeat, nisi vos ad alium Ordinem transferetis, auctoritate vobis presencium indulgemus. Nulli *etc.*

Arch. monast. Monialium SS. Naboris et Felicis, 64/5758, n. 10. — Exempl. non authent. sine Dat. In margine « Privilegium speciale monasterii Bonon. quod non tenentur Sorores solvere decimas ». = Cf. BF I, 123.

1201. Bononiae, 27 madii 1262.

Venditio.

D. Nicholaus f. q. d. Petri de Avosa ... vendidit ... d. Remengarde, f. q. d. Ropavilani unam petiam terre prative, que dixerunt esse VIIII tornat. et tertia pars alterius tornat., minus media tabula ... pro pretio IIII lib. et XV sol. bon. pro qualibet tornat. ... Actum sub porticu dicte emptricis, que est iuxta ecclesiam Fr. Min. Iohanes q. Gerardi Chazacervi not.

Arch. monast. Monial. SS. Naboris et Felicis, 1/5696, n. 18. — Orig.

1202. Bononiae, 30 iulii 1264.

Testamentum.

D. Marchisinus f. q. d. Aimerici olim d. Arpinelli de Ricoadonna ... p. a. s. reliq. de bonis suis M lib. bon. parvorum, ex quibus dari iussit ... conventui Fr. Min. Bon.

cc lib. bon.; item *colegio Sororum Minorum Ord. S. Clare in eccl. S. Francisci Bon.* morantibus c lib. bon. ... Item de residuo dicte quantitatis emi voluit duo assamita per conmiss. suos, portanda super corpus eius ad funus, que dari mandavit ecclesie aput quam suam sepult. duxerit eligendam, de quibus voluit fieri unam planetam et unam dalmaticam et unam tunicellam ad presbit. et diacon. et subdiacon. apta ad missas celebrandas ... et si quid de dicta quantitate a predictis supererit, illud voluit expendi circa funus et sepult. suam, prout melius et utilius videbitur conmiss. Item de aliis suis bonis reliquid et dari voluit cuilibet conventui Fr. Pred. et Fr. Min. civitatum que sunt a *Parma* usque ad *Arimanum* x lib. bon. ... Item fr. Guillielmo consobrino suo L lib. bon. ... Conmissarios suos et huius sui test. executores reliquid et constituit Priorem Fr. Pred. et Guardianum Fr. Min. Bon. qui p. t. fuerint, quibus conmiss. et cuilibet eorum in solidum dedit et tribuit plenam licentiam *etc.* ... et si dicti conmiss. nollent predicta exequi, voluit esse suos conmiss. ad predicta exequenda illos quos ipsi Prior et Guardianus eligerent ... In omnibus autem aliis suis bonis mo[bilibus et in]mobilibus, iuribus *etc.* conventum Fr. Pred. et conventum Fr. Min. Bon. sibi equalibus porcionibus heredes instituit et reliquid ... Et si aliquis eorum cui aliquid legavit in h. s. t. molestaret ... conmiss. suos in predictis exequendis vel heredes suos, aut impediret quominus per eos possent predicta exequi, privavit illum vel illam ... omni legato sibi relicto ab eo, et in illum casum ea que sibi legaverat ad heredes suos voluit pervenire. Actum apud eccl. Fr. Pred. Bon. ... Bonvicinus q. Leonardi Firmani not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 3. — Orig.

1203. Bononiae, 14 novembris 1265.

Particula testamenti.

In testamento d. Albertonis q. d. Guidonis de Porro de capella S. Proculi, inter cetera continetur sic: In omnibus suis bonis mobil. et immobil. *etc.* d. Bonrecuprum legum doctorem filium suum sibi heredem instituit et reliquit. Et si dictus d. Bonrecuprus eius f. decederet sine liberis legittimis masculis, voluit et iussit ut domus ipsius testatoris, in qua ipse moratur, sicut extat separata per murum a domo alia testatoris, in qua morantur scolares et sunt scole, prout designat murus broyli usque ad domos broyli Machagnanorum, cum domibus baxis et curia parva post ipsam domum posit., quarum confines *etc.* ... detur ad pensionem in perpetuum, sine temporis prefinitione p. a. s. et animabus patris et matris sue, et p. a. dicti d. Bonrecupri filii sui, per Priorem Fr. Pred. et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerint, dividendo pensionem dicte domus in hunc modum, ita quod una quarta pensionis sit eccl. S. Dominici Pred. et Fr. Min. de Bon. si hoc comissum eis fecerint et servaverint Prior et Guardianus, et si hoc non fecerint et servaverint, tunc Prior de Boscho et Prior Fratrum de Sachis predicta faciant et habeant, dictam quartam pensionis partem: alia vero quarta dicte pensionis sit eccl. Sororum Conversarum et Fr. Heremitarum S. Iacobi de Savena, altera vero quarta dicte pensionis sit Fratrum de Sacho et infirmorum de S. Lazaro, pro indumentis eorum, alia vero quarta detur pro maritandis mulieribus vel in religionem intrandis, prout videbitur dictis Priori et Guardiano, eo tamen salvo quod si dicta domus indigeret aptari vel reparari, quod tunc debeant eam facere reparari et aptari de pensione predicta. — Predictum

testamentum actum fuit Bononie in domo testatoris predicti, MCCLXV, XIIII novembris, et not. fuit Bonvicinus q. Leonardi. Ego fr. Marinus de Medicina exempl. predicta de autentico.

Arch. S. Dominici, 236/7570, pag. 91. — Exempl. = Cf. n. 89.

1204. Bononiae, 1 februarii 1267.

Particula testamenti.

In testamento d. Bonrecuperi legum doctoris, f. q. d. Albertonis de Porro de cap. S. Proculi, inter cetera continetur sic: « Si autem moriar sine filiis masculis seu feminis, pauperes Christi mihi heredes instituo p. a. m. » *etc.* Et infra: « Lego uxori mee d. Imigle usumfructum terre mee *etc.* et habitationem domus mee in qua morantur scolares, que est iuxta Bartholomeum suum fratrem et iuxta aliam meam domum in qua habito *etc.* Post mortem vero dicte mee uxoris, vel modo alio finito dicto usufructu, dicte res perveniant ad heredes meos predictos, excepta domo predicta, quam iubeo in perpetuum, sine temporis prefinitione, dari per commiss. meos qui supererint, ad pensionem, et pensio uniuscuiusque anni detur p. a. mea et patris mei, istis pauperibus, scilicet quarta pars Fratribus Pred., et quarta pars Fratribus Min. de Bon., et quarta pars hospitali S. Lazari leprosorum, et quarta Fratribus de Sacho ». Et infra: « Commissarios meos esse volo Priorem Fr. Pred. de Bon. qui nunc est vel p. t. erit ... et Custodem Fr. Min. de Bon. qui est vel qui tunc temporis erit Custos, et fr. *Paxipoverum* » ... Predictum testamentum actum fuit Bononie in capella infirmarie Fr. Pred., MCCLXVII, I februarii, et not. fuit Bonvisinus q. Leonardi Firmani. Ego fr. Marinus de Medicina predicta exemplavi de autentico.

Arch. S. Dominici, 236/7570, p. 92. — Exemplum.

1205. Bononiae, 31 madii 1267.

Testamentum.

Auxelittus d. Rodulfi de Chazano ... dari voluit Fratribus Min. x sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. S. Dominici ... Arardus de Fassis not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 5. — Orig.

1206. Bononiae, 4 augusti 1267.

Testamentum.

Ego d. Gualdrina f. q. d. Egidii Pizolpili et olim uxoris d. Gervaxii not. q. Martini Gole ... testamentum condere volo ... Actum Bononie in eccl. S. Dominici Fr. Pred. in pres. ... fr. *Tichini* de Penitentia, quem dicta testatrix constituit suum procur. ad deponendum test. suum in sacristia Fr. Pred. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Bux. de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 6. — Orig.

1207. Bononiae, 28 martii 1268.

Testamentum.

D. Donella f. Arardi not. uxor Rainerii de Bertalia ... dari voluit conventui Fr. Min. Bon. XL sol. bon. ... Actum in domo fr. *Tichini* de Penitentia ... pp. fr. *Ti-*

chino Petri Marchisii, fr. *Mercadante* Guandalini, fr. *Benvenuto* fornario ... Bonvicinus q. Leonardi Firmani not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 8. — Orig.

1208. Bononiae, 30 martii 1268.

Testamentum.

Fr. *Tichinus* de Penitentia f. q. Petri Marchisii habit. Bon. ... reliquid d. Romee uxori sue, donec vixerit, habitationem domus sue minoris quam habet iuxta fr. *Mercadantem* ... Actum Bononie in domo Fratrum Predic. iuxta scolas ipsorum ... Bonvicinus q. Leonardi Firmani not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 9. — Orig.

1209. Bononiae, 20 novembris 1268.

Testamentum.

D. Uliana f. q. d. Alberti Strazaroli et uxor olim Cambioli sarti ... reliquit conventui Fr. Min. v sol. bon. ... Actum Bononie in ecclesia B. Dominici ... Zanboninus q. Antolini not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 11. — Orig.

1210. Bononiae, 5 decembris 1269

Testamentum.

D. Iohanna f. q. d. Mathioli de Galuciis ... legavit fr. *Gandulfo* xx sol. bon., qui est de Ord. Fr. Min. ... fr. *Aspectato* suo fratri xx sol. bon. ... conventui Fr. Min. v lib. bon. ... Actum Bononie ... Ambrosinus d. Ambrosii not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 14. — Orig.

1211. Bononiae, 14 ianuarii 1270.

Testamentum.

D. Ymelda f. q. d. Ugolini de Campiglio et uxor q. d. Manzoli de Burgo Panicali ... reliquid p. a. s. xx lib. bon., de quibus reliquid ... fr. *Azoni* de Ord. Min. xx sol. bon. Residuum vero voluit expendi circa funus et sepult. suam et ubi melius et utilius visum fuerit p. a. s. infrascr. suis comiss. Sepulturam suam voluit esse apud *eccl. S. Francisci de Dominabus strate S. Stephani.* Comiss. suos voluit esse predictum fr. *Azonem* de Ord. Min. et d. Cyprianam q. Remengardini, dans eis licentiam et potestatem vendendi, alienandi *etc.* ... ita tamen quod si dictus fr. *Azo* premoreretur, loco eius sit Minister eiusdem Ord. qui p. t. fuerit ... Item dictam d. Cyprianam reliquid dominam et usufructuariam omnium bonorum suorum, iurium *etc.* donec vixerit; post autem mortem suam, in omnibus dictis suis bonis, iuribus *etc.* sibi heredes instituit *Dominas et conventum S. Francisci de burgo strate S. Stephani,* ita tamen quod ipse Domine et conventus non possint nec debeant, per se vel per alium, modo aliquo, iniuriari, molestare, agravare vel aliquid petere a dicta d. Cypriana de dominio et usufructu dictorum suorum bonorum donec

vixerit; quod si facerent, privat eas et dictum conventum, ex nunc, a dicta sua hereditate et bonis et iuribus, et eam hereditatem et bona et iura, iure institutionis, eidem d. Cypriane reliquid ... Actum Bononie in domo dicte testatricis ... Thomas f. q. Alberti fabri not.

Arch. monast. Monial. S. Agnetis, 4/5594, n. 218². — Orig. = Cf. nn. 1215, 1217.

1212. Bononiae, 30 ianuarii 1270.

Testamentum.

D. Ymelda f. q. d. Ugolini de Campiglio et uxor q. Manzoli de Burgo Panicali ... reliquid *etc.* (*ut in praecedenti*). Sepulturam suam esse voluit apud *eccl. S. Francischi de Bon. de strata S. Stephani.* Comiss. suos *etc.* ita tamen quod si dictus fr. *Azo* premoreretur, loco eius substituit Ministrum eiusdem Ord. qui nunc est vel p. t. fuerit *etc.*... Thomas f. q. Alberti fabri not.

Arch. monast. Monialium S. Agnetis, 4/5594, n. 208bis. — Orig.

1213. Bononiae, 26 aprilis 1270.

Testamentum.

D. Henghilischus q. d. Arnuxini de Pozalli ... p. a. s. et restitucionibus faciendis reliquid et dari iubsit et voluit de bonis suis mille [...], de quibus voluit debere dari et satisfieri, per comiss. infrascriptos, omnibus illis a quibus minus iuste aliquid habuisset ... et voluit quod dicte resti[tuciones ...] debeant infra duos annos a die obitus sui incipiendo incontinenti post obitum suum ... quibus comiss. dat plenam licentiam [...] apprehendendi de bonis suis ... absque alicuius contradicione, unde possint satisfieri dicte M lib. pro restitucionibus faciendis, ut dictum est et alia legata infrascripta. Et si dicte M lib. non sufficerent ... quod de aliis suis bonis per ipsos comiss. satisfiat integre omnibus a quibus minus iuste aliquid habuisset, habendo dicti comiss. libros, rogaciones, protocolla et confessiones in quibus scripte sunt raciones sue de iniuste ablatis ... Et si de dictis M lib. relictis pro restitucionibus faciendis aliquid superesset dictis comiss., voluit quod per ipsos comiss. distribuatur in pauperes Christi et loca religiosa ... Item de aliis suis bonis dari voluit ... laborerio ecclesie Fratrum Min de civit. Bon. X lib. bon. ... item laborerio eccl. Dominarum de Puglolla V lib. bon., item *Dominabus S. Francisci* C sol. bon. ... Suos comiss. esse voluit fr. *Albertinum* de Parma de Ord. Min. ... Item reliquid dicto fr. *Albertino* p. s. vestibus C sol. bon. ... In omnibus vero aliis suis bonis mobil. et inmobil. *etc.* suas filias equis porcionibus sibi heredes instituit ... ita tamen quod aliqua earum vel alius pro eis non possit de ipsa hereditate aliquid aprehendere et habere donec satisfaciones predicte et legata omnia predicta fuerint integre persoluta; volens et mandans quod omnes reditus et proventus qui obvenerint de bonis suis perveniant ad commiss. suos et uxorem suam in domo sua quo usque dicte satisfaciones facte fuerint et legata integre persoluta ... Actum (Bononie) in domo dicti testatoris in contrata Pozallis ... Gerardus q. Richoboni de Plastellis not.

Arch. S. Dominici, 39/7373, n. 2377. — Orig.

1214. Bononiae, 19 iunii 1270.

Testamentum.

Nobilis vir d. Iacobinus Ruglonus ... reliquid Fratribus Min. c sol. bon. ... item *Sororibus S. Francisci* xx sol. bon. ... Actum Bononie in domo Fr. Pred. in capitulo Novitiorum ... Dominicus Mascaronis not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 15. — Orig.

1215. Bononiae, 4 ianuarii 1271.

Debiti solutio.

Cum d. Ymilda uxor q. d. Manzoli de Burgo Panicali ... teneretur debito XLVI lib. bon. d. Cypriane q. Remengardini, ut patet eius test. script. manu mei Thomaxii not. ... et peteret dicta d. Cypriana dictum debitum sibi solvi a *monasterio et Sororibus S. Francischi de strata S. Stephani*, ut ab heredibus dicte d. Ymilde ex dicto test.; unde cognoscentes predicta d. *Phylippa* abbatissa dicti monasterii S. Francischi et Sorores eiusdem rei veritatem ita esse, volentes agnoscere bonam fidem et parcere sumptibus litis, dicta d. *Phylippa* abbatissa dicti monasterii S. Francischi, de consensu et voluntate Sororum suarum infrascript., et ipse Sorores nomine et vice dicti monasterii et conventus et suorum success., dederunt et tradiderunt in solutum predicte d. Cypriane pro dictis XLVI lib. bon. medietatem dominii et proprietatis cuiusdam petie terre arat. XIII tornat. et tertie partis alterius posit. in Burgo Panicali, in loco cui dicitur «Casalmarzante», iuxta *etc.* ... ex bonis et hered. predicte d. Ymilde, cuius ususfructus spectat ad dictam d. Cyprianam ex dicto testamento, ad habendum, tenendum *etc.* ... Et promisit dicta d. sor. *Phylippa* abbatissa per stipul. pro se suisque success. et nomine et vice dicti monasterii et conventus, et consensu et voluntate infrascript. suarum Sororum, et ipse Sorores etiam promiserunt predicte d. Cypriane, pro se suisque heredibus stipulanti, de dicta re tota vel pro parte ... deinceps litem vel controversiam non movere ... sub pena dupli dicte peccunie et meliorationis ipsius rei, ut p. t. plus valuerit ... et sub refectione dampnorum, expensarum ac interesse litis et extra, et sub obligatione bonorum dicti monasterii. Sorores autem ipsius monasterii hiis omnibus presentes, facientes et consencientes sunt hee, videlicet: sor. *Paganina*, sor. *Francischa*, sor. *Consolata*, sor. *Aurea*, sor. *Iacobina*, sor. *Thomaxina*, sor. *Azolina*, sor. *Bartholomea*, sor. *Iolicta*, sor. *Nobelle*, sor. *Antonia*, sor. *Francischa*, sor. *Iusiana*, sor. *Beatrixia*, sor. *Benedicta*, sor. *Sophya*, sor. *Gregoria*, sor. *Iohana*, sor. *Iustina*, sor. *Iohanna*, sor. *Guillelma*, sor. *Iohana*, sor. *Christiana*, sor. *Lambertina*, sor. *Iolicta*, sor. *Cycilia*, sor. *Catellina*, sor. *Antonia*, sor. *Iacoba*, sor. *Phylippa*, sor. *Iacobina*, sor. *Barbara*, sor. *Lazarina*, sor. *Luca*, sor. *Umelia*, sor. *Angella*, sor. *Pacifica*, sor. *Daniela*, sor. *Clara*, sor. *Maria*, sor. *Lucia*, sor. *Victoria*, sor. *Marsibilia*, sor. *Bonaventura*, sor. *Iuliana*, sor. *Malgarita*. Actum Bononie in *ecclesia S. Francischi predicti de strata S. Stephani*, pp. Rafanello f. Recuperi serviente Dominarum ... Thomas f. q. Alberti Fabri not.

Arch. monast. Monialium S. Agnetis, 4/5594, n. 216. — Orig. = Cf. nn. 1211, 1217.

1216. Bononiae, 11 marcii 1271.

Testamentum.

D. Bonissima f. q. d. Ugolini de Vado not. et uxor d. Antonii de Riosti ... reliquid conventui Fr. Min. Bon. xx sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. B. Bertholomei porte Raven. ... Leonardus q. Bonvicini Leonardi not.

Arch. S. Michaelis, vulgo « in Bosco », 6/2178, n. 13. — Orig.

1217. Bononiae, 30 aprilis 1271.

Testamentum.

D. Cypriana q. Remengardini ... reliquid p. a. s. et d. Ymelde, *Dominabus de S. Francisco* x lib. bon. ... In omnibus aliis suis bonis mobilib. et inmobil., iuribus *etc.* ... sibi heredes instituit Dominas et conventum et eccl. B. Agnetis, ita tamen quod possessiones suas de Burgo Panicali unquam possint vendere vel alienare, set semper ad servicium Dei et dicte ecclesie debeant permanere. Et si alia sua bona et possessiones et vineam de Valle Meloncelli et possessiones de Tizano vel domum de civitate vel aliqua eorum vendere voluerint, totum precium predictarum rerum et cuiuslibet earum teneantur et debeant convertere in emptione prediorum in terra Burgi Panicalis, que possessiones, eodem modo, sint in perpetuum obligate et stare debeant ad servicium Dei et dictarum Sororum. Et si predicta vel aliquid predictorum non observentur per predictas Dominas et conventum B. Agnetis et contrafecerint, privat eas a predicta sua hereditate, ac sibi heredes instituit *Sorores S. Francisci de strata S. Stephani.* Item voluit et mandavit quod per dictos suos heredes detur et solvatur annuatim, in perpetuum, conventui Fr. Min. de Bon. p. a. s. et pro una procuratione v lib. bon., rogans predictos Fratres Min. ut eam debeant habere in comemoratione in Missa et in orationibus eorum. Actum Bononie in eccl. B. Dominici, pp. ... d. *Bolognino* q. Iohanis fratre Penitencie ... Thomas f. q. Alberti Fabri not.

Arch. monast. Monial. S. Agnetis, 4/5594, n. 218[1]. — Orig. In dorso « Test. d. Cipriane pro quo Domine de S. Agnete tenentur dare omni anno in festo [...] Domini [...] Fratrum Min. de Bon. c sol. bon. ». = Cf. nn. 1211, 1215.

1218. Bononiae, 26 maii 1271.

Testamentum.

D. Rizardus tabernarius f. q. Martini Bergognonis ... dari voluit conventui Fr. Min. et conventui *Sororum S. Francisci,* cuilibet dictorum conventuum x sol. bon. ... Actum Bononie in cimiterio ubi sepelliuntur Fratres Pred. eccl. S. Dominici, pp. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 19. — Orig.

1219. Bononiae, 20 iulii 1271.

Testamentum.

D. Bertolus q. d. Carbonis ... dari voluit Fratribus Min. xl sol. bon. ... Actum Bononie in domo Fr. Pred. sub dormitorio ipsorum Fratrum ... Dominicus Mascaronis not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 21. — Orig.

1220. Bononiae, 23 iulii 1271.

Testamentum.

D. Recordantia f. q. Aspectati de Blanchis et nunc uxor d. Andree Salamonis ... dari voluit conventui Fr. Min. x sol. bon. ... Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 20. — Orig.

1221. Bononiae, 27 ianuarii 1272.

Testamentum.

Bonpetrus q. d. Buvalelli de Bonpetris ... reliquid p. a. s. Fratribus Min. de Bon. v lib. bon. p. m. cantandis ... Item reliq. p. a. s. conventui Fr. Min. et conventui Fr. Predic. de civit. Bon. pro indumentis Fratrum predictorum Ordinum, pro illis Fratribus quibus fuerit oportunum et qui sunt novici et qui carent indumentis, xx lib. bon. cuilibet Ordini Fr. Min. et Predic. ... Actum Bononie in domo Fr. Pred. in locutorio iuxta capitulum dictorum Fratrum ... Iohannes q. Petri de Pizolo not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 23. — Orig.

1222. Bononiae, 27 februarii 1272.

Codicillus.

D. Lanbertus Caprini Florentinus existens in civit. Bon. ... recolens se test. fecisse scriptum manu d. Rolandini Florette not., volens facere codicillos, illud test. et omnia que in eo continentur aprobavit, et valere voluit presentibus codicillis, excepto in hiis que presentibus codicillis addidit et disposuit. Primo quidem addens ipsi testamento, legavit et reliq. conventui Fr. Min. Bonon. p. a. s. omne id quod, de bonis suis, deposuit aput illum conventum vel aliam personam pro ipso conventu, et omnia que aput ipsum conventum vel alium, pro ipso conventu, de bonis suis, essent vel reperirentur in obitu suo, ex causa depositi vel alio quocumque modo ... volens hos suos codicill. secretos esse, et illos publicatos dixit deposit. aput sacristiam Fr. Min. de Bon. et sigillatos sigillo Guardiani eiusdem conventus et suo proprio sigillo, velle ibidem conservari, et post suum obitum per Fratres presentari debere ... Actum Bononie in *domo* loci Fr. Min. *que est a sero iuxta ortum eorundem,* coram fr. *Guillelmino* Bon. de Ord. Min. presbitero, qui dixit *etc.,* pp. fr. *Egidio* Lanbertini, fr. *Albertino* de Feraria, fr. *Petro* d. Boniacobi, fr. *Guidocto* Ferarien. et fr. *Gerardo* Ymolen. ... Bonvicinus q. d. Leonardi Firmani not.

Arch. S. Dominici, 26/7360, n. 1654. — Orig.

1223. Bononiae, 7 (iunii)[1] 1272.

Testamentum.

Ego Tholomeus f. q. d. Zunte de Casola ... dari iubeo Fratribus de Ripa de Saxo x sol. bon. ... item fr. *Iacobo* de Ysea de Hordine Fr. Min. xx sol. bon. ... Et iubeo

[1] Ita in guardia habetur.

hanc meam ultimam voluntatem secreto deponi in sacristia Fr. Pred. vel Min. vel aliorum Fratrum secundum formam statuti, et sigillari sigillo Prioris vel Custodis dictorum Fratrum ... Actum Bononie ... Iacobus f. d. Guezi not.

Arch. S. Dominici, 54/7388, n. 3099. — Orig.

1224. Bononiae, 15 novembris 1272.

Testamentum.

D. Lodemia f. et heres q. d. Symonis Botacii ... conventui Fr. Min. ecclesie S. Francisci de Bonon. iure legati reliquid p. a. s. III lib. bon., rogans sacerdotes dicti conventus ut missas mortuorum celebrare debeant p. a. s. ... item conventui *Sororum ecclesie S. Francisci* V sol. bon. ... Item ecclesie S. Francisci de Ord. Min. Fr. ... et *ecclesie S. Francisci Sororum Min.*, cuilibet dictarum ecclesiarum legavit de bonis suis p. a. s. XX sol. bon., ad hoc ut habeat partem dictarum eccles. indulgentia[...]; item sor. *Marie* Pizole de Penitentia p. a. s. XX sol. bon. ... Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 26. — Orig.

1225. Bononiae, 10 decembris 1272.

Testamentum.

D. Beatrixia uxor q. d. Parmexani tinctoris f. q. Stephani ... reliquid de bonis suis p. a. s. iure legati conventui *Sororum S. Francisci* XL sol. bon. ... item conventui Fr. Min. civit. Bon. legavit X lib. bon. ... Actum Bononie ... in pres. ... d. *Benevenuti* fratris Penitentie fornarii ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 28. — Orig.

1226. Bononiae, 7 februarii 1273.

Testamentum.

D. Bolognitus q. Doni peliparius ... in omnibus suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* d. Lazarinam eius filiam uxorem Pisani sibi hered. instituit ... et si dicta eius heres decederet sine liberis, voluit quod (de) dictis eius bonis pervenire debeant ... conventui Ord. Fr. Min. XL sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. Fr. Pred., pp. ... d. *Thomaxino* de Spili fratre Penitencie, d. *Iohanino* de Sardellis fratre Penitencie, d. *Francisco* de Ygnano fratre Penitencie, d. *Blancho* de Superba fratre Penitencie et fr. *Guillelmo* Archerii (?) fratre Penitencie, qui asseruerunt *etc.* Petrus Gregorii q. d. Albertonis not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 29. — Orig.

1227. Bononiae, 11 aprilis 1273.

Testamentum.

D. Pegolotta f. q. Morandi ... conventui Fratrum Min. civit. Bon. legavit de suis bonis p. a. s. X sol. bon. ... Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 31. — Orig.

1228. Bononiae, 9 octobris 1273.

Sorores S. Clarae Bon. constituunt syndicum ad compositionem faciendam et ad possess. quorundam bonorum accipiendam.

Sor. *Consolata* f. q. d. Ricardi de Ligapassara de Bon. Abbatissa *monasterii et conventus Monialium sive Sororum monasterii B. Francisci de Bon.* extra circla (*sic*) strate S. Stephani de Ord. S. Clare, et Moniales sive Sorores eiusdem monasterii et conventus coadunate ad capitulum in ecclesia interriori B. Francisci ad sonum campane, ut moris est, in qua convocatione sive coadunatione fuerunt omnes Sorores dicti capituli et conventus eiusdem; dicta Abbatissa nomine dicti capituli, et dicte Sorores et dictum capitulum, quarum nomina omnium sunt hec: sor. *Paganina* q. d. Plebani de Pergamo, sor *Iohanna* q. d. Raynerii Comitis de Panico, sor. *Phylippa* q. d. Lambertini Azonis Gardini, sor. *Guleta* q. d. Guezi Debellina, sor. *Agnexia* q. d. Gerrardi de Vedrana, sor. *Aurea* q. d. Aspectati de Vizano, sor. *Madalena* q. d. Alberti Comitis de Montaxico, sor. *Barbara* q. d. Rolandi de Artinixiis, sor. *Daniela* q. d. Yvani Scogazapresbiteri, sor. *Iacobina* f. fratris Bertolomei fratris de S. Michaele de Bosco, sor. *Thomaxina* q. d. Alberti q. d. Guidocherii de Gallutiis, sor. *Beatrixia* q. d. Francisci q. d. Prindipartis de Piezis de Mutina, sor. *Nobile* q. d. Rolandi de Regio, sor. *Francisca* q. d. Iacobi de Regio, sor. *Lazarina* q. d. Udefredi doct. legum, sor. *Bonaventura* q. d. Petri Robavilani, sor. *Sophya* q. d. Adacti de Spoliti, sor. *Phylippa* q. d. Pauli de Faventia, sor. *Illuminata* q. d. Bencevenne Presbiteri de Florentia, sor *Antonia* f. fr. Blaxii de Benvignonibus, sor. *Gregoria* q. d. Ugolini de Muxulinis, sor. *Angela* q. d. Petri de Castro Britonum, sor. *Bonaventura* f. d. Tubertini de Medicina, sor. *Victoria* q. d. Guzardi (*sic*) de Castronovo, sor. *Iohanna* q. d. Gerrardi de Gloza de Parma, sor. *Agatha* q. d. Rodulphy Talgnoni de Parma, sor. *Iustina* q. d. Bernardi de Oliveriis de Parma, sor. *Iacobina* q. d. Iohannis Bazani, sor. *Caterina* f. d. Milani specialis, sor. *Iacoba* q. d. Rodulphy de Bixano, sor. *Clara* f. d. Nicholai de Piezichotis, sor. *Iohana* f. d. Guidonis de Nagna (?), sor. *Guillielma* q. d. Zeboisii de Vescontis de Verrona, sor. *Azolina* q. d. Alberti Rubei de S. Iohanne in Triaco, sor. *Cicilia* q. d. Napulionis de Gozadinis, sor. *Omelia* q. d. Alberti de Sexo de Regio, sor. *Francisca* q. d. Mezituschi de Florentia, sor. *Antonia* q. d. Corvolini not. de Vinaro de Bonon., sor. *Pacifica* q. d. Martini de la Rovere de S. Iohanne in Perscesceta, sor. *Benedicta* q. d. Alberti Rubei de S. Iohanne in Triaco, sor. *Lucia* f. fr. Guillelmini de Chixilleriis, sor. *Iuliana* q. d. Ugonis Bandi de Latteforza de Castro S. Pauli, sor. *Benvenuta* q. d. Iohannis de Meserazano, sor. *Bartholomea* f. d. Iacobini Azonis Gardini, sor. *Iusiaana* (*sic*) q. d. Guidonis Zenzarasone, sor. *Cristina* f. d. Petri de Spadazintis de S. Iohanne in Perscesceta, sor. *Chixella* f. d. Rodulphyni de Ponticlo, sor. *Diadema* f. d. Dozevalle de Gozadinis, sor. *Agnexina* d. Thomaxini Ramponis, sor. *Clara* q. d. Bonincuntri de Ponticlo, sor. *Marsibilia* q. d. Fabri de Lambertatiis, sor. *Maria* q. d. Michaelis de Butrio, sor. *Lambertina* f. d. fr. Bombologni de Muxulinis, sor. *Margarita* f. d. Petri Ravignani de S. Iohanne in Perscesceta: iste quatuor posteriores non fecerunt professionem: sor. *Beatrix* f. d. Guillelmi de la Vecla (?) de Ferraria, sor. *Ymelda* et sor. *Clara* sorores et filie d. Dominici q. d. Poete campsoris, sor. *Paula* f. d. Bonacose d. Passavantis de strata S. Stephani: fecerunt, constituerunt et ordinaverunt atque creaverunt earum et dicti

conventus et capituli syndicum fr. Avanzum q. d. Herigipti de Verona conversum dicti monasterii ad infrascripta omnia facciendа. Cum hoc esset quod lix et questio esset et verteretur inter syndicum *monasterii S. Francisci Dominarum extra circlam strate S. Stephani de Ord. S. Clare* civit. Bonon., nomine et vice dicti monasterii et conventus eiusdem, ex una parte, et d. Phylipum et Iohannem, eorum proprio nomine, et vice et nomine Aymi sui nepotis, fratres et filios q. d. Gerrardi de Baysio et d. Raynerium archipresbit. de Selustra et Oddonem fratres et filios q. d. Peregrini de Baysio, de bonis, iuribus et heredit. que fuit q. d. Raymundi q. d. Guidocti de Baysio, ex altera, super infrascriptis possessionibus et super tribus partibus totius poderis quod fuit q. predicti d. Raymundi ... quod podere posit. est apud Baysium in comitatu Regino, et alibi ubicumque in civit. Regii vel districtu, et apud Plagnam Reginam; de predictis omnibus, predicte partes ... ad talem devenerunt concordiam et transact., visis et cognitis verbis testamenti dicti q. d. Raymundi q. d. Guidocti de Baysio script. manu fr. Bonvixini not.: scilicet quod supradicti domini de Baysio et quilibet eorum, ex predicta causa transact., tradunt, dimitunt et relaxant eisdem Dominabus, syndico et conventui eiusdem monasterii omnes et singulas infrascriptas possessiones et res.

In primis petiam unam terre arat. posit. in curia Urbizani, in loco qui dicitur « Ronchi et Castrum de Bosco », iuxta *etc.* ...

item petiam unam terre arat. posit in curia Urbizani, in loco qui dicitur « Albaro », iuxta *etc.*

item pet. unam ter. arat. posit. in curia dicte terre, in l. q. d. « [...]dello », iuxta *etc.*

item unam domum cum casamento posit. in dicta terra Urbizani, iuxta *etc.*

item pet. unam ter. arat. et vineate posit. post predictam domum et iuxta *etc.*

item duo casamenta posit. in dicta terra extra Castrum Urbizani, iuxta *etc.*

item unum casamentum cum una domo de pallehiis posit. in dicta terra, iuxta *etc.*

item unum casamentum cum una domo de pallehiis posit. in dicto Castro, iuxta *etc.*

item unum casamentum posit. in dicto Castro, iuxta *etc.* ... indivisum erat cum heredibus q. predicti d. Gerrardi et cum heredibus q. dicti d. Peregrini de Baysio.

item pet. unam ter. arat. posit. in curia dicte terre, in l. q. d. « Spessa », iuxta *etc.*

item pet. unam ter. arat. posit. in curia dicte terre, in l. q. d. « Strata », iuxta *etc.*

item unam petiolam terre arat. prope predictam, iuxta *etc.*

item pet. unam ter. arat. et prativ. posit. in curia dicte terre, in l. q. d. « Albareta », iuxta *etc.*

item pet. unam ter. arat. posit. in curia dicte terre, in l. q. d. « Feud. de Guza », iuxta *etc.*

item pet. unam ter. arat. iuxta Feud. de Cuza, et iuxta *etc.*

item pet. unam ter. arat. posit. in curia dicte terre, in l. q. d. « Gavasetum », iuxta *etc.*

item pet. unam ter. arat. posit. in curia dicte terre, in l. q. d. « da la Noxe de Malscudero », iuxta *etc.*

item pet. unam ter. arat. posit. in dicto loco, iuxta *etc.*

item pet. unam ter. vineat. posit. in curia dicte terre, in loco qui dicitur « Vinea de la Cruce », iuxta *etc.*

item pet. unam ter. arat. posit., in l. q. d. « Contracta (?) de Mandria », iuxta *etc.*

item pet. unam ter. arat. et prat. posit. in curia dicte terre, in l. q. dicitur « Bagnagallo », iuxta *etc.*

item pet. unam ter. prat. posit. in curia dicte terre, iuxta *etc.*, in l. q. d. « Pratum Dominici Barrixelli ».
item pet. unam ter. arat. posit. in curia dicte terre, in l. q. d. « Frascaro », iuxta *etc.*
decretorum doct., Bonifatio de Lauglano, Scanabicco de Romantiis et Petro d. Cabrioci, canonicis eiusdem Bononien. Ecclesie, lecta fuit eis et in eorum presentia, per me Iacobum not. infrascrip., exemptio facta a ven. patre d. Ottaviano Bononien. Episcopo, de *Monasterio S. Francisci* et personis et possessionibus, per suas litteras, suo sigillo appenso munitas, quarum tenor talis est:

« Ottavianus miseratione divina Bononien. episcopus dilectis in Christo filiabus Abbatisse et Sororibus pauperibus Monialibus inclusis *Monasterii S. Francisci Ord. S. Clare de strata S. Stephani Bonon.* salutem et benedictionem.

« Cum bone memorie Henricus, eadem miseratione Bononien. episcopus, olim pio concurrens assensu, pie et humili petitioni Abbatisse et Sororum dicti per eas constructi monasterii Inclusarum, prefatum monasterium cum suis possessionibus circumpositis, usque ad xx tornatorias terre, et personas ibidem tunc et in futurum morantes, ad preces sanctissimi patris d. Gregorii summi Pontificis, et d. Raynaldi Ostien. electi, et apostolice Sedis Legatorum d. Iacobi Penestrini electi et d. Oddonis S. Nicholai in carcere Tullian. Diaconi Cardinal., ab omni iure episcopali et cuiuslibet condictionis obligatione, tam in temporalibus quam in spiritualibus, exemerit pleno iure, nichil eidem in eisdem nisi unam libram cere, pro synodo, reservando, annis sibi singulis persolvendam; ecclesiastica etiam sacramenta, per eum et successores suos, cum per eas forent requisiti dumtaxat gratis, et sine pravitate aliqua impendenda; que quidem fuere per capitulum Bononien. Ecclesie acceptabili consensu et approbatione efficabili confirmata, et etiam per felitium recordationum d. Gregorium papam nonum, d. Innocentium pp. quartum et d. Alexandrum pp. quartum, ut per ipsa privilegia papalia bullis plumbeis appensis in cordulis munita fidem preconcepimus pleniorem: Nos considerantes quod sepedictum monasterium est in temporalibus et spiritualibus oblatione fidelium aliqualiter ampliatum, quodque religiosam vitam eligentibus multiplex convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eas a proposito revocet, aut, quod absit, robur sacre debilitet observantie regularis, humili vestre petitioni nobis oblate que dicti monasterii Incluse ut ibidem devote Domino famulantes, pro vobis et aliis peccatoribus usu continuo possitis orare intuitu pietatis et pro redemptione peccatorum nostrorum et antecessorum nostrorum, favorabiliter inclinati, annuimus, et memoratum vestrum monasterium et omnia bona mobilia et inmobilia que nunc habetis et habiture estis in posterum, et personas in ipso monasterio nunc et in futurum degentes, ab omni iure episcopali et cuiuslibet condictionis obligatione, tam in temporalibus quam in spiritualibus, pleno iure, eximinus, nobis in eisdem dumtaxat, pro synodo, reservantes duas libras cere, annis nobis singulis persolvendas, in eisdem libra cere contenta in predicto predecessoris nostri privilegio comprehensa; et ecclesiastica sacramenta, que solum cum a vobis fuerimus requisiti, nos et successores nostri gratis et sine pravitate aliqua impendemus. In cuius rei evidens testimonium et notitiam clariorem, hec fecimus nostri sigilli munimine roborari.

« Datum apud castrum Olivete de Muscello in anno a nativitate Domini nostri Yhesu Christi mcclxxxi, ind. nona, die penultimo septembris ».

Predictis omnibus et singulis prefatum capitulum consenscit et ea acceptavit et approbavit in qualibet parte sui. In cuius rei testimonium mandaverunt predicti domini presentem paginam publica manu conscribi et sigilli memorati capituli bononien.

munimine roborari. Actum in caminata domus d. Ubaldini de Riosto Bononien. Canonici in canonica bononien. Eccl., pp. dd. Ugolino de Monteacinico Vicar. d. Bononien. Archidiaconi, Bitino et Iohanne mansionariis bononien. Eccl., Dominico campsore et fr. Aycardino Ord. S. Michaelis de Busco, ad hoc vocatis et rogatis testibus.

Eodem anno ... die VI octubris. — D. Iacobus de Panico canonicus bonon. Eccl., lectis sibi et in eius presentia exepmtione (*sic*) et acceptatione predictis per me Iacobum not. infrascript., predictis omnibus et singulis consenscit, et ea acceptavit et approbavit in qualibet parte sui. Actum in canonica bonon. Eccl., pp. dd. Ugolino de Monteacinico et Dominico Poete campsore ...

Eodem anno ... die VIII octubris. — D. Paulus de Graidanis bonon. canonicus predictis omnibus et singulis consenscit, et ea acceptavit et approbavit in qualibet sui parte. Actum in canonica Bonon., pp. d. Foligno et Ubaldino canonicis Bonon. ...

Ego Iacobus q. Benvenuti imp. auctor. not. predictis omnibus interfui et ea de mandato et auctor. predicti capituli et dictorum dominorum publice scripsi.

Arch. monaster. Monial. SS. Naboris et Felicis, 64/5759, sine numero. — Orig. cum cborda et cer. sigillo. In dorso « Exemptio facta per d. Octavianum episc. Bon. de consensu capituli canonicorum episcopatus eiusdem monasterio Dominarum S. Francisci Ord. S. Clare in personis, rebus et possess. habitis et habendis ». — n. 73/6762, p. 9 et seq. Exempl. non authent.

1282. Bononiae, 12 octobris 1281.

Testamentum.

D. Mina. f. q. d. Thomaxini de Tebaldis et uxor d. Peregrini de Galuciis ... conventui Fr. Min. eccl. S. Francisci de Bon. legavit XL sol. bon. p. m. celebr. p. a. s.; item fr. *Albertino* Parmen. Ord. Fr. Min. legavit III lib. bon. p. m. celeb. p. a. s.; item fr. *Ugolino* de Tebaldis Ord. Fr. Min. legavit III lib. bon. p. suis vestibus ... item sor. *Lucie*, sor. *Thomaxine* et sor. *Characose*, omnes de Ord. Sororum Minorum S. Francisci, cuilibet earum legavit p. a. s. XX sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. S. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 89. — Orig.

1283. Bononiae, 16 novembris 1281.

Testamentum.

D. Franceschа f. q. d. Vandi bechariі ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit V sol. bon. ... item fr. *Albertino* Parmen. Ord. Fr. Min. legavit X sol. bon. ... Actum Bononie in parlatorio iuxta rotam Sororum eccl. S. Agnetis ... in pres. fr. *Blanchi* de Altedo de Penitentia ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 90. — Orig.

1284. Bononiae, 27 novembris 1281.

Testamenti executio.

Cum hoc esset quod d. Boniohanninus q. d. Ysnardi de Pizolpilo et vir d. Syme q. d. Gerardecti de Castro Britonum condiderit test. scriptum manu Damiani q. Roffini calzor. not., in quo reliquid D lib. bon. p. a. s. et de hiis dari voluit C lib. bon. circa sepult. suam, quam ellegit aput eccl. S. Damiani ... et in residuo dictarum D lib. bon. reliquerit d. Symam eius uxorem ad distribuend. ... inter pauperes Christi,

ideoque ipsa d. Syma, volens executioni mandare voluntatem dicti sui mariti, dictum residuum dictarum D lib. bon. taliter distribuit, divisit et dari mandavit ... in hunc modum. In primis voluit Fratres Min. habere xxx lib. bon. p. m. cant. ... item conventum *Sororum S. Francischi* c sol. bon. pro oracionibus faciendis ... item Fratres de *Ricardina*, Fratres S. Iohannis in *Persiceto*, Fratres de *Crespelano*, Fratres de *Caldararia* et Fratres de *Varignana* de Ord. Min., quemlibet dictorum locorum c sol. bon. p. m. cantandis; item fr. *Pelegrinum* de Policino de Ord. Min. III lib. bon.; item fr. *Gerardinum* Gualengum de dicto Ordine III lib. bon.; item fr. *Albertinum* de Parma de dicto Ordine III lib. bon.; item fr. *Gerardinum* de Parma de dicto Ordine III lib. bon.; item fr. *Petrum* de Vecla de dicto Ordine XL sol. bon.; item fr. *Thomaxinum* de Vecla de dicto Ordine III lib. bon.; item fr. *Cambium* sacristam de dicto Ordine III lib. bon.; item fr. *Vendimiatorem* et fr. *Guidonem* cantores de dicto Ordine, quemlibet eorum III lib. bon. ... item fr. *Azinum* de Ord. Min. III lib. ... item Fr. Minores de *Monteregis* ad complendam planetam zendati violati, que est ibi, c sol. bon.; residuum vero eius quod remanet, et divisit et distribuit et dari volluit fr. *Thomaxino* Pizolpello et fr. *Bonaventure* de Savignano de Ord. Min. pro eorum necessitatibus, et allibi ubi mellius videbitur eis p. a. dicti d. Boniohannini; et de predictis omnibus infrascriptos voluit esse testes, et me not. infrascrip. facere publicum instrumentum ... Actum Bononie in domo dicte d. Syme, in pres. ... fr. *Azzonis*, fr. *Thomaxini* de Pizolpili, fr. *Iohannis* de Cummo, fr. *Bernardini* de Cornazano, omnium de Ord. Fr. Min. ... Bondì f. Petrizoli Bonincuntri not.

Arch. monast. Monial. S. Agnetis, 5/5595, n. 276. — Exempl. « Ego Millanitus q. Martini not. supradictum exempl. script. manu mei not. una cum notariis Iohanne q. Bonfantini et Matheo fr. Iohannis de Devot. ascultavi ... sumptum de autemptico script. manu dicti Bondì exemplavi et scripsi... et subscripsi sub anno Domini MCCLXXXIIII, ind. XII, die XXVI mensis ianuarii ».

1285. Bononiae, 1 martii 1282.

Testamentum.

D. Zanpolus f. q. d. Michaelis de Schalanis ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit III lib. bon. pro miss. celebr. p. a. s. ... Actum Bononie apud scolas Fr. Pred. eccl. S. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/1512, n. 91. — Orig.

1286. Bononiae, 12 maii 1282.

Testamentum.

D. Bolnixia uxor d. Guidonis q. Iohannis Ursi cartolarii ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit x sol. bon. pro missis ... Actum Bononie ante portellum Fr. Pred. eccl. S. Dominici, in pres. ... fr. *Blanchi* de Altedo de Penitentia ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 92. — Orig.

1287. Bononiae, 13 maii 1282.

Testamentum.

Testamentum d. Bonafidei de Curionibus f. q. Martini de Chasella ... Actum Bononie in domo Fr. Pred., in pres. ... fr. *Blanchi* de Altedo de Penitentia ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 14/7348, n. 829. — Orig.

1288. Bononiae, 4 augusti 1282.

Testamentum.

Lanbertinus f. q. Iacomelli de Sanguineta ... conventui Fr. Min. legavit x sol. bon. ... Actum Bononie in rasura Fr. Pred. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 94. — Orig.

1289. Bononiae, (12 octobris)[1] 1282.

Testamentum.

Testamentum d. Iacobini Aioli becharii f. q. Thomaxii Chademazi ... Actum Bononie in domo Fr. Predic. apud scolas dictorum Fratrum ... in pres. ... [fr. *Blanchi* de] Altedo de Penitentia ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 95. — Exempl. « 1288 die 16 aprilis h. exempl. per me Appolonium Cambii Gratiadei not. sumptum (fuit) ex autent. script. manu (dicti) Iacobini de Turri not. ».

1290. Bononiae, ... februarii 1283.

Testamentum.

D. Marchixinus f. q. d. Aymerici Richidane ... dari voluit Fratribus Min. c lib. bon. ... item *collegio Sororum Min.* x lib. bon. ... Actum Bononie ... Villanus q. Azonis de Flexo not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 96. — Orig.

1291. Bononiae, 8 februarii 1283.

Testamentum.

D. Iacobinus Abbatis f. q. Petri Guidonis ... p. a. s. reliq. L lib. bon., de quibus legavit *etc.* Residuum vero voluit distribui et dari per commiss. suos sicut eis melius videbitur expedire p. a. s. Quos commissarios ... esse voluit ... et fr. *Tibertum* de Penitentia eius filium, quibus dedit plenam licentiam *etc.* ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* fr. *Tibertum* de Penitentia eius filium sibi heredem instituit ... Actum Bononie in parlatorio apud scolas Fr. Pred. ... in pres. ... fr. *Blanchi* de Altedo de Penitentia ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 97. — Orig.

1292. Bononiae, 9 iulii 1283.

Venditio.

D. Samaritana f. q. Petri Bugni et, eius precibus et mandato, f. *Teuzus* f. q. Ghiberti cartolarius, ambo de cap. S. Thome de strata Maiori ... vendiderunt et tradiderunt atque cesserunt d. fr. *Bonaventure* f. q. d. Bonpetri de cap. S. Marie de Turlionibus ... unam petiam terre vineate quam ei convenerunt II tornat. et quartam

[1] Sic in dorso.

partem alterius tornat. esse, posit. in Ronchomaurum, iuxta *etc.* ... pro pretio XLV lib. bon. parvorum ... Actum Bononie in domo dicti d. fr. *Teuzi* ... pp. d. fr. *Dominico* f. q. Iohannis ... Iacobus q. Vinte not.

Arch. monast. Monialium S. Agnetis, 5/5595, n. 283. — Orig.

1293. Bononiae, 5 augusti 1283.

Venditio.

Fr. *Petrus* f. d. Iohannis Montanarii de Bagnarola de cap. S. Marie Madalene, emancipatus a suo patre, ut dixit contineri instrumento scripto manu Bologneti Canuti not., Albertinus, Benedictus et Martinus fratres et filii dicti d. Iohannis, emancipati ... in sollidum dederunt, vendiderunt et tradiderunt iure proprio et in perpetuum d. dompno presbit. Guidoni rectori et administratori eccl. S. Martini de Landulfis syndico et procur. omnium presbiterorum consortiorum ecclesiarum civit. Bon. ... petiam unam terre arat. et ortive, posit. in guardia civit. Bon., in loco qui dicitur « Laveza », quam esse dixerunt et convenerunt II tornat. minus XXIV tabul. ... pro pretio ... LXXIX lib. et XV sol. bon. ... Insuper d. Guida f. q. Petri Inelegantis et uxor dicti fr. *Petri* et d. Lucia f. q. Oddi Iohannis Monthanarii predictis omnibus presentes dicte venditioni consenserunt *etc.* Actum Bononie sub porticu domus dictorum venditorum, pp. ... Arrardus Iohannis de Muxonibus not.

Arch. monaster. Monialium S. Agnetis, 3/5593, n. 158[5]. — Exempl. non authent. = Cf. n. 1297.

1294. Bononiae, 5 octobris 1283.

Testamentum.

D. Bona f. q. d. Ugolini Maii et uxor d. Egidii de Azis filii q. d. Buvalelli de Azis ... p. a. s. reliquid VIII lib. bon., quas vult expendi circa suam sepult., de quibus reliq. et vult dari conventui Fr. Min. de Bon. XL sol. bon. Residuum vero dicte summe vult expendi circa suam sepult., quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., videlicet in cereis et candelis et divino offitio celebrando in septimis, trigesimis, centesimis et annualibus, et alibi ubi melius et utilius videbitur commiss. suis ... item reliquid iure legati, de aliis suis bonis, fr. *Albertino* de Parma de Ord. Fr. Min. XXX sol. bon. adiutorium ad emendum unam capam ... Actum Bononie sub porticu domus eccl. Fr. Pred. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 100. — Orig.

1295. Bononiae, 20 octobris 1283.

Testamentum.

D. Lazarina f. q. d. Pagani Naxinpacis et olim uxor d. Yvani de Scogozapreude ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit XX sol. bon. p. m. celebr. p. a. s. ... Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 101. — Orig.

1296. Bononiae, 3 decembris 1283.

Testamentum.

D. Guido f. d. Bartolomei Guidonis Zamgni ... commiss. suos et executores sui testamenti, ad restituendas usuras et omnia male ablata, et ad faciendum et complendum omnia et singula que in dicto test. continentur, esse voluit et reliquid d. Priorem conventus Fr. Pred. eccl. S. Dominici de Bon., d. Guardianum conventus Fr. Min. de Bon., d. Priorem conventus Fr. Heremitanorum de Bon. qui p. t. fuerint et d. Albertum de Asinellis, quibus dedit plenam licentiam *etc.* ... Et si dicti sui commiss. nollent exercere dictam commissariam, tunc voluit quod d. cardinalis B. nunc Apost. Sedis legatus possit predicta omnia executioni mandari ... Et si aliquid de bonis suis supererit a predictis restitutionibus, cum sciat, omnia que possidet omnia male ablata esse, dictus testator rogat fideicommiss. suos si eis videbitur quod ... si quid supererit dispensent hoc modo, scilicet quod ... conventus Fr. Pred. et conventus Fr. Min. et conventus Heremitanorum de Bon., cuilibet eorum habeat c lib. bon., et supliciter petit in quolibet conventuum supradictorum fieri unum altare pro miss. celebr. p. a. s. et suorum mortuorum. Actum Bononie in domo dicti testatoris, in pres. fr. *Mainerii* Guardiani Fr. Min. de Bon., fr. Petri Tridentini Ord. Fr. Pred., fr. *Raimundini* Veron. lectoris Ord. Fr. Min., fr. Gerardi de Tuscis Ord. Fr. Pred., fr. Sabutti Prioris conventus Fr. Heremitanorum de Bon., fr. Francisci Pascipoveri Ord. Fr. Pred., fr. *Sisti* de Bertenorio Ord. Fr. Min. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 102. — Orig.

1297. Bononiae, 15 martii 1284.

Venditio.

D. Bonusiohannes q. Ugolini de Pregatolli socer Albertini, d. Iacobina eius filia et uxor ipsius Albertini ... d. Iohanna uxor Benedicti et d. Sibilina uxor Martini venditores infrascripte petie terre, lecto et exposito tenore instrumenti venditionis facte a predictis Albertino, Benedicto, Martino et fr. *Petro* fratribus et filiis d. Iohannis Montanarii dompno d. presbitero Guidoni eccl. S. Martini de Landulfis synd. et procur. consortiorum presbiterorum ecclesiarum civit. Bon. de quadam petia terre arat. et ortive posit. in guardia civit. Bon., in loco qui dicitur « Laveza »... pro pretio LXXIX lib. et XV sol. bon., ut continetur in instrumento venditionis scripto manu mei Arrardi not. infrascr., dicte venditioni consenserunt *etc.* Actum Bononie sub porticu domus predicti fr. *Petri* et dictorum suorum fratrum, pp. ... Arrardus Iohannis de Muxonibus not.

Arch. monast. Monial. S. Agnetis, 3/5593, n. 158[6]. — Exempl. non authent. = Cf. n. 1293.

1298. Bononiae, 4 aprilis 1284.

Testamentum.

D. Franciscus f. q. d. Pauli d. Gratiani Chazette ... fr. *Lanbertino* de Ord. Fr. Min. filio olim d. Chazanimici, si tunc temporis vixerit, legavit x lib. bon. p. s. n. ... Actum Bononie in cimiterio ubi sepelliuntur Fratres Pred. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 103. — Orig.

1299. Bononiae, 11 aprilis 1284.

Venditio.

D. Aldia f. q. d. Rolandini Alberti Gerardi Gisle et uxor q. d. Egidii d. Lambertini de Accharixiis, iure proprio, imperpetuum, vendidit, tradidit atque cessit, vendictionis titulo, religiose d. *Lazarine,* Dei gratia Abbatisse *monasterii Dominarum S. Francisci de burgo strate S. Stephani,* extra circlam civit. Bon., Ord. S. Clare, ementi nomine et vice ipsius monasterii et Sororum dicti loci, et pro ipso monasterio et conventu, petiam unam terre prative XXIV tornat. ad tornaturam comunis Bonon., salvo iure pluris minorisve quod reperta fuerit, ita quod pro ea parte precium augeatur que plus reperta fuerit, et minuatur pro ea parte que minus fuerit, posit. in curia Urbizani, in loco ubi dicitur « Fossa de Selverdi », cuius confines *etc.* ... ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid dicte d. Abbatisse, nomine dicti monasterii, deinceps perpetuo placuerit faciendum, cum omnibus *etc.* ... pro precio et nomine precii V lib. bon. pro qualibet tornat., quod precium capit et est in summa CXX lib. bon. Quod precium totum dicta vendictris confessa fuit et contenta a dicta d. Abbatissa habuisse et recepisse, renunt. exceptioni non habiti *etc.* et omni auxilio leg. *etc.* ... Quam rem vendictam se ipsius d. Abbatisse nomine et dicti monasterii constituit possidere, donec corporalem eius rei acceperit possessionem, quam accipiendi, intrandi, standi et retinendi deinceps licentiam omnimodam sibi contullit atque dedit; promittens dicta d. Aldia vendictris, pro se et suis heredibus, dicte d. Abbatisse, pro se et suis success. et nomine et vice dicti monast. stipul., litem nec controversiam de predicta re vendicta facere vel movere ... sed ipsam rem vendictam sibi et suis success. nomine dicti monast. et ipsi monast. defendere, auctorizare et disbrigare, tam in proprietate quam in possessione et iur. proprietatis et possessionis, et vacuam possessionem sibi nomine dicti monasterii tradere et dare, et in possessione ipsam emptricem nomine dicti monasterii et ipsum monasterium facere pociorum et pocius. Et si aliquo tempore lis aliqua, questio, controversia sive causa dicte Abbatisse vel dicto monasterio, de predicta re vendicta ... mota fuerit, promisit dicta vendictris et pacto convenit ipsam litem ... in se suscipere et ad finem perducere et terminare omnibus suis sumptibus ... tociens quociens opus fuerit ... Et hec omnia et singula dicta d. Aldia venditrix, per se et suos heredes, promisit dicte d. Abbatisse, pro se et suis success. et nomine et vice dicti monasterii et proprio stipulanti, attendere et observare et adimplere et non contrafacere vel venire, ratione aliqua vel occasione, sub pena dupli dicti precii ... dampnaque litis et expensas, in iudicio et extra, integre reficere promisit sub obligatione suorum bonorum ... et pena soluta vel non dicta, sint firma etc. Actum in *eccl. S. Francisci Dominarum extra circlam civit. Bononie in burgo strate S. Stephani,* pp. ... d. Dominico Poete et Antonio q. Iohannis de Parma ... Bonaventura Viviani not.

Arch. monast. Monial. SS. Naboris et Felicis, 1/5696, n. 29[1]. — Orig. In dorso « Carta [...] de vendida facta per madona Aldela a madona *Lazarina* abadessa de san Francessco de una peza de terra posta in la [...] de Urbizano f. 1. ».

1300. Bononiae, 17 iunii 1284.

Testamentum.

D. Gixla f. q. d. Deutacorre et uxor d. Francisci de Chazittis ... fr. *Lanbertino* de Chazanimizis de Ord. Fr. Min. legavit x lib. bon. ... Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 105. — Orig.

1301. Bononiae, 22 augusti 1284.

Testamentum.

D. Samaritana olim uxor Giberti cartolarii ... conventui Fr. Min. legavit v sol. bon. ... Commissarios suos esse voluit fr. *Dominicum* cartolarium de Penitentia et fr. *Teucium* de Penitentia eius filium, quibus dedit plenam licentiam *etc.* ... Actum Bononie ante portellum Fr. Pred. eccl. S. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 178/7512, n. 106. — Orig.

1302. Bononiae, 10 decembris 1284.

Testamentum.

D. Vivianus, qui fuit de Verona, tabernarius f. q. d. Marchi ... dari voluit Fratribus Min. p. m. cant. p. a. s. c sol. bon. ... Actum Bononie ... Martinus q. Michaelis de Cento not.

Arch. S. Michaelis, vulgo « in Bosco », 8/2180, n. 7. — Orig.

1303. Bononiae, 19 maii 1285.

Testamentum.

D. Fredona f. q. d. Arpinelli Gerardi Albrigi ... conventui Fr. Min. eccl. S. Francisci legavit xx sol. bon. p. m. ... Actum Bononie in eccl. S. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 109. — Orig.

1304. Bononiae, 24 iunii 1285.

Testamentum.

D. Iohanna f. q. d. Buvalelli ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit c sol. bon. p. m. celebrandis p. a. s. ... Actum Bononie in eccl. S. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 110. — Orig.

1305. Bononiae, 23 augusti 1285.

Testamentum.

Testamentum d. Vermigli f. q. Nicholai Bonbaroni ... Actum Bononie ... in pres. ... fr. *Francisci* de Peni[tentia] f. q. Petri de Urceis ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici. 179/7513, n. 111. — Orig.

1306. Bononiae, 6 novembris 1285.

Testamentum.

D. Mathelda olim uxor d. Guidotti scriptoris de [Dig]lano [1] et olim f. d. Rodulfi de Planoro ... conventui Fr. Min. legavit x sol. bon. ... item sor. *Ubertine* de Penitentia f. q. Ubertini legavit de suis bonis unum arcile, et unam bancham scranatam ad sedendum, et unam tinellam, et unum parolum, et unum chalcedrum ab aqua, et unam situlam, et unam chazam de ramo ab aqua, et unum chavedonem de ferro ab igne, et unam chatenam de ferro ab igne, et unam vassuram, et unum dischum rotundum, et unum tellarium et chassas ad tessendum, et duos petines ad tessendum, et duas suas chulcitras, et unum chavizale, et omnia sua linteamina, et chultram et sachonem cum apparatu lecti, et unum vaxellum a vino quod tenet vi corb. et unum pelizonem de vulpe ... Commiss. suos esse voluit ... et sor. *Ubertinam* de Penitentia, quibus dedit plenam licentiam *etc.* ... Actum Bononie ante portellum Fr. Pred. S. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 112. — Orig.

1307. Bononiae, 11 maii 1286.

Testamentum.

D. Iohanna f. q. d. Bertholomei de Malatachis ... reliquid fr. *Iohannino* de Portanova de Ord. Fr. Min. x lib. bon. pro una capa et missis cant. p. a. s. ... Actum Bononie ... Antholinus Rolandini de Thebaldis not.

Arch. S. Michaelis, vulgo « in Bosco », 8/2180, n. 15. — Exempl. « Ego Bennus Chastelani de Gozadinis not. ut in dicto test. inveni, ita publice scripsi et exemplavi ».

1308. Bononiae, 19 iunii 1286.

Testamentum.

D. Bertholomea f. q. d. Galvani Petri Taurelli ... cuilibet conventui religiosorum et religiosarum civit. Bon. et suburbiorum legavit v sol. bon. ... fr. *Gandolfino* de Ord. Min. legavit iii lib. bon. ... Actum Bononie in eccl. S. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 114. — Orig.

1309. Bononiae, 26 iunii 1286.

Testamentum.

D. Thomaxina olim uxor d. Dominici Uberti ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit x sol. bon. pro missis; item uni fratri, cui commissa esset cura infirmitatis et visitationis sue per Guardianum Fr. Min., qui eam visitaverit, legavit xx sol. bon. ... Actum Bononie ante portellum Fr. Pred. eccl. S. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 115. — Orig.

---

[1] Sic in dorso.

1310. Bononiae, 6 septembris 1286.

Testamentum.

Vivianus f. q. Selatte d. Useppi de Tuscis ... legavit conventui Fr. Min. de Bon, p. a. s. xxv lib. bon. ... Actum Bononie in domo Fr. Pred. ubi congregatur universitas scholarium, in pres. ... fr. *Blanchi* de Altedo de Penitentia ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 117. — Orig.

1311. Romae, 15 octobris 1286.

Facultas tribuitur etiam tempore interdicti divina officia privatim celebrandi.

Honorius episc. Abbatisse et conventui *monasterii heremitarii de Chatena iuxta circulos Bononien., Ord. S. Clare.*

Devotionis vestre precibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut cum generale terre fuerit interdictum, liceat vobis, clausis ianuis, non pulsatis campanis, submissa voce, quibuslibet aliis, presertim excomunicatis et interdictis, exclusis, in monasterio vestro reddere Domino horas canonicas et audire divina a proprio Capellano, dummodo vos et idem Capellanus causam non dederitis huiusmodi interdicto nec id vobis contingat specialiter interdici. Nulli *etc.*

Datum Rome apud S. Sabinam idibus octobris, pontif. nostri anno secundo.

Arch. S. Iacobi, 83/1689, n. 38. — Orig. cum chorda ser. sine plumbo. In plica « Iac. bucl »; in dorso « Spectans ad Sorores S. Clare ».

1312. Bononiae, 10 maii 1287.

Testamentum.

D. *Gasdia* soror de Penitentia f. q. d. Albergipti d. Oderici Ugonis Alberici et uxor d. Petri d. Iacobini Coradi ... reliquid conventui Fr. Min. civit. Bon. III lib. bon. p. m. et oracionibus pro eius anima cellebr. ... item conventui seu universitati *Fratrum et Sororum de Penitentia,* de quo ipsa est, xx sol. bon., distribuendos et errogandos per manus et arbitrium Ministri dicti conventus seu universitatis, qui p. t. fuerit, inter pauperes et egentes sorores dicti conventus seu universitatis. Item *laborerio ecclesie S. Andree,* in qua convenit universitas seu conventus dictorum Fratrum et Sororum de Penitentia, x sol. bon. ... item sor. *Paule* f. q. d. Bonacose de conventu Sororum Min. xx sol. bon., ut pro eius anima orationes ad Dominum faciat speciales ... Actum Bononie in eccl. S. Dominici ... pp. ... d. *Iacobo* de Cazano not. ... Iacobus Iacobini not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 120. — Orig.

1313. Bononiae, 29 iulii 1287.

Testamentum.

Remborghina f. q. d. Cambii Capi et uxor d. Zacharie Baldamtie ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. x vol bon. ... Actum Bononie in eccl. S. Dominici ... Ugolinus q. Aymericii Arzuffi de Medicina not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 122. — Orig.

1314. Bononiae, 11 septembris 1287.

Testamentum.

D. Iacobina, cui dicitur Mina, f. q. d. Dominici Iohannini spadarii et uxor Lenzii de Auxilittis ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit v lib. bon. p. missis p. a. s. ... item fr. *Petrizolo* de Aposa de Ord. Min. legavit III lib. bon. ... Actum Bononie in eccl. B. Dominici Fr. Pred. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 124. — Orig.

1315. Gall. [1], 3 decembris 1287.

Testamentum.

Ego Berardus f. q. d. Floris de Bononia ... relinquo de meis bonis pro anima mea ... c lib. bon., de quibus dari volo et iubeo locho S. Francischi de civitate *Gall.* III lib. et silicet (*sic*) contigerit me mori in dicta civitate vel eius comitatu, michi elligo sepulturam apud dictum lochum S. Francischi; relinquens insuper dicto locho et dari iubeo x lib. de dicta summa c lib. ... item dari iubeo de dictis denariis fr. *Raynaldo*, qui moratur in dicto locho S. Francischi *Gall.*, xx sol. ... Factum fuit dictum test. ab ipso testatore, et lectum per me notarium infrascriptum in burgis civit. Gall. exsistentibus infra pontis (*sic*) dicte civit. in domo Chubricii Martini hospitis sub anno MCCLXXXVII, indict. xv, Eccl. Romana pastore vachante, die III intrant. mens. decemb., pp. fr. *Raynaldo* de Ripatransone, fr. *Francischo* de Fabriano de Ord. Fr. Min. ... Bene Bondiey not.

Arch. S. Dominici, 18/7352, n. 1084. — Exempl. « Ego Guido Benzevennis de Casola not. predictum exemplum ex originali suo integro fideliter sumpsi et scripsi ... sub anno MCCLXXX (sic *sed* MCCLXXXVIII), indict. prima, die IV intrant. mens. iunii.

1316. Bononiae, 25 ianuarii 1288.

Testamentum.

D. Agnex f. q. d. Pezogrossi de Lanbertatiis ... conventui Fr. Min. p. m. celebrandis p. a. s. legavit IV lib. bon. ... Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 130. — Orig.

1317. Bononiae, 23 februarii 1288.

Testamentum.

D. Bonaventura f. q. d. Iacobini Balduini ... fr. *Rolandino* Ministro *schole Fr. Min.* legavit xx sol. bon. p. a. Magdalene olim sue uxoris ... item pauperibus *societatis* Fr. Min. legavit [...] Actum Bononie in cimiterio ubi sepeliuntur Fratres Pred. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 132. — Orig.

---

[1] Sic, sed forsitan *Call.* idest *Callium* in Piceno.

1318. Bononiae, 8 martii 1288.

Testamentum.

Fr. *Benincasa* q. Zagni de burgo S. Petroni ... reliquid *Ordini Fratrum tercii Ord. de Bon.* c sol. bon. pro uno lecto ubi ospitentur pauperes ... item conventui Fratrum Min. de Bon. L lib. bon. ... Suos commiss. esse voluit fr. *Rodulfum* Bonapartis de Policino et ... quibus reliquid cuilibet ipsorum III lib. bon. ... Actum Bononie ... Ieremias Angelelli not.

Arch. Servorum S. Mariae Virg., 3/6093, n. 7. — Orig.

1319. Bononiae, 8 aprilis 1288.

Testamentum.

D. Iacobina f. q. d. Bonromei Pascipoveri ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit III lib. bon. p. m. celebr. p. a. s. ... Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 134. — Orig.

1320. Bononiae, 13 iunii 1288.

Testamentum.

D. Rolandus f. q. d. Useppi de Tuschis ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit XX sol. bon. p. missis ... Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 137. — Orig.

1321. Reate, 27 iunii 1288.

Omnia privilegia, exemptiones ac indulgentiae iam concessae confirmantur.

Nicolaus episc. Abbatisse et conventui *monasterii S. Francisci Bononien. Ord. S. Clare.* « Cum a nobis petitur »... Datum Reate V kal. iulii pontif. anno primo.

Arch. monast. Monial. SS. Naboris et Felicis, 64/5759, n. 13. — Orig. cum plumbo e chorda ser. pendenti. In plica « Petrus(?) », sub plica « alb. p. »; in dorso « Dominabus(?) [...] de Regio ». « Privilegium d. Nicolai pp. IIII confirmationis omnium libertatum et immonitatum concessarum per romanos Pontifices nec non et libertatum et exemptionum secularium exactionum indultarnm per Reges, Principes et alios Christi fideles ». = BF IV, 27, ex hoc arch.

1322. Bononiae, 21 augusti 1288.

Testamentum.

Testamentum magistri Thomacis muratoris f. q. magistri Rolandi ... Actum Bononie ... in pres. fr. *Iacobini* Virgilini de Penitentia, fr. *Pauli* Iohannis de Penitentia ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 138. — Orig.

1323. Bononiae, 8 septembris 1288.

Testamentum.

D. Cecilia f. q. Uberti et uxor q. magistri Andree scriptoris ... legavit conventui Min. civit. Bon. x sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. S. Dominici; presentes ... fuerunt ... fr. *Nicholaus* Iacobi Gambaldi, *Henrigittus* de Soperba, fr. *Phylippus* q. Cambii et fr. *Iacobus* de Ramisinis, omnes de Ord. Penitentie ... Michilinus Zambonini not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 139. — Orig.

1324. Bononiae, 20 septembris 1288.

Testamentum.

Soror Viviana q. d. Aychardi de Padua, que nunc moratur ad Castrum Franchum ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. chantandis p. a. s. xx sol. bon. ... item conventui Fr. Min. de *Mutina* xx sol. bon. p. m. cant. ... Actum Bononie ... Iacobinus q. Petrizoli Bonincontri not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 140. — Orig.

1325. Bononiae, 25 septembris 1288.

Testamentum.

D. Bolnixe olim uxor d. Guilichyni et f. olim Iacobelli fabri ... conventui Fr. Min. de Bon. leg. v lib. bon. p. m. p. a. s. ... Actum Bononie ante portellum Fr. Pred. eccl. S. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 305. — Orig.

1326. Bononiae, 5 decembris 1288.

Testamentum.

D. Sanguinius f. q. d. Aigoni d. Guillelmi Buvalelli Azonis Agnexie ... conventui Fr. Min. de Bon. p. a. s. legavit III lib. bon. p. m. celebr.; item fr. *Sanguinio* de Azziguidis de Ord. Min. legavit p. a. s. xxv lib. bon. ... Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 141. — Orig.

1327. Bononiae, 3 ianuarii 1289.

Particula testamenti.

In testamento d. Egidii de Foscarariis doctoris decretorum, inter cetera continetur sic: « Voluit etiam et mandavit quod heredes ipsius perpetuo faciant fieri sollempniter anniversarium suum, videlicet cum vigilia mortuorum et celebratione misarum et decenti et consueta oblatione usque ad quantitatem c sol. pro quolibet anno, apud eccl. B. Dominici et B. *Francisci* ». Predictum test. actum fuit Bononie in domo dicti testatoris, a. D. MCCLXXXVIIII, die III ianuarii, et scripsit eum (*sic*) d. Dominicus Mascaronis not.

Arch. S. Dominici, 236/7513, p. 56. — Exempl. non authent.

1328. Bononiae, 14 februarii 1289.

Testamentum.

Sor. *Iohanna* de Penitentia f. q. d. Richobaldi ... p. a. s. legavit de suis bonis xx lib. bon., de quibus legavit ecclesie S. Francisci Ord. Fr. Min. c sol. bon. p. missis ... item fr. *Adde* de Ord. Min. legavit III lib. bon. ... item *eccl. S. Andree, que est extra circlam burgi S. Ysaie,* leg. x sol. bon. ... Sepulturam suam sibi elegit apud eccl. S. Francisci Fr. Min. ... Item voluit et mandavit quod usumfructum unius petie terre arat. et pro parte vineat. posit. in curia Funi, iuxta *etc.* ... fr. Dominichus eius frater de Ord. Fr. Pred. habeat et percipiat dum vixerit, et dictos fructus debeat vendere et distribuere et dare p. a. s., sicut sibi dixit et cum eo ordinavit, et sibi ipsi retinere p. s. n. ... et si Prior dicti fr. Dominici vel aliquis alius eiusdem Ordinis non permitteret recipere dicto fr. Dominicho fructus dicte petie terre, nec facere nec adimplere, prout superius continetur, tunc et in eo casu voluit quod fructus dicte terre perveniat ad conventum Fr. Min. de Bon. ... Actum Bononie ante portam parlatorii Fr. Pred. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 142. — Orig.

1329. Bononiae, 30 martii 1289.

Testamentum.

D. Cecilia f. q. d. Aldradini et olim uxor Henrigitti de Artinixiis ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit XL sol. bon. pro missis ... Item *Sororibus S. Francisci* leg. xx sol. bon. ... Actum Bononie ad portam que est apud portellum Fr. Pred. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 144. — Orig.

1330. Bononiae, 3 maii 1289.

Testamentum.

D. Oria f. q. d. Bolognitti Rafachani ... cuilibet conv. religiosorum et religiosarum civit. Bon. et prope civit. per unum miliare legavit III sol. bon. ... Item conventui Fr. Min. de Bon. p. a. s. et parentum suorum legavit III tornat. terre arat. posit. in curia Spisi, iuxta *etc.* ... Actum Bononie ante portellum Fr. Predic. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 145. — Orig.

1331. Bononiae, 12 maii 1289.

Testamentum.

D. Bonafante f. q. d. Lanberti de Duglolo et uxor q. d. Bonfantini Aliocti ... reliquit conventui Fr. Min. de Bonon. pro missis canendis v sol. bon. ... Actum Bononie ante portam Fr. Pred. ... Salomon Petri Allerixii not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 146. — Orig.

1332. Bononiae, 26 maii 1289.

Testamentum.

D. Berta f. q. d. Iohannis Iusti et olim uxor d. Naxipacis de Magarottis ... legavit conventui Fr. Min. de Bon. III lib. bon. p. m. celebr. p. a. s. et LX candelas ... item *conv. Sororum S. Francisci* legavit XX sol. bon. pro salteriis legendis p. a. s. ... Actum Bononie ante portellum Fr. Pred. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 147. — Orig. = Cf. n. 1348.

1333. Bononiae, 15 iunii 1289.

Testamentum.

D. Aimelina olim uxor d. Chaxotti chalzolarii ... *ecclesie Ord. Fr. de Penitentia, que est extra circlam burgi S. Ysaie,* legavit III lib. bon., expendendas infirmis dicti loci per manus Ministri de Penitentia ... Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 148, 57/7391, n. F. 28. — Orig. dupl.

1334. Bononiae, 19 iulii 1289.

Testamentum.

D. Iacobina f. q. d. R[an]fredi fabri ... fr. Iacobo de Ord. (*sic*) f. Ugolini de Aposa legavit XX sol. bon. ... item fr. *Iacobo* de Plastellis de Ord. Min. legavit XX sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. S. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 149. — Orig.

1335. Bononiae, 13 augusti 1289.

Testamentum.

D. Michilinus f. q. d. Parixii de capella S. Marie Magdalene ... dari voluit conventui Fr. Min. X lib. bon. ... item cuilibet loco religioso Fratrum et Sororum civit. Bon. et suburbiorum, exceptis religionibus Monacorum et Canonicorum Regullarium, pro laborerio ipsarum ecclesiarum XX sol. bon. ... Actum Bononie in scolis Fr. Pred. ... Ghibertus Guidolini not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 150. — Orig. = Cf. n. 1356.

1336. Bononiae, 10 septembris 1289.

Venditio.

Cum Albertus et Raboanus clerici pupilli fratres et filii fr. *Nicolay* de Pizigotis professi in Ord. Min. ad diversa hereditaria debita teneantur multis et diversis, et specialiter sor. *Clare* de Ord. Min. filie dicti fr. *Nicholay* et filie q. d. Adelaxie f. q. d. Iacobini Racorgipti et uxoris q. dicti fr. *Nicolay* in CCC lib. bon., quas dictus fr. *Nicolaus* fuit confessus et contemptus habuisse et recepisse in dotem a dicto d. Iaco-

bino sive a dicta d. Adelaxia, pro matrimonio contracto inter eos, et dictam dotem promisit restituere dicte domine sive suis heredibus in omnem eventum dotis restituende, et cum dictum matrimonium sit solutum morte dicte d. Adelexie, ita quod dicta dos est in casu restitutionis, et urgente ipsa creditrice debitum sibi solvi oporteat pro ipso debito persolvendo aliquam ex possessionibus dictorum pupillorum vendi, cumque in ipsorum hereditate non sint alie reş mobiles vendende, et infrascriptam rem vendere potius quam alteram ... utilius sit ... idcirco Petrus q. Rolandini tutor dictorum pupillorum, ut constat ipsum esse tutorem ex instrumento scripto manu Fini Benintendi not. et ex inventario ab eo confecto scripto manu Arnulfi q. Iohannini not. tutorio nomine dictorum pupillorum, iure proprio et in perpetuum, dedit, vendidit et tradidit fr. Nicolao Boxii Priori conventus Fr. Heremitarum de S. Iacobo de strata S. Donati, ementi et recipienti nomine et vice dictorum Fratrum capituli et conventus, unum casamentum positum in strata S. Donati, iuxta *etc.* ... ad habendum, tenendum etc. ... pro pretio et nomine pretii ccc lib. bon., quod pretium dictus venditor fuit confessus et contemptus se a dicto emptore habuisse et recipisse et sibi bene et integre datum, solutum et numeratum esse, causa solvendi et dandi dicte sor. *Clare* dictas ccc lib. bon., renunt. *etc.* promittens *etc.* ... Actum Bononie in palatio iuridico d. Episcopi ... Iacobus q. Symonis not.

Arch. S. Iacobi, **1/1607, n. 38[1]. — Orig. = Cf. n. 1343.**

1337. **Bononiae, 19 octobris 1289.**

Testamentum.

D. Federicus de Scala f. q. d. Gerardi legum doctor ... in omnibus suis bonis mobilib. et immobil., iuribus et actionibus omnipotentem Deum Dominum nostrum Ihesum Christum sibi heredem instituit, et intelligit Deum omnipotentem et declarat presentari per conventum Fr. Pred. et conventum Fr. Min. de Bononia. Sororibus suis d. Charissime, d. Iacobine et d. Blanzitte reliquid usumfructum tumbe sue de Quarto, et de omnibus possessionibus quas habet iuxta dictam tumbam; item usufructum predii sui de Marano, iuxta *etc.;* item usufructum domorum suarum quas habet in angulo de Pelavachis, iuxta *etc.* ... Proprietatem autem predicte sue tumbe de Quarto cum podere iuxta dictam tumbam posito; item proprietatem dicti sui predii de Marano, iure legati, reliquid ecclesie S. Michaelis de Buscho, ita quod Fratres dicte eccl., quando usufructus fuerit ad eos reversus, teneantur et debeant omnibus sacerdotibus de Bononia et de comitatu, singulis annis, dare gratis tot obladellas quod per totum annum possint conficere corpus Christi et celebrare, dando unicuique usque ad ccclxv, si voluerint tantum recipere; item teneantur medietatem totius vini quod perciperetur de dictis possessionibus dare pauperibus sacerdotibus de civit. Bon. pro conficiendo corpore Christi, nulli dando ultra unum corb. et nulli dando minus medio corbe, et hec perpetuo serventur omni anno. Et si predicti Fratres de S. Michaele cessarent in predicta exhibitione et dacione, quod predicte possessiones omnes deveniant et perveniant ad conventum Fr. Pred. de Bon. et conventum Fr. Min. de Bon., et distrahantur et pecunia errogetur per Priorem Pred. et Guardianum Fr. Min. de Bon. inter hospitalia civit. et districtus Bon. et pauperes vergonzosos, secundum quod melius videbitur Priori Fr. Pred. et Guardiano Fr. Min. qui p. t. fuerint, et finito usufructu domorum suarum, predicte domus vendantur, et pecunia di-

stribuatur inter pauperes Christi, ut supra dictum est. Uxori sue d. Beatrixie reliquid dotem suam, que fuit c lib. bon. solum in solucione. licet in carta dotis dicatur de cc lib. bon., quia c lib. restant ad solvendum usque in hodiernam diem; item libere relinquid ei iure legati de suis bonis L lib. bon. ... et vult quod Fratres Min. et Pred. teneantur infra x dies a die obitus testatoris, prestare CL lib. bon. in pecunia numerata predicte sue uxori, si ipsa voluerit facere quietationem de tota dote, scilicet cc lib., et legato. Et si exiverit de domo, et dimisserit in pace sorores suas predictas, et si Fratres Min. et Pred. essent in mora de prestand. predictis CL lib. bon., si predicta domina esset parata facere supradicta, teneantur eidem dare, singullis diebus, pro suis expensis, x sol. bon. et si staret per eam quo minus vellet adimplere predicta oblata pecunia dotis et legati et deposita non teneantur sibi dare aliquas impensas. Et si ipsa domina per se vel per alium litigaret cum heredibus suis de illis c lib. non solutis, quod heredes sui viriliter resistant, et petant a d. Principina et d. Antonio de Munarolis c lib. bon. quas promisserunt d. Charissime sorori dicti testatoris, et iubet ipse testator quod dicta d. Charissima det et cedat iura et actiones quas habet contra predictos in dictis c lib. bon. heredibus suis; et si quod litigium fiet de dictis c lib. que non fuerunt solute pro dicta dote, privat dictam uxorem suam ab omni legato et ab omni eo quod sibi reliquisset; et si litigium fieret de dicta dote, iubet heredes suos viriliter litigare debere in causa principali et appellacion. et nullam fieri debere concordiam vel transactionem; et si contrafieret, iubet heredes suos dare Fratribus de Templo M lib. bon. ... Item vult quod conventus Fr. Min. de Bon. teneatur errogare, ante principium quatraggesime, D vestit. D pauperibus magis indigentibus de xx sol. bon. pro quolibet vestitu, et quod conventus Fr. Pred. de Bon. teneatur prestare totidem vestit. totidem pauperibus ad predictum terminum ... et si non fecerint ad predictum terminum, in Predicatoribus et Minoribus duplicetur legatum ... Fino suo bidello et Francho suo famullo cuilibet eorum reliquid c lib. bon. ... ita quod predicta duo legata non prestentur in pecunia numerata, sed teneantur heredes emere duo predia tanti valoris et dare cuilibet suum, ita quod predicta predia non alienentur, et si contingat alienari heredes sui habeant vendicionem illorum prediorum et pecunia eorum erogetur p. a. ipsius testatoris. Item voluit quod in refectione Fr. Min. et Pred. de Bon., scilicet ad mensam Fratrum illis diebus quibus videbitur Guardiano de conventu Min. et Priori de conventu Pred. de Bon., c lib. Bon. errogentur, pro quolibet conventu. Sepult. suam sibi elegit apud eccl. S. Dominici. Quidquid autem de hereditate sua remanserit penes dictos sues heredes, ultra ea que supra designata sunt, iubet errogari p. a. ipsius testatoris ad arbitrium Prioris Fr. Pred. et Guardiani Fr. Min. eorum qui p. t. fuerint, et Dominici Poete ita quod nulli persone errogetur ultra xx sol. bon. Item reliquid cuidam de parentela Magnani piscatoris, quem bene novit fr. Iohannes confessor suus, CL lib. bon. quas credit patrem suum male habuisse; d. Iohanni scolari de Napoli reliq. xx lib. bon. quas ab eo habuit de colecta, verum est quod ille solvit contemplatione sibi mutuate pecun. et hoc si Predicatores et Minores concordaverint quod sit male ablatum ... et voluit quod heredes sui satisfatiant omnibus qui ostenderent testatorem vel patrem eius aliquid male habuisse ... Item reliq. sororibus suis suprascr. omnia superletilia sua, et vinum et bladum quod presencialiter habet, exceto scrineo parvo quod tenet ad manus suas et quidquid in ipso scrineo invenietur, quod perveniat ad heredes suos cum omnibus libris suis legalibus cuiuscunque condicionis existant et

libris pignoratis, qui omnes libri perveniant ad heredes suos ubicunque inveniantur ... Et si aliquis de heredibus suis impediretur, quaqua ratione, capere hereditatem, nichilominus predicta omnia exequantur seu executioni mandentur, et semper Prior Fr. Pred. et Guardianus Fr. Min. sint executores et comiss. sui ad omnia predicta exequenda; et quod colatum est conventui Fr. Min., si impediretur confere Ecclesie Romane contemplatione eiusdem conventus, et si de impensis sepulture esset aliqua discordia inter heredes suos remaneat ad arbitrium Dominici Poete. Bononie in domo d. Albertini q. d. Thomaxini de Carariis ubi nunc moratur testator, pp. fr. *Mateo* Guardiano conventus Fr. Min. de Bononia, fr. *Raymondino* lectore de dicto Ord., fr. *Guidone* de Tuscis de dicto Ord., fr. *Iacobo* de Faventia de Ord. Min., fr. Iohanne de Ord. Pred. de Faventia [1]...

Arch. S. Michaelis, vulgo « in Bosco », 8/2180, n. 27. — Exempl. non authent. = Cf. n. 1340.

1338. Bononiae, 21 octobris 1289.

Testamentum.

D. Thodesca f. q. d. Pelegrini de Maranensibus et uxor d. Zangarelli q. d. Benvignay ... reliquid Fratribus Min. de Bon. p. m. cant. xv sol. bon. ... Actum Bononie ... Laurencius f. d. Belliti de Soris not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 151. — Orig.

1339. Bononiae, (29 novembris) [2] 1289.

Testamentum.

D. Benvenuta f. q. d. Bartholomei ... reliquid Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. p. m. et oracionibus cantandis p. a. s. Actum Bononie in capitulo Fratrum S. Marie de Carmine ... Rolandinus q. Bonaventure not.

Arch. S. Martini, 1/3483, n. 54 e ✠. — Orig.

1340. Bononiae, 11 decembris 1289.

Codicillus.

D. Federicus de Scalla legum doctor sciens se fecisse test. script. manu d. Bonaventure Viviani not., in quo sibi scripsit heredes Fratres Pred. et Min., illud test. ratificat et confirmat; hoc addit tamen, in press. codicillis ... item iubet quod Fratres Min. de conventu Bon. dent conventui et loco de *Ricardina* x lib. bon. ... Actum Bononie ... Finus f. Benvenuti not.

Arch. S. Dominici, 50/7384, n. 2842. — Orig. = Cf. n. 1337.

1341. Bononiae, 19 decembris 1289.

Testamentum.

Zanottus f. q. Zanotti de Riolo ... Fratribus Min. legavit xl sol. bon. p. missis ... item legavit fr. Egidio de Saragoza de capella S. Christofori c sol. bon. ... Actum Bononie in cimiterio ubi sepeliuntur Fratres Pred. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 152. — Orig.

---

[1] Deest not. [2] Sic in dorso.

1342. Bononiae, 28 decembris 1289.

Testamentum.

D. Guido f. d. Bonapartis linaroli ... in omnibus suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Zarlottum suum filium sibi hered. instituit. Et si dictus Zarlottus decederet sine liberis ... (et post mortem sue uxoris), voluit medietas hereditatis distribui et dari p. a. s. hoc modo, scilicet medietatem dicte medietatis heredit. legat conventui Fr. Predic. de Bon. et aliam mediet. dicte medietatis legat conv. Fr. Min. de Bon. et conv. Fr. Heremitanorum S. Iacobi p. a. s. ... Actum Bononie in domo Fr. Predic. iuxta rasuram dictorum Fratrum ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 179/7513, n. 171. — Orig.

1343. Bononiae, 8 ianuarii 1290.

Sorores S. Clarae Bononiae assentiuntur venditioni de qua sub n. 1336.

eorum arbitrio inter pauperes et infirmis et heremitis existentibus in hospitalibus et heremitoriis civit. Bon. et suburbiorum ... item xL lib. bon. in subsidium Terre Sancte, tempore passadii generalis, (uno) bono viro et legali et qui sit bene armatus, qui debeat ire ultra mare in dicto passadio generali ... et si dictum passadium non fieret ante obitus sui ad x annos prox. vent., in eo casu, voluit quod de dictis xL lib. bon. ... dentur conventui Fr. Min. Bon. v lib. bon. ... Comiss. suos esse voluit Priorem Fr. Pred. de Bon. et Guardianum Fr. Min. de Bon. et fr. *Dominicum* Zanenis de Ord. Fr. de Penitentia et quemlibet eorum in solidum, dans eis plenam potestatem *etc.* ... Residuum vero dictarum LXXX lib. bon. expendatur per dictos suos comiss. prout eis melius et utilius videbitur, pro utillitate anime sue ... Item reliquid de aliis suis bonis sor. *Iacobine* de Penitentia sue nepti f. q. Michaelis sui fratris xL sol. bon. ... In omnibus aliis suis bonis mobil. et immobil., iuribus *etc.* Guizardinum suum filium sibi heredem instituit, et si contingeret dictum filium decedere absque liberis legitimis, et sine testamento, voluit quod medietas omnium bonorum suorum perveniat et devolvatur, pleno iure ad manus predictorum fideicomiss. et dent infrascriptis locis et personis, videlicet conventui Fr. Min. de Bon. L lib. bon. ... Residuum vero diete dimidie partis expendi voluit et distribui inter pauperes Christi arbitrio fideicomiss. suorum ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Guido Signoriti not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 218. — Orig.

1412. Bononiae, 2 maii 1295.

Testamentum.

D. Amadore f. q. d. Martini Londoni (?) de Preytis ... reliquit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. v lib. bon. ... Item voluit quod omnia male ablata et legata relicta per dictum testatorem in duabus cedulis ... et test. Berte sue matris, et test. d. Aldoysie sue uxoris, et test. d. Gisle sue filie solvantur et restituantur infra unum annum a die sui obitus; quod si heredes sui non solverint et satisfecerint, ut dictum est, teneantur dare et solvere convent. Fr. Pred. et Min. de Bon. c lib. bon.; et si non solverent in secundo anno, teneantur solvere dictis conventibus cc lib. bon., et nichilominus teneantur restituere, ut in dictis cedulis continetur ... Actum Bononie in cimiterio interiori Fr. Pred. ... Dominicus Mascaronis not.

Schedulae de quibus fit mentio in test. d. Amadoris de Preytis.

Infrascripta sunt legata que d. Amador de Preytis tenetur restituere p. a. Aldoysie sue uxoris, pro quantitate relicta in suo test. que fuit L lib. bon. et que dicta testatrix disposuit in hunc modum: « Primo tenetur restituere conventui Fr. Min. c sol. bon. ... residuum vero voluit dicta d. Aldoysia et iussit expendi circa funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min., et circa loca religiosa et pauperes, prout visum fuerit dicto d. Amadori ... ».

Infrascripta sunt legata que d. Amador predictus tenetur solvere p. a. d. Ghisile sue filie, de quantitate L lib. bon. quas in suo test. p. a. s. reliquid, que dicta testatrix disposuit in hunc modum: — « ... Fratribus Min. reliquid p. m. dicend. v lib. bon. ... item reliq. fr. Albertino de Parma III lib. bon. ... item reliq. fr. *Zanboni* de Ord. Fr. Min. xx sol. bon. ... ».

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 219. — Orig.

1413. Bononiae, 25 maii 1295.

Testamentum.

D. Agnes f. q. d. Thome de Saxolo Mutinen. dioc. ... reliq. sor. *Herminie* de Saxolo nepti sue *Ord. Sororum Minorum de Mutina* x lib. bon.; item conventui dictarum Sororum Min. *de Mutina* pro una pietantia XL sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. beati Dominici Fr. Pred. ... Leonardus q. fr. Bonvixini not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 220. — Orig.

1414. Bononiae, 28 maii 1295.

Testamentum.

D. Chatelina f. q. fr. *Iohannini* de Sardellis ... sor. *Luchese* de Penitentia legavit v sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. B. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 221. — Orig.

1415. Bononiae, 31 maii 1295.

Testamentum.

D. Iacobus q. d. Rodulfi de Vescontibus ... reliq. Fratribus Min. de Bon. xx sol. bon. ... item reliq. i. l. d. Gillie uxori fr. Thomaxini de Useppis xxx lib. bon. ... Actum Bononie ... Iacobinus q. Petrizoli Bonincuntri not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 222. — Orig.

1416. Bononiae, 28 iulii 1295.

Testamentum.

D. Gillia f. q. d. Ursolini et uxor olim d. Alberti Saccatii ... dari mandavit fr. *Nicholao* de Ord. Min. suo nepoti xx sol. bon. ... item conventui Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. Fr. Pred. S. Dominici ... Ugolinus q. Aymerici Arzuffi de Medicina not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 224. — Orig.

1417. Bononiae, 9 augusti 1295.

Testamentum.

D. Bartholomea f. q. d. Rolandini de Romanciis ... reliq. conventui Fr. Min. de Bonon. p. m. VI lib. bon. ... item fr. *Artinixio* de Ord. Fr. Min. de Bon. xx sol. bon.; item fr. *Ugolino* de Mulnariis de eodem Ord. xx sol. bon. ... Preterea fr. *Henriguccium* de Ord. Fr. Min. f. suum sibi in L lib. bon. heredem instituit ... Actum Bononie in eccl. B. Dominici Fr. Pred. ... Iacobus Dominici Mascharonis not.

Arch. Metropolit. Ecclesiae S. Petri, 23/210, n. 21.

1418. Bononiae, 22 augusti 1295.

Bonorum assignatio.

Assignatio quorundam bonorum facta a d. sor. Docta Priorissa monast. B. Mathie extra circam burgi Saragoze ... fr. Lazarino f. q. Righi et sor. Beatrixie conversis dicti loci ... pro necessit. eorum ... Actum Bononie in eccl. S. Mathie, pp. ... d. fr. *Guillielmo* Naxino, qui asseruit *etc.* ... Franciscus Cambii Attolini not.

Arch. monast. Monial. S. Matthiae, 7/5768, n. 8. — Orig.

1419. Bononiae, 2 septembris 1295.

Particula testamenti.

In testamento d. Thomasine f. q. d. Cazanimici Iacobi Alberti Ursi et uxoris q. d. Iacobini Bugloni, inter cetera continetur sic: « Item iure legati reliq. d. Agnesie f. sue habitationem, redditus et proventus domorum suarum posit. Bonon. in capella S. Proculi, iuxta *etc.* ... donec vixerit ... item usumfructum, donec vixerit, unius petie terre vineat. posit. in guardia civit. Bon., in loco ubi dicitur « Predabasabo », et usumfructum alterius petie terre vineat. posit. in guardia civit. Bon., in loco ubi dicitur « Remondato ». Et infra: « Post mortem vero ipsius d. Agnesie, (vineas predictas) i. l. reliq. conventui Sororum S. Agnetis, hoc pacto, quod dicte vinee (*sic*) dictus conventus eccl. S. Agnetis debeat facere laborare, et habere debeat singulis annis II corb. vini puri pro sacristia dicte eccl.; residuum vero vini dictarum vinearum teneantur dare sacristie S. Dominici de Bon. pro sacrificio missarum dicte ecclesie ... Item post mortem dicte d. Agnexie legavit dicto conventui eccl. S. Agnetis dictas domos suas posit. in cap. S. Proculi, hoc pacto quod (de pensione dictarum domorum debeant) annuatim dare, donec vixerit, fr. Alberto Cacete de Ord. Pred. suo nepoti, et sor. Agneti de S. Agnete, cuilibet eorum XX sol. bon. ... Item voluit quod dicte sue vinee et domus non possint, aliquo modo vel ingenio vendi vel alienari vel obligari ... et si contrafacerent ... privat eos predictis rebus, et perveniant, pleno iure, conventui Fr. Min. de Bon. ... ». Predictum test. actum fuit Bononie in domo dicte testatricis a D. MCCXCV, die II septembris et not. fuit. Franciscus d. Dominici Mascaronis. Ego fr. Franciscus Pipinus Supprior Bon. predicta exemplavi de exemplo principali et autentico.

Arch. S. Dominici, 236/7570, pag. 21. — Exemplum exempli.

1420. Bononiae, 13 septembris 1295.

Testamentum.

D. Caprinus f. q. d. Lanberti Caprini ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. XL sol. bon. p. m. ... item fratri qui vadit pro ellemoxina carzeratorum et prexonum civit. Bon. X sol. bon., expendendos et dandos inter dictos carzeratos ... Actum in civit. Bononie in zimiterio ubi sepelliuntur Fratres Pred. ... Guido Signoriti not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 226. — Orig.

1421. Bononiae, 19 septembris 1295.

Testamentum.

D. Berta f. q. d. Alberti Cortixii ... reliquid sor. Martine eius nepti de Ord. Sororum de Cathena strate S. Donati extra circlam v lib. bon. ... item fr. *Stephano* f. q. d. Hosmani (?) de Ord. Fr. Min. de Bon. iure legati, pro suis indumentis, III lib. bon. ... Actum Bononie in eccl. S. Marie de Carmello ... Iohannes Perini not.

Arch. S. Martini, 2/3484, n. 18. — Orig.

1422. Perusii, 11 novembris 1295.

Fratres Minores eximuntur a iurisdictione Praelatorum.

Bonifatius episc. Generali et Provincialibus Ministris ac universis Fratribus Ord. Fr. Min. « Inter ceteros Ordines ». Datum Rome apud S. Petrum III id. novembris, pontif. anno primo [1].

Arch. monast. Monial. SS. Naboris et Felicis, 64/55759, n. 15. — Exempl. non authent. In margine superiori « Bulatum est in armario Fr. Min. conv. Bon. ». In dorso « Privilegium Bonifatii pp. exemptionis Ord. Fr. Min. ». « Exempio del privilegio de Papa Bonifacio como li Fra Menori siano exenti da la Glexia Romana ». Aliud exempl. non authent. habetur sub n. 73/6762, pag. 15. = BF IV, 370.

1423. Bononiae, 18 decembris 1295.

Testamentum.

D. Bolognittus q. d. Ugolini de Flagnano ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit XL sol. bon. p. m. p. a. s. ... Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 227. — Orig.

1424. Bononiae, 12 ianuarii 1296.

Testamentum.

D. Turchus q. d. Iohannis de Tollommis (?) de Argelata ... reliq. Fratribus Min. de Bon. p. m. cellebr. III lib. bon.; item reliq. Fratribus Min. morantibus ad *Rumchos Argelate* p. m. cellebr. XL sol. bon. ... Actum Bononie ... Natalis q. Petri Zanini de Argelata not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 228. — Orig.

1425. Bononiae, 19 ianuarii 1296.

Testamentum.

D. Bartolomea, cui dicitur Bea, f. q. d. Bonazunte de Cristianis et uxor Chatelani ... fr. *Francischo* de Schiva de Ord. Min. legavit XL sol. bon. p. missis ... Actum

---

[1] Sequitur in eadem charta: « In mari magno Clementis in fine habetur sic: Ceterum cum felicis recordationis... » usque ad « Datum Perusii XII kal. augusti pont. n. anno primo », idest §§ 41-42 huius bullae ut apud BF III, 24. Deinde exscriptum legitur totum cap. VII, in *Sexto Decret.* lib. V, tit. VII *de Privilegiis:* « Cum persone ecclesiastice ... plenam fidem ».

Bononie in eccl. B. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 229. — Orig.

1426. Bononiae, 21 februarii 1296.

Testamentum.

D. Beatrixia f. q. d. Bonincontri de Partignano et uxor q. d. Iacobini Iohannis Susane ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. et celebr. xx sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. B. Dominici ... Michael q. Ugolini de Meserazano not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 232. — Orig.

1427. Bononiae, 12 martii 1296.

Testamentum.

D. Ysotta f. q. d. Rolandi Bardeloni ... Fratribus Min. legavit iv lib. bon. p. missis; item fr. *Loderengo* de Ord. Min. nepoti fr. Peregrini legavit xxx sol. bon. p. m. ... Actum Bononie in eccl. B. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 233. — Orig.

1428. Bononiae, 6 aprilis 1296.

Testamentum.

D. Bertolus f. q. d. Alberti Fabri ... dari voluit cuilibet loco religiosso civit. et suburbiorum Bon. duos sol. bon. ... item conventui Fr. Pred. et Fr. Min. p. a. d. Bolnisie sue uxoris xx sol. bon.; item conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. xx sol. bon. p. a. s. et patris et matris sue. Item p. m. abl. reliq. ... conventui Fr. Pred. et Min. xxx sol. bon. ... Actum Bononie ... Burigacius f. q. d. Iacobini not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 235. — Orig.

1429. Bononiae, 22 aprilis 1296.

Testamentum.

D. Berta uxor q. d. Magarotti de Magarottis ... in omnibus bonis suis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* sibi heredes instituit fr. Dominicum Goxium f. q. fr. *Petri* Goxii et d. Ysabellam et d. Ghixillam equaliter ... Actum Bononie ... Ugolinus q. Aymerici Arzuffi de Medicina not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 237. — Orig.

1430. Bononiae, 3 maii 1296.

Codicillus.

Codicillus d. Ghixelle f. q. d. Uppitini et uxoris q. d. Bughini de Lambertatiis ... Actum Bononie ... pp. fr. Orio de Superba, fr. *Righipto* de Superba ... Ugolinus q. Aymerici Arzuffi de Medicina not.

Arch. S. Dominici, 26/7360, n. 1641. — Orig.

1431. Bononiae, 15 maii 1296.

Testamentum.

D. Docta f. q. d. Francisci d. Acursii doct. legum ... conventui Fr. Min. de Bon. *etc. (ut supra n. 708).* Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 239. — Exempl. « Ego Michilinus Iacobini Cavaze not , ut in autent. inveni, ita fideliter sumpsi et exempl. et scripsi ». = Cf. n. 708.

1432. Bononiae, 16 maii 1296.

Testamentum.

Matheus f. q. fr. Iacobi de Varegnana ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit c sol. bon. p. m. celebr. p. a. s. ... item cuilibet conventui religiosorum et religiosarum civit. Bon. et suburbiorum legavit x sol. bon. ... Actum Bononie in scolis Fr. Pred. ... . Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 238. — Orig.

1433. Bononiae, 29 maii 1296.

Testamentum.

Pax f. q. Albertini calzolarius ... emi voluit VIII duplerii, pretii xx sol. bon. pro quolibet, ex quibus voluit dari duo Fratribus et conventui Fr. Pred. de Bon. et duo Fratribus et conventui Fr. Min. de Bon. ... qui duplerii debeant p. ipsius a. operari ad honorem Dei in dictis eccl. quando divina offitia celebrantur, et maxime quando corpus domini nostri Iexu Christi levatur :.. Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Iacobinus f. q. Guidonis Francholi not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 240. — Orig.

1434. Bononiae, 30 maii 1296.

Testamentum.

D. Donella f. q. d. Alberti de Pizigottis et uxor d. Tomaxii f. d. Bonacose de Baxacomatribus ... reliq. conventui Fr. Min. XL sol. bon. p. m. celebr. ... Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 241. — Orig.

1435. Bononiae, 5 iunii 1296.

Testamentum.

D. Ubertinus f. q. d. Alticherii ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit IV lib. bon. p. m. p. a. s. ... Actum Bononie ante portam Fr. Pred., in pres. ... fr. *Guidonis* Segnoritti not. de Penitentia, et fr. *Petri* f. Bertoli de domo Dei de Penitentia ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 242. — Orig.

1436. Bononiae, 8 iunii 1206.

Testamentum.

Franciscus q. d. Ugutionis de Bambis ... reliq. conventui Fr. Min. de Bon. xl sol. bon. p. m. cant. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Bramchaleonus q. d. Zacharie Gomselmini not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 243. — Orig.

1437. Bononiae, 21 iunii 1296.

Testamentum.

D. Nicholaus q. Uberti de Curionibus ... reliq. de bonis suis eccl. S. Francisci de Bon. x sol. bon. ... item ecclesie S. Francisci xx sol. bon. pro uno duplerio emendo, quod debeat ardere ad altare maius eccl. B. Francisci ad ellevationem corpus (*sic*) Domini ... Si heres vel aliquis de suis legatariis commiss. suos vellet impedire, revocat omnia legata ei relicta, et sibi heredes instituit convent. Fr. Pred. et Min. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Iohannes Bendidey de Butrio not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 245. — Orig.

1438. Bononiae, 8 iulii 1296.

Testamentum.

D. Petrus q. d. Gaioldi, qui fuit de Regio ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. xl sol. bon. ... Actum Bononie in parlatorio Fr. Pred. ... Arpinellus q. Ugolini de Folia not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 246. — Orig.

1439. Bononiae, 12 iulii 1296.

Testamentum.

D. Petrus q. d. Cambii de Rozitis ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. p. ipsius a. c sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred., pp. ... fr. Tederico mag. Francisci de Luca ... dicti Ord. Iacobinus q. Petri Grassi not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 247. — Orig.

1440. Bononiae, 21 augusti 1296.

Testamentum.

D. Matheus, cui dicitur Tincius, f. q. d. Amatoris de Preitis ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit v lib. bon. p. m. ... item fr. *Nicholino* de Ord. Min. legavit xl sol. bon. ... item cuilibet conventui religiosorum et religiosarum ... legavit x sol. bon. ... item voluit quod mitatur unus homo ad *Asisium ad eccl. B. Francisci* et aliud (*sic*) ad eccl. S. Marie de Montovalo (?) ... Actum Bononie ... in pres. ... fr. *Doni* de Penitentia, Dominici q. Benvenuti de Strata maiori, ambo familiares Fr. Pred. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 248. — Orig.

1441. Bononiae, 3 novembris 1296.

Donatio inter vivos.

D. Petrus q. d. Iacobini d. Richaldine not. ... procurator ven. patris d. fr. Thederici Ord. Fr. Pred., Dei gratia Cervien. episcopi ... procuratorio nomine pro eo, pro remedio et salute anime ipsius Episcopi propter Deum, libere et inrevocabiliter, inter vivos donavit fr. Rigo de Pergamo syndico conventus S. Agnetis de Bon. peciam unam terre arat. cum domo de cupis super eam, positam in loco qui dicitur « Frasseno »... quam dixit esse XXVII tornat. et. XXV tabul. cum medietate fossati et unam viam longam LIII pertic. ad pertic. X ped. et ampla XII. Item unam petiam terre que dicitur esse IX tornat., que (est) iuxta dictam pec. terre. Item unam pec. terre arat. cum una domo de cupis, posit. in loco qui dicitur « Laveza », VIII torn. cum dimid. et VI tab.: ad habend., possidend. perpetuo, his pactis et condicionibus appositis, quod dicte pecie terre vel domus ... nullo unquam tempore possint vendi vel alienari, sed syndicus S. Agnetis coli faciat vel locet ... et de fructibus qui percipientur, singulis annis, habeat conventus S. Agnetis ... decimam partem, quam expendere teneantur in una pictantia, que fiat ipsi conventui in anniversario sepulture ipsius Episcopi singulis annis, in perpetuum. Reliquas vero novem partes dividat syndicus dicti monasterii in quatuor partes et faciat inde quatuor pictantias conventui Fr. Pred. de Bon. tam sanis quam infirmis, unam in die anniversario sepult. dicti Episcopi, aliam in festo S. Nicholai, aliam in anniversario parentum dicti Episcopi die VIII scilicet ianuarii, quartam in festo S. Patriniani, scilicet in die Septem Fratrum, et teneantur Fratres et Sorores predicti in festo S. Patriniani facere officium unius confessoris novem lectionum; et dicti fructus sive redditus non possint in aliquos usus expendi, quam quod superius dictum est. Et si conventus Fr. Pred. vel Priorissa vel conventus Sororum non servarent omnia et singula suprascripta, vel in aliquo contravenirent, ipso facto devolvantur predicte res donate *ad conventum Sororum Min.* de Bon., que habeant omne ius quod habebant Sorores S. Agnetis, et teneantur omnia facere et servare suprascripta, et dare novem partes, retenta sibi decima, eisdem diebus, modis et condicionibus, quibus dictum est, conventui Fr. Min. de Bon. Et si dicte Sorores vel Fratres Min. non servarent supradicta, dicta bona devolvantur ad domos Templariorum et Hospitalariorum civit. Bon. in subsidium Terre Sancte ... Actum in pallatio novo comunis Bon. ... Ugolinus q. Aymerici Arzuffi de Medicina not.

Arch. S. Dominici, 236/7570, pag. 73. — Exempl. non authent. = Cf. nn. 1443, 1444.

1442. Bononiae, 13 novembris 1296.

Testamentum.

D. Ugolinus q. d. Rolandi Magnani ... reliq. Fratribus Min. civit. Bon. C sol. bon. ... item cuilibet alteri religioni civit. Bon. et suburbiorum X sol. bon. ... Actum Bononie ... Graciadeus Aymerici not.

Arch. S. Dominici, 180/7514. pag. 251. — Orig.

1443. Bononiae, 17 decembris 1296.

Permutatio bonorum donationis de qua sub n. 1441.

Cum esset quod ven. pater d. fr. Thedericus Ord. Pred., Dei gratia Cervien. episcopus, per suum legittimum procuratorem ... inter vivos donasset conventui S. Agnetis de Bon. eiusdem Ord., sive fr. Henrico de Pergamo syndico et procur. earum, unam peciam terre arat. posit. in guardia civit. Bon., in loco qui dicitur « Frasseno », quam esse dixit XXVII tornat. et XXV tabul.: item aliam peciam terre arat. quam esse dixit IX tornat., ut latius patet in instrumento donationis script. manu Ugolini de Medicina not., volens idem ven. Pater gratiam et elemosynam facere ampliorem dictis Sororibus ... revocavit predictam donationem ... et loco dictarum rerum revocatarum dedit atque donavit idem syndicus domini Episcopi ... Sororibus S. Agnetis, sive fr. Henrico de Pergamo syndico et procur. earum, inter vivos, peciam unam terre arat. et vineat. et prativ., in qua sunt due domus cupate, posit. in guardia civit. Bon., in loco qui dicitur « Casaraltola »... quam esse dixit C tornat. ... ad habend., tenend. et possidend. hiis pactis et modis, scilicet quod dicta pecia terre, domus seu aliqua pars ipsarum, nullo unquam tempore ... possint vendi vel obligari ... sed syndicus S. Agnetis coli faciat eam vel locet ... et fructus qui percipientur in singulis annis, assignet dicto d. Episcopo in vita sua libere. Post mortem vero ipsius d. Episcopi habeat dictus conventus S. Agnetis ... de fructibus qui percipientur, singulis annis, decimam partem quam expendere teneantur in una pictantia vel pluribus, ad voluntatem Priorisse que p. t. fuerit, quarum una fiat in sepulture anniversario, in perpetuum. Reliquas vero novem partes dividat syndicus dicti conventus, et faciat inde conventui Fr. Pred. de Bon., tam sanis quam infirmis, quatuor pictantias vel plures, secundum quod videbitur Priori et procuratori dicti conventus qui p. t. fuerit, quarum una fiat in die anniversario sepult. dicti Episcopi, alia in festo S. Nicholai, alia in anniversario parentum dicti Episcopi, die VIII, scilicet ianuarii, quarta in festo S. Patriniani, scilicet in die Septem Fratrum, et teneantur Fratres et Sorores predicti, in festo S. Patriniani, facere officium unius confessoris novem lectionum. Et dicti fructus sive redditus non possint in aliquos usus expendi quam quod superius dictum est. Et si conventus Fr. Pred. fecerint contra ea que in presenti instrumento donationis continentur, tunc omne ius quod competebat eis, in dictis novem partibus, devolvatur ad conventum Fr. Min. de Bon., et Sorores S. Agnetis teneantur providere Minoribus in pictanciis eisdem modis, et condicionibus, et diebus. Si vero Sorores S. Agnetis contra predicta fecerint, omne ius, quod in dictis rebus habebant, devolvatur ad *Sorores S. Francissi* de Bon., que predicta facere teneantur, temporibus et modis supradictis. Et si dicte *Sorores Min.* contrafecerint, omne ius quod haberent devolvatur ad domos Templariorum et Hospitalar. civit. Bon. similiter ... Actum Bononie in burgo Ricecho, in domo dicti d. Episcopi ... Iohannes Damiani not.

Arch. S. Dominici, 236/7570, pag. 69. — Exempl. non authent. = Cf. nn. 1441, 1444.

1444. Bononiae, 17 decembris 1296.

Permutatio bonorum donationis de qua sub n. 1441.

Cum hoc esset *etc.* (*ut in praecedenti, his variat et addit.*)... Et si conventus predictus Fratrum Predic. fecerit contra predicta vel venerit contra ea que in pre-

senti instrumento donationis continentur, tunc omne ius quod competebat dictis Fratribus Predic. in dictis novem partibus, devolvantur ex vi donationis predicte, ipso facto, et quoquo alio modo et iure quo melius potest, ad conventum Fratrum Min. de Bon. et teneantur dicte Sorores S. Agnetis et earum procur. providere et respondere de dictis novem partibus fructuum in pietantiis dicto conventui Fratrum Min. eisdem modis et condicionibus et diebus. Si vero Sorores S. Agnetis contra predicta fecerint, omne ius, quod in dictis rebus habebant, si predicta omnia observassent, devolvatur, ex vi contractus predicte donationis, ad *Sorores S. Francisci de Bon. Ord. Fratrum Min.*, que predicta facere teneantur temporibus, modis et condicionibus supradictis. Et si dicte *Sorores (Fratres?) Minores* contrafecerint, omne ius quod haberent et (eis) competere poterat, si predicta servassent, devolvatur ad domos Templariorum civit. Bon. in subsidium Terre Sancte. Et si dicte *Sorores Minores* fecerint contra predicta, omne ius quod eis competebat, si predicta omnia observassent, ad dictos Templarios et Hospitallarios similiter devolvatur ... Actum Bononie in burgo Richo in domo dicti d. episc. Cervien., pp. ven. patre d. fr. Francischo Ord. Predic. Dei gratia Salubrien. episcopo ... Ego Iohannes Damiani not. ... predictum instrumentum sumpsi de rogationibus olim Petri q. d. Iacobini Petrizoli Albertini Dentis de Sarragocia not. et fideliter scripsi ...

Arch. monast. Monial. S. Agnetis, 7/5597, n. 365. — Exempl. = Cf. nn. 1441, 1443.

1445. (Bononiae?), 23 ..... 1296.

Testamentum.

[........] reliquid p. a. s. XL lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Min. civit. Bon. XL sol. bon. .. Residuum vero dicte sume supra p. a. relict. [.... eccle]siam b. Francisci Fr. Min. civit. Bon., quam in pauperibus Christi ... Actum [...] Franciscus Yvani Bencivengla not.

Arch. S. Martini, 2/3484, n. 20. — Orig.

1446. Bononiae, 26 decembris 1296.

Promissio de solutione facienda.

Constat reformationem factam esse per com. Bon., quod si quis a tempore reformationis retro habuerit aliquod lucrum pecuniarium inlicitum a com. Bon. vel com. Bon. oculte vel cellate damnificaverit, ita quod sciri vel inveniri non possit, et solverit Dominabus et conventui Dominarum eccl. S. Mathie, que est extra circham burgi S. Cathelline, tertiam partem illarum illicitarum exac[tionum] quod absolutus sit a com. Bon. Ideoque d. Bonaventura d. Tuschi de Savignano sentiens se culpabillem illicitarum exactionum et ablatorum aceptorum per eum et habitorum a com. Bon., volens sequi formam dicte reform., promixit ... dare et solvere d. fr. Gratiadeo f. q. d. Gerardi Gratiadey syndicho dicti monasterii ... CCL lib. bon. solvend. hinc ad triennium. Quam confessionem et promissionem et omnia et singula suprascripta et infra promixit ... perpetuo firma et rata habere, tenere *etc.* sub pena dupl. dictorum denar. et obligatione omnium suorum bonorum ... Actum Bononie in domo dicti d. Bonaventure, pp. ... fr. *Zino* de Ord. Fratrum Min. ... Paulus Venture not.

Arch. monast. Monial, S. Matthiae, 7/5768, n. 13, — Orig.

1447. Bononiae, 29 decembris 1296.

Testamentum.

D. Iacobina f. q. d. Zamnichole et uxor d. Cambii f. q. d. Iacobi Bonicambii ... reliq. iure legati conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. III lib. bon. ... Actum Bononie in eccl. S. Dominici ... Albertus q. Lamberti Petri massarii not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 285. — Orig.

1448. (Bononiae?), 30 ianuarii 1297.

Testamentum.

D. Agnes f. q. d. Albici de Andallo ... conventui Fr. Min. p. m. legavit III lib. bon. ... Actum [.....] [.....] not.

Arch. monast. Monial. S. Agnetis, 7/5597, n. 366. — Exempl.

1449. Bononiae, 12 februarii 1297.

Venditio.

Fr. Gerardus de Tuscis Ord. Fr. Pred. syndicus conventus Fr. Pred. eccl. S. Dominici civit. Bon. ... dedit et vendidit sor. *Iohanne* de Penitentia f. q. fr. Guidonis de contrata S. Dominici habitationem, redditus et proventus unius domus posit. Bonon. in contrata S. Dominici, iuxta *etc.* ... pro pretio et nomine pretii XXV lib. bon. ... Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 236/7570, pag. 43. — Exempl. « Ego fr. Franciscus Pipinus predictum instrum. hic exemplavi ad exemplar originale et autent. quod servat sor. Iohanna de S. Petro martire ».

1450. Bononiae, 21 februarii 1297.

Consultum.

In Christi nomine, amen. In questione que videtur descendere et pendere ex testamento q. discreti viri magistri Tadei, videlicet utrum electio pauperum, et distributio fructuum pertineat ad Ministros Fratrum de Penitentia tantum, cum conscilio tamen et consensu Prioris Pred., Guardiani vel Custodis Fr. Min. de conventu Bon. vel an pertineat ad predictos Ministros Fratrum de Penitentia et ad Priorem Pred. et ad Guardianum vel Custodem Fr. Min. communiter, cuius testamenti verba, in quantum pertinet ad questionem premissam, sunt hec: « In primis reliq. p. a. s. et suorum parentum X^{m} lib. bon. expendendas et distribuendas per infrascr. modos, de quibus primo voluit quod MMD lib. bon. expendantur et ex eis emantur possessiones fructifere, que sint perpetuo et esse debeant, iure proprietatis et dominii, pauperum vergonzosorum civit. Bon. et districtus. Que possess. emantur, possideantur et teneantur per Fratres et Ordinem Fratrum de Penitentia de Bon. nomine dictorum pauperum vergonzosorum, et gubernentur, et earum fructus distribuatur per Ministros Fr. dicti Ord. de Penitentia civit. Bon. qui fuerint p. t. cum conscilio et consensu Prioris Pred., Guardiani vel Custodis Fr. Min. de conventu Bon. qui p. t. fuerint, vel maioris partis ipsorum; qui debeant locare et affitare dictas possess. et earum fructus recipere, et inter pauperes vergonzosos, infirmos et debiles et senes

magis indigentes civit. Bon. et districtus distribuere, singulis annis, perpetuo, dando xx sol. bon. ad plus pro quolibet paupere. Et quod dicti Ministri Fr. de Penitentia possint et debeant, singulis annis, habere et retinere xx lib. bon. de fructibus dictarum possess., de quibus xx lib. possint ipsi Ministri Fratrum de Penitentia distribuere et dare Sororibus eorum Ordinis, et infirmis, debilibus et senibus x lib. bon. et alia x lib. convertantur ad usum infirmorum senum et debilium Fr. Min. et Fr. Pred., silicet c sol. bon. pro quolibet conventu dictorum Fr. Min. et Pred.; et voluit et mandavit quod de ipsis fructibus dictarum possess. alicui loco religioso vel personis religiosis aliquid dari non possit, quibus aliquid reliquid in presenti test. in genere vel specie, nec de Ordine ipsorum, nisi quod supra dictum est. Predictis verbis examinatis et eorum propria significatione diligenter inspecta, audita etiam relatione quorundam proborum et discretorum virorum, videlicet commissariorum predicti magistri Tadei, silicet d. Hugolini de Montecenico, et d. Novellonis d. Megloris de Florentia, d. Amadei de Poetis, d. fr. Raynutii ac etiam d. Dominici de Poetis, quibus nota erat magistri Tadei conscientia in predictis, consilium mei Dini de Musello tale est:

Videlicet quod electio pauperum et indigentium et vergonzosorum, et distributio predictorum fructuum pertineat ad Ministros Fratrum de Penitentia tantum, et quod Prior Pred. et Guardianus Min., quorum conscilium et consensus videtur requirendus, secundum verba testamenti, non possint contradicere electioni et distributioni que fiet per predictos Ministros, dummodo ipsi Ministri eligant pauperes vergozosos infirmos et debiles et senes magis indigentes civit. Bon. et districtus, secundum verba testamenti; sed si facerent electionem indecentem et minus idoneam, seu verbis test. non convenientem, tunc Prior Fratrum Pred. et Guardianus Min. possent contradicere electioni, et contradicendo eam infirmare. Item si contingat expensas fieri pro fructibus coligendis et possess. colendis et gubernandis, primo debent deduci de fructibus quam inter legatarios vel pauperes distributio fiat, cum fructus intelligantur, deducta impensa, que fit gratia fructuum. Item quod predicti Ministri Fr. de Penitentia de x lib. quas omni anno, habere debent de fructibus, et distribuere et dare Sororibus eorum Ord. et infirmis, et debilibus et senibus, dare possunt et debent etiam Fratribus ipsorum Ord. qui essent infirmi, debiles et senes, cum natura copulationis sit addere. Et idem intelligendum est, videlicet quod predicto modo, electio pauperum, infirmorum et vergozonsorum fieri debeat et distributio fructuum inter eos per predictos Ministros Fratrum de Penitentia secundum modum et ordinem superius declaratum, in parte bonorum obvenientium ex substitutione facta Tadeo filio predicti magistri Tadei in ea parte cuius fructus distribui debent in pauperes infirmos et vergonzosos.

Lectum et publicatum fuit predictum conscilium per me Symonem Damiani not. in parlatorio domus Fr. Pred. de Bon. ... pp. fr. Aymerico de Placentia Priore Fr. Pred. de Bon., fr. *Alberto* de Azis Guardiano Fr. Min. civit. Bon., predictis omnibus consentientibus et aquiescentibus, et pp. supradictis d. Hugolino, d. Novellone, d. Amadeo de Poetis et fr. Raynutio commiss. dicti test. magistri Tadei et d. Dominico Poete, asserentibus conscientiam predicti magistri Tadei sic fuisse ut in predicto conscilio continetur; et pp. fr. *Deolay* de Sala de burgo S. Felicis et fr. *Princivalle* Pegolotti capelle S. Thome strate Maioris Ministris Fratrum de Penitentia civit. Bon., ad quorum petitionem predicta facta fuerunt, pp. fr. *Matheo* de burgo S. Felicis

Custode Fr. Min. de Bononia, d. Forese not. d. Episcopi, fr. *Bertolomeo* de Ricis, fr. *Benevenuto* Lovatti et fr. *Iacobo* de Cazano, fra tribusde Penitentia, testibus. Et ad perpetuam rei memoriam predicti Prior Fr. Pred. et Guardianus Min. et d. Dinus de Musello doctor legum sigilla ipsorum pendentia apponi fecerunt.

Ego Symon q. Damiani not. ... scripsi et publicavi sub anno MCCLXXXXVII, ind. X, die XXI mensis februarii. Ego fr. Franciscus Pipinus predicta transcripsi, que de autentico habui ... quod servant Ministri Fratrum de Penitentia de civit. Bon., qui etiam habent test. autenticum magistri Tadei, quod originale est in sacristia Fr. Min. de Bon., quia ibi deposit. fuit.

Arch. S. Dominici, 236/7570, pag. 84. — Exempl. = Cf. nn. 578, 799.

1451. Bononiae, 25 februarii 1297.

Testamentum.

Testamentum d. Michaelis Arardonis, qui fuit de Castro Britorum ... Actum Bononie in parlatorio Fr. Predic. S. Dominici, pp. ... fr. [*Rainerio?*] de Gisleriis, fr. Vicentio Gualdone ... fr. *Iacobino* Gualdone ... Iohannes Aynardini not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 255. — Orig.

1452. Bononiae, 13 martii 1297.

Conventio.

Cum olim bone memorie egregius vir d. magister Tadeus q. d. Alderoti de Florentia *etc.* (*ut supra n. 741, nonnullis variat. orthograph. exceptis, et inter alias* « sor. Zusiana » *loco* « Zuasiana »).

Arch. monaster. Monial. SS. Naboris et Felicis, 64/5769, n. 39. — Orig. In dorso « Composicione fata entro li comisari del maestro Thadeo et le Done de S. Francesco sopra lo fato de Fra Menori ». « Compositio facta inter comiss. [.] Tadei et monast. Dominarum de S. Francisco de nego[...] Fratrum Min. ». = Cf. supra n. 741.

1453. Bononiae, 13 martii 1297.

Testamentum.

Fr. Pax f. q. Bencevennis de Vachittinis ... conventui Fr. Min. de Bononia legavit X lib. bon. p. m. ... Si heres suus decederet sine legittimis filiis, tunc legat de sua heredit. p. a. s. ... C lib. bon., de quibus ... conventui Fr. Min. de Bon. legat V lib. bon. pro missis ... Actum Bononie in curia que est inter refictorium et schole (*sic*) Fr. Pred. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 257. — Orig.

1454. Bononiae, 21 martii 1297.

Testamentum.

D. Mathia, cui dicitur Iacoba, q. d. Soldini de Soldaderiis de Lignano ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit V lib. bon. p. m. p. a. s. ... Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 258. — Orig.

1455. (Bononiae?), 4 maii 1297.

Testamentum.

Petrus f. q. Henrici de Fracta de terra Chasalicli ultra Ydicem ... Fratribus Min. de *Varegnana* legavit v sol. bon. ... Actum [...] Iacobinus de Turri q. Iacopini ... not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 260. — Orig.

1456. Bononiae, 5 maii 1297.

Testamentum.

D. Fr. *Zanbellus* q. Iohannis Sellarius ... reliq. iure legati, *eccl. S. Andree de burgo S. Ysaie* x sol. bon., expendend. eos in ornamento dicte eccl. ... Actum Bononie in eccl. Fratrum S. Martini de Aposa ... Albertus Vinture not.

Arch. S. Martini, 2/3484, n. 27. — Orig.

1457. Bononiae, 15 maii 1297.

Testamentum.

D. Bitina f. q. d. Albertini de Sala ... reliquid de bonis suis p. a. s. L lib. bon., de quibus expendi voluit circha funus et sepult. suam, quam sibi ellegit apud eccl. Fr. Min., in candelis, cereis et aliis necessariis, VI lib. bon. ... item fr. *Francisco* suo cognato Ord. Fr. Min. III lib. bon. p. m. dicendis; item fr. *Nicholao* eiusdem Ord. x sol. bon. ... Actum Bononie ... Iohannes Thomaxini Crocevaldi not.

Arch. S. Michaelis, vulgo « in Bosco », 9/2181, n. 26. — Orig.

1458. Bononiae, 17 maii 1297.

Testamentum.

D. Berta f. q. Bomartini Quintavallis et uxor q. d. Iacobelli Frayzonis ... dari voluit conventui Fr. Min. p. m. cant. x sol. bon. ... item Dominabus de Catena XII sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. de Carmelo ... Benvenutus Bombologni Barabani not.

Arch. S. Martini, 2/3484, n. 28. — Orig.

1459. Bononiae, 27 maii 1297.

Testamentum.

D. Presbiter Bonusiacobus q. d. Iohannis de Paganellis ... legavit conventui Fr. Min. civit. Bon. XXV sol. bon. p. m. cellebr. ... item pauperibus *Societatis S. Marie,* que congregatur in scolis Fr. Min. civit. Bon., x sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Donatus Nicholay de Cauraria not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 264. — Orig.

1460. Bononiae, (20)[1] iunii 1297.

Testamentum.

... die vigesim[...] iunii. D. Iacobus q. d. Boneonsilii ... reliq. p. a. s. de suis bonis, x lib. bon., de quibus dari voluit *Societati B. Marie*, que congregatur in scolis Fr. Min., x sol. bon.; item conventui Fr. Min. p. m. celebr. v sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. S. Martini de Aposa ... Franciscus Cambii Attolini not.

Arch. S. Martini, 2/3484, n. 30. — Orig.

1461. Bononiae, 23 iunii 1297.

Testamentum.

D. Rolandus q. Dondedey de Clagnano ... dari voluit conventui Fr. Min. S. Francischi p. m. cant. xx sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. S. Dominici ... Iohannes Aynardini not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 266. — Orig.

1462. Bononiae, 23 iunii 1297.

Testamentum.

D. Benvenutus f. q. d. Guidonis Bedelgarde ... dari voluit Fratribus Min. S. Francissci x sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia B. Dominici Ord. Fr. Pred. ... Dondideus q. Guidonis de Castro Britonum not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 267. — Orig.

1463. Bononiae, 5 iulii 1297.

Testamentum.

D. Bonagracias f. q. d. Rodulfini de Ungarellis civit. Bon. ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. pro missarum oblationibus et recomendatione anime sue faciend. in ipsis missis x lib. bon. ... item cuilibet conventui Fratrum et Sororum civit. Bon. et suburbiorum quibus nil [...] qui nominati non sunt hoc test. x sol. bon. ... Actum Bononie ... Michilinus Zambonini not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 268. — Orig. = Cf. n. 1464.

1464. Bononiae, 8 iulii 1297.

Codicillus.

Codicillus d. Bonagratie f. q. d. Rodulfini de Ungarellis ... Actum Bononie ... pp. fr. *Manfredo* de Thomariis de Ord. Fr. Min., fr. *Iohanne* de Ugiano de Ord. Fr. Min. ... Iacobucius q. Guidonis de Pegolotis not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 268. — Orig. = Cf. n. 1463.

1465. Bononiae, 21 iulii 1297.

Testamentum.

D. Diana f. q. d. Bonavazi et uxor olim d. Vandi becharii ... reliquid Fratribus Min. xxv sol. bon. p. m. cellebr. ... item Fratribus *Aczino* et *Petrizolo* de Aposa de

[1] Sic in guardia.

Minoribus p. m. et orac. cellebr., videlicet cuilibet eorum reliq. xx sol. bon. ... Actum Bononie ... Lucianus Useppi not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 269. — Orig.

1466. Bononiae, 2 augusti 1297.

Venditio.

Bombolognus specialis q. fr. Egidii Amaccaraxone civis Bon. ... dedit, vendidit et tradidit, iure proprio, im perpetuum, fr. Henrico converso, syndico et procur. *Sororum monasterii S. Francisschi strate S. Stephani*, iuxta Bonon., Ord. S. Clare, et dicti monasterii, capituli et conventus eiusdem, ut contineri asseruit ex instrumento diete procurat. et syndicatus, scripto manu Michaelis Ugolini de Meserazano not., procuratorio et syndicario nomine dictarum Sororum, monasterii, capituli et conventus ementi et recipienti, petiam unam terre arat. posit. in curia Urbizani, in loco qui dicitur « Rauadellum » ... quam esse dixit viii tornat. et quartam partem alterius ... iuxta ... et iuxta possessiones dicti monasterii a quarto (latere) ... ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid ipsis sororibus, monast., capitulo et conventui et earum eorumque successoribus deinceps placuerit faciendum cum omnibus *etc.* ... et hoc nominatim pro precio et nomine precii x lib. bon. pro qualibet tornat. quod capere dixerunt in summa lxxxxii lib. et x sol. bon., quod precium totum idem venditor presentialiter recepit a dicto emptore, dicto syndicario et procuratorio nomine, et de pecunia dictarum Sororum, monasterii, capituli et conventus, solvente et dante in bon. et venetis grossis argenteis ... promittens solempniter dicto emptori ... litem, questionem vel controversiam de dicta re ullo tempore non inferre ... et si quo tempore lis vel questio ... moveretur dictis Sororibus ... et conventui de dicta re ... ipsam litem et questionem in se suscipere, et in eadem causa, et ipsarum Sororum ... et conventus et dicte rei defensioni se offerre et in causa ... sisstere usque ad finem omnibus suis sumptibus et expensis ... Quam venditionem et omnia et singula suprascripta et infrascripta promisit idem venditor ... firma et rata habere et tenere, et non contrafacere vel venire ... sub pena dupli extimationis dicte rei habita ratione meliorationis que p. t. fuerit in singulis capitulis huius contractus in solidum selemni stipulat. promissa ... Item reffícere et restituere omnia et singula danna et expens. ac interesse litis et extra pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis oblig. dicto emptori omnia sua bona ... et pena soluta vel non, omnia et singula in hoc instrumento contenta firma perdurent ... Actum Bononie ... Iacobus Iacobini not.

Archiv. monast. Monial. SS. Naboris et Felicis, 64/5759, n. 39. — Orig. = In dorso « Conpara fata per lo sinigo de le Done de tera da Urbizano ». = Cf. n. 1467.

1467. Bononiae, 2 augusti 1297.

Cessio iurium.

D. Bonaventura q. magistri Spinelli iurisperitus ante solutionem sibi factam, dedit, cessit et transtulit fr. Henrico converso, syndico et procur. *Sororum monasterii S. Francisschi strate S. Stephani*, iuxta Bon., Ord. S. Clare, et dicti monasterii, capituli et conventus eiusdem, ut contineri asseruit ex instrumento dicte procurationis et syndicatus scripto manu Michaelis Ugolini de Meserazano not., recipienti

syndicario et procur. nomine dictarum Sororum, monasterii, capit. et convent. omnia iura et actiones ... que et quas habebat vel habere poterat adversus Bombolognum, specialem f. q. fr. Egidii Amaccaraxone civem Bon. et eius heredes, in ipsius bonis, et specialiter in quadam petia terre arat. viii tornat. et quarte partis alterius tornat. posit. in curia Urbizani, in loco qui dicitur « Rauadellum », iuxta ... et iuxta possess. dicti monasterii a quarto (latere), vendita a dicto Bombologno ipsi fr. Henrico, syndic. et procur. nomine dictarum Sororum ... ementi et recipienti, pro precio lxxxxii lib. et x sol. bon. in summa, ad rationem x lib. bon. pro tornat. ex instrumento ipsius venditionis scripto manu mei not. infrascripti, nomine et occasione obligationis et ypotece ad se spectantis specialiter in dicta re vendita, et generaliter in omnibus aliis bonis dicti Bombologni, pro debito et occasione debiti xl lib. bon., ad quas dictus Bombolognus tenebatur dicto d. Bonaventure ex causa mutui ex instrumento Phylippi Buvalelli not. quod ipse d. Bonaventura dicto fr. Henrico presentialiter dedit ... Et promisit solemni stipulat. se obligando dicto fr. Henrico ... predictam cessionem, et omnia et singula in hoc instrumento contenta, firma et rata perpetuo habere, atque tenere, et non contrafacere ... sub pena dupli dicte quantitatis pecunie, in singulis capitulis huius contractus in solidum ... et reffectione dannorum et expens. litis et extra, et obligatione omnium bonorum suorum ... Et hoc ideo ei dedit et cessit, dictus d. Bonaventura, quia idem fr. Henricus, syndic. et procur. nomine dictarum Sororum, monast., capit. et convent. de mandato et voluntate dicti Bombologni presentis et hiis omnibus consentientis, de precio dicte rei, ipsa cessione, ut dictum est, facta, presentialiter dedit et solvit dicto d. Bonaventure xl lib. bon. in venetis grossis argenteis, quos ipse d. Bonaventura asseruit et confessus fuit tantam valere et asscendere quantitatem bonon. ... Actum Bononie ... Iacobus Iacobini not.

Arch. monast. Monial. SS. Naboris et Felicis, 64/5769, n. 40. — Orig. = Cf. n. 1466.

1468. Bononiae, 3 augusti 1297.

Testamentum.

D. Ghisilla q. d. Stefani Zanbonelli strazaroli ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. xx sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. B. Dominici ... Gerardus Iacobi de Lastignano not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 272. — Orig.

1469. Bononiae, 4 augusti 1297.

Testamentum.

D. Addelasia f. q. d. Ubaldi et uxor olim mag. Aliotti magistri lignaminis ... reliq. conventui Fr. Min. de Bon. xx sol. bon.; item conventui et Fratribus Min. de *S. Iohanne Impersiceto* xx sol. bon. ... Item reliq. iure legati conventui Sororum S. Agnetis de Bon. unam domum suam sitam in civit. Bon. in cap. S. Damiani, iuxta *etc.* ... hac condictione, videlicet quod pensio integra et redditus dicte domus dari debeat singulis annis fr. Dominico (de Ord. Pred.) f. dicte testatricis, donec vixerit dictus fr. Dominicus ... post mortem vero dicti fr. Dominici, due partes pensionis et redditus dicte domus debeant pervenire ad conventum Fr. Pred. de Bon. p. m. cellebr. omni anno, die anniversarii, p. a. s. ... tertia vero pars remaneat penes dictum conventum et Sorores S. Agnetis; et quod dicta domus nunquam possit vendi, permu-

tari *etc.* modo aliquo, per dictum conventum et Sorores S. Agnetis ... et si venderent, permutarent *etc.* ex nunc, prout ex tunc, omnem venditionem et allienationem que ex domo predicta fieret cassat omnino et nullius efficacie esse voluit et valloris ... sed semper debeat remanere et remaneat ad dictum usum ... Et in eo casu si dictus conventus et Sorores essent negligentes in dando et consignando dicto fr. Dominico integram pensionem in vita eius, et dare et assignare Fratribus Pred. antedictis duas partes pensionis ipsius domus, post mortem dicti fr. Dominici, in eo casu, et iure et condictionibus predictis, instituit sibi heredes, in domo predicta, monasterium seu conventum et *Sorores S. Francisci Ord. Fr. Min.* de Bon. Et dictam domum non possint vendere, sed penes eas remaneat perpetuo dicta domus si predicta omnia et singula observaverint; et dicto fr. Dominico competat actio et agere possit, pro dicta pensione et pro redditibus dicte domus, contra dictum monasterium seu conventum et Sorores S. Francisci. In omnibus autem alliis suis bonis mobilibus et inmobil., iuribus *etc.* fr. Dominicum f. suum universaliter sibi heredem instituit. Et si conventus Fr. Pred. seu Fratres ipsius conventus molestarent dictum fr. Dominicum in vita sua, tunc et in eo casu privat eos omni eo quod pervenire posset eis ex dicta successione, sive ex iure eis quesito, sive ex persona ipsius fr. Dominici, et vult et dictam hereditatem et bona pervenire ad monast. seu convent. et *Sorores S. Francischi* predicti, cum ea condictione quod fructus et redditus dicte hereditatis dictus fr. Dominicus in vita sua debeat habere et percipere, sine molestia et contradictione alicuius persone, et ei competat actio et agere possit, pro fructibus et bonis dicte hereditatis, contra dictum monast. seu convent. et Sorores S. Francischy; et dicto fr. Dominico vivente, prohybuit omnino dicta testatrix allienationem bonorum et rerum dicte hereditatis et nullam esse voluit ... Actum Bononie ... Lucianus Useppi not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 273. Orig. — et 236/7570 pag. 27. Exempl. « Ego fr. Franciscus Pipinus Supprior Bon. predicta exemplavi de autentico ».

1470. Bononiae, 10 augusti 1297.

Testamentum.

D. Guido q. d. Micaellis de Panabevere ... dari voluit conventui Fr. Min. xx sol. bon. p. m. et orac. cantand. ... Actum Bononie in refitorio Fratrum S. Marie de Carmello ... Albergatus Ugolini q. Albergati not.

Arch. S. Martini, 2/3484, n. 31. — Orig.

1471. Bononiae, 13 augusti 1297.

Testamentum.

Ego Rolandinus not. f. q. Rodulfini Florette ... lego conventui Fr. Min. de Bon. c sol. bon. ... Item sciendum est quod ego Rolandinus not. ... ad instantiam fr. *Francisci* de Schiva, feci ipsi fr. *Francisco* instrumentum donationis pro Cicilia sorore sua de l lib. bon. ut post obitum meum illas haberet; nunc autem idem Frater non stat contentus hiis, sed petit quod in test. meo faciam ei legatum de dictis l lib. et quia dominus meus est, volo facere, sub ista condictione, scilicet, si petatur et percipiatur post mortem meam, dicta peccunia ex dicta donatione, donatio et legatum nullum sit, si vero petatur et percipiatur ex legato, donatio nulla sit ...

Actum Bononie in sacristia Fr. Pred., pp. ... fr. *Gerardo* q. Iuliani fratre de Penitentia ... et fr. Guillelmino de Barba ... Iacobus q. Berardi not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 273bis. — Orig.

1472. Bononiae, 30 augusti 1297.

Testamentum.

D. Beatrixia uxor q. d. Gerardi Figlocarii iudicis et f. q. d. Ubaldini de Ponticelo ... Sororibus de Ord. suo (*sic*) x sol. bon. dari mandavit illis que sunt pauperes ... item conventui Fr. Min. dari mandavit p. m. dicend. xx sol. bon. ... item sor. Ghixelle dari mandavit x sol. bon. ... Ad predicta vero exequenda commiss. suam constituit et fecit d. Vicentiam suam filiam dans eidem plenam licentiam *etc.* Et si predicta sua filia moreretur ante obitum dicte testatricis, Ministros sui Ordinis suos commiss. constituit et fecit, et in locum dicte sue filie commiss. posuit et esse voluit et vult ... Actum Bononie in eccl. S. Dominici Fr. Pred. ... Ugolinus q. Aymerici Arzuffi de Medicina not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 274. — Orig.

1473. Bononiae, 25 septembris 1297.

Testamentum.

D. Castelanus q. d. Gerardi ... reliquid conventui Fr. Min. de Bononia p. m. cant. xx sol. bon. ... Actum Bononie ... Franciscehus q. Cupri Bresche not.

Arch. S. Martini, 2/3484, n. 32. — Orig.

1474. Bononiae, 27 septembris 1297.

Testamentum.

Testamentum d. Anfelixie uxoris q. Petroboni Garzonis ... Actum Bononie in eccl. B. Dominici iuxta altare B. Marie, pp. ... fr. Rodulfo Grassi tertii Ord. Humiliatorum ... Iohannes Bencevennis not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 275. — Orig.

1475. Bononiae, 1 octobris 1297.

Testamentum.

D. Avenante f. q. d. Grimaldini de Chastello ... fr. *Ugolino* suo fratri de Ord. Fr. Min. legavit xl sol. bon.; item fr. *Geremie* de Ord. Min. suo patruo legavit xx sol. bon. ... item conventui Fr. Min. legavit p. m. p. a. s. xl sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. B. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacobini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 276. — Orig.

1476. Bononiae, 11 octobris 1297.

Testamentum.

D. D[ominicus q. Ben]zevennis [de Sagitariis] [1] ... conventui Fr. Min. de Bon. leg. xl sol. bon. p. m. p. a. s. ... Actum in sacristia Fr. Pred. ecclesie S. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 277. — Orig.

---

[1] Sic in dorso.

1477. Bononiae, 23 octobris 1297.

Testamentum.

D. Bolnixia f. q. Iacobi Carnelvaris et uxor d. Alberti q. Alberti murat. ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit x sol. bon. p. m. ... Actum Bononie ... in pres. ... fr. *Rodulfi* Grassi de Penitentia ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 278. — Orig.

1478. [Bononiae?], 31 octobris 1297.

Testamentum.

D. Azzolina f. q. d. Acharixii de Magaroctis et uxor q. d. Bonacose de Basacomatribus ... dari voluit ... sor. Beatrisie sue bayle IV lib. bon. ... sororibus *Ellene* et *Iohanne* conventus Dominarum B. Francisci de Bon. xxx sol. bon. ... item conventui Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. ... Actum [...] Phylippus q. Bolognitti Butrigarii not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 279. — Orig.

1479. Bononiae, 6 novembris 1297.

Testamentum.

D. Ubaldus f. q. d. Bonifatii de Bonconsiliis ... de bonis suis reliquit p. a. s. xxx lib. bon., de quibus dari voluit *etc.* ... reliquos vero expendi voluit circa fulnus (*sic*) et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. B. Francisci Ord. Fr. Min. secundum quod videbitur commiss. suis ... Actum Bononie ... Ego fr. Milidosius de Corvis Ord. Fr. Pred. mandato dicti d. Ubaldi de Bonconsiliis scribere imped[...] test. ... suo mandato scripssi ...

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 280. — Orig.

1480. Bononiae, 20 novembris 1297.

Testamentum.

D. Iacobus de Seta f. q. d. Iacobini ... relliq. p. a. s. LX lib. bon., de quibus dari voluit ... conventui Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. p. m. dicendis p. a. s. ... Item conventui *Sororum et Dominarum S. Francisci strate S. Stephany* x sol. bon. pro salt. et orat. dicendis et legendis p. a. ipsius testatoris ... Item relliq. de bonis suis iure legati dd. Iohanni et Amideo Ugonis Albrici, seu heredibus ipsorum v lib. bon.; et si dicti domini mortui essent et non iuvenirentur alliqui heredes ex eis, tunc voluit et iupssit quod dicte v lib. bon. dentur et distribuantur p. a. eorum, secundum conscilium Prioris Fr. Pred., Guardiani, Ministri seu Custodis Fr. Min. de Bon. ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* d. Antholinam eius filiam sibi heredem instituit; si vero dicta domina decederet sine liberis, quod post mortem ipsius d. Antholine eius filie, et d. Beldi uxoris sue, omnia bona ipsius testatoris vendantur et allienentur per Priorem Fr. Pred., Guardianum, Custodem vel Ministrum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerint, vel alium vel alios quibus ipsi predicta

comitterent, et quod totum pretium quod ex dictis bonis, rebus et possessionibus percipietur, detur et distribuatur p. a. ipsius testatoris et dicte d. Antholine sue filie, secundum quod provisum et deliberatum fuerit per predictos Priorem, Guardianum, Ministrum vel Custodem dictorum conventuum de Bon. ... Actum Bononie ... Nasimpax q. Iacobini Pegoloti not.

Arch. S. Dominici, 180/7514, n. 282. — Orig.

1481. Bononiae, 30 decembris 1297.

Testamentum.

D. Palmeria f. q. d. Petri de Guillelmis *etc.* (*ut sub n. 844*). Item legavit heredi fr. Bartolomeo de Prindipartibus cultram suam ubi iacet et unum mastellum de abeto ... item fr. *Azzino* de Ord. Fr. Min. legavit xx sol. bon. p. m.; item *ecclesie S. Andree Fr. de Penitentia* legavit xx sol. bon. ... item conventui *Sororum S. Francisci* legavit x sol. bon. p. m. et orac. faciendis p. a. s. ... item voluit et mandavit quod omnes pannos laneos et lineos, quibus ipsa utitur pro dorso suo, tempore mortis sue, dentur p. a. s. pauperibus *Sororibus de Penitentia;* item Priori Fr. Pred. et Guardiano Fr. Min. de Bonon. qui p. t. fuerint, cuilibet eorum leg. p. a. s. xx sol. bon. ... Item voluit quod legata et expensas quas fieri debent circa funus et sepult. suam silicet conventui Fr. Min. et conv. Fr. Predic. debeant satifieri infra xv dies post diem obitus sui ... Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 311. — Orig. = Cf. n. 844.

1482. Bononiae, 15 ianuarii 1298.

Testamentum.

D. Ymelda f. q. Zanini Macharii et uxor q. Pacis Iohannis Raymundini, et nunc uxor Paxini q. Antonii de Bomiacobis ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. et orac. dicendis p. a. s. III lib. bon. ... Actum Bononie ... Acharixius Iohannis Raymundini not.

Arch. S. Dominici, 28/7362, n. 1721. — Orig.

1483. Bononiae, 15 februarii 1298.

Testamentum.

Ego Acharixius Iohannis Raymundini ... relinquo conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. p. a. mea et parentum meorum, et p. a. Francische q. mee uxoris ... xx sol bon. ... Actum Bononie ... Ego idem Acharixius Ioannis Raymundini not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 287. — Orig.

1484. Bononiae, 27 februarii 1298.

Testamentum.

D. Bonagracia f. q. d. Ieminiani ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. xv sol. bon. ... Actum Bononie in cortillo Fr. Pred. ... Bombologuus de Tonsis not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 289. — Orig.

1485. Bononiae, 4 martii 1298.

Testamentum.

D. Ghixilla f. q. d. Vinture ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. xv sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. B. Dominici ... Ugolinus q. Aymerici Arzuffi de Medicina not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 290. — Orig.

1486. Bononiae, 16 martii 1298.

Donationes.

Ven. pater et d. fr. Thedericus, Dei gratia episc. Cervien., recogitans quod postquam ipse fuit professus in Ord. Fr. Pred. et antequam promoveretur ad episcopalis apicem dignit., multa perquisivit mediantibus laboribus et peritia sue scientie, et valde multa collata sibi fuerunt a magnis baronibus et prelatis, aliisque personis, que quidem sibi personaliter conferrebantur propter predicta et alias gratias a Domino sibi datas, tamen eo ipso acquirebantur Pred. Ordini supradicto, per cuius favorem predicta meruit optinere ... eidem Ord. Pred. non immerito deliberavit efficaciter gratus esse, et de bonis sibi a Deo collatis, eidem elimosinam facere competentem, nec non satisfacere, prout ex debito obligatur, propter multa bona que existens adhuc in dicto Ord. se asserit percepisse.

Considerans igitur quod in conventu Bononien. inter cetera loca de mundo Deus plurimum honoratur, et quod ibidem sacrosanctum corpus gloriosi Patris B. Dominici requiescit, et ille est omnino maior et precipuus inter conventus omnes Ord. supradicti, et de eodem conv. fuit ad episcopatum assumptus; et sciens certitudinaliter quod multi Fratres ibidem, propter altissimam dicti Ord. paupertatem, indigentia et multa penuria vestium multotiens graviter angustiantur, Deo inspirante, ut credit, cogitavit eidem conventui facere elimosinam infrascr. ad sublevandam dictorum Fratrum in vestibus paupertatem ... et ideo ... cogitavit et disposuit et deliberavit dare et donare conventui S. Dominici suprad. MDCXXXVI lib. et x sol. bon., secundum modum qui inferius continetur, videlicet: Quod Barronzonus q. Bonacursii de S. Lupidio synd. et procur. monasterii Sororum S. Marie Magdalene de Vallepetra, siti extra circham burgi S. Catherine de Saragoza civit. Bon., nomine et titulo donationis recipiat a prefato d. fr. Thederico predictas MDCXXXVI lib. et x sol. bon., et hemat inde, nomine monast. predictarum Sororum, unam possessionem bonam et utilem in qua expendat totam pecuniam supradictam, cuius quidem possess. ipse d. fr. Thedericus episc. habeat et percipiat fructus integre in vita sua, et post mortem suam vult quod Prior et conventus Fr. Pred. S. Dominici de Bon. habeant, singulis annis in perpetuum IX partes fructuum predictorum, et Priorissa et monast. predictum S. Marie Magd. decimam partem sibi retineant similiter annuatim in perpetuum, de fructibus supradictis. Rogans predictum conventum Fr. Pred. quatinus in perpetuum cellebrent sollempniter eius anniversarium annuatim, et quod tam ante mortem quam post asocient eumdem omnibus missis et orationibus et aliis bonis operibus et et meritis, que Dominus concesserit fieri per eosdem, et ut similiter habeant recommendatum statum episcopi et ecclesie Cervien. et omnium membrorum et subditorum eius, in perpetuum, coram Deo.

Item voluit prefatus d. fr. Thedericus episc. Cervien. quod post decessum eius, fr. Stephano de Bon. Ord. Fr. Pred. de Bon. sotio suo, semper, dum vixerit, in festo S. Michaelis, pro vestibus et aliis necessitatibus suis ... detur dicta pecunia integre, in termino supradicto; item voluit quod Priorissa S. Marie Magdal. que p. t. fuerit similiter teneatur de decima predictorum fructuum qui ad conventum suum pervenire debent, dare decimam partem ipsius decime sor. Luce eius monasterii, nepti ipsius d. episcopi, semper dum vixerit, annuatim, pro vestibus et aliis necess. suis, in festo S. Michaelis, et si non daret, teneatur eam dare Fratribus Pred. supradictis.

Item voluit quod dicta possessio vel possessiones emende de pecunia supradicta, nunquam possint vendi, nec permutari nec aliquo modo distrahi vel alienari a monasterio supradicto, nec ab usibus supradictis; et si secus fieret, ex culpa syndici vel Sororum dicti monasterii, vel si non servarent Fratribus Pred. et fr. Stephano et sorori Luce predictis omnia superius ordinata, decidat monasterium ab omni iure suo, quod habebat vel habebit in dicta possessione, et Prior Fr. Pred. convent. predicti possit, auctoritate propria, dictam possessionem in aliud monasterium ... transferre ... quod servare velit omnia supradicta ...

Item si accideret quod Prior aut conventus S. Dominici offenderent in predictis, scilicet quod dicta possessio venderetur, vel aliquo modo alienaretur, vel fructus eius non expederentur ad usus superius assignatos, voluit d. Episcopus quod predictus conventus Fr. Pred. amitteret omne ius sibi concessum in possess. et fructibus supradictis, et ad Guardianum et conventum Fr. Min. de Bon. transferratur, ita quod ipsi, eodem modo, in perpetuum habeant omnia que Fratribus Pred. debebantur, ad eosdem usus et sub eisdem condictionibus et pactis que de Predicatoribus superius exprimuntur ... Actum Bononie in burgo Richo, in domo dicti d. Episcopi, in camera eiusdem ... Iohannes Damiani not.

Arch. S. Dominici, 76/7410, R. P. n. 24. T. XVI. — Orig.

1487. Bononiae, 16 martii 1298.

Venditio.

D. Iohannes f. q. d. Gandulfini de Guastavilanis ... vendidit et tradidit Barronzono q. Bonacursii de S. Lupidio, sindico et procur. capituli et conventus, Priorisse et Dominarum monasterii S. Marie Magdalene Vallis Petre siti extra circham burgi S. Catherine, ad hoc specialiter constituto ... peciam unam terre arat. vineate et prativ. cum domibus et tumba, collumbaria, puteo et aybo supra ipsam existent., quam esse dixit CLXXXI tornat. et tertiam partem alterius tornat. et XII tabul. ... sitam in curia S. Marie Indonis et Salleti, iuxta *etc.* ... pro pretio et nomine pretii IX lib. bon. pro qualibet tornat., quod pretium in universo ascendit ad quantitatem MDCXXXVI lib. et X sol. bon. ... ad habendum, tenendum *etc.* ... salvis semper pactis, modis et condictionibus infrascriptis ... videlicet:

Quod omni tempore, annuatim, fructus qui percipientur de terra supradicta ... dividentur et distribuentur, modo infrascripto, videlicet quod tantum decima pars fructuum predictorum remaneat penes Sorores et monasterium supradictum, novem vero partes dentur et assignentur Priori conventus Fr. Pred. S. Dominici de Bon., qui teneatur omnino dictus fructus expendere annuatim, in perpetuum, in vestibus necessariis Fratribus dicti conventus, p. a. ven. patris d. fr. Thederici Dei gratia

Cervien. episc. Item dicta terra in toto vel in parte ... non possit vendi ... nec alienari ... sed semper penes ipsum monast. debeat remanere ad usus superius assignatos.

Et si accideret quod dictum monast. attemptaret predictam terram, in toto vel in parte, vendere vel alienare, sine conscientia et consensu Prioris et conventus Fr. Pred. S. Dominici de Bon. vel si non solveret integre dictos fructus Fratribus Pred. supradictis, quod, ipso facto, predicte Sorores et monast. predictum decidat ab omni iure suo, quod habet in predicta terra, et Prior Fratrum S. Dominici possit propria auctoritate, predictam terram totam ... dare et tradere monasterio S. Agnetis, vel S. Mathie, vel alteri monast. cuicunque, volenti et promittenti servare omnia supradicta ...

Si vero acciderit quod Prior et conventus Fr. Pred. de Bon. consentirent quod dicta terra aliquo tempore venderetur vel alienaretur ... tunc omnis fructus et utilitas superius Fratribus Pred. deputata, ipso facto ad conventum Fr. Min. de Bon. convertatur, ita quod Fratres Pred. nunquam aliquid habeant de fructibus supradictis, sed transferrantur tam de iure quam de facto in Guardianum et conventum Fr. Min. predictorum.

Et si monast. S. Marie Magdalene seu Sorores ipsius in hoc essent culpabiles, similiter ipse amitant totaliter et totum ius suum, et Fratres Min. possint dare alteri monast. cuicunque, cum pactis et condictionibus suprascriptis ... Actum Bononie extra circham burgi S. Catherine in parlatorio dicti munasterii ... Iohannes Damiani not.

Arch. S. Dominici, 76/7410. R. P. n. 25. — Orig. et 236/7570, p. 61. = Exempl.

1488. Bononiae, 23 martii 1298.

Testamentum.

D. Benvenuta f. q. d. Bartholomei, qui fuit de Cento ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. XL sol. bon. ... Actum Bononie iusta portam Fr. Pred. ... Rolandus q. Bonavinture Clerici not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 292. — Orig.

1489. Bononiae, 3 aprilis 1298.

Testamentum.

D. Beatrixia, que dicitur Tisia, f. q. d. Nicholai de Bochaciis et uxor Peregrini, qui dicitur Piginus, de Galuciis ... p. m. celebr. p. a. s. legavit conventui Fr. Min. de Bon. IV lib. bon. ... Actum Bononie in eccl. B. Dominici Fr. Pred. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 293. — Orig.

1490. Bononiae, 8 aprilis 1298.

Testamentum.

D. Benvenuta f. q. Petri de Bagnarola et uxor q. Iohannis Guarmanni ... reliq. p. a. s. p. m. et orac. dicendis, conventui Fr. Min. de Bon. X sol. bon. ... item reliq. circa funus et sepult. suam, quam ipsa elegit aput eccl. B. Francischi Fr. Min. de Bon., III lib. bon. ... Actum Bononie ante portam Fr. Pred. ... Guido Ugolini de Pecudibus not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 294. — Orig.

1491. Bononiae, 9 aprilis 1298.

Testamentum.

D. Alegranza f. q. d. Philippi Ungarelli Cessabovis et olim uxor fr. *Nicholai* de Penitentia medici ... p. a. s. legavit de suis bonis conventui Fr. Min. de Bon. x sol. bon. ... item voluit expendi, circa funus et sepult. suam, in cereis et chandelis, et in missis et in aliis necessariis, vii lib. bon., quam sepult. sibi elegit apud eccl. B. Francisci Fr. Min. ... item fr. *Iacobo* de Pozale de Ord. Fr. Min. legavit xl sol. bon.; item fr. *Naxinbene* de Ord. Min. legavit xl sol. bon. ... Commiss. et executores anime sue et sui test. ... esse voluit fr. Bartolomeum de Ord. Fr. Pred. eius filium et fr. *Iacobum* de Pozale de Ord. Fr. Min., quibus dedit plenam potestatem *etc.* ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et immobil., iuribus *etc.* fr. Bartolomeum de Ord. Fr. Pred., fr. *Antonium* de Ord. Fr. Min. et Franceschum fratres, suos filios, et dd. Chaterinam, Beatrixiam et Agnetem suas filias, sibi equalibus portionibus universales heredes instituit ... Actum Bononie in eccl. B. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 295. — Orig.

1492. Bononiae, 25 aprilis 1298.

Testamentum.

D. Margarita f. q. d. Schappi et uxor Lanze de Garisindis ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit iii lib. Bon. p. m. ... Actum Bononie ante portellum Fr. Pred. eccl. S. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 296. — Orig.

1493. Bononiae, 29 aprilis 1298.

Testamentum.

D. Riga f. q. d. Guasconi et uxor olim fr. *Amadoris* q. d. Ricardini de Ponticlo ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. pro missarum oblationibus v lib. bon.; item fr. *Henrico* de Perticonibus Ord. Fr. Min. iii lib. bon.; et si premoreretur sibi, voluit dimidiam ipsius legati dari conventui Fr. Min. et aliam dimidiam conventui Fr. Pred. civit. Bon. p. miss. oblationibus. Item legavit fr. *Francisco* q. d. Zambonini Ord. Min. xl sol. bon., et si premoreretur sibi, voluit eos dari pauperibus verecundis civit. Bon., commiss. arbitrio et dispositione suorum ... Actum Bononie in eccl. Fr. Pred. ... Michilinus Zambonini not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 297. — Orig.

1494. Bononiae, 24 maii 1298.

Testamentum.

D. Iacoba f. d. fr. Bonbologni de Muxolinis ... fr. *Dominico* de Ord. Fr. Min. legavit xx sol. bon.; item sor. *Lanbertine* de Ord. Min. eius sorori legavit xl sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. B. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 298. — Orig.

1495. Bononiae, 17 iulii 1298.

Sententia pro Sororibus S. Clarae Bononiae.

Nos Iohannes de Valle longa, iudex et assessor nobilis militis d. Guelfi de Figlis Odonibus honorabilis Capitanei populi Bon. ac Arixius de Baxacomatribus legum doctor, Iohannes de Rombodovinis, Rodulfus de Bonromeis, Ubaldinus de Sala, Paulus de Corvis, Fredus de Arcele, Bernabo de Gozzadinis et Usbertus d. Ugolini Usberti officiales et domini ellecti et deputati per comune Bon. una cum dicto iudice ad inquirendum et publicandum bona, fructus et redditus bannitorum partis Lambertatiorum et rebellium comun. et populi Bon. et ad publicandum dicta bona et fructus in comuni Bon., vixis et diligenter examinatis iuribus et instrumentis coram nobis productis per fr. Enricum sindicum et conversum *Dominarum et Sororum eccl. S. Francisci de strata S. Stephani*, sindicario nomine ipsarum Sororum et Dominarum et pro ipsis Sororibus et Dominabus, ad defensionem et super defensione unius petie terre prative VI tornat. poxit. in curia Cazzani, in loco dicto « Pratum d. Boni », iuxta *etc.;* item alterius petie terre prative XXXV tornat. poxit. in dicta curia, in loco dicto « Frasseneli », iuxta *etc.;* item alterius petie terre prative XXXII tornat. poxit. in dicta curia, in loco dicto « Pratum Liaziariorum et d. Gandulfi », iuxta *etc.;* item alterius petie terre prative poxit. in dicta curia, in loco dicto « Braina d. Lambertini seu Guidonis Lambertini », iuxta *etc.;* que est LXXXX tornat. tanquam de bonis heredum et filiorum q. Soldani de Albaris bannitorum et rebellium comunis Bon. pro parte Lambertatiorum; et specialiter quadam reformatione consilii et masse populi Bon. facta tempore d. Florini de Ponte Carali olim Capit. populi Bon ... in qua continetur quod filii et heredes q. d. Soldani de Albaris possint vendere de bonis eorum, pro debitis suis persolvendis; et vixo alio instrumento venditionis facte per D. Iacobinum vocatum Minum f. et hered. q. dicti d. Soldani (et alios) ... d. Petro q. d. Cambii de Ducitis (?) ... itemque alio instrumento venditionis facte per d. Beccadinum de dictis bonis dd. Novello[ni] q. Milioris, fr. Ranutio Deotaiuta, Ugolino de Monteazanico et Amideo Poete, commissariis q. magistri Tadhei medici, ementibus commiss. nomine, vice et nomine *Dominarum et Sororum predicti S. Francisci*, facto in MCCXCVII, ind. x, die XII mensis maglii, et scripto manu d. Michellini not. et aliis pluribus instrumentis, ex quorum vigore dicte Domine et Sorores tenent et possident dicta bona et possessiones, tanquam de bonis dictorum filiorum et heredum q. dicti d. Soldani de Albaris, et habita super his per nos ipsos plena et solemni deliberatione, Dei nomine invocato, auctoritate nostri officii et arbitrii nobis per Consilium et Masse populi concessi, dicta iura et instrumenta rattificamus et approbamus et declaramus ea esse vera, efficacia et legitima, et pronunciamus dictum fr. Enricum sindicum et conversum dictarum Dominarum et Sororum, sindicario nomine pro eis, et ipsas Sorores et Dominas amplius non esse inquietandas, molestandas seu aggravandas, ex dictis possessionibus vel bonis vel parte ipsarum, et ipsas res, possess. et bona amplius non esse ponendas, exemplandas seu describendas in aliquibus libris bonorum bannitorum partis Lambertatiorum et rebellium comunis et populi Bon. factis vel faciendis, sed de veteribus libris dictorum bonorum ubi scripta reperirentur esse tollend., cancelland. et describend. Et sic pronunciamus et sententiamus ex forma

dicti nostri officii et arbitrii, et omni alio iure quo melius possumus. Lata et pronunciata fuit dicta sententia per dictos iudicem et dominos pro tribunali sedentes... sub annis MCCXCVIII, ind. XI, XVII iulii ... Ego Thomas q. Bonaventure Burgixii not. ... publice scripsi.

Arch. monast. Monialium SS. Naboris et Felicis, 1/5696, n. 37. — Exempl. non authent.

1496. Bononiae, 24 iulii 1298.

Testamentum.

D. Iohannes sive Zanutius, cui dicitur Nutius, f. q. Gratiani ... reliquid conventui Fr. Min. X lib. bon. ... Actum Bononie in sacristia eccl. S. Dominici Fr. Pred. ... Dominicus Mascaronis not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 300. — Orig.

1497. Bononiae (?), 8 augusti 1298.

Particula testamenti.

D. Arnuxius f. q. d. Tederixii d. Iuliani Arnuxii filii ... suum fecit test. scriptum manu d. Homoboni de Tederixiis not., in quo quidem test. inter cetera sic continetur: ... « Residuum vero totius hereditatis vult et iusit quod detur et expendatur p. a. s. ... per manus fr. Petri sacriste et fr. Homoboni de Bon. de Ord. Pred. et per manus Rolandini de Arnuxiis et Millidoxii de Marzaloliis ... quod si aliqui ipsorum Fratrum non extarent, tunc per manus Prioris Fr. Pred. de Bon. et Guardiani Fr. Min. de Bon. et per dictos d. Rolandinum et Millidoxium, vel maiorem partem ipsorum » ... Quod test. habemus in autentico et est inter iura contentus ... (Homobonus de Tederixiis not.).

Arch. S. Dominici, 236/7570, p. 187. — Exempl. non authent.

1498. Bononiae, 9 augusti 1298.

Testamentum.

D. Dina f. q. d. Michaelis de Tencharariis ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit X sol. bon. p. m. ... item fr. *Cristoforo* de Ord. Fr. Min. legavit III lib. bon. ... Actum Bononie ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 301. — Orig.

1499. Bononiae, 18 augusti 1298.

Testamentum.

D. Iohannes q. Cambi ... sepult. suam ellegit apud eccl. Fr. Min. et expendi voluit circa sepult. suam XXX lib. bon. prout videbitur d. Guide sue uxori ... Actum Bononie in domo Fr. Pred. ... Martinus d. Nasinbenis de Bondinatis not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 302. — Orig.

1500. Bononiae, 8 septembris 1298.

Testamentum.

D. Guillelmus f. q. d. Uguitionis de Samaritanis ... reliq. de bonis suis p. a. s. L lib. bon., de quibus ... expendi voluit circa funus et sepult. suam, in cereis et

candelis et aliis necess. secundum quod visum fuerit comiss. suis infrascrip., quam sepult. sibi elegit apud eccl. S. Francisci Fr. Min. de Bon., in qua sepulti sunt sui maiores ... Item reliq. de dictis L lib. bon. conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. C sol. bon. Residuum vero voluit expendi p. a. s. secundum quod visum fuerit comis. suis. Suos autem comiss. esse voluit ad suprascripta et infrascripta executioni mandanda ... fr. *Castelanum* de Samaritanis de Ord. Min. ... quibus comiss. dedit plenam licentiam *etc.* Item voluit quod cedula que reperietur cum suo test. in sacristia Fr. Pred. integre executioni mandetur, per comiss. suos ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Franciscus Dominici Mascaronis not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 303. — Orig.

1501. Bononiae, 9 octobris 1298.

Testamentum.

D. Schanabichus f. q. d. Sisti de Bavosis legum et decret. doctor ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. p. ipsius anima cellebr. XIII lib. bon.; item fr. *Gerbino,* qui colligit questa (*sic*) pro pauperibus vergognosis, XX sol. bon. dandos et convertendos in necessitatibus dictorum pauperum; item fr. *Mathiolo* de Bon. de Ord. Min. pro una cappa X lib. bon. ... Actum Bononie in domo dicti testatoris, pp. ... fr. *Mathiolo* de Bononia de Ord. Min. ... Franciscus q. Cupri Bresche not.

Arch. S. Martini, 2/3484, n. 38. — Orig.

1502. Bononiae, 12 octobris 1298.

Testamentum.

D. [Benvenutus] [1] de Grecis mercator et civis Bonon. ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon[...]ta sol. bon. ... Actum Bononie ... [Michilin]us Zambonini not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 306. — Orig.

1503. Bononiae, 15 octobris 1298.

Testamentum.

D. Benvenuta f. q. d. Auliverii de Blondis et uxor Bartolomei Zongli ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit III lib. bon. p. m. celebr. p. a. s. ... Actum Bononie ante portellum Fr. Pred. eccl. S. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 307. — Orig.

1504. Bononiae, 17 octobris 1298.

Testamentum.

Fr. Thederichus, divina miseratione Cervien. episc. ... reliquid pauperibus puellis de Cervia maritandis vel in religione ponendis C lib. ravenatorum distribuendas et dandas per Guardianum Fr. Min. et Priorem Fr. Heremitanorum de *Cervia* et Prio-

[1] Sic in dorso.

rem Fr. Pred. de Ravenna qui p. t. fuerint ... item conventui Fr. Min. de *Cervia* ... x lib. ravenat. ... item conventibus Fr. Min. de Bon. L lib. bon., et de *Luca* L lib. lucanorum ... item fr. *Bonacursio* Lamfredi Ord. Fr. Min. XL lib. lucan. ... Actum Bononie in burgo Richo in domo dicti d. Episcopi ... Iohannes Damiani not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 308. — Orig. — et 57/7381, T. XI. Orig. — ib T. XVI. Exempl. non authent. et aliud exempl. sine signat. « Ego Guido q. Zambonini not. ab autent. script. manu dicti Iohannis not. fideliter exemplavi et scripsi » = Integre ed. Sarti, II, p. 233-37.

1505. Bononiae, 9 ianuarii 1299.

Testamentum.

D. Bolnixia f. q. d. Guidonis et uxor d. Petri Frulani ... reliq. conventui Fr. Min. de Bon. III lib. bon. ... Actum Bononie ... Bonacursius Egidii de Savigno not.

Arch. SS. Salvatoris, 146/2593, n. 38. — Orig.

1506. Bononiae, 17 ianuarii 1299.

Testamentum.

D. fr. *Albertus* q. d. Guidonis Eliebe de Butrio ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. III lib. bon.; item conventui Fr. Min. de *Ricardina* XL sol. bon. ... Item si repperiretur aliqua cedulla scripta manu fr. Galvani (Ord. Fr. Pred.) ... vim habeat testamenti ... Actum Bononie ... pp. ... fr. Iohanne Livaldi not. Bonfiglolus q. Anthonii not.

Schedula testamentaria.

Ita est cedulla de qua fit mentio in test. fr. *Alberti* de Butrio Ord. Fr. de Penitentia, capelle S. Marini de Portanova et debet esse scripta manu fr. Galvani Ord. Predic. et debet sigillari sigillo Prioris Fr. Predic. vel conventus. Cum dictus fr. *Albertus* in test. suo instituerit hered. fr. Galvanum predictum *etc.* ...

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 312. — Orig.

1507. Bononiae, 22 februarii 1299.

Testamentum.

D. Albertus legum doctor q. d. Oddoffredi legum doctoris ... reliq. de bonis suis iure legati d. Rugerio de Marmagnone x lib. bon.; item d. Anfonso Grisie Yspano xv lib. bon.; et si non invenirentur predicti vel heredes eorum voluit predictas quantit. pecunie pauperibus Christi errogari arbitrio fideicommiss. predicti q. Alberti ... Item reliq. i. l. p. a. d. Iohannis de Giuncio canonici q. de Lodio, qui fuit sepultus ad domum Fr. Min. de Bon., VII lib. et x sol. bon. ... item reliq. iure legati conventui Fr. Min. de Bon. D lib. bon., et mandat quod de dictis D lib. bon. debeant fieri in eccl. Fr. Min. *iuxta altare S. Clare,* tria altaria, primum *altare* ad honorem *B. Petri Apostoli,* secundum *altare* ad honorem *B. Pauli Apost.,* tercium *altare* ad honorem *B. Iohannis Evangeliste,* et ibi perpetuo celebrentur misse p. a. s. et patris sui d. Oddoffredi et matris sue, et filie et omnium aliorum suorum mortuorum. Item reliq. ... conventui Fr. Min. pro paramentis dictorum altariorum alias C lib. bon.; et si dicti Fratres Min. dicta altaria facere recusarent, tunc et in eo casu eis adymit et cassat in totum

predicta legata; et precipit et mandat quod dicta opera et altaria debeant fieri infra annum a die mortis ipsius d. Alberti ... Item reliq. Fratribus Pred. et Fratribus Min. de Bon. quolibet anno, de meliori et pulchriori frumento quod colligetur in possessionibus ipsius d. Alberti, pro oblatis et corpore Christi faciendo, quantum est necessarium predictis Fratribus Pred. et Min. et omnibus aliis conventibus Fratrum de Bon. et comitatu, et aliorum omnium presbiterorum de civit. et comitatu Bon. Et ipsi Fratres Pred. et Min. teneantur dare oblata, sive oblaticias, pro corpore Christi sacrificando, omnibus Fratribus et Presbiteris de civitate et comitatu Bon. Item reliq. conventui Fr. Pred. de Bon. quolibet anno xv corb. vini de albana de meliori quod colligitur de vineis ipsius d. Alberti de Castenaxe, pro corpore Christi sacrificando; item reliq. Fratribus Min. de Bon., quolibet anno, x corb. vini de albana quod colligitur de eadem vinea de meliori ... Item reliq. conventui Fr. Min. de Bon., quolibet anno, vii lib. et x sol. bon. pro D miss. cant. parvis p. a. ipsius d. Alberti, quolibet anno .... Item reliq. p. a. d. Oddoffredi patris sui, et d. Iuliane matris sue, et fr. Ricardini sui fratris, et Nichole filie sue, et sor. Lazarine sororis sue, et d. Azoline q. uxoris sue, p. miss. parvis cant. scilicet pro cccxxxix missis cant. quolibet anno, Fratribus Pred. de Bon. c sol. bon.; Fratribus Min. pro cccxxxiv miss. parvis cant. reliq., quolibet anno, c sol. bon. ... Et predicta legata p. m. dicendis ... voluit quod debeant solvi de pensionibus, quolibet anno, domorum suarum que (*sic*) habet iuxta curiam comunis Bon. et habent becharii ab eo ad pensionem, et mandat quod becharii, quolibet anno, illam quantitatem pecunie, quam reliquid conventibus supradictis p. miss. dicendis, non debeant solvere heredibus suis, set debeant solvere perpetuo, quolibet anno, in kal. februarii procuratoribus Fr. Pred. et Min. qui sunt vel p. t. erunt, quos suos facit commiss. tantum circa dicta legata solvenda et exequenda ... Commiss. autem suos et huius test. executores esse voluit d. Claram uxorem suam et Priorem Fr. Pred. de Bon. et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui sunt vel p. t. erunt ... dans dictis suis commiss. plenam potestatem *etc.* ... Sepulturam vero suam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon., et in tumulo seu sepultura q. patris sui d. Oddoffredi seppeliri voluit et mandavit ... Actum Bononie in capella infirmorum Fr. Pred. ... Andreas sive Andreolus Petrizoli Albertini de Badalo not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 313. — Orig. et 236/7570, p. 93 particula eiusdem test. Exempl. « Ego fr. Marinus de Medicina predicta exemplavi de autentico ». — Sarti ed. integre, II, pp. 78-83. = Cf. n. 850.

1508. Bononiae, 8 martii 1299.

Testamentum.

D. Petrizolus f. q. d. Bolognitti merzarii *etc.* (*ut supra n. 851*).

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 314. — Orig. = Cf. n. 851.

1509. Bononiae, 11 martii 1299.

Testamentum.

D. Ubertellus f. q. d. Zenacle de Chastello ... Fratribus Min. legavit III lib. bon. p. m. ... item conventui Fr. Min. de Bon. legavit III lib. bon. pro una planeta ... Actum Bononie in rasura Fr. Pred. ... Iacobini de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 315. — Orig.

1510. Bononiae, 22 aprilis 1299.

Testamentum.

Magister Thomax f. q. d. Rolandi murator ... voluit quod una sua petia terre arat. et vineat., que est xx tornat ... posit. in contrata que dicitur « Caxara », iuxta *etc.* ... post mortem fr. Benvenuti sui fratris (Ord. Pred.) usufructetur per Ricardum et filios suos, donec vixerint ipse Ricardus et filii eius masculi ... qui tamen teneantur dare, omni anno, in festo B. Michaelis, conventui Fr. Pred. de Bon. xi lib. bon. et voluit quod procurator Fr. Pred. de Bon. teneatur dare et debeat de dictis xi lib. bon., omni anno, conventui Fr. Min. xxx sol. bon. ... Item voluit et mandavit quod post mortem predicti Ricardi et filiorum suorum predicta petia terre, pleno iure, perveniat ad predictum conventum Fr. Pred. de Bon., et voluit quod vendatur per Priorem et conventum Fr. Pred. de Bon. et de pretio dentur conventui Fr. Min. de Bon. x lib. bon. p. a. dicti testatoris p. m. cant. et celebr. ... Actum Bononie in scolis Fr. Pred. ... Scannabichus q. Bonvixini not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 316. Orig. — et 236/7570, p. 96 particula eiusdem test. Exempl. non authent.

1511. Bononiae, 25 augusti 1299.

Testamentum.

D. Bonagracia f. q. d. Zumignani ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit x sol. bon. p. m. ... Actum Bononie ante portellum Fr. Pred., in pres ... fr. Guillelmi q. Iacobi Lauaclati, fr. *Rodulfi* q. Grassi de Penitentia ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 323. — Orig.

1512. Bononiae, 26 augusti 1299.

Testamentum.

D. Gixella f. q. d. Alberti de Vetrana et uxor q. d. Iohannis sive Zannis de Branbano ... reliq. p. a. s. fr. *Lambertino* de Butrio de Ord. Fr. Min. xl sol. bon. ... Actum Bononie in claustro eccl. Fr. Pred. ... Bartholomeus Alberti de Castagnolis not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 324. — Orig.

1513. Bononiae, 9 septembris 1299.

Codicillus.

D. Iacobina uxor q. d. Soldani de Albaris ... codicillos hos presencialiter condidit, in quibus i. l. ... reliquid fr. Octaviano nepoti suo de Ord. Fr. Pred. legatum relictum fr. *Bonacurxio* eius nepoti de Ord. Fr. Min. in test. scripto manu Guillelmi de Salliceto not. ... Actum Bononie ... Michilinus Iacobini Cavaze not.

Arch. S. Dominici, 131/7515, nn. 325-326. — Orig. dupl.

1514. [Bononiae?], 22 septembris 1299.

Testamentum.

D. Palmeria, cui dicitur [Agneria q. d. Albizi de Ursis] [1] ... relliq. ... conventui Fr. Min. de Bon. [...] Actum [...] Thomas Petri Tranchedi not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 327. — Orig.

1515. Bononiae, 5 octobris 1299.

Particula testamenti.

Reperitur in libro memoralium *etc.* ... qui est in camera actorum pop. Bon., infrascriptas partes seu capitula testamenti inter cetera in hunc modum: « D. Bos q. d. Bonifacii d. Albertini Buxini ... reliq. de bonis suis, p. a. s. c lib. distribuendas super funus et sepult. suam, ubi melius et utilius visum fuerit commiss. suis p. a. dicti testatoris, quam quidem sepult. sibi elegit apud eccl. Fr. Min. de Bon. ... In omnibus autem aliis suis bonis ... dd. Melchionem et Beloysium universales heredes instituit, gravans eos per fidei commiss. ut ipsi debeant facere et executioni mandare omnia et singula scripta in quadam cedula manu infrascripti Iacobi not. ... sigillanda sigillis fr. *Nicholini* de Ord. Min., d. Melchionis predicti, et ipsius testatoris; volens et mandans quod omnia que scripta reperientur in dicta cedula habeant plenam firmitatem et robur, hac si in presenti testamento forent descripta et declarata; quam cedulam vult deponi in sacristia Fr. Min. de Bon. et aperiri et legi, post mortem dicti testatoris, ad voluntatem dictorum heredum ... Actum extra circlam S. Ysaye in *domo eccl. S. Andree Fr. Pizacarorum* de Bon., pp. ... fr. *Nicholino* presbytero de Ord. Min., fr. *Catelano* de dicto Ord. ... Iacobus Bonavolte de Sedazariis not.

Arch. S. Iacobi, 1/1607, n. 66. — Exempl. « Ego Iohannes q. Arardi Bonacose not. prout in dicto libro memorialium ... inveni, fideliter scripsi et exemplavi ». = Cf. n. 889 etc.

1516. Bononiae, 9 octobris 1299.

Testamentum.

Guillielmus f. q. d. Guillielmi de Soldaderiis civis Bon. ... dari voluit conventui Fr. Min. civit. Bon. pro oblationibus missarum XII lib. bon. ... item fieri et emi voluit sex dupleria cerea, precii IX lib. bon., ad illuminandum corpus Christi, quorum unum dari voluit ecclesie S. Francisci Fr. Min. ... Item cuilibet conventus Sororum et Religiosarum civit. Bon. et burgorum quibus nichil est superius relictum XX sol. bon. ... Item reliq. CCCC lib. bon., de quibus construi et fieri mandavit unum altare in eccl. B. Dominici civit. Bon. aut una capella infirmorum in conventu sive domo infirmarie dicte ecclesie, si altare in dicta eccl. fieri non valeret, et hoc infra terminum (*sic*) ab obitus sui die; quod si non fiet, eo casu legatum ipsum ad conventum Fr. Min. civit. Bon. voluit pervenire, ut simili modo, unum altare in eorum eccl. construi facere teneantur, infra annum post terminum supradictum ... Item, facto et completo dicto altari, quod quidem fieri iussit ad honorem et sub vocabulo B. Ignacii vel al-

[1] Sic in dorso.

terius Sancti, commiss. suorum arbitrio, reliquid de bonis suis illi loco ubi dictum altare fiet xxx lib. bon. pro festo et honore dicti altaris ... Item reliq. lx lib. bon. pro tribus calicibus, ut de ipsa quantitate emantur et fiant tres calices, cum patenis, argentei deaurati, quorum unum dari voluit conventui Fr. Min. civit. Bon. pro ministerio sacramenti altaris ut perpetuum ad dictum ministerium serventur [...] nec alienari possint aut in aliam causam converti ... Si aliquis heredum seu legatariorum suorum ... contra presentem ult. volunt. venerit aut commiss. suos in executione impedierit vel molestaverit, privavit eum omni comodo et emolumento hereditatis sue, quod eo casu, ad conventus Fr. Pred. et Min. civit. Bon. equis portionibus, institutionis vel legati iure vel quocumque alio, quo melius et efficacius possit, voluit pervenire ... Actum Bononie in domo infirmarie Fr. Pred. ... Michilinus Zambonini not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 328. — Orig.

1517. Bononiae, 17 octobris 1299.

Testamentum.

D. Philippus de Sala f. q. d. Aldrovandini *etc.* (*ut supra n. 900*).

Arch. monast. Monial. SS. Naboris et Felicis, 1/5696, n. 42. — Exempl. « Ego Bonagracia f. d. Guillelmi de Manzolino not. h. exempl. de autent. script. manu predicti d. Iacobini de Turi not. fideliter sumpsi ». In dorso « Pro Sororibus S. Francischi » ; « Test. de miser Philippo de Sala pertinente a li Frati de S. Francesco ».

1518. Bononiae, 5 novembris 1299.

Testamentum.

D. Azolina q. d. Orlandi Barulfini et uxor d. Upicini de Lamandina ... relliq. p. a. s. duos drapos de setta, de quibus debeant fieri due planete, una quarum debeat dari Fratribus Pred. et alia vero Fratribus Min. ... Actum Bononie ... Aymericus Orandi not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 329. — Orig.

1519. Bononiae, 7 novembris 1299.

Testamentum.

D. Placidia f. q. d. Marini medici et uxor d. Marchixini f. q. Porchoncini ... reliq. de bonis suis xl lib. bon. ... volens usque in quantitatem xii lib. bon. distrahatur et solvatur infrascriptis conventibus Fratrum religiosorum de Bon. ut inmediate post obitum eius m misse p. ipsius anima celebrentur, silicet conventui Fr. Min. iv lib. bon. ... Actum Bononie ... Bombolognus Lamberti Barrabani not.

Arch. S. Martini, 2/3484, n. 48. — Orig.

1520. Bononiae, 20 novembris 1299.

Testamentum.

D. Iohannes f. d. Alberti ... reliq. conventui Fr. Min. xx sol. bon. p. m. cant.; item fr. *Bonaventure* de S. Francisco x sol. bon. pro una tabula a santo (?) ... Actum Bononie ... Michael Nicholay not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 330. — Orig.

1521. Bononiae, 29 novembris 1299.

Testamentum.

Fr. *Iacobinus* de Penitentia f. q. Brazii capelle S. Michaelis de Leproseto ... voluit quod omnia que continebuntur in quadam cedula que erit in suo test. scripta manu dicti testatoris ... efectui mandetur per suos commiss. ... Commiss. et executores anime sue et dicti sui test. ... reliquid fr. Gerardum de Tuschis de Ord. Fr. Pred. et *Ministros Fratrum de Penitentia* civit. Bon. qui p. t. fuerint, quibus dedit plenam licentiam *etc.* Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. eccl. S. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Schedula testamentaria.

Hec est cedula que voluit mandari ad efectum hac si esset in dicto test. conscripta, videlicet fr. *Iacobinus* q. Bracii reliq. *etc.* ... Ego fr. *Iacobinus* q. Bracii imperiali auct. not. dictam cedulam scripsi et volo quod effectui demandetur per commissarios meos.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 331. — Orig.

1522. Bononiae, 5 decembris 1299.

Testamentum.

D. Benvenuta, cui dicitur Iohanna, f. q. Petri Iacobini Coradi ... reliquid sor. *Luchixie* de Penitentia x sol. bon.; item fr. *Phylipuzio* Pellazio de Ord. Min. xx sol. bon.; item fr. *Thome* eius fratri de dicto Ord. xx sol. bon.; item fr. *Bertholomeo* de S. Iohanne de Ord. predicto xx sol. bon. ... item conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. xx sol. bon. ... Actum Bononie ... Michilinus Iacobini Cavaze not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 332. — Orig.

1523. Bononiae, 4 aprilis 129..

Schedula testamentaria.

Cum d. Benvenuta f. q. d. Zanzi et uxor q. d. *Iohannini* de Sardellis suum fecerit test., nunc autem quia aliqui de legatariis sunt premortui, de legatis illis premortuorum per cedulam istam sic disponit ... Item reliquid fr. *Rodulpho* de Montecalvo xl sol. bon. ... item sor. Katerine de Sardellis legat xx sol. bon. ... item fr. *Ugogolino* [Ar]chario (?) dimittit x sol. bon. ... Testes huius cedule rogati et pp. ... fr. *Ugolinus* [Ar]charius (?), fr. *Rodulphus* de Montecalvo et fr. *Donnus* (?) fratres de Penitentia anno MCCXC [1], die IIII intr. aprelr.

Arch. S. Dominici, 181/7514, sine numero et not. — Orig. = Cf. n. 1407.

1524. Bononiae, 6 ianuarii 1300.

Testamentum.

D. Rubeus q. d. Choradini Rubey campsor ... reliq. conventui Fr. Min. de Bon. xx sol. bon. p. m. cant. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Matheus Iohannis speciallis not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 334. — Orig.

---

[1] Spatium vacuum.

1525. Bononiae, 7 innuarii 1300.

Testamentum.

D. Petrus q. d. Garsendini ... reliq. conventui Fr. Min. p. m. xl sol. bon. Item dari voluit, singulis annis perpetuo conventibus Fr. Pred. et Fr. Min. in festivitatibus eorundem, cuilibet unum cereum ponderis unius libre; item reliq. et dari voluit p. a. s. xii lib. bon. singulis annis perpetuo, distribuend. inter conventus Fr. Pred., Fr. Min. ... et alios pauperes, et hoc nisi sui heredes impedirentur quominus possessiones suas, propter aliquam guerram, non possent facere laborari. Item reliq. p. a. s. Iohanine et Agnexie filiabus Falcheti q. Milani de Bondanello, cuilibet earum xv lib. bon., item Gine famule sue x lib. bon., dandas et solvendas cuilibet ipsarum quando nuserit; quod si que earum decesserit antequam nubat, tunc legatum ipsius distribuatur p. a. ipsius testatoris ad voluntatem Priorum conventuum Fr. Pred., Fr. de Busco et Guardiani Fr. Min. qui p. t. fuerint ... Si heredes sui decederent sine liberis et ab intestato, tunc voluit pervenire ad conventus Fr. Pred. et Min. et Fr. de Busco, pro equalibus portionibus, bona omnia que reperirentur dicti sui heredes habere et possidere ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Albertus q. Carbonis not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 335. — Orig.

1526. Bononiae, 26 ianuarii 1300.

Testamentum.

D. Iacominus q. d. Aspectati barberius ... reliq. conventui Fr. Min. p. m. dicendis x sol. bon. ... Actum Bononie ... Lombardus d. Zanelli not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 337. — Orig.

1527. Bononiae, 11 februarii 1300.

Testamentum.

D. Malgarita f. q. d. Guidonis de Samaritanis ... reliq. conventui Fr. Min. de Bon., apud domum quorum sibi sepult. ellegit, p. m. cant. x lib. bon. ... item expendi voluit x lib. bon. in una planeta a sacerdote danda conventui et eccl. Fr. Min. de Bon. pro divino officio cum illa cellebrand. ... Actum Bononie in sacristia Fratrum de Carmelo ... Franciscus q. Cupri Bresche not.

Arch. S. Martini, 2/3484, n. 53. — Orig.

1528. Bononiae, 9 martii 1300.

Testamentum.

D. Fr. Bonbolognus Ord. Milicie S. Marie et f. q. d. Ugolini de Musolinis ... reliq. pro redemptione anime sue d lib. bon., de quibus reliq. ... sor. *Diademme* de S. Francisco Ord. Fr. Min. xx sol. bon. ... item conventui Fr. Min. de Bon. p. m. dicend. c sol. bon. ... item conventui *Dominarum et Sororum de S. Francisco,* pro una planeta emenda, xii lib. bon. ... Residuum vero dari et errogari voluit p. animabus omnium quibus ipse testator in aliquo teneretur per commiss. suos infrascript. Ad

hec omnia et singula exequenda commiss. suos esse voluit Priorem Ord. Fr. Pred. et Guardianum Ord. Fr. Min. qui p. t. fuerint et d. Anfelixiam suam uxorem, quibus dedit plenam potestatem *etc.* ... et si contingerit aliquem vel aliquos de heredibus suis et legatariis impedire quominus predicta omnia per suos commiss. executioni mandentur, privat eos omnibus sibi relictis et voluit quod predicta eisdem relicta deveniant, pleno iure, ad conventum Fr. Pred. et conventum Fr. Min. ... Item reliq. conventui Fr. Min. usque ad quinque annos, anuatim, x corb. vini ... Item sor. *Lanbertinam* f. suam Ord. Sororum S. Francischi Fr. Min. sibi heredem instituit in una pecia terre arat. et prat. posit. in curia Machareti, in loco qui dicitur « Pratum Alberti Ozani », iuxta *etc.*, que est circha xxx tornat., cuius pecie terre voluit predictam suam filiam in vita sua usufructum habere, et post mortem ipsius ad dictum monasterium *Sororum S. Francischi* pleno iure spectare, [h]ac condictione quod si predicta sua filia seu dictum monasterium, nomine dicte sor. *Lanbertine*, peterent vel exigerent vel comodolibet molestarent heredes suos, occasione docium q. d. Marie matris dicte sor. *Lanbertine* et uxoris dicti testatoris, in eum casum privat dictam suam filiam et dictum monasterium a predicta pecia terre, iure institucionis sibi relicta, et eam sibi heredem instituit in xx sol. bon., in quibus iussit eam esse contenptam ... Actum Bononie in domo hospitum conventus Fr. Pred. ... Nascimbene q. Bologniti Daganelli not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 339. — Orig.

1529. Bononiae, 13 martii 1300.

Testamentum.

D. Thomasina f. q. d. Vandi becarii et uxor d. Francisci de Gatto ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. x sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. Fr. Pred. ... Stephanus Amati not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 340. — Orig.

1530. Bononiae, 16 martii 1300.

Testamentum.

D. Feus olim filius d. Henrici civis Bon. ... reliq. *Do*[*minabus* ... *mona*]*sterii S. Clare de S. Miniate* p. eius a. xxx lib. pisanorum parvorum, pro uno calice et paramentis sacerdotalibus emendis, ad usum divinum in eccl. ipsius monasterii permanendis ... Actum Bononie in capitulo studentium sito intra claustra loci Fr. Pred. ... [... not.].

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 341. — Orig.

1531. Bononiae, 12 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Clera f. q. d. Ugolini Artuzani et uxor d. Anthonii Melegotti, que nunc moratur in terre Galerie ... dari voluit fr. *Thome* de Gambaldis Ord. Min. III lib. bon. ... Actum Bononie in eccl. Fr. Pred. ... Albertus q. Carbonis not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 343. — Orig.

1532. Bononiae, 14 aprilis 1300.

Permutatio.

Fr. Henricus sindicus *Dominarum et Sororum Monasterii S. Francissi strate S. Stephani Ord. S. Clare*, sindicario nomine pro dicto monast. et convent. ipsarum, ut de sindicatu aparet ex instrumento Anthonii mag. Bombologni not., iure proprio et in perpetuum dedit, vendidit et permutavit d. Marcho Paxiti ... pro se et suis heredibus recipienti, XIII tornat. terre arat. pro indiviso de quadam petia terre arat. posit. in curia Bagnarole, in loco qui dicitur « Fondo de goto » ... ad habendum, tenendum *etc.*, et hoc quia predictus Marchus et Petrus q. Dominici Tascherii, eodem modo, iure proprio et in perpetuum, dederunt et tradiderunt per se et suos heredes, in canbium et permutationis nomine dicte rei, dicto fr. Henrico sindico dictarum Sororum, recipienti nomine et vice dictarum Sororum et monast. ipsarum, petiam unam terre prativ. posit. in curia S. Marie in Donis, in loco qui dicitur « La berleta », iuxta ... et iuxta possessiones dictarum Sororum et monast., ad habendum, tenendum *etc.* cum omnibus *etc.* ... Quas res dicte partes se, una videlicet pro alia, possidere constituit ... donec quilibet ipsorum de re ipsa ad se permutata et data, posses. acceperit corporalem ... promittens una pars alteri vicissim ... de re ad se permutata et data ... litem vel questionem ullo tempore non infere *etc.* Et predictam permutationem, tradicionem et omnia et singula suprascripta et infrascripta perpetuo firma et rata habere et tenere et non contrafacere ... sub pena *etc.*, pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis, una pars alteri, pro rebus ad se permutatis et datis, oblig., scilicet dictus sindicus, sindicario nomine dictarum Sororum dicto Marcho omnia eorum (*sic*) bona, et dictus Marchus et Petrus dicto fr. Henrico ... omnia eorum bona ... Actum Bononie ... Iacobus q. Montanarii Bertoldi not.

Arch. monast. Monial. SS. Naboris et Felicis, **1/5696, n. 43. — Orig. In dorso « Cambio fato cum Marcho de Paxeto de la terra de Bagnarolla cum fra Henricho sindigo de le Done da San Francessco [...] per la terra de [...] prado da santa Maria in Doni ».**

1533. Bononiae, 16 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Sybona, cui dicitur Bona, q. d. Zagnis et uxor d. Iohannis Dominici sartoris, volens limina B. Petri visitare ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. III lib. bon. ... Item domui Fratrum tertii Ord. Humiliatorum XL sol. bon. expend. in lectis pauperum. (Commiss. suum) elegit fr. Donisdeum Zagnis ... Item legavit fr. Donisdeo suo fratre (*sic*) X lib. bon. ... Actum Bononie in scola scolariorum Fr. Pred. ... pp. ... fr. Iohanne de Zagnonibus de Ord. tercio Humiliatorum ... Fr. Iohannes Livaldi not.

Arch. S. Dominici, **181/7515, n. 344. — Orig.**

1534. Bononiae, 18 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Henrigiptus f. q. d. Iohannis ... reliquid conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cellebr. X sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. S. Martini de Aposa ... Ysaias Michaelis q. Raimundi not.

Arch. S. Martini, **2/3484, n. 59. — Orig.**

1535. Bononiae, 23 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Dentame q. d. Alberghi de Alberghis ... volens limina B. Petri ecclesie visitare ... elegit suam sepult. apud eccl. B. Francissci de Bon. ... Actum Bononie in domo Fr. Pred. ... Dominicus q. Bertholi not.

Arch. S. Dominici, 55/7389, n. 8. — Orig.

1536. Bononiae 28 aprilis 1300.

Testamentum.

D. Zolittina f. q. d. Zanelli de Bonandreis de Vigorso ... reliq. Fr. Min. de Bon. x sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. S. Dominici ... Dominicus Mascaronis not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 345. — Orig.

1537. Bononiae, 1 maii 1300.

Testamentum.

D. Redora f. q. Albertini de Armis, ... volens B. Petri lumina visitare ... dari voluit conventui Fr. Min. xx sol. bon. p. m. cant. ... Actum Bononie in sacristia Fratrum de Carmeno ... Symon f. q. Dominici Taconis not.

Arch. S. Martini, 3/3485, n. 2. — Orig. et exempl. non authent.

1538. Bononiae, 2 maii 1300.

Testamentum.

D. Contissa f. q. d. Iohannis de *Zu*[nzar]dis [1] ... reliq. eccl. B. Francissci p. m. cant. v sol. ... Actum Bononie in eccl. B. Marie de Carmino ... Cambius d. Naxini de Papazonibus not.

Arch. S. Martini, 3/3485, n. 4. — Orig.

1539. Bononiae, 2 maii 1300.

Testamentum.

D. Salamone f. q. d. Bombologni Azonis Chavalerii ... reliq. conventui Fr. Min. de Bon. p. m. III lib. bon. ... Actum Bononie in parlatorio Fr. Pred. sub solario vestiarie, pp. ... fr. *Benvenuto* Lambertini, fr. *Dondo* Alexii, fratribus Penitencie ... Albertus q. Carbonis not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 346. — Orig.

1540. Bononiae, 2 maii 1300.

Testamentum.

Testamentum d. Michaelis q. Raynerii ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. pp. ... fr. *Montanario* de Penitentia ... Bonbolognus de Tonsis not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 347. — Orig.

[1] Sic in guardia.

1541. Bononiae, 2 maii 1300.

Testamentum.

D. Ghixelina q. d. Rolandini Cansoris ... relinq. Ordini Fr. Min. de Bon. p. m. cant. p. a. s. xx sol. bon. ... item de bonis suis relinq. p. a. s. et d. Iohannis sui q. viri LX lib. bon., quas dari et expendi iuxit per comiss. suos hoc modo: videlicet, quod si post mortem dicte d. Ghixeline infra unum annum quandocumque contingeret quod fieret pasadium in susidium T. S. ultra mare, quod sui comiss. teneantur dare uni bono homini et fidedigno dictas LX lib. bon., qui ire debeat ultra mare in susidium T. S. ... Item relinq. IV florenos aureos quos dari voluit per comiss. suos uni bono homini et fide digno qui iret ultra mare in susidium Terre Sancte, et hoc si contingeret quod pasadium fieret ultra mare infra dictum tempus. Si vero pasadium non fieret, eo casu voluit et mandavit quod per comiss. suos incontinenti, ellapso dicto anno, expendi debeant dicte LX lib. bon. et dicti IV florini aurei ... hoc modo, silicet quod sui comiss. debeant emere de dictis LX lib. bon. VI calices pretii et extimationis X lib. bon. pro quolibet calice, ad santificandum Corpus Domini nostri Iesus Christi; quos calices sui comiss. dare teneantur Ordinibus et locis infrascriptis, silicet unum calicem Ordini Fr. Pred. de Bon.; item unum alium calicem Ord. Fr. Min. de Bon. ... et sui comiss. teneantur et debeant dicere et comitere Fratribus dictorum Ordinum ... quando ipsi comiss. dabunt eis calices, quod ipsi Fratres dictorum Ordinum debeant continue omni die santificare Corpus Domini nostri Iesus Christi cum dictis calicibus p. a. dicte testatricis et dicti sui viri super ipsorum animas. Et de dictis IV florenis aurei, voluit et iuxit quod comiss. sui teneantur dare et solvere locis religiosis, ubi eis utilius videbitur p. a. dicte testatricis ... p. m. cant. ... Actum Bononie sub porta Fratrum Pred. ... Gratiadeus q. Iohannis de Cultellis not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 353. — Orig.

1542. Bononiae, 3 maii 1300.

Testamentum.

Fr. *Iacobus* q. d. Iuliani de Cazano de cap. S. Martini de Aposa ... reliq. p. a. s. et parentum suorum et q. d. Antonie sue sororis et q. d. Isabette sue uxoris L lib. bon., de quibus dari voluit conventui Fr. Mi[norum] de Bon. III lib. bon.; item *hospitali eccl. S. Andree* de burgo S. Ysaie III lib. bon. pro pannis ipsius hospitalis ... item fr. Marco q. Simonis de S. Georgio III lib. Commiss. suos esse voluit fr. *Gerardum* de Tuscis et Ministros Fratrum Penitentie de Bon. et fr. *Princivalem* Pegolotti, quibus plenam potestatem contulit *etc.* ... Item reliq. iure legati fr. *Iuliano* d. Nasini III lib. ... Item reliq. i. l. d. Ultramarine f. q. d. Ugolini merzarii et uxori ipsius fr. *Iacobi,* II tornat. vinee sue posit. ad [Samo]diam, iuxta *etc.* ... Item reliq. sue uxori lectum suum et omnes pannos tam laneos quam lineos quos abet dictus Frater; item omnia masaratica que ipsius domine fuerunt; item unum tinatium et duos vasellos XX corb. et omnes alios vasiletos parvos; item unum scrineum quod voluerit, et unam cassam; item reliq. eidem omnia masaratica minuta, tam parolos quam lebetes et alia mi-

nuta masaratica, volens et mandans quod predicta bona omnia uxori relicta, post ipsius mortem, perveniant ad *Fratres* [... *Pe*]*nitentie de Bon.* qui p. t. fuerint, convertenda in fatiendo unum hospitale quod sit ad usum pauperum; quod si Fratres Penitentie recusarent facere, infra annum a die obitus testatoris, voluit pervenire dicta bona ad hospitale Devotorum civit. Bon. ... Item voluit et iussit quod dicta eius uxor abeat abitationem domus sue usque quod Fratres Penitentie venderent [...]m domum seu de ipsa facerent hospitale. In omnibus autem suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* ... Ministros Fratrum Penitentie civit. Bon. qui p. t. fuerint et ipsos Fratres Penitentie sibi heredes instituit, sub hac condictione et forma, quod Ministri et Fratres Penitentie bona omnia ipsius hereditatis convertant ad usum pauperum, scilicet in abendo, fatiendo et construendo unum hosspitale pro hosspitando pau[...], in civitate Bon. et infra fossata sive foveas civit. infra unum annum a tempore mortis dicti testatoris; quod [...] facerent et ad efectum perducerent, ut supra dictum est, voluit et iussit quod hereditas predicta, relicta Ministris et Fratribus de Penitentia, perveniat ad hosspitale Devotorum civit. Bon. ... Actum Bononie in eccl. B. Dominici Fr. Pred. ... Fr. Marcus q. Simonis de Soavibus not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 348. — Orig.

1543. Bononiae, 4 maii 1300.

Testamentum.

D. Aldrevandinus f. q. d. Callonighi ... volens perhegre p. salute anime sue B. Petri apostoli de Urbe limina vixitare ... reliq. conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. xx sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. S. Martini de Aposa ... Franciscus q. Cupri Bresche not.

Arch. S. Martini, 3/3485, n. 6. — Orig.

1544. Bononiae, 5 maii 1300.

Testamentum.

Fulzerius f. q. Giselardi becharius ... volens Romam B. Petri lumina visitare ... reliq. Fratribus Min. p. m. cant. x sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fratrum de Carmeno ... Simon f. q. Dominici Taconis not.

Arch. S. Martini, 3/3485, n. 7. — Orig.

1545. Bononiae, 7 maii 1300.

Testamentum.

D. Ugolinus f. q. d. Thomaxini ... conventui Fr. Min. de Bon. legavit xx sol. bon. p. m. ... Actum Bononie in parlatorio Fr. Pred. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 350. — Orig.

1546. Bononiae, 8 maii 1300.

Testamentum.

D. Ugolinus f. q. d. Octoboni becarii ... reliq. conventui Fr. Min. de Bon. XL sol. bon. p. m. cant. ... item super funus et sepult. suam reliq. x lib. bon. expendend. ad voluntatem comiss. suorum, quam sepult. suam elegit apud eccl. B. Francisci cum patre suo ... Actum Bononie in capitulo Fr. Pred. ... Bertholomeus q. Bennati Sysmondini not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 351. — Orig.

1547. Bononiae, 17 iunii 1300.

Testamentum.

D. Nicolaus f. q. d. Marini medici ... reliq. conventui Fr. Min. p. m. cant. xx sol. bon. ... Actum Bononie ... Franciscus q. Cupri Bresche not.

Arch. S. Martini, 3/3485, n. 11. — Orig.

1548. Bononiae, 2 iulii 1300.

Testamentum.

D. Martinitus q. d. Guastavilani de Guastavilanis ... dari voluit p. m. cant. conventui Fr. Min. de Bon. IV lib. bon., quas dicere debeant in anno sui funeris p. a. s. ... Actum Bononie ... [...] q. Iohannis Laurencii de Unzola not.

Arch. S. Iacobi, 1/1607, n. 67. — Orig.

1549. Bononiae, 6 iulii 1300.

Testamentum.

D. Giugla f. q. d. Michaelis More et uxor q. d. Guidonis Zagnis ... p. a. s. reliquid *etc.* In omnibus autem aliis bonis suis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* conventum Fratrum Min. de Bon., conventum Fratrum Predic. et conventum Fratrum de Carmelo de Bon. equaliter et equis portionibus, pro remedio suorum et dicti sui viri pecatorum et animarum suarum salute sibi heredes instituit, rogans dictos conventus et Fratres et eis per fideicommissum committens ut pro anima eius et dicti sui viri in orationibus et divinis officiis perpetuo Deo specialiter exorent. Tamen voluit et mandavit quod si d. Martinus eius frater vellet aliquam vel aliquas res vel rem inmobil. et bona inmobil. dicte hereditatis pro eo precio [...] domine seu dicto suo viro costitissent vel costitisset, quod dictas res et bona et quam ex eis voluerit habere debeat, et ipsi Fratres ten[...] rem dare et dimitere pro eo tanto quod costitissent seu costitisset res quam velet, solvendo eisdem conventibus dictum costum, alias si non solveret, ut dictum est, dicti conventus de predictis eidem nulatenus teneantur ... Actum Bononie in sacristia dictorum Fratrum de Carmelo ... Franciscus q. Cupri Bresche not.

Arch. S. Martini, 3/3485, n. 12. — Orig.

1550. Bononiae, 9 et 10 iulii 1300.

Testamentum.

D. Lonbardus q. d. Raynerii Salaroli not. ... reliq. de bonis suis p. a. s. L lib. bon., de quibus dari voluit ... in M missis canendis p. a. s. XII lib. bon., canendo post

quamlibet dictarum missarum evangellium S. Iohannis, que debeant cantari citius quam possunt, post mortem dicti testatoris, per Fratres Min., Pred., Heremitanos et presbiteros S. Petri et alias eccl. Eodem die dictus testator fecit fr. *Albertum* q. Conosentis suum proc. ad deponend. test. suum in manu sacriste sacristie Fr. Pred. vel Min. vel Heremitanorum ...

MCCC, die x iullii fr. *Albertus* Conosentis proc. dicti d. Lonbardi ... dep. dictum test. in sacristia Fr. Predic. ... Actum Bononie ... pp. fr. *Alberto* Conosentis ... Bertholomeus q. Michaelis Addami not.

Arch. S. Dominici, 43/7377, n. 2613. — Orig.

1551. Bononiae, 11 iulii 1300.

Testamentum.

D. fr. *Rodulfus* de Penitentia f. q. Bonapartis cap. S. Christine de Bon. ... reliq. *hospitali Fratrum tertii Ord.* de Bon. p. a. s. XII lib. bon. ... Actum Bononie in clostro S. Marie Servorum ... Nicolaus q. Benxianati de Butrio not.

Arch. S. Martini, 3/3485, n. 14. — Orig. In dorso « MCCCIII, ind. I, die XXIX octubris publ. fuit hoc test. *etc.* ».

1552. Bononiae, 13 iulii 1300.

Codicillus.

Codicillus Lonbardini q. d. Raynerii salaroli not. ... Actum Bononie ... pp. ... fr. *Alberto* q. Conosentis ... Bertholomeus q. Michaelis Addami not.

Arch. S. Dominici, 43/7377, n. 2614. — Orig. [1]

1553. Bononiae, 21 iulii 1300.

Testamentum.

D. Iacobina, cui dicitur Mina, f. q. d. Iacobi Rubei, qui fuit de Florentia, et uxor q. Rolandi, qui fuit de Varignana ... reliq. d. *Dulzi* pro pauperibus quos retinet x sol. bon.; item duabus mulieribus que non vident, quas tenet ipsa d. *Dulze*, et cuilibet earum v sol. bon. ... item fr. *Gandulfino* de Ord. Fr. Min., qui fuit de Mutina, suo confessori, XX sol. bon. in auxilium ad emend. sibi unam tunicam ... Actum Bononie in domo Devotorum civit. Bon. ... Graciadeus Aymerici not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 355. — Orig.

1554. Bononiae, 23 iulii 1300.

Testamentum.

D. Bellonia f. q. d. Schanabichi de Bavosis et uxor d. Ieremie q. d. Bonifatii ... voluit p. a. s. cellebrari, infra annum post mortem suam, M missas per infrascrip. Fratres et conventus, pro rata quantit. cuilibet conventui relict. ... videlicet ... per conventum Fr. Min. pro IV lib. bon. ... item reliq. ... fr. *Azino* de Ord. Min. x sol. bon. ... Actum Bononie ... Francischus q. Cupri Bresche not.

Arch. S. Martini, 3/3485, n. 15. — Orig.

[1] In eodem arch. 43/7377, n. 2615 habetur alius codicillus orig. eiusdem tenoris, sub die 15 iulii 1300.

1555. Bononiae, 7 augusti 1300.

Testamentum.

D. Andalo q. Bonacursii ... volens limina bb. Petri et Pauli appost. visitare ... reliq. conventui Fr. Min. de Bon. p. a. s. x lib. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Hugolinus Anthonii not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 358. — Orig.

1556. Bononiae, 7 augusti 1300.

Testamentum.

D. Olia f. q. d. Benvenuti Mazonis et uxor q. Gualterii Bonapartis ... volens, in remissionem suorum peccatorum, Romam adire et bb. apost. Petri et Pauli limina visitare ... reliq. eccl. S. Francisci de Bon. p. m. cellebr. p. ipsius a. x sol. bon. ... Actum Bononie in domo Fr. Pred. ... Petrizolus q. Iohannini Henrize not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 359. — Orig.

1557. Bononiae, 11 augusti 1300.

Testamentum.

D. Rolandina, cui dicitur Dina, f. q. d. Philippi d. Gonselmini ... sor. *Bartholomee* de Penitentia legavit, p. a. s. xl sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. B. Dominici ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 360. — Orig.

1558. Bononiae, 11 augusti 1300.

Codicillus.

Codicillus d. Gixle f. q. d. Rolandini Preitonis et uxoris d. Ubaldini de Sala ... Actum Bononie in domo fr. *Rodulfi* q. Grassi de Penitentia ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 361. — Orig.

1559. Bononiae, 14 augusti 1300.

Testamentum.

D. Dominicus f. q. d. Iohannis Medici ... reliquid ... d. fr. *Bonefacio* de Lanbertaciis de Ord. Fr. Min. de Bon. xl sol. bon. pro missis cantandis ... Actum Bononie Ferantinus de Ferantibus not.

Arch. S. Martini, 3/3485, n. 18. — Orig.

1560. Bononiae, 2 septembris 1300.

Testamentum.

D. Gabrinus f. q. d. Pancini de Pancis tabernarius ... volens ob reverentiam divini Numinis et bb. apost. Petri et Pauli Romam perregre proficisci pro suorum remedio peccatorum ... reliq. conventui Fr. Min. p. m. et orac. cellebr. xv sol. bon. ...

Commiss. suos ad predicta exequenda esse voluit ... fr. *Iacobinum* barbitonsorem, quibus dedit plenam licentiam *etc.* Actum Bononie in sacristia eccl. b. Dominici Fr. Pred. ... Lucianus Useppi not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 364. — Orig.

1561. Bononiae, 3 septembris 1300.

Testamentum.

Testamentum d. Iohannine f. q. d. Henrigitti ... Actum Bononie ante portellum Fr. Pred., in pres. ... fr. *Rodulfi* q. Grassi de Penitentia ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 365. — Orig.

1562. Bononiae, 4 septembris 1300.

Codicillus.

D. Riga f. q. d. Guasconi et uxor q. fr. *Amadoris* de Ponticlo ... post test. olim a se factum scriptum manu mei Michilini Zambonini not. pres. condidit codicillum ... De legato L lib. bon. relictarum ab ea Iohanni et Guizardino filiis q. d. Rogerii Guasconi et de universali heredit. sua relicta Andree f. suo ex alio matrimonio et q. d. Iohannini Upicini adhemit et subtraxit, silicet de dicto legato, x lib. bon. et de dicta heredit. x lib. bon. et ipsas xx lib. l. i. pervenire mandavit ad Phylippum q. fr. *Amadoris* de Ponticlo ... Actum Bononie in eccl. Fr. Predic., pp. ... fr. *Iacobino* Bracii, fr. *Iacobino* de Gualdonibus, fr. *Orio* de Superba, fr. *Liazario* de Fogatiis ... Michilinus Zambonini not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 367. — Orig.

1563. Bononiae, 4 septembris 1300.

Testamentum.

D. Lanbertinus, cui dicitur Bitinus, f. q. d. Guillelmi de Ronbodevino doctoris legum ... legavit Custodi et Guardiano Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerint, L lib. bon. ut eas dispensent et dent p. a. s. consilio et consensu trium antiquorum Fratrum de dicto conventu, prout videbitur eis ... item cuilibet conventui Religiosarum et Dominarum civit. Bon. et suburbiorum, usque ad unum miliare, legavit xx sol. bon. ... item reliq. circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. Fr. Min. in sepulcro patris sui, xxv lib. bon. Commiss. autem suos [...]xequendum omnia et singula que in dicto test. continentur esse voluit et reliquid Priorem Fr. Pred. et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui [...]ibuit plenam licentiam *etc.* ... In omnibus suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* Priorem Fr. Pred. de Bon. et Subpriorem dicti conventus et Custodem et Guardianum Fr. Min. de Bon. qui p. t. fuerint, sibi heredes instituit, ut dictam hereditatem dare et distribuere debeant p. a. s. ubi eis melius et utilius videbitur, cum consilio et consensu ... trium antiquorum Fratrum de Bon. Ord. Pred. et Min. habito et obtento ... Actum Bononie in domo Fr. Pred. in capella infirmorum ... [...] Anthonii not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 366. — Orig.

1564. Bononiae, 6 septembris 1300.

Testamentum.

D. Peregrina f. q. d. Iacobi Forensis de civit. Forlivii de contrata Fossati veteris ... reliq. de bonis suis p. a. s. conventui Fr. Min. de *Forlivio* p. m. cant. xx sol. raven. ... item conventui Fr. Min. de *Britinoro* xv sol. raven. p. m. cant. pro male ablatis ... Actum Bononie ...

Eodem die dicta d. Peregrina dep. h. t. penes sacristam Fr. Pred., pp. ... fr. *Rodulfo* de Montecalvo de Ord. tertio de Barbeta ... Anthonius de Burellis not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 369. — Orig.

1565. Bononiae, 10 septembris 1300.

Testamentum.

D. Maria f. q. d. Iacobi Niblanati ... volens lumina bb. Petri et Pauli vissitare ... dari voluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cellebr. x sol. bon. ... item sorori Malgarite heremite de Catena x sol. bon. pro suis necess. ... Actum Bononie in sacristia Fr. S. Marie de Carmino ... Ysaias Michaelis q. Raimundi not.

Arch. S. Martini, 3/3485, n. 21. — Orig.

1566. Bononiae, 15 septembris 1300.

Testamentum.

D. Bartholomea, cui dicitur d. Blancha, f. q. d. Viviani et uxor d. Iohannis f. Iohannis not., que moratur in civitate Padue, in capella S. Martini iuxta domos de Papafavis ... reliq. de bonis suis p. a. s. xxv lib. bagatinorum, distribuendas per fr. *Beninchasam* de Padua Ord. Min. secundum quod ei melius videbitur p. a. dicte testatricis, quem suum commiss. reliquid et esse voluit, dans eidem plenam licentiam *etc.* ... Actum Bononie in eccl. S Dominici ... pp. ... fr. *Iacobino* Gualdonis fratre Penitencie ... Albertus q. Corbonis not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 373. — Orig.

1567. Bononiae, 15 septembris 1300.

Testamentum.

D. Maria f. q. Gerardini Centanelli ... volens limina b. Petri de Roma visitare ... reliq. ... conventui Fr. Min. et Pred. cuilibet III sol. bon. ... Actum Bononie sub porticu eccl. S. Martini de Apposa ... Ardicio Dozenvallis not. ...

Arch. S. Martini, n. 22. — Orig.

1568. Bononiae, 16 septembris 1300.

Testamentum.

Testamentum d. Benvenute f. q. d. Aldrovandini de Riosto ... Actum Bononie in eccl. B. Dominici iuxta altare B. Marie Virginis, pp. ... fr. *Guillelmino* de Barba fratre Penitentie.

Arch. S. Dominici, 41/7515, n. 2154. — Orig.

1569. Bononiae, 19 septembris 1300.

Testamentum.

D. Iuliana f. q. d. Iohannini et uxor q. d. Rodulfi ... volens bb. ss. Petri et Pauli ad Romanam eccl. limina visitare ... dari volluit ... conventui et capitullo S. Francissi de Bon. xxvii sol. bon. p. m. cant. ... item fr. *Zino* de Ord. Fr. Min. de Bon. x sol. bon. p. s. necessitatibus ... Actum Bononie in sacristia S. Marie de Carmine, in eccl. S. Martini de Aposa ... Iohannes Perini not.

Arch. S. Martini, 3/3485, n. 24. — Orig.

1570. Bononiae, 19 septembris 1300.

Testamentum.

D. Andreas f. q. d. Petrizoli de Albirolis ... reliq. de bonis suis p. a. s. c lib. bon., de quibus dari iussit ... Guardiano et Custodi Fr. Min. conventus Bononien. v lib. bon. ... residuum vero expendi iussit tam circa funus et sepult. suam, quam sibi elegit apud eccl. B. Francisci Fr. Min. de Bonon., quam alias, prout videbitur eius commissariis ... Item voluit et mandavit per eius commiss. p. a. s. expendi de bonis suis usque ad quantitatem cc lib. bon. in faciendo fieri unum altare novum et de novo in eccl. B. Dominici Fr. Pred. de Bon. construendum sub vocabulo b. Andree apostoli vel alterius Sancti, ad volunt. commiss. suorum et Fratrum Pred. nominandi, et in ornando et muniendo ipsum altare vasis, paramentis et aliis necessariis ad divinum officium inibi continue celebrandum; quod si de novo ibidem non fieret, vult illud in eccl. Fr. Min. de Bon. taliter fieri et ornari de novo, quo non fiente in eccl. Fr. Min., id in eccl. Fr. Carmelitarum de Bon., ut dictum est superius, construatur, ornetur et muniatur, volens quod aliter illam pecuniam ad eorum aliquos nequeat pervenire, vel aliter dispensari ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Stephanus Amati not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 374. — Orig.

1571. Bononiae, 20 septembris 1300.

Testamentum.

D. Albertus f. q. d. Thomaxini de Pizigotis ... volens bb. appostolorum Petri et Pauli limina visitare pro suorum venia peccatorum reliq. ... eccl. et conventuy Fr. Min. S. Franziscbi III lib. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Benatus f. Benzevenis de Flesso not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 376. — Orig.

1572. Bononiae, 21 septembris 1300.

Testamentum.

D. Iacobus f. q. d. Nicolai Petri Arardi ... reliq. p. a. s. conventui Fr. Min. de Bon. p. m. dicendis p. eius a. c sol. bon. ... (Si heredes sui decederent sine liberis) voluit omnia eius bona distribui equaliter inter Ordines Fr. Min., Pred. et Heremita-

norum ... Actum Bononie in domo Fr. Pred. in ipsorum capitulo ... Iohanninus q. Bencevennis Sementis not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 377. — Orig.

1573. Bononiae, 22 septembris 1300.

Testamentum.

D. Iohanna f. q. d. Avanzaroli et uxor q. Dominici de Albirolis ... reliquid de bonis suis p. a. s. ... conventui Fr. Min. p. m. xx sol. bon. ... item *eccl. S. Andree de Pizocharis* x sol. bon. ... item fr. *Nicholino* de Ord. Min. x sol. bon.; item sor. Iacobine, que moratur in burgo Galerie, xx sol. bon. ... Item reliquid unam planetam emendam per commiss. suos, que dari debeat in domo Fr. Min. de Bon. p. a. q. mariti ipsius testatricis, precii xii lib. bon. ... Actum Bononie in eccl. S. Dominici ... Albertus q. Carbonis not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 378. = Orig.

1574. Bononiae, 24 septembris 1300.

Testamentum.

D. Sophya f. q. d. Ugolini Bertuzani et uxor q. d. Guidonis Tafioli ... p. a. s. reliquid fr. *Paci* de burgo Gallerie Ord. Min. p. m. xx sol. bon. ... Actum Bononie ... pp. ... fr. *Guidone* Segnoretti fratre Penitentie tertii Ord. ... Albertus q. Carbonis not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 379. — Orig.

1575. Bononiae, 25 septembris 1300.

Testamentum.

D. Petrobonus q. d. Bencivegne Cunzatoris ... volens limina bb. Petri et Pauli Apost. visitare ... dari voluit ... conventui Fr. Min. v sol. bon. ... Actum Bononie in eccl. S. Martini de Aposa ... Thomas Michaelis q. Raymundi not.

Arch. S. Martini, 3/3485, n. 26. — Orig.

1576. Bononiae, 4 octobris 1300.

Testamentum.

D. Thomas de Curtismelio f. q. Nigri de Chastagnolis ... legavit *etc.* ... In omnibus autem aliis suis bonis mobil. et inmobil., iuribus *etc.* fr. *Rodulfum* f. q. Grassi de cap. S. Dominici seu S. Andree de Ansaldis sibi univers. hered. instituit. Item voluit ... quod istud test. ponatur in sacristia Fr. Pred. de Bon. clausum et sigilatum, et aliud eiusdem tenoris scriptum per omnia ut istud, infra octo dies, ponatur in sacristia Fr. Min. de Bon., ita quod ea, que in eis continentur, sint secreta in vita sua. Item voluit quod si supradicta omnia ... non serventur, et legata omnia infra vi menses non solvantur, computando a die mortis sue, sua hereditas ipso facto deveniat ad conventum Fr. Min. de Bon. cum omni suo honere, cui conventui reliq. p. m. cant. in remedium anime sue xl sol. bon. ... Actum Bononie in domo Fr. Pred. ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 383. — Orig.

1577. Bononiae, 4 octobris 1300.

Testamentum.

Ego Zacharellus q. Rolandi Zacharelli not. ... dari volo conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. xx sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Ego idem Zacharellus q. Rolandi Zacharelli not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 384. — Orig.

1578. Bononiae, 4 octobris 1300.

Testamentum.

D. Clera f. q. d. Iacobini de Ubertis et uxor Michaelis Thomaxii not. ... voluit suum test. esse secretum toto tempore vite sue, et deponi debere in sacristia Fr. Min. (*sic*) S. Marie de Monte Carmello ... et sigillari sigillo Prioris sive conventus eiusdem Ord. ... Actum Bononie ... Blaxius Ubaldini de Stiglatico not.

Arch. S. Martini, 3/3485, n. 31. — Orig.

1579. Bononiae, 4 octobris 1300.

Testamentum.

Ego Iacobinus Federici not. ... in preteritis tamquam humanum corpus et fragile male dispositus, oblitus mandatorum Dei et sancte matris Eccl., modo, divina gratia operante, recordatus summi numinis potent. nolens creatoris ac redemptoris mei rectam viam deserere, sed potius peroptans ad ipsius pietatem et immensam misericordiam humiliter declinare, intendens bb. Petri et Pauli limina presentialiter, ob veniam meorum peccatorum, visitare ... relinquo ... conventui S. Francisci de *Asirio* v sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Ego Iacobinus Federici not.

Arch. S. Dominici, 17/7351, n. 1027. — Orig.

1580. Bononiae, 5 octobris 1300.

Testamentum.

Ego Petrus f. q. d. Torellini de Maranenxibus iudex et not. ... relinquo p. a. m. conventui Fr. Min. xx sol. bon. p. m. celebr. ... Actum et lectum per me in sacristia domus Fr. Pred. de Bononia ... Ego Petrus q. Torelini not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 385. — Orig.

1581. Bononiae, 7 octobris 1300.

Testamentum.

D. Ymelda f. q. d. Guinicelli de Principibus et uxor q. d. Andree de S. Alberto ... reliq. ... conventui Fr. Min. xx sol. bon. p. m. ... Actum Bononie in curia anteriori Fr. Pred. ... Albertus q. Carbonis not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 386. — Orig.

1582. Bononiae, 10 octobris 1300.

Testamentum.

D. Iacobinus, qui dicitur Minus, f. q. d. fr. Petri Coradi civis Bonon. ... relinquid p. a. s. ... conventui Fr. Min. de Bon. p. m. dicendis xx sol. bon. ... Actum Bononie in domibus ecclesie S. Dominici ante scholas Fratrum ... Albergiptus Henrigipti de Vandolis not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 387. — Orig.

1583. Bononiae, 13 octobris 1300.

Testamentum.

D. Bruna f. q. d. Cassani et olim uxor d. Benvenuti de Ronchore ... volens limina bb. apost. Petri et Pauli visitare ... voluit quod de bonis suis detur et solvatur fr. *Nascinbeni* suo fratri III lib. bon., scilicet Ord. Fr. Min. pro una tunica ... Actum Bononie in eccl. Fr. de Carmino ... Rodulfus Iacobi Taglionis not.

Arch. S. Martini, 3/3485, n. 34. — Orig.

1584. Bononiae, 23 octobris 1300.

Testamentum.

D. Beletta uxor Gerarducii d. Alberii de Chastello ... reliq. p. a. s. ... conventui Fr. Min. de Bon. p. m. xx sol. bon. ... Item dari voluit de aliis suis bonis L lib. bon. que esse debeant penes commiss. suos et distribui et dari illis personis a quibus q. d. Iohannes maritus suus extorsisset ... Commiss. suos ... ad predicta omnia exequenda esse voluit Priorem Fr. Pred. de Bon., fr. *Ugolinum* de Chastello Ord. Min. et fr. *Ieremiam* de Chastello dicti Ord., dans dictis suis commiss. plenam licentiam *etc.* ... Actum Bononie in curia anteriori Fr. Pred. ... Albertus q. Carbonis not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 388. — Orig.

1585. Bononiae, 31 octobris 1300.

Codicillus.

D. Alamannus f. q. Lazari ... recognoscens se fecisse test. script. manu mei infrascript. not. ... presentibus codicillis test. predictum obtinere iussit plenissimam firmitatem. Tamen ... ubi dicit in dicto suo test. quod voluit et reliquid Guardianum Fr. Min. de Bon. inter cetera suum commiss., dictum Guardianum Fr. Min. de Bon. a dicta commiss. absolvit ... Actum Bononie in domo Fr. Pred., ubi Fratres abluunt manus ... Iacobinus de Turri q. Iacopini de Buxeto de Parma not.

Arch. S. Dominici, 26/7360, n. 1667. — Orig.

1586. Bononiae, 5 novembris 1300.

Testamentum.

D. Marchixinus f. q. fr. Michilucii de Maranensibus civis Bon. ... reliq. conventui Fr. Min. de Bon. p. m. v lib. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Albertus q. Carbonis not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 395. — Orig.

1587. Bononiae, 7 novembris 1300.

Testamentum.

D. Palmirolus q. d. Iacobini de Saliceto ... volens ad bb. ss. Petri et Pauli ad Romanam eccl. limina vixitare ... dari volluit conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. IV lib. bon. ... item fr. *Bencevenі* q. d. Benincase Ord. S. Francissi C sol. bon. pro suis indumentis ... Actum Bononie in capitullo parvollo Fr. Pred. Ord. S. Dominici ... Iohannes Petri not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 396. — Orig.

1588. Bononiae, 16 novembris 1300.

Testamentum.

Magister Amoritus q. d. Rolandini medicus ... reliq. p. a. s. ... conventui Fr. Min. civit. Bon. X sol. bon. ... Actum in sacrisstia Fr. Pred. de Bononia ... Rolandus q. Petrizoli de Malpiglis not. ...

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 399. — Orig.

1589. Bononiae, 20 novembris 1300.

Testamentum.

Discretus vir d. Iacobus olim f. d. Laurencii Bonacapti not. civis Bon. ... dari voluit conventui Fr. Min. p. m. XL sol. bon. ... Actum Bononie in capella infirmorum Fr. Pred. ... Albertus q. Carbonis not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 400. — Orig.

1590. Bononiae, 21 novembris 1300.

Testamentum.

D. Iacobus f. q. d. Bonaveris Petri Gualfredi ... volens bb. Petri et Pauli apost. limina visitare ... de bonis suis p. a. s. et patris sui reliq. C lib. bon., quas distribui voluit in hunc modum ... item Guardiano Fr. Min. de Bon. V lib. bon., quas dare debeat p. a. s. conscilio trium Fratrum antiquorum de Bon. sui conventus ... item hospitalibus S. Bernardi, S. Stephani ... Devotorum, d. *Dulcis,* ubi steterint pauperes et infirmi tempore mortis sue, X sol. bon. pro quolibet hospitali ... item conventui *Sororum S. Francisci* X sol. bon. ... Item p. a. Iohanne q. uxoris sue, de aliis bonis suis, dari voluit ... conventui Fr. Min. XL sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Iacobus q. Alberti de Martellis not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 401. — Orig.

1591. Bononiae, 23 novembris 1300.

Testamentum.

D. Lanbertinus q. d. Azolini de Buvalellis ... volens bb. apost. Petri et Pauli limina visitare ... reliq. ... eccl. B. Francischi de Bon. p. m. dicendis p. a. s. X sol. bon. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Guido Brixian[...], cui dicitur Picardus, not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 402. — Orig.

1592. Bononiae, 24 novembris 1300.

Testamentum.

D. Iohannes q. d. Benedicti ... volens bb. Petri et Pauli limina visitare ... reliq. cuilibet loco et conventui religioso Dominarum et Sororum de civit. Bon. et guardia civitatis x sol. bon. ... item hospitalibus S. Bernardi et d. *Dulcis* cuilibet xx sol. bon. ... item conventui Fr. Min. de Bon. p. m. cant. x lib. bon. ... Item reliq. de bonis suis p. a. s. usque ad v annos prox. sequentes, post hobitum ipsius, quolibet anno, in festo omnium Sanctorum conventui Fr. Pred. de Bon. II corbes vini et II corb. frumenti; item conventui Fr. Min. II corb. frumenti et II corb. vini ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Martinus Gerardi Dentamis not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 405. — Orig.

1593. Bononiae, 6 decembris 1300.

Testamentum.

D. Clara f. q. d. Fulchi de Pacibus et uxor q. excelsi viri d. Alberti d. Oddofredi legum doctoris ... dari voluit ... Guardiano Fr. Min. de *Burgonovo* qui p. t. fuerit xv lib. bon. cum conseilio et consensu trium antiquorum Fratrum ipsius conventus, qui sint de civit. Bon., errogandas in missis et pro uno calice; item conventui Fr. Min. de Bon. v lib. bon. p. m.; item fr. *Holiverio* Ord. Fr. Min. XL sol. bon.; item sor. *Iohanne* de S. Francisco III lib. bon. ... Actum Bononie ... Albertus q. Carbonis not.

Arch. S. Dominici, 182/7516, n. 368. — Orig.

1594. Bononiae, 25 ..... 1300.

Testamentum.

D. Michael f. q. d. Symonis Restori ... reliq. p. a. s. L lib. [...] item reliq. ecclesiis SS. Dominici, Francisci et [...] de Bon. cuilibet dictarum eccl. x sol. bon. p. m. cellebr. et cant. p. a. s. ... Actum Bononie in sacristia Fr. Pred. ... Iacobinus q. Negoxantis not.

Arch. S. Dominici, 41/7375, n. 2501. — Orig.

1595. Bononiae, ... 1300.

Testamentum.

D. fr. Iohannes q. d. Symonis de Zagnonibus ... dari voluit domui Fratrum tertii Ord. Humiliatorum de Bon. XL sol. bon.; item pauperibus hominibus *societatis S. Marie Fr. Min.* x sol. bon. ... Suos comiss. esse voluit Ministros tertii Ord. Humiliatorum qui sunt vel p. t. fuerint ... Actum Bononie in domo Fr. Pred. ... Petrizolus q. Cytadelli not.

Arch. S. Dominici, 54/7388, n. 3072. — Orig.

1596. Bononiae, ... 1300.

Testamentum.

D. Fronte q. d. Bonacose beccarius ... desiderans et proponens ire ac pergere Romam pro remissione omnium suorum peccatorum ... dari voluit conventui Fr. Min. x sol. bon. ... Actum Bononie in capitulo Fr. Pred. ... Michael q. Amidey not.

Arch. S. Dominici, 181/7515, n. 333. — Orig.

1597. Bononiae, ...

Bona et iura Fratrum de Poenitentia civit. Bon.

Liber seu quaternus continens in se possessiones, bona et iura que tenentur et possidentur per *Ordinem Fratrum de Penitencia* civit. Bon. et cui locate sunt et quomodo distribui debet redditus ipsarum secundum formam testamentorum et ultimarum voluntatum condemptium.

In [1] primis habent, tenent et possident Fratres Ord. Penitencie quoddam podere cxxv tornat. terre arat. cum una domo cuppata in balchione et aliis domibus cupatis circumcircha positis dicte domui cum duobus puteis et uno furno de lapidibus et duabus portis magnis a latere anteriori, in quibus domibus sunt xii fenestre ferrate cum lxxii ferris, uno aybo de maxegna fesso iuxta puteum cum delta de maxegna, cum una chatena de ferro et duabus siclis ferratis cum cathena appensis, et sub porticu dicte domus in andaveni sunt iii banche clavate super xi gissis magnis; positum est in guardia civit. Bon., in loco dicto « S. Doninus ». Quod podere cum domibus locatum est ad affictum a(d) terminum novem annorum ad renovandum cartam dicti affictus, pro clxx lib. bon., solvend. annuatim in festo omnium Sanctorum, d. Francisco q. Philippi sallaroli et (aliis); cuius redditus distribui debet in hunc modum per Fratres Penitencie: videlicet, medietas errogari debet annuatim infirmarie Fratrum Min. de Bon. forensium, reliqua medietas cum redditu becariarum et aliarum possess. q. Tadiucii pauperibus civit. et comitatus Bon. vergognosis, infirmis, debilibus et senibus, dummodo non possit dari nichil religiosis de nostro Ord., nec alicui de dictis pauperibus ultra quantitatem xx sol. bon., detractis de dicta reliqua medietate xl lib. bon. distribuend. conventui Fratrum Min. x lib. bon., conventui Fratrum Predic. x lib. bon. et *Fratribus et Sororibus Ord. Fratrum Penitencie* xx lib. bon. annuatim. Super quo podere site sunt infrascripte arbores, videlicet vii muri, ix pirus, viii pomi, xi cerexe, xxix prugne, iv opli, x ruvere, xlviii ulmi. ii bedulli magni et cx pedes nucum. Quem affictum solvere teneantur dicti conductores massario Fratrum quolibet anno in festo omnium Sanctorum.

Item [2] tenent et possident x tornat. terre arat. emptas de pecunia Thadiucii, posit. in curia terre Pollicini a mane Reni, locatas ad affictum ad novem annos ad renovandum cartam, pro precio vii lib. et x sol., solvend. annuatim massario Fratrum, ut supra, distribuend. ut supra, secundum formam testamenti q. magistri Thadey doctoris fixice.

Fratres [3] Penitencie habent, tenent et possident peciam unam terre arat. posit. in guardia civit. Bon., in loco dicto « Archovezo », super qua posita est una domus

[1] In margine: « M. Thadei ». [2] Item in margine: « M. Tadeo ». [3] Item: « fr. Fabiani ».

cuppata cum puteo, curia, area, broylo et orto, cum una alia domo de cuppis non clausa cum duabus portis [...]is de lignamine et de cupis et cum uno rastello a latere sero aree, repertam xxxix tornat. et quartam partem alterius, locatam ad affictum d. Lixio q. Benvenuti et (aliis) ad terminum novem annorum ad renovand. cartam pro precio xxxii sol. pro qualibet tornat., quod capit in summa lxii lib. et xvi sol. bon. Super qua pecia terre sunt site lx pedes nucum, xxxviii ulmi, xxv prunee, vi albari, v muri, iv fraseni et ix pomi chodogni, ix pomi soleti, xxvii caspi de cholozi et xx ruvere. Quem affictum solvere tenentur annuatim massario Fratrum Penitencie in festo omnium Sanctorum; cuius redditus distribui et errogari debet per Fratres Penitencie secundum formam test. q. fr. *Fabiani*, videlicet quod fieri debent de dictis redditibus tres partes, cuius prime tercie partis medietas detur infirmarie Fratrum conventus Heremitarum, reliqua vero dimidia dicte tercie partis infirmis Fratrum Min. et Predic. equis porcionibus, reliqua tercia pars detur per Ministros Fratrum Penitencie annuatim pauperibus *Fratribus et Sororibus* dicti Ord., ut tamen nulli singulariter dare possint ultra quantitatem x sol., et si quid de dicta tercia parte superfluerit dari debeat per ipsos Ministros et eorum arbitrio in aliis piis causis, dummodo non possint dare ultra v sol. pro quolibet; ultima vero tercia pars detur spigatricibus tempore messium, et dari non possint ultra v sol. pro quolibet.

Item [1] tenent et possident dicti Fratres Penitencie peciam unam terre arat. xii tornat. posit. in guardia civit. Bon., in loco qui dicitur « Archovezo », iuxta suos confines; item duas tornat. terre arat. posit. in dicto loco; super qua pecia terre sunt xxiv nuces, unus sorbus, iii ruvere, xiii ulmi et iii albari; locatas ad affictum Rodulfino q. Savioli de Archovezo et (aliis) pro precio xviii lib. xi sol. et iii denar. bon., solvendo annuatim, nomine affictus, mass. Fratrum Penitencie in festo omnium Sanctorum; cuius redditus distribui debet secundum formam test. q. fr. *Fabiani* ut supra; que pecia terre reperta fuit minus quarta pars unius tornat.; ad novem annos ad renovandum cartam fuerunt locate.

Item [2] tenent et possident iii tornat. terre vineate posit. in guardia civit., in loco dicto « Ronchomaur[uni?] », que fuit fr. *Fabiani*, locatas ad affictum ad novem annos ad renov. cartam, Alberto q. Gandulfini Sallate pro precio ii lib. et vi den. pro tornat., quod capit in summa vi lib. i sol. et vi den., solvendo annuatim in festo omnium Sanctorum, distribuend. ut supra; super qua pecia terre sunt xi pedes nucum.

Item [3] habent, tenent et possident domum unam in balchione posit. Bononie in strata maiori in cap. S. Bertoli porte Ravennatis, in qua moratur fr. *Pax* Zagni specialis, locatam ad pensionem dicto fr. *Paci* ad novem annos ad renov. cartam, pro precio xxiiii lib. bon., solvendo annuatim mass. Fratrum in festo omnium Sanctorum; cuius redditus distribui debet secundum formam test. q. fr. *Fabiani*, ut supra continetur.

Item [4] habent, tenent et possident dicti Fratres peciam unam terre arat. xiii tornat. posit. in guardia civit. Bon., in loco dicto « S. Iohannes et Paulus », locatam ad pensionem seu ad affictum ad novem annos ad renov. cartam, d. Petro q. Dominici Capuddeferro et (aliis) pro precio lx sol. bon. pro qualibet tornat., quod capit in summa xxxv lib. et xv sol. bon., solvendo annuatim massario Fratrum

[1] Item: « fr. Fabiano ». [2] Item: fr. Fabiano. [3] Item: « fr. Fabiano ».
[4] Item: « S. Iohanne Polo »; « Fabiano ».

Penitencie in festo omnium Sanctorum; distribucio cuius fieri debet secundum formam test. q. dicti fr. *Fabiani*, ut supra continetur; super qua pecia terre sita sunt VIII pedes nucum, I ulmus, I ceresis, II pomi et I ruvere.

Item [1] tenent et possident peciam unam terre arat. et partim vineate XXXII tornat. posit. in curia terre Pollicini a mane Reni, super qua sunt XVIII ruvere, VI ulmi, II bedulli, III cerexe et V nuces, locatam ad affictum ad novem annos ad renov. cartam, pro precio XI sol. bon. pro qualibet tornat., solvendo annuatim massario Fratrum in festo omnium Sanctorum; cuius redditus distribui debet secundum formam test. supradicti fr. *Fabiani;* quod precium est in summa XVII lib. et XII sol.

Item [2] tenent et possident dicti Fratres domum unam posit. Bon. in porta Ravignana, in qua sunt beccarie a latere superiori dictarum beccariarum, iuxta staciones de strazarolis a duobus lateribus, iuxta Aposam et iuxta viam publicam a latere superiori, que beccarie locate sunt ad pensionem becbariis de porta pro XLV [3] lib. bon. quolibet anno, solvendo annuatim massario Fratrum Penitencie in festo Nativitatis Iesu Christi.

Item [4] tenent et possident domum unam seu partem domus posit. Bononie iuxta plateam a latere sero platee, in qua sunt beccarie et banche beccariorum de curia site in dicta domo, que locate sunt ad pensionem becariis de curia pro LXXX lib. bon., solvende annuatim massario Fratrum Penitencie in festo nativitatis Christi. Cuius distribucio dictarum pensionum fieri debet secundum formam test. q. dicti magistri Thadey, et empte fuerunt dicte domus et beccarie de pecunia Thadiucii.

Item [5] tenent et possident peciam unam terre ortive posit. extra circulam burgi strate S. Donati, in loco dicto « Broylo de ponte de ralta », locatam ad affictum ad novem annos ad renov. cartam, Graciolo et Petro fratribus et filiis Iacobi Gracioli cap. S. Egidii, pro precio XXIIII lib. solvend. annuatim massario Fratrum in festo omnium Sanctorum, distribuend. ut supra.

Item [6] habent, tenent et possident dicti Fratres Penitencie peciam unam terre arat. V tornat. et dimid. et IV tabul., posit. in terra Stiglatici, in loco dicto « Pozale », locatam ad affictum ad novem annos ad renov. cartam, d. Bonaventure q. Aymericii de Stiglatico et (aliis), pro precio XX sol. bon. pro qualibet tornat., quod capit in summa V lib., X sol. et VI den., solvend. annuatim massario Fratrum in festo omnium Sanctorum.

Item [7] domum unam posit. Bononie in cap. S. Symonis de Machagnanis super terreno illorum de Fratta locatam ad pensionem Iohanni sartori pro IV lib. et XII sol., solvendo annuatim massario Fratrum in festo Nativitatis med. et ressiduum in Pasca Resurectionis Christi, et debet dictus Iohannes solvere affictum terreni dicte domus, quod est VIII sol., de sua propria pecunia, cuius redditus dicte pecie terre et domus erroga(ri) debent pauperibus *Fratribus et Sororibus Ord. Penitencie* secundum formam test. q. fr. *Albertini* de Chatelanis, cuius anima in pace requiescat, amen.

Item [8] tenent et possident peciam unam terre arat. XVII tornat. posit. in curia Garnaroli, in loco ubi dicitur « Capagnano », super qua site sunt V pirus, I pomus,

[1] Item: « Fabiani ». [2] Item: « M. Tadei »; « Becarie ». [3] In margine vero: « LXV lib. ». [4] Item: « M. Tadei ». [5] Item: « M. Tadei »; « Broylo ». [6] Item: « Fr. Albertini de Cathelanis »; « Stiglatici »; dein summa ibidem diversa, sed erronee, ut videtur, inscribitur: « VII lib., X sol., VI den. ». [7] Item: « Vendita est ». [8] Item: « fr. Rodolphini »; « Garnaroli ».

XII ulmi, XII ruvere, XXXII prunee et XV opli, locatam ad affictum ad novem annos ad renov. cartam, Maynardo q. Bonzanini et (aliis), pro affictu XVII lib., I sol. et X den., cuius redditus distribui debet per Ministros Fratrum Penitencie inter pauperes civit. cum consilio discretorum, solvendo annuatim in festo omnium Sanctorum massario Fratrum [1].

Item [2] tenent et possident peciam unam terre arat. et partim vineate XV tornat., tercie partis alterius et IV tabul., posit. in terra Vidaglagole, in loco qui dicitur « Pelliza », super qua sunt XIX ruvere, IX nuces, III ulmi, XXXII prugne, II pirus et unus pomus, locatam ad affictum ad novem annos ad renov. cartam, pro XVIII lib. bon., solvendo annuatim massario Fratrum Penitencie, cuius redditus distribui debet per Ministros Fratrum Penitencie pauperibus civit., cum consilio discretorum; que pecia terre locata fuit ad affictum d. Dominico q. Gerardi de Vidaglagola, et Paulus q. d. Francisci Preunti fuit fideiussor ex instrumento fr. *Fini* Egidii not.

Arch. S. Dominici, 56/7390, F. P. — Orig. non auth. saec. XIII/XIV. In dorso « Iura Fratrum Ord. de Penitencia ».

1598. (Bononiae?), ...

Quaestio quae vertitur inter ven. patrem fr. Antonium Ord. Fr. Min. episcopum Cerviensem et conventum Fr. Pred. de Bon. et alios.

Facti narratio.

Thema questionis que vertitur inter ven. patrem fr. *Antonium* Ord. Fr. Min. episc. Cervien. et conventum Fr. Pred. de Bon. cum omnibus circumstantiis facientibus ad factum, et omissis superfluis, est tale.

Quia igitur ex facto ius oritur, et facta, nisi sint evidentissime lucidata, plerumque prudentissimos falunt, idcirco ad simplicem, meram et puram narationem facti accedo.

Certum est q. f. Thedericus q. Cervien. episc., antequam esset episc. Cervien., fuit Frater Ord. Pred. et existens in Ordine fuit penitentiarius et capelanus domini [3] summi Pontificis, et fuit pluribus annis; in quo statu existens, emit in dyoc. Bonon. quasdam possessiones. Tandem per summum Pontificem provisum est sibi de episcopatu eccl. Bitontin., ad quam eccl. predictus fr. Thedericus nunquam accessit, tum propter guerras, que in illis partibus imminebant, tum etiam quia illa eccl. non erat bene sibi grata; unde provisum fuit predicto fr. Thederico episc. Bitontin. de redditibus ecclesie S. Petri Lucan. dioc., quos redditus pluribus annis recepit. Tandem, vacante eccl. Cervien., translatus est prefatus fr. Thedericus episc. Bitontin. ad eccl. Cervien. per summum Pontificem, in qua eccl. vixit multis annis, de qua percipiebat annuos redditus, ad valorem quandoque CCC, aliquando CCCC et ad plus D lib. bon., sicut manifeste patet ex rellatione eorum qui conversabantur cum eo, et etiam ex decimis quas solvebat pro predictis quantitatibus. Insuper predicto episcopo Cervien., mortuo patre suo, ex test. vel ab intestato, obvenerunt bona paterna sibi et fratribus suis, pro sua hereditaria portione, et inter cetera, possedit et habuit quamdam domum paternam, quam tenuit multis annis, ex qua percipiebat annuatim L, LX et LXX lib. bon. Insuper constat predictum episcopum fuisse hominem industrium et gratiosum, maxime in arte cyrusie, unde pluries vocatus a magnis viris,

[1] Sequens paragraphus duobus calami tract. decussatis oblitteratus est. [2] In margine: « Vidaglola »; « vendita est ». [3] Spatium vacuum.

clericis et secularibus, et magnis principibus, in diversis partibus mundi, recepit multa donaria, ita quod bene possumus supponere quod redditus possess. acquisitarum ante episcopatum et redditus bonorum paternorum et donaria quesita ex industria sua, ascendant ad quantitatem xii[m] lib. bon. Modo predictus fr. Thedericus episc. Cervien. in vita sua, titulo donationis inter vivos, donavit quibusdam monasteriis quamdam summam quantitatis pecunie, sub condictione quod de dicta pecunia donata tenerentur emere aliquas possess. que essent subiecte certis legibus et condictionibus, contentis in instrumentis predictarum donationum. Donavit etiam cuidam monasterio qũasdam possess., quas aliquando in vita sua tenuit et possedit prefatus episc. Cervien. Insuper predictus episc. recognoscens se fuisse religiosum, et ideo non posse condere test. de bonis quomodocumque quesitis, impetravit a d. Nicolao summo Pontif. quod posset testari, et obtinuit a prefato summo Pontif. quod posset testari de omnibus bonis ab ipso per industriam suam quesitis, et quod posset etiam testari de mobilibus ecclesiasticis, dummodo eccl. Cervien. non remaneret debitis obligata et non essent talia mobillia que essent altaris usui deputata, sicut predicta plenius continentur in predicto privilegio. Tandem prefatus episc. Cervien. condidit test., in quo relictis multis legatis, inter cetera ratificavit et approbavit omnes et singulas donationes quas fecerat inter vivos, ita quod si non valerent iure donationis, saltem valerent iure legati. Universales autem heredes sibi instituit eccl. Cervien. pro una parte et conventum Fr. Pred. de Bon. pro secunda, et conventum Fr. Pred. de Luca pro tertia; et mandavit quod si quis ex heredibus suis vel legatariis aliquo modo venirent contra test. et ordinationem suam, quod ipso iure esset privatus omni legato et comodo sibi relicto; et quod comiss. sui non deberent admittere successorem suum ad bona que predictus episc. relinquebat eccl. Cervien. nisi primo ratificaret, approbaret et hemologaret testamentum predictum. Mortuo igitur predicto episcopo, provisum fuit per summum pontif. d. Bonifacium pp. VI (*sic*) de venerabilli patre fr. *Antonio* Fr. Ord. Min., qui dum venisset Bon. et peteret se poni in possess. bonorum sibi relictorum per suum predecessorem, non fuit admissus per comissarios, eo quod recusabat ratificare et approbare test. predictum. Tandem post aliquam altercationem factum fuit compromissum in ven. patrem fr. Iohannem Bonon. episc. de omnibus questionibus que possent oriri occasione dicti test. inter episcopum Cervien. et Fratres Pred. de Bon. et de Luca, et omnium eorum quorum posset interesse. Facto compromisso, predicte partes de comuni concordia, non expectata sententia arbitri, scilicet episcopi Bon., fecerunt divisionem, et missis sortibus, date sunt cuique sue portiones, et pro coequatione partium recepit episcopus Cervien. secundam quantitatem pecunie; fuerunt etiam data, in signum divisionis et concordie, hinc inde instrumenta; et apud episcopum Cervien. remanserunt quedam instrumenta quorundam bonorum que tunc non fuerunt divisa. Et in dicta divisione concorditer facta prefatus episcopus Cervien. approbavit et ratificavit totum test. sui predecessoris, et partes hinc inde se obligaverunt ad penam D lib. bon. si contravenirent. Et nichilominus dictum fuit inter partes, quod predicta divisio concorditer facta, deberet ratificari per sententiam d. Bonon. episcopi arbitri et arbitratoris, licet hoc non fuerit in instrumento divisionis expressum. Premissis igitur sic peractis, omnibus possidentibus in pace que obvenerant sibi in partem, prefatus fr. *Antonius* nunc episc. Cervien. quasi inmemor omnium predictorum, post aliquod tempus venit et intendit infringere omnes donationes factas etiam inter vivos per suum predeces-

sorem, et totum testamentum et divisionem concorditer factam infringere. Supponatur etiam in predicto themate quod, tempore quo fr. Thedericus q. episc. Cervien. creatus fuit episcopus, ecclesia Cervien. non habebat nec possidebat in civit. vel dyoc. Bonon. aliqua predia rustica vel urbana, et supponatur etiam quod redditus eccl. Cervien. qui erant ad plus ad valorem D lib. bon., erant bene necessarii ad sumptus convenientes et decenter faciendos pro episcopo et sua familia.

Modo queritur ex predictis, primo, quid iuris sit de possessionibus quesitis per q. Cervien. episcopum antequam esset episcopus, utrum de predictis possess. potuerit legittime testari, et maxime relinquendo Fratribus Predic., de quorum Ordine erat quando acquisivit predictas possess. Et dato quod bene potuerit eis relinquere, queritur secundo, de donationibus factis a predicto episcopo inter vivos predictis monasteriis, in pecunia numerata, sub premissis condictionibus, et utrum potuerint confirmari in testamento, si predicte donationes inter vivos facte habuissent aliquem defectum iuris canonici vel civilis. Et dato quod predicte donationes valeant, ut videtur, iure donationis vel legati, quia fuerunt rei mobillis, scilicet in pecunia, queritur tertio quid iuris de donationibus factis rerum inmobilium vel etiam de inmobilibus in testamento relictis, iure institutionis vel legati, utrum, licet ex presumptione iuris, predicta inmobillia videantur quesita ex bonis et redditibus eccl. Cervien. Contra predictam presumptionem valeat hoc, videlicet quod episcopus quondam multa quesivit ex industria, et quod redditus possessionum que non pertinebant ad eccl. Cervien. ascendunt ad maiorem extimationem quam sit pretium vel extimatio predictarum possess. quas donavit vel in testamento reliquit episcopus Cervien. Queritur etiam utrum veniendo contra testamentum et litem contestando, sit privatus omni comodo sibi in dicto test. relicto, et utrum inciderit penam D lib. bon. in instrumento divisionis appositam. Insuper etiam queritur utrum episcopus Cervien. possit convenire et agere contra Fratres Pred. conveniendo et trahendo eos coram Auditore d. Legati, et utrum obstet exceptio illa de compromisso facto in d. Bonon. episcopum, quasi ipse debeat esse iudex, ex vi compromissi facti in eum. Et predicta exceptio possit opponi, non obstante quod lix est contestata coram Auditore; et utrum saltem per beneflicium restitutionis in integrum possint Fratres Pred. admitti ad opponendum predictam exceptionem; et an dato quod d. Auditor nolit admittere predictam exceptionem nec beneflicium restit. in integrum indulgere, utrum, in eo casu, possit appellari ab eo tamquam a[b] in[i]iusto gravamine illato Fratribus Predicatoribus.

Arch. S. Dominici, 76/7410, R. P. n. 28. — Exempl. non auth. [1]. In dorso manu saeculi XVIII, ut videtur: « Resoluzione sopra il testamento e donazioni di fr. Teodorico Vescovo di Cervia contro il suo successore fr. *Antonio* dal Monte della Guardia dell' Ordine dei Minori ».

---

[1] Sub eodem numero habetur aliud exempl. eiusdem facti narrationis differens tantum in praefatione ut infra. « Quia ex facto ius oritur ut [...] ad legem atque l. si [...] melius capi et facta nisi sint evidentissime lucidata plerumque prudentissimos falunt ut [...] de [...] et facit magis l. n.; idcirco intendo breviter exponere factum et thema questionis que vertitur inter venerabillem patrem fr. *Antonium* episcop. Cervien. et Fratres sive conventus Fr. Predic. de Bon. et de Luca et monasteriorum S. Agnetis, S. Marie Magd. et S. Mathye occasione testamenti q. fr. Thederici q. episc. Cervien. Factum igitur sic se habet. Certum est » etc.

1599. Bononiae et Ravennae, 31 octobris 1300 — 10 ianuarii 1301.

Acta causae.

In nomine Domini. Anno eiusdem MCCC, ind. XIII, pontif. santissimi patris d. Boniffacii pp. VIII anno sexto, die lune ultimo mensis octobris. Vangnolus Petri de Aquasparta portarius et nuntius iuratus rever. patris et d. fr. *Mathei* Portuensis et S. Rufine episc. apost. Sedis Legati, retulit mihi Iacobo not. de Tuderto scribe actorum curie ipsius d. Legati, se de mandato ven. viri d. Symonis de Maruilla canonici Meten. d. Pape ac prefati d. Legati capellani et causarum curie ipsius Legati generalis Auditoris, ab ipso d. Legato specialiter deputati, ad instantiam ven. patris d. fr. *Antonii* Dei gratia episc. Cervien. citasse die sabati prox. preter. Priorissam et convent. et monast. S. Mathie sive S. Marie de Monte Guardie Bonon. dioc., et ven. patrem d. fr. Franciscum episc. Salubrien. et fr. Stephanum Ord. Pred. procuratorem Prioris et conventus Fr. Pred. de Luca, personaliter inventos, nec non Abbatissam et conv. monasterii dominarum S. Marie Madalene de Valle Preda de Bon. apud monast. supradictum, et mandavisse illis quod hodie deberent coram dicto d. Auditore comparere ad respondendum de iure d. episcopo Cervien. predicto.

Eodem die ... Comparentibus in iudicio coram ... Auditore prefato, Bononie in episcopali palatio, in quo prefatus d. Legatus morabatur, hora vesperar. ad ius reddendum pro tribunali sedente, ven. patre d. fr. *Antonio* episc. Cervien. principali pro se ipso et ecclesia sua Cervien. predicta, ex una parte, et magistro Thomasino de S. Georgio sindico et procur. Abbatisse et convent. monast. S. Agnetis, Priorisse et conv. monast. S. Marie Madalene de Valle Petra, et Priorisse et conventus monast. S. Mathie sive S. Marie de Monteguardia, nec non Prioris et conv. Fr. Pred. de Bon. ac etiam sindic. et procur. substitut. a fr. Stephano sindico et procur. Subprioris et conv. Fr. Pred. de Luca, sindicario et proc. nomine pro omnibus et singulis supradictis ex altera, idem d. Thomaxinus, sindic. et proc. nomine et singulorum predictorum, suorum sindicat. et procurat. instrumenta exhibuit ... Et idem d. Auditor eidem d. fr. *Antonio* episcopo ad comparendum coram eo ad dicendum et dandum in scriptis quidquid dicere voluerit contra instrumenta sindicat. et procurat. per dictum magistrum Thomaxinum exhibita, ad diem iovis prox. vent. si dies iuridica fuerit, alioquin ad primam ex tunc sequentem diem iuridicam, terminum peremptorium assignavit; et interim recipiat copiam de eisdem, quam sibi fieri et exhiberi mandavit, mandans nichilominus quod tunc compareant ambe partes, ulterius in dicta causa quantum de iure fuerit processur.

Die iovis III mensis novembris. Comparentibus in iudicio coram *etc.* ... suprascriptis d. fr. *Antonio* episc. Cervien. principaliter pro se ipso et eccl. sua predicta pro se ex parte una, et mag. Thomaxino de S. Georgio sindico et proc. ... ex altera ... idem d. fr. *Antonius* episc. contra instrumenta sindicat. et procurat. per dictum mag. Thomaxinum exhibit. pro conventu Fr. Pred. de Luca, et quoddam aliud procurat. per eundem exhibit., quasdam exceptiones verbo proposuit, dicens quod in scriptis proponere non potuit, quia citius ipsorum procuratoriorum copiam habere nequivit; exhibuit etiam contra Abbatissam et convent. predicti monast. S. Agnetis, et Priorissam et conv. predicti monast. S. Madalene, et Priorissam et conv. predicti monast.

S. Mathie, et contra Priorem et conv. Fr. Pred. de Bon. quosdam libellos in presenti causa, et de mandato ipsius d. Auditoris, eidem mag. Thomaxino libellos consimiles tradidit, quorum tenores inferius describentur. Quibus sic peractis, idem d. Auditor eidem mag. Thomaxino ad comparendum coram eo ad proponendum et dandum in scriptis omnes dilatorias et declinatorias exceptiones, quas dare et proponere voluerit contra libellos prefatos, et eidem d. episcopo ad dicendum et dandum in scriptis quidquid dicere et dare voluerit contra predicta instrumenta sindicat. et procurat. predicti mag. Thomaxini, contra que verbo exceptiones proposuit, ad diem martis p. v. si dies *etc.* ... terminum peremptorium assignavit, mandans *etc.* ...

Die martis VIII predicti mensis novembris. Comparentibus in iudicio coram *etc.* ... suprascriptis d. fr. *Antonio* episc. ... ex parte una, et mag. Thomaxino ... ex altera, idem magister Thomaxinus contra libellos supradictos, per dictum d. episcopum in huiusmodi causa exhibitos, quasdam exceptiones in scriptis exhibuit, quarum tenor in sequentibus describetur; et idem d. episcopus Cervien. contra instrumenta quedam sindicat. dicti magistri Thomaxini, quasdam exceptiones in scriptis exhibuit, quarum tenor inferius describetur. Prefatus vero Auditor eisdem partibus ad comparendum coram eo, ad replicandum in scriptis quidquid replicare voluerint, scilicet eidem mag. Thomaxino (contra exceptiones) contra instrumenta sindicat. seu procurat. suarum predictarum per d. episcopum Cervien. exhibit., et eidem d. episcopo Cervien. contra exceptiones contra libellos suos per dictum mag. exhibit., ad diem iovis p. v. si dies *etc.* ... terminum peremptorium assignavit, et interim recipiant copiam de eisdem, quam eis fieri et exhiberi mandavit, mandans nichilominus *etc.* ...

Tenor predictarum exceptionum per dictum d. episcopum Cervien. contra sindicat. et procurat. predicti mag. Thomaxini exhibit. talis est:

« Coram vobis *etc.* ... contra instrumentum substitutionis quo utitur dictus d. Thomaxinus de S. Georgio, asserens se procur. substit. a fr. Stephano Bon. Ord. Fr. Pred. de Bon. tamquam a sindico et procur. generali conventus Fr. Pred. de Luca excipiendo, dicit fr. *Antonius* de Ord. Min. Cervien. episc. dictum d. Thomaxinum, tamquam substit. dicti fr. Stephani, audiendum non esse, ex eo et pro eo quod dicit dictum fr. Stephanum, tempore dicte constitutionis et substitutionis, et ante et post, fuisse regularem et professum Ord. Pred. de Bon. et conventus Fr. Pred. de Bon., negans commissionem sibi factam sindicatus et procurat. tangere Ordinem generalem Fr. Pred.; et si predicta non vendicent sibi locum quod negat dictus fr. *Antonius* episc. Cervien. [...]ea sibi vendicant, dicit adhuc dictum d. Thomaxinum audiendum non esse, cum in tali constitutione facta de dicto fr. Stephano, neget consensum sui superioris intervenisse, sine cuius consensu in iudicio esse non potuit, salvis omnibus aliis suis exceptionibus competentibus et competituris.

« Item contra instrumentum substitut. quo utitur dictus d. Thomaxinus, facte per dictum fr. Stephanum asserentem se procurat. fr. Ugonis de Luca Ord. Fr. Pred. Prioris Provincialis Roman. Provincie et fr. Opezonis de Luca eiusdem Ord. Prioris conventus Fr. Pred. et d. Veltri medici de Luca commiss. test. et ultime voluntatis q. d. fr. Thederici eadem gratia episc. Cervien. excipiendo, dicit dictus fr. *Antonius* dictum d. Thomaxinum pretextu dicti instrumenti sindicat. et substit. audiendum non esse, et hoc cum dictus d. Veltrus, tempore dicte constitut. et substitut. fuit (et) fuerit secularis persona, et aliis causis et rationibus supra in supradictis exceptionibus propositis, quas in hac exceptione innovat et confirmat ».

Tenor autem unius predictorum libellorum per dictum fr. *Antonium* Cervien. episc. exhibit., scilicet contra Pred. Fratres talis est:

« Coram vobis ven. patre et d. d. *Mattheo* miseratione divina Portuen. et S. Rufine episc. nec non sacrosancte apost. Sedis Legato, dicit et proponit fr. *Antonius* de Ordine Minorum Cervien. episc. contra Priorem, capit. et convent. Fr. Pred. de Bon., quod fr. Thedericus in Ord. Pred. professus, episc. Cerv., mutuavit Fratribus Pred. de Bon. DC lib. bon. supra domos et stationes que fuerunt olim d. Marchisini de Richadonis, que pervenerunt ad ipsos Fratres occasione testament. dicti d. Marchisini et eius uxoris; que pecunia reddenda (est) [1] ad dictum fr. *Antonium* memoratum episc. vel ad eccl. Cervien. condictione ex lege « iubemus ad revocandum ». Quare petit predictum Priorem, capit. et convent. condempnari debere ad predictam quantitatem peccunie restituendam; et si contradicatur, petit expensas; et predicta petit, omni modo, iure et forma, quo et qua melius potest ».

Tenor vero aliorum libellorum per dictum d. episcopum Cervien. contra Priorissam et convent. predicti monast. S. Mathie exhibit. talis est:

« Coram vobis *etc.* ... dicit et proponit fr. *Antonius* de Ord. Min. Cervien. episc. contra Priorissam, Subpriorissam, capitulum et conventum S. Mathie sive S. Marie de Monte Guardie, quod frater Thedericus, in Ord. Fr. Pred. professus, tunc episc. Cervien., donavit, et ex causa donationis tradidit monast. et Dominabus predictis unum casamentum cum duabus domibus sitis super dicto casamento, et quasdam petias terre arat. vineat. et prativ. posit. in curia Urbizani, continentes in se CXL'I tornat. et duas tabulas, iuxta ... et iuxta possessiones *monast. S. Francisci,* extra circlam strate S. Stephani, pacto interposito, quod decima pars fructuum dicti casamenti et petie terre perveniat ad ipsum monast., alie novem partes perveniant ad Fratres Pred. S. Roman. de Luca; quod casamentum et petie terre sunt bene valoris et extimationis MD lib. bon. et possidentur per predictas Dominas et convent. Quare cum predicta donatio non tenuerit ipso iure, (et) casamentum et petie terre predicte pertineant ad eccl. Cervien. condictione ex lege « iubemus ad revocandum », petit vestra sententia declarari, dictam donationem fore et fuisse nullam, et Priorissam et conventum predicti monast. condempnari debere ad restitutionem dictarum rerum, resindendo, distrahendo et revocando predicta, in quantum de facto processerunt, condempnando etiam donatarium in tantundem ipsi ecclesie Cervien. (secundum formam iuris) et quod in condempnatione vestra habeatur ratio fructuum perceptorum et percipiendorum. Et si contradicatur, petit (condempnationem fieri ad) expensas, et predicta petit omni modo *etc.* » ...

Tenor vero alius libellorum per dictum d. episcopum contra monasterium S. Agnetis predictum exhibit. talis est:

« Coram vobis *etc.* ... dicit et proponit fr. *Antonius* de Ord. Minorum Dei gratia Cervien. episc. quod fr. Thedericus in Ord. Fr. Pred. professus, precessor suus, dum esset episc. Cervien. donavit et titulo donationis tradidit monast. et Dominabus S. Agnetis de Bon. unam petiam terre arat. vineat. et prativ. supra qua sunt duo domus cupate posit. iuxta stratam publicam ... et iuxta flumen Sapyne, que petia terre continet C tornat., hoc pacto quod decima omnium fructuum pervenire debeat

[1] Haec et aliae infrascr. interpositiones parenth. clausae sumptae sunt ab exemplo partis eorumdem actorum in eodem arch. 76/7410, R. P. nn. 27, 28 asservato.

ad dictum monast. et VIIII partes ad Fratres Pred. de Bonon. — Item quod eidem monast. et Dominabus eodem titulo, donavit et tradidit quamdam aliam petiam terre arat. super qua sita est una domus, posit. in guardia Bonon., in loco ubi dicitur « Fraseno » sive « Larcovezo », iuxta *etc.*, que continet in se XXVII tornat., simili pacto et condictione. — Item quod eidem monast. et Dominabus (eodem titulo) donavit et tradidit unam aliam petiam terre (arat.) continentem in se VIII tornat., posit. in dicta guardia et loco, iuxta *etc.*, que petie terre sunt valoris et extimationis MMM lib. bon., et possidentur per dictas Dominas et conventum monast. predicti. Quare cum predicta donatio non teneat nec tenuerit ipso iure, et petie terre predicte pertineant ad eccles. Cervien. condictione ex lege « iubemus ad renovandum », petit vestra sententia declarari dictam donationem fore et fuisse nullam, et Priorissam capit. et conv. dictarum Dominarum condempnari debere ad restitutionem dictarum rerum, resindendo *etc.* ».

Tenor autem alius libellorum per dictum d. episcopum contra Abbatissam et conventum predicti monast. S. Marie Madalene exhibit. talis est:

« Coram vobis *etc.* ... dicit et proponit fr. *Antonius* de Ord. Min. Cervien. episc. contra Priorissam, Subpriorissam Dominarum et convent. S. Marie Magdal. de Valle Preda, quod fr. Thedericus, in Ord. Pred. professus, tunc episc. Cervien., donavit et titulo donationis tradidit monast. et Dominabus predictis unam petiam terre arat. vineat. et prativ. super qua site sunt due domus cum quadam columbaria, que continet in se CLXXXI tornat. et III partes alterius tornat. et XII tabull., in curia S. Marie in Donis et Saleti, iuxta *etc.*, hoc pacto quod fructus predicte petie terre perveniat pro decima parte ad dictum monast., et pro VIIII partibus ad Fratres Pred. de Bon., que petia terre est (bene) valoris et extimat. MM lib. bon. et possidetur per predictas Dominas et conventum. Quare cum predicta donatio non tenuerit ipso iure, et predicta petia terre pertineat ad eccl. Cervien. ex eo quod idem d. episcopus habet condictionem ex lege « iubemus ad revocandum », petit vestra sententia declarari *etc.* ».

Tenor autem alius libellorum per dictum d. episcopum contra Priorissam et conventum supradicti monast. S. Mathie exhibit. talis est:

« Coram vobis *etc.* ... dicit et proponit fr. *Antonius* de Ord. Min. Cervien. episc. contra Priorissam, Subpriorissam, capit. et convent. Dominarum monast. S. Mathie extra circulum burgi S. Catarine de Saragoza, quod idem conventus et Domine tenent et possident petiam unam terre vineat. posit. in guardia civit. Bon., in loco qui dicitur « Valdenega », X tornat., iuxta *etc.*, que petia terre pertinet iure dominii vel quasi ad eccl. Cervien.; quare petit Priorissam, capit. et conventum predictarum Dominarum sibi condempnari debere ad restitutionem predicte petie terre, et ad fructus perceptos et percipiendos; et si contradicatur petit expensas; et predicta petit omni modo *etc.* ».

Tenor autem exceptionum per supradictum Thomaxinum mag. exhibit. contra libellos prefatos talis est:

« Coram vobis rev. viro d. Symone auditore ven. patris d. fr. *Mathei* miseratione divina Portuen. et S. Rufine episc. apost. Sedis Legati, Thomaxinus de S. Georgio procur. et sindicus Priorisse Sororum et capit. et conv. Dominarum monast. S. Mathie et S. Marie de Monteguardie, contra libellum porectum eidem Thomaxino per ven. patrem d. fr. *Antonium,* qui se dicit Cervien. episc., excipiendo proponit, dictum

fr. *Anthonium* audiendum non esse, super contentis in ipso libello, cum pro eo quod idem d. fr. *Anthonius* non debet admicti ad agendum nomine eccl. Cervien. sine consensu sui Capituli, pro rebus et negotiis eccl. Cervien., cum pro eo quod dicit ipsum d. episc. audiri non debere super contentis in ipso libello, ex eo quod questio pendet inter easdem personas super rebus petitis in dicto libello coram Vicario d. Bon. episcopi, et easdem exceptiones proponit contra utrumque libellum, et dicit declarari debere et elligere contra quod monasterium dictus d. Cerviensis super dictis rebus suam velit dirigere actionem, et dicit libellum sub distinctione non debere admitti. — Item excipiendo dicit dictum libellum non esse admittendum cum in eodem libello agatur ad rem et fructus perceptos et percipiendos et ad penam, petendo condempnari donatarium in tantundem, et dictus dominus non debeat inhonestis questibus inhiare et cum alterius locupletari iactura, et predicta proponit alternative et disiunctive, salvis aliis suis exceptionibus. — Et easdem exceptiones proponit contra petitionem porectam eidem Thomaxino sindico Prioris, capit. et convent. Fratrum Pred. de Bon. per dictum d. episcopum Cervien., dicens predictum libellum ineptitudinem expressam continere, ut apparet ex ipsius serie. — Item contra petitionem porectam per dictum d. episcopum eidem Thomaxino sindico Priorisse, Sororum, capit. et conventus monasterii S. Agnetis de Bon., et petit declarari libellum ibi « iuxta stratam publicam etc. ». — Item contra aliam petitionem porectam per predictum d. episcop. eidem, contra sindicum Priorisse, capit. et convent. monast. S. Marie extra circulum burgi S. Katherine. — Item contra petitionem porectam per dictum d. episcopum eidem, contra sindicum Priorisse, Sororum, capit. et convent. monasterii S. Marie Magd. de Valdepreta, excipiendo, proponit omnia et singula suprascripta nomine eorum omnium quorum est sindicus et procurator ».

Die sabbati XII predicti mens. novembris. — Comparentibus in iudicio coram *etc.* ... suprascriptis d. fr. *Antonio* episc. ... ex parte una, et magistro Thomaxino sindico et procur. nomine quo supra, ex altera, idem d. Cervien. episcopus contra exceptiones superius per dictum mag. Thomaxinum contra libellos suos exhibitas, quasdam replicationes in scriptis exhibuit, quarum tenor infra prox. describetur. Idem d. Auditor eisdem partibus, ad comparendum coram eo, cum advocatis suis, ad allegand. de iure super exceptionibus et replicationibus supradictis hinc inde propositis, ad diem mercurii prox. vent., si dies *etc.* ... terminum assignavit, mandans nichilominus *etc.*

Tenor autem predictarum replicationum per dictum d. episcopum Cervien. exhibitarum talis est:

« Replicando (contra) exceptiones opositas per d. Thomaxinum de S. Georgio, qui se dicit procur. et sindicum *etc.* ... petitiones dicti d. fr. *Anthonii* episc. aptitudinem et certitudinem continere, et confinia certa aposita in rebus que continentur in dictis petitionibus, et non obstantibus dictis frivolis exceptionibus que opponuntur super incertitudine et ineptitudine petitionum, et alternatione dictarum petitionum, que continentur in dictis petitionibus, vel aliquam ipsarum pendere coram episcopo Lucano sive coram Vicario dicti d. episcopi; et ante omnia dicit dictum d. Thomaxinum iurare debere quod malitiose et non animo diferendi opponit exceptionem supra prox. negatam ».

Die iovis XVII predicti mens. novembris. — Comparentibus in iudicio coram *etc.* ... suprascriptis d. fr. *Antonio* episc. ... ex parte una, et mag. Thomaxino ... ex altera;

idem mag. Thomaxinus, nomine quo supra, contra replicationes superius per dictum d. episcopum contra exceptiones suas exhibit. quasdam triplicationes in scriptis tradidit, quarum tenor infra prox. describetur; et prefatus d. Auditor eisdem partibus ad comparendum coram eo, cum advocatis suis, ad allegandum de iure super hinc inde propositis, ad diem crastinam, si dies *etc.* ... terminum assignavit, mandans nichilominus *etc.*

Die veneris XVIII pred. mens. novembris. — Comparentibus in iudicio *etc.* ... suprascript. d. fr. *Antonio* episc. ... ex parte una, et mag. Thomaxino ... ex altera, cum advocatis suis, et super exceptionibus et replicationibus supradictis per advocatos ipsarum partium satis disputato et allegato, idem d. Auditor eisdem partibus ad comparendum coram eo, cum advocatis suis, ad allegandum de iure quidquid allegare voluerint, super hinc inde propositis, ad diem crastinam, si dies *etc.* ... hora vesperar., terminum assignavit, mandans nichilominus *etc.* ...

Die sabbati XVIIII pred. mens. novembris. — Comparentibus in iudicio coram *etc.* ... supradictis d. fr. *Antonio* episc. ... ex parte una, et mag. Thomaxino ... ex altera, cum advocatis suis, et super exceptionibus et replicationibus supradictis per advocatos ipsarum partium aliquandiu allegato, idem d. Auditor terminum datum ad hodie, ad diem lune prox. vent., si dies *etc.* ... statuit et prorogavit ad idem.

Die lune XXI pred. mens. novembris. — Comparentibus in iudicio coram *etc.* ... supradictis d. fr. *Antonio* episc. ... et mag. Thomaxino ... cum advocatis suis, et super exceptionibus et replicationibus supradictis per advocatos ipsarum partium diutius disputato, idem d. Auditor eidem mag. Thomaxino procur. ad comparendum coram eo ad contestandam litem super predictis libellis per dictum d. episcopum superius exhibitis, nisi proposita impediant, ad diem crastinam, si dies *etc.* ... ante tertiam, terminum peremptorium assignavit, mandans nichilominus *etc.*

Die iovis XXIIII predicti mens. novembris. — ... Comparentibus in iudicio coram *etc.* ... supradictis d. fr. *Antonio* episc. ... et mag. Thomaxino ... idem d. fr. *Antonius* Cervien. episc. petiit litem contestari super libellis suis predictis. Prefatus vero mag. Thomaxinus dixit quod litem super predictis libellis contestari non tenetur, et quod non habuit omnium libellorum per dictum d. episcopum contra predictos Dominos suos exhibitorum nisi quinque libellorum superius registrat. consimiles, contra quos exhibuit exceptiones pro parte sua; et predictus d. Auditor mandavit eidem mag. Thomaxino, quod super dictis quinque libellis registratis litem contestari deberet; et de ipsius d. Auditoris mandato, idem mag. Thomaxinus iuravit ad sancta Dei Evangelia, corporaliter tacto libro, dicere veritatem de hiis de quibus interrogatus fuerit; et interrogatus ab eo, per iuramentum respondit quod plures libellos non recepit in dicta causa ab ipso d. episcopo contra Dominos suos predictos, quam dictos quinque libellos superius registratos. Predictus quoque d. Auditor interrogavit dictum mag. Thomaxinum procur. si supradicti Abbatissa, Priorisse, conventus seu capitula suprascriptorum monast., quorum sindicus et procurator existit, sint in possessione vel quasi supradictarum rerum inmobil. in supradictis quinque libellis superius registratis contentarum. Respondit idem mag. Thomaxinus quod credit. Prefatus igitur d. Auditor mandavit eidem mag. Thomaxino procur. quod, non obstant. exceptionibus suis supradictis, deberet litem contestari, super predictis quinque libellis superius registratis, per alteram partem in dicta causa exhibit.; prenominatus enim d. fr. *Antonius* episc. animo litem contestandi super predictis quinque libellis, per eum superius

exhibitis, dixit narrata, prout narrantur in dictis libellis, vera esse, et petita in eis sibi fieri debere; memoratus vero mag. Thomaxinus ... animo litem contestandi super predictis quinque libellis per eum superius exhibit. narrata, prout narrantur, in dictis libellis, vera esse, et dixit petita in eis sibi fieri non debere. Et statim de mandato ipsius d. Auditoris, iuratum est de calumpnia et de veritate dicenda in causa predicta, cum omnibus clausulis que in iuramento calumpnie continentur, per predictos d. fr. *Antonium* episc. principalem manum tenentem ad pectus, libro Evangeliorum sibi preposito, ut moris est, et per dictum mag. Thomaxinum procur. ad sancta Dei Evangelia, corporaliter tacto libro. Quibus sic peractis, idem d. Auditor eisdem d. episcopo principali, et mag. Thomaxino proc. ad comparendum coram eo ad dandum in scriptis omnes positiones quas hinc inde pro prima, secunda et tertia dilationibus dare voluerint in dicta causa, ad diem martis prox. vent., si dies *etc.* ... terminum peremptorium assignavit, mandans nichilominus *etc.* ... Item eisdem partibus ad comparendum coram (eo), scilicet predicto d. episcopo ad dandum iterato alios predictos libellos, quos dictus mag. Thomaxinus dixerat se non recipisse, et eidem mag. Thomaxino ad recipiend. libellos predictos, ad diem sabbati prox. vent., si dies *etc.* ... terminum perempt. assignavit.

Die lune XXVIII pred. mens. novembris. — Comparentibus iudicio coram *etc.* ... predictis d. fr. *Antonio* episc. ... ex parte una, et mag. Thomaxino ex altera, idem d. fr. *Antonius* episc. contra Priorem et convent. Fr. Pred. de Bon. quendam libellum in scriptis et, de mandato ipsius d. Auditoris, libellum consimilem eidem mag. Thomaxino ipsorum Prioris et conventus sindico et proc. tradidit, cuius tenor in sequentibus describetur. Et dictus d. Auditor, de consensu ipsarum partium, terminum datum in dicta causa, ad dandum in scriptis omnes positiones ad diem crastinam, ad diem sabbati prox. vent., si dies *etc.* statuit et prorogavit ad idem; mandans nichilominus eidem mag. Thomaxino, quod dicta die sabbati perempt. compareat coram eo ad respondendum predicto libello, contra dictos Priorem et conventum Fr. Pred. de Bon. hodie tradito, nisi proposita interim contra eum impediant.

Die sabbati III mens. decembris. — Comparentibus in iudicio coram *etc.* ... supradictis d. fr. *Antonio* episc. ... ex parte una, et mag. Thomaxino ... ex altera; idem magister Thomaxinus contra ultimum libellum, superius die lune prox. pret. per dictum d. episcopum contra Priorem et conventum Fr. Pred. de Bon. quasdam exceptiones in scriptis exhibuit, quarum tenor in sequentibus describetur.

Prenominatus quidem d. fr. *Antonius* episc. Cervien. constituit, apud acta, procuratores suos, in tota dicta causa, magistros Georgium de Albergatis de Forolivio, et Raynaldum de S. Genesio ibidem presentes et mandatum suscipientes, et [1] absentem tamquam presentem, et quemlibet eorum in sollidum, ita quod non sit melior condictio occupantis, sed quod per unum eorum inceptum fuerit, alii vel alius possit prosequi et finire, dans eis et cuilibet eorum potestatem agendi, defendendi *etc.* ... et generaliter omnia alia et singula faciendi, que in tota dicta causa ... fuerint utilia et oportuna ... et que ipsemet facere posset si personaliter interesset, promictens se ratum et firmum habiturum, quicquid per dictos suos procuratores ... in causa predicta actum fuerit.

Quibus sic peractis, dictus d. Auditor, non obstantibus predictis exceptionibus per dictum mag. Thomaxinum superius contra dictum ultimum libellum exhibitis,

---

[1] Spatium vacuum.

mandavit litem contestari super libello prefato. Prefatus vero mag. Georgius de Forolivio procurator procurat. nomine supradicti d. fr. *Antonii* Cervien. episc. animo litem contestandi super libello predicto, per dictum d. episcopum contra Priorem et convent. Fr. Pred. de Bon. ultimo exhibito, dixit narrata in dicto libello esse vera prout narrantur, et petita in eo sibi, dicto procur. nomine, fieri debere. Predictus autem mag. Thomaxinus sindicus et procur. predictorum Prioris et convent., sind. et proc. nomine pro eisdem, animo litem contestandi super predicto libello, negavit narrata, prout narrantur in ipso libello, vera esse, et dixit petita in eo fieri non debere. Et statim de mandato ipsius d. Auditoris iuratum est de calumpnia et de veritate dicenda, in causa predicta, per dictos procuratores magistros Georgium et Thomaxinum, cum omnibus clausulis *etc.* Predictus igitur d. Auditor eisdem procuratoribus, eodem d. episcopo presente, ad comparendum coram eo, ad dandum in scriptis omnes positiones quas hinc inde pro prima, secunda et tertia dilatione dare voluerint, hinc inde, in dicta causa, ad primam diem iuridicam post Epiphaniam Domini prox. vent. terminum peremptorium assignavit, mandans nichilominus *etc.*

Quibus omnibus sic propositis et actis, idem d. fr. *Antonius* episc. Cervien. coram dicto d. Auditore, adhuc ad ius reddendum pro tribunali sedente, presente mag. Thomaxino sindic. et procurat. prefato, in causa predicta, in qua contra dictos Priorem et convent. Fr. Pred. de Bon. primo exhibuit alium libellum, et contra Abbatissam et convent. S. Agnetis, Priorissam et convent. S. Marie Magdal. de Valdepreda, et Priorissam et convent. S. Mathie Mon. Bononie alios suprascriptos libellos exhibuit, constituit, apud acta, procuratores suos dictos magistros Georgium de Forolivio et Raynaldum de S. Genesio presentes et mandatum suscipientes, et [1] absentem tamquam presentem, et quemlibet eorum in sollidum, ita quod non sit melior condictio occupantis ... dans eis ... potestatem agendi ... et generaliter omnia et singula faciendi ... promittens se ratum et firmum habiturum quicquid per dictos suos procurat. in causa predicta actum fuerit ... Et hiis sic actis idem d. Auditor terminum datum, ad dandum positiones in dicta causa, ad hodie, ad primam diem iuridicam post Epiphaniam Domini prox. vent. statuit et prorogavit ad idem.

Tenor autem supradicti libelli per dictum d. episcopum Cervien. ultimo superius, in dicta causa, contra dictos Priorem et convent. Pred., super quo est hodie litis contestatio facta, exhibiti talis est:

« In Christi nomine, amen. Coram vobis *etc.* ... dicit et proponit fr. *Antonius* de Ord. Min. episc. Cervien. contra Priorem, capit. et convent. Fr. Pred. de Bon. et contra quamlibet personam intervenientem pro eis, quod d. fr. Thedericus in Ord. Pred. professus, tunc Cervien. episc., fecit testamentum, in quo test. partem legati (*sic*) et reliquid Fratribus antedictis unum paramentum completum, cum mitra frisiata cum frisio aureo brustito, et faldistorio nigro, et ad dictos Fratres Pred. pervenit et pervenerunt predicta, que omnia pertinent ad dictum fr. *Antonium* episc. sive ad eccl. Cervien. Quare cum non potuerit testari, maxime super rebus divino cultui deputatis, petit vestra sententia declarari test. ipsius d. fr. Thederici, tunc Cervien. episc., nullum fore et fuisse, ipso iure, quoad premissa, nec tenuisse dictum legatum, et dictum paramentum, una cum dicta mitra et aliis que continentur in ipso legato, restituend. esse per predictum convent. et Fratres predicto fr. *Antonio* episc. memorato, cum predicte res ad eum pertineant, sive ad eccl. Cervien., iure dominii vel quasi ».

[1] Spatium vacuum.

Tenor autem supradictarum exceptionum contra dictum libellum per prefatum mag. Thomaxinum sind. et proc. exhibitarum, talis est:

« Contra petitionem porectam per fr. *Antonium* episc. Cervien., in qua petit a Priore, capit. et convent. Pred. de Bon. unum paramentum completum, cum mitra frisiata cum frisio aureo brustito et faldisterio nigro, excipiendo, proponit Thomaxinus de S. Georgio sind. et procurat. predictorum Prioris, Fratrum, capit. et convent. Pred. de Bon. supra dicta petitione non fore procedendum, nisi primo et ante omnia declaretur verbum illud in dicta petitione positum « pertinere », silicet quo iure pertineant predicta, in dicto libello petita, ad dictum episcopum et eccl. Cervien., et nisi fiat etiam copia testamenti fr. Thederici olim episc. Cervien., de quo fit mentio in dicto libello, salvis aliis suis exceptionibus ».

MCCCI, die sabbati VII ianuarii. ... — Comparuit coram ven. viro Symone de Maruilla Auditore prefato Ravenne in Raven. archiepiscopatu in quo morabatur prefatus dominus in domibus cantorum ipsius Raven. eccl., hora vesperar., ad ius reddendum pro tribunali sedente, magister Primiranus Iacobini de S. Georgio sind. et proc. supradictorum Prioris et conventus, ac substitutus a mag. Thomaxino de S. Georgio sind. et proc. ... tamquam a domino litis, per litis contestationem facto in dicta causa, sindic. et procur. nomine pro eisdem, et absente altera parte, instrumentum dicte sue constitutionis in scriptis exhibuit, cuius tenor infra prox. describetur, et petiit a dicto d. Auditore terminum datum ad hodie in dicta causa prorogari. Tenor autem predicti instrumenti constitutionis procurat. predicti mag. Primirani talis est:

« In nomine Domini, amen. Anno a nativit. eiusdem MCCCI die I ianuarii d. Thomaxinus de S. Georgio sind. et proc. ven. conventuum, ecclesiarum sive monasteriorum B. Dominici Fr. Pred. et SS. Agnetis, Mathie et Marie Magd. de Valle petra de Bon. in causis seu questionibus quas dicti conventus, eccl. seu monast. habent cum ven. patre d. fr. *Antonio* episc. Cervien. coram rev. d. Symone ... Auditore generali causarum, factus dominus earundem litium per contestationes earundem litium, per contestationem ipsarum, cum nequeat ad presens personaliter eisdem causis insistere, fecit et constituit et ordinavit dd. Pacem de Bon. ... Baldinettum, de cap. S. Marie, Marchum de cap. S. Thome not. d. episcopi Livien., omnes memoratos Forolivii, et Primiranum d. Iacobini Papazonis de Bon., et quemlibet eorum in sollidum ... procuratores, actores et sindicos et nuntios speciales in omnibus et singulis dictis causis generaliter ad agendum, defendendum *etc.* ... et generaliter et specialiter omnia et singula faciend. que ipsemet facere poterat ... Actum Bononie in eccl. Fr. Pred. Stephanus Armati not. ».

Die sabbati predicti, post premissa; constitutus coram me Iacobo not. supradicto prefatus mag. Primiranus sind. et proc. sindic. et procur. nomine quo supra, in predictis domibus cantorum Raven. eccl., et absente alia parte, quasdam positiones in scriptis, in dicta causa, pro parte sua exhibuit.

Die martis X pred. mens. ianuarii. — Constitutis in iudicio coram dicto d. Auditore, in predictis domibus cantorum hora vesperar. ad ius reddendum pro tribunali sedente, suprascriptis magistris Georgio de Forolivio proc. supradicti d. fr. *Antonii* Cervien. episc. procur. nomine pro eo, ex parte una, et Primirano proc. et sind. constituto a supradicto mag. Thomaxino ... tamquam a domino litis, per litis contestationem facto; idem magister Primiranus dixit et proposuit et notificavit prefatis d. Auditori et mag. Georgio procuratori, quod predictus magister Thomaxinus, qui

eum constituit, causa suspitionis, et quia habebat ipsum suspectum, eum revocavit ab officio sindicat. et procurat. predict. et instrumentum ipsius revocationis in scriptis ... exhibuit, cuius tenor talis est:

« In Christi nomine, amen. Anno Domini MCCCI die VIIII ianuarii. — D. Thomaxinus de S. Georgio sindicus et procurator Prioris Fratrum, capit. et conventus B. Dominici Ord. Pred. Fratrum de Bon., Dominarum Priorisse, Sororum, capit. et convent. monast. S. Agnetis de Bon., Dominarum Priorisse, capit. et convent. S. Mathie seu S. Marie Montis Guardie prope Bon. et Dominarum Priorisse, capit. et convent. monast. S. Marie Vallis Petre Madalene (*sic*) prope Bon., sindic. et proc. nomine omnium predictorum, et tamquam dominus litis et cause, seu litium et causarum, per litis contestat. que vertuntur inter d. episcopum Cervien. ex parte una, et ipsum d. Thomaxinum, nomine omnium predictorum, quorum est sindic. et procur., ex altera, coram rev. viro d. Symone Auditore ven. patris d. fr. *Mathei* Portuen. et S. Rufine episc. apostolice Sedis Legati, revocavit omne mandatum et procurationem factum et factam per eum ... in personam Primirani d. Iacobini de Papazonibus de S. Georgio de Bon. Actum Ravenne ... Ego Francischus Dominici Mascaronis not. predictis omnibus interfui et rogatus publ. scripsi ».

Et ego Gandolfinus Petri de Corvaria Imolen. dioc. ... not. predicta, prout in regestro actorum curie dicti d. Legati habitorum, coram dicto d. Auditore, mihi dato et assignato, per magistrum Iacobum not. de Tuderto et scribam actorum curie ipsius d. Legati, inveni, ita ... fideliter exemplavi, et de mandato et auctoritate prefati d. Auditoris in hanc publicam formam redegi.

Arch. S. Dominici, 76/7410, R. P. n. 26. — Exempl. [1] In dorso « Acta cause quam habent conventus Fr. Predic. de Bon. et de Luca cum episcopo Cervien. ».

1600. (Bononiae?), ..., ...

Alia acta eiusdem causae.

In Christi nomine, amen. Replicando d. fr. *Anthonius* episc. Cervien. contra exceptiones exhibitas pro parte d. fr. Francisci episc. Salubrien., dicit primam exceptionem ipsius d. fr. Francisci non obstare, tum quia non dicitur in ipsa exceptione, quod questio pendeat super domo, de qua questio movetur coram vobis d. Auditore, tum etiam quia idem d. fr. Franciscus reconveniendo ipsum episcopum Cervien. tacite assentit in conventione, quam facit idem d. Cerviensis, ab exceptione ipsa recedit agendo.

Secunda exceptio nichil valet, tum quia bona episcopi Cervien. sunt distinta a bonis sui capituli, tum quia causa, quam movet idem d. Cervien. eidem d. fr. Francisco Salubrien. episcopo, non est ardua, tum etiam quia, in veritate, habet consensum sui capituli, ut paratus est obstendere per publica documenta, si fuerit oportunum.

Tertia exceptio non obstat, quia non impedit litis contestat. cum sit peremptoria, si forte possit ipsa exceptio efficas iudicari. — Propter premissa dicitur, pro parte ipsius episcopi Cervien., quod, exceptionibus pro parte d. Salubrien. episcopi exhibitis non obstantibus, debere (*sic*) procedi ad litis contestationem.

---

[1] Eorundem actorum pars habetur etiam in eodem archivo *76/7410 R. P. nn. 27, 28.* — Exempl. non auth.

In Christi nomine, amen. Excipit et excipiendo proponit coram vobis, d. Auditor d. Legati, fr. *Anthonius* episc. Cervien. contra libellum exhibit. coram vobis, pro parte d. fr. Francisci Salubrien. episc., quod cum non agat nomine episcopat. Salubrien. vel alicuius eccl. sue, et ipse sit persona regularis, et nomine sue persone petere non possit quod dicit, et petit quod non debet audiri super libello per eum exhibito, presertim cum inspecta persona sua et causis in suo libello exhibito expressis, non possit sequi quod cumcluditur in libello, tum quia non fuit licitum episcopo operas suas locare, tum etiam [...] ecclesie horum spiritualium comprehensorum in ipso libello, non sit episcopo licitum petere pecuniam postulatam, et presertim in tanta quantitate; suficere debeat quod fuerint sibi ministrate expense et alia oportuna, si exercuit hoc quod narrat in ipso libello.

Replicando dicit et proponit fr. Franciscus episcopus Salubrien. contra exceptiones ven. patris d. fr. *Anthonii,* Dei gratia episc. Cervien., quas proposuit contra libellum exhibit. coram vobis, d. Auditor, per ipsum episcopum Salubrien., dicendo quod cum non agat nomine episcopatus Salubrien. vel alicuius eccl. sue, et ipse sit persona regularis, que nomine sue persone petere non potuit, exceptiones huiusmodi procedere, cum idem fr. Franciscus non reputetur persona regularis, cum non sit sub Priore aliquo Ord. Fr. Pred. quem fuit professus, set ab omni obedientia Ordinis absolutus, et cum non possit idem Salubrien. in suo episcopatu manere que (*sic*) violenter a sismaticis detinetur, nec habeat vel habere possit de redditibus eccl. unde vivat, et expensas sibi faciat indigenti; dicit licitum esse sibi locare operas suas multo magis quam alicui sacerdoti cum magis esset obbrobriosum toti clero quod episcopus mendicaret quod (*sic*) infelix clericus in plateis, et ideo dicit sibi licere locare operas suas et de labore manuum victum querere, cum non habeat aliunde. Et ideo dicit licere sibi petere pecuniam postulatam, cum ipso libello contineatur quod idem episcopus Salubrien. servivit d. Tederico, etiam episcopo Cervien., in propria persona cum duobus famulis in domo dicti d. Tederici, in expensa propria ipsius fr. Francisci episc. Salubrien. et non dicti d. Thederici, et nec recepit expensas a dicto d. Thederico; unde dicit exceptionem dicti d. Cervien. episc. non continere veritatem ex [h]ac parte, quia libellus non continet idem quod in exceptione proponitur, et propter predicta, quod non obstantibus propositis per dictum d. Cerviensem procedendum esse ad litis contestationem super libello dicti d. Salubriensis.

Triplicando et respondendo replicationibus ven. patris d. fr. *Antonii,* Dei gratia Cervien. episcopi, quas proposuit contra exceptiones exhibit. contra exceptionem d. fr. Francisci episc. Salubrien. dicendo non obstare exceptionem quam opponit episcopus Salubrien., questionem pendere super domo de qua questio movetur coram Auditore, dicit idem episcopus Salubrien. quod dicta replicatio non habet locum, cum in exceptione dicti fr. Francisci proposita sit et esse debeat quod idem d. Cervien. preventus est per citationem super eadem in libello dicti d. Cerviensis petita, et si non esset hoc in eadem exceptione contineri, fuisse eror scriptus, cui obviando, adhuc excipiendo proponit de novo dictus episcopus Salubrien. si non erat ante propositum quod dictus d. Cervien. episcopus preventus est per citationem, et pendet lis coram d. Bon. episcopo vel eius Vicario, supra dicta domo petita in libello dicti d. Cerviensis coram vobis d. Auditore, et hec fuit intencio prime sue exceptionis.

Ad secundam partem replicationis, qua dicit idem d. Cervien. quod in conventione vel reconventione quam idem d. Salubriensis facit de d. Cerviensi coram vobis

d. Auditore, tacite adsentit, et ab ipsa exceptione recedit agendo, dicit idem Salubrien. non esse verum, cum possit reus, coram diversis iudicibus ordinariis, eodem tempore, super diversis rebus, quamvis non super eadem re.

Ad secundam replicationem d. Cervien., qua dicit bona sua esse distincta a bonis capituli, negat dictus d. Salubriensis bona de quibus agitur esse distincta; negat eius causam esse parvam, immo dicit arduam esse, et ad id quod se habere consensit (*sic*) capituli, dicit idem episcopus Salubrien. quod debet ostendere, quia non sufficit alegare.

Ad tertiam replicationem, qua dicit idem d. Cerviensis exceptionem per ipsum Salubriensem propositam non obstare et non impedire litis contestat. cum sit perhentoria, dicit idem episcopus Salubrien. quod obstat et litis contestat. impedit, et re[...]t, cum sit de re finita per compositionem, et sic litis contestat. impedit.

Item quartiplicando contra replicationes contra exceptiones d. Thomasini de S. Georgio procur. et sindic. monast. S. Mathie et S. Marie de Monte Guardie, et conventus Fr. Pred. de Bon. et conventus S. Agnetis de Bon. et conventus S. Marie Magd. de Valdepedra, et aliorum quorum est procurator, dicit exceptiones suas obstare et impedire litis contestationem, et verba generalia in dictis libellis contenta videlicet illud verbum « pertineat » declarari debere, et ex qua causa pertineat.

Arch. S. Dominici, 7$\frac{6}{}$/7410, R. P. n. 27. — Exempl. non auth. In dorso « Acta quedam in lite [...] contra [... *Anto*]*nium* episcop. Cervien. ».

ADIECTA [1]

1601. (Bononiae), 12 aprilis 1251.

Conventio.

Guido f. q. d. Alberti Sineracione et d. Franchicus d. Guilielmi Sachi, pro se et Nicholao, et Guilielminus f. d. Mathei Laulli et Ugolinus eius frater in tali concordia fuerunt et tale pactum inter se unanimiter inierunt *etc.* ... Actum (Bononie) ante domum Guidonis predicti, pp. d. *Pritone* fratri (*sic*) Penitencie ... Ego Iohannes q. Mercadelli not. prout inveni in rogationibus d. Michaelis q. Vinciguerre bona fide scripsi et exemplavi.

6/4138, n. 35. — Exempl.

1602. Bononiae, 3 iunii 1253.

Apocha.

